

ANTHOLOGIA GRAECA.

TOM. VI.

COMMENTARIUS.

VOLUMINIS PRIMI PARS PRIOR.

[redacted]

FRIDERICI JACOBS

ANIMADVERSIONES

IN

EPIGRAMMATA ANTHOLOGIAE GRAECAE

SECUNDUM ORDINEM ANALECTORUM

BRUNCKII.

VOLUMINIS PRIMI

PARS PRIOR.

LIPSIAE

IN BIBLIOPOLIO DYCKIO

MDCCXCVIII.



[redacted]

LUDOVICO ERNESTO

GOTHANORUM ET ALTENBURGENSIUM

DUCI SERENISSIMO

PATRI PATRIAE

MUSARUM PATRONO

HUNC LIBRUM

LEVE PIETATIS SUAE DOCUMENTUM

SACRUM ESSE VOLUIT

AUCTOR.

More receptum fuit apud veteres, *Princeps Serenissime*, ut, qui in laboribus suis praesens Deorum numen experti essent, operum suorum particulam, pii animi testem, in Deorum immortalium aris positam, templisve suspensam consecrarent. In quo officio non tam muneris oblati praestantia, quam offerentis spectabatur pietas. Hunc morem imitari ausus, quem librum incredibili TUA beneficentia adjutus, tanquam sub Dei cujusdam auspiciis, ad umbilicum perduxi, eum TIBI dico et consecro. Ut autem olim ad curas meas descendere dignatus es, ita nunc quoque leve hoc

[redacted]

ἀνάθημα ut ſerena TUAque fronte accipias, rogo pre-

[redacted]

PRAEFATIO.

In primo hoc Commentarii in Anthologiam aditu duo inprimis agenda eſſe video: primum, ut ſuscepti operis rationem et conſilium aperiam; alterum, ut, quibus illud ſubſidiis inſtructus perfecerim, indicem.

Ac primum quidem minime vereor, ne in hac, qua nunc fruimur, literarum luce quaerat aliquis, cujus tandem utilitatis commendatione haec leviſſimorum luſuum, niſi nugas potius appellaveris, collectio meruerit, ut in ea ſive edenda, ſive expolienda et explicanda bonas horas conſumere velis. Quamvis enim, ſi huic operi pretium ex utilitate, ſive ad vitam, ſive ad literas et doctri-

...umque labore, vel rem quandam
atu dignissimam, modo ad histo
id mores veterum, universamque
m, contineant: non tamen ita c
cum ceterarum omnium, quae cun
te conjunctae sunt, tum inprimis
estantia existimandum censeo; barbari
aec, et qui inter populos humanitat
barbaris simillimi sunt, judicandi est ra
ius ita, ut, quae pulcritudine, ven
ignitate emineant, etiamsi nulla inde
rivetur, maxime tamen admiremur et
et amplectamur. Jam nemo facile
uidem, qui Anthologiam graecam p
inspexerint, vel ...

cae elegantiae et venuſtatis flores contineri neget. Non quidem is ſum, qui ſuscepti a me et diligenter tractati operis amore occoecatus, ut parentes ſolent in liberorum ſuorum ingeniis moribusque cernendis, omnia in Anthologia laudanda, ad unguem exacta, perfectisque minimum diſtantia exiſtimem; ſemper enim rationes meas ab eorum vanitate ſejungere ſtudui, qui, quemcunque ſcriptorem ſibi expoliendum ſumſerint, eum omnibus numeris abſolutum, ſummis laudibus, ſumma admiratione dignum jactent; multa potius in copioſa illa Collectione, ex ſerioribus praeſertim temporibus, conſervata eſſe video, quibus haud aegre caruiſſemus: ſed quae his ſubductis relinquuntur, et plurima eſſe et quantivis pretii recte mihi affirmare videor. His igitur edendis, emendandis et explicandis qui otium et operam tribuunt, eos de bonis literis omnique adeo humanitate non male mereri, dubitare noli.

Sed in hoc loco ne diutius immorer, efficit magnus eorum numerus, qui Anthologiam graecam ſummis laudibus extulerunt. Hoc enim opere magnam illam jacturam, quam literae in

Lyricis et Elegiacis poëtis ſecerunt, quodammodo reſarciri, praeſtantiſſimi quique Literatores intellexerunt. Nam habet Epigrammaticum genus conjunctionem aliquam et quaſi neceſſitudinem cum Lyrico et Elegiaco; et ut quisque in Epigrammatis ſcribendis excelluit, ita ſe maxime ad veterum Lyricorum imitationem compoſuiſſe videtur. Nec profecto defuerunt, qui, cum ſummam Anthologiae graecae praeſtantiam intelligerent, eam, modo integram, modo dilectu carminum habito, typis deſcribendam curarent

[redacted]

ter *Brodaeum* et *Opſopoeum*, cujus tamen labor intra quatuor librorum explicationem ſubſtitit, obſcuris Anthologiae locis perpetuae interpretationis lumen adhibuit? Sed quid ab illis, qui unquam his chartis manus et ingenium admoverunt, praeſtitum ſit, in Prolegomenis noſtris diſerte docebitur; hic, quid ipſi praeſtare voluerimus, ſignificabimus.

Primum hujus Commentarii conſilium paulo anguſtioribus circumſcriptum fuit finibus. Brunckii enim opus, quamvis multis nominibus laudandum, quantas tamen difficultates legentibus objiciat, cum mature intellexiſſem, ſi, quos labores ipſe ad impedimenta illa aut removenda aut imminuenda exhauſiſſem, ne aliis denuo ſuſcipiendi eſſent, efficerem, me aliquid gratiae apud harum literarum amantes initurum eſſe, ſperabam. Anthologiae legendae et explicandae ſubſidia, quae quidem in editis libris exſtant, ſtudioſe conquiſiveram; ut quodammodo intelligerem, lectiones Brunckianae quantam veritatis partem haberent, quidque in clariſſimi hujus viri textu, quem a vulgato innumeris in locis diſſentire videbam, ex codicibus, quidve ex eruditorum homi-

num emendationibus manaverit. Hoc enim tum temporis maxime ſpectabam. Cujus conſilii ut tantum efficerem, quantum ejus in ſubſidiorum, quibus utebar, conditione fieri poterat, diverſitatem lectionis Epigrammatum, ex ſexcentis libris conquiſitam, una cum conjecturis eruditorum hominum enotabam; unde Collectanea exſiſtebant, ſive Apparatus criticus, qualem *Beckius* Vir Cl. ad Euripidem dedit, ad Pindarum dare inſtituit. Intra hujus igitur Apparatus fines omne meum tum temporis ſubſiſtebat conſilium. De

[redacted]

ſtroſum. Ad hanc autem cogitationem alia accedebat, quae animum, jam ſatis commotum, penitus inclinaret. Quum enim Emendationibus quibusdam in Anthologiam graecam editis meum de Anthologia conſilium cum eruditis hominibus communicaſſem, plurimos eſſe vidi, qui rem ita acciperent, ut me juſtum in eam commentarium editurum eſſe putarent. Quod quamvis nunquam prae me tuleram, neſcio tamen quomodo, iniquum eſſe putabam, ſi hominum qualemcunque exſpectationem penitus fallerem. Majus itaque opus et difficilius, quam quod primum animo finxeram, inſtituere coepi, conſcribendo commentario, qui omnia Analectorum Epigrammata, cum aliis quibusdam carminibus et carminum fragmentis, complecteretur.

In hoc autem commentario duo inprimis praeſtanda erant: primum, ut fontes textus Brunckiani ſedulo inveſtigarem; alterum, ut locos obſcuriores, quantum id quidem a me fieri poterat, illuſtrarem. Cum utroque conjuncta erat locorum, unde quodque carmen in Analecta veniſſet, diligens obſervatio.

De ea officii nostri parte, quae ad criticam spectat, primo loco dicendum est. In ea si me aliquanto plus praestitisse dixero, quam pollicitus sim, hoc nemo arrogantiae cuidam et vanitati tribuet, ubi, quam benignam in hac parte fortunam expertus sim, indicavero. Agebatur, ut dixi, inprimis hoc, ut, quid lectionum in Brunckii textu ex Codicibus, quid ex conjecturis, aliisve fontibus manasset, diligenter et accurate distingueretur. At postquam multo cum taedio ex criticis libris et aliunde magnam le-

[redacted]

id quod in illa rerum conditione necessario faciendum erat, chartis et lectoribus pariter illusisse viderer.

Haec res cum animum meum sollicitum teneret, contigit, quod mihi omnem illam sollicitudinem eximeret. *Heynius*, in quo viro omnes, praeter summam doctrinam et eruditionem, admirantur illam promtam et paratam voluntatem, quoscunque bonarum artium amore imbutos viderit, summo opere sublevandi, et *Heerenius*, *Heynii* cum in aliis rebus, tum in hac humanitatis laude aemulus, mea causa rogabant *Guilielmum Uhdenum*, Regis Borussorum apud Romanos negotiorum gestorem, Virum doctrina, ingenio, moribus excellentem, ut, si fieri posset, accuratam Codicis Vaticani notitiam nancisceretur. Is cum sibi opportunitatem videret oblatam, de bonis literis, quas, ut amicas et familiares, magno amore complectitur, bene merendi, rem alacriter suscepit, et intra brevissimum tempus non id solum, quod duumviri illi ab eo petiverant, sed longe plura praestitit. Nam praeter descriptionem illius Codicis longe accuratissimam multa

[redacted]

nobiscum communicavit Epigrammata, quae nunquam edita essent, ex eodem Codice excerpta, interque ea Cyzicena illa, quae nuper in secundo Exercitationum criticarum Volumine illustravimus. Ab eo inde tempore, cum gratum meum erga se animum cognovisset, nihil eum unquam rogavi, quod negaverit, nihil unquam rogatus fecit, cui non multa adjecerit, quae ipsum rogare non ausus essem. Is igitur cum, quod passim a doctis viris monitum est, sua sponte intelligeret, tum demum de Analectorum textu recte

[redacted]

tur, summa cum fide et diligentia ita descripserat, ut fere singulos Codicis ductus imitaretur; idque suum apographum, diversis deinde temporibus, bis iterum cum ipso Codice contulerat. Hic liber, cui Vir doctissimus summum pretium statuere, quem in sinu et oculis gerere, quem ut pretiosissimum *κειμήλιον* omnibus suis commendare fuerat solitus, post ejus obitum ad haeredes literarum expertes pervenerat. Qui cum emtorem quaerunt, res ad *Uhdeni* aures pervenit, qui me ejus per literas certiorem fecit. Ingens ab illis hominibus poscebatur pretium; ut, quamvis intelligebam, ejusmodi apographum quantum mihi praesidii allaturum esset, ab eo tamen emendo pecuniae, quae postulabatur, magnitudine facile deterrerer. Et periisset sane oblata illa opportunitas, nisi *Schlichtegrollus*, collega mihi conjunctissimus, cum quo *Uhdeni* literas communicaveram, hujus Codicis apud Serenissimum Ducem mentionem fecisset. Hic Princeps, quo nemo alius bonas literas majori cum successu coluit, nemo vehementiore amore complectitur, non tam cito, quid rei esset, audivit, quam Bibliothe-

[redacted]

cam publicam, plurimis pretiosissimisque libris summa liberalitate ab eo donatam, hoc quoque munere mactare statuit. Rei conficiendae cura *Uhdeno* mandata, brevi tempore ad finem perducitur. Emitur Codex longe minori pretio, quam quod illi ab initio poposcerant. Hic autem *Uhdeni* de Anthologia merendi studium non substitit. Nam cum ei liber Spallettianus traditus esset, quamvis eum diligentissime scriptum esse agnoscebat, nullum tamen ejus rei dubium passus est relinqui; sed, cum, ut ante dixi, Analecta ad Codicem Vaticanum comparare coepisset, nunc telam retexuit

[redacted]

removendos, ad multos denique locos rectius constituendos, non est hujus loci ambitiose docere; ex ipsius Commentarii usu cognoscendum est. Ut autem iis, qui vel singula carmina, vel totam Anthologiam Brunckianam denuo ad Cod. Vat. exigere volent, laboris compendium fieret, ad quodvis carmen, quod quidem ex Constantini Cephalae Anthologia manaverit, Codicis paginam, in qua legitur, diligenter notavimus.

Praeter hunc librum manuscriptis Codd. aliis usus sum nullis, qui quidem alicujus momenti essent. Nam nec Schedae Vinarienses, de quibus infra monebimus, nec Schedae Krohnianae, quas passim in notis nostris laudatas invenies, multum bonae frugis habebant. *Krohnianae* illae, quas dixi, *Schedae* servabantur olim in Bibliotheca amplissima *Bartholdi Nicolai Krohnii*, Pastoris ad D. Mariae Magd. Hamburgi, sub titulo: *Reliquiae sex* (octo) *foliorum ex Msto Cod. membranaceo* Ἀνθολογίας διαφόρων ἐπιγραμμάτων παλαιῶν. Haec folia *Krohnius*, ex cujus Bibliotheca anno 1796. pervenerunt in Bibliothecam Serenissimi Ducis Gothani, scripta esse censebat Seculo XIV. Continent Epi-

grammata XLVI. ex omnibus fere Planudeae libris, nullo ordine ſervato. Priora XX Epigrammata nec lemmata nec auctorum nomina adſcripta habent; reliquorum plurima utroque inſtructa ſunt. Paucas varietates habent, nec eas admodum memorabiles.

Ex veteribus Anthologiae Planudeae editionibus comparavi editionem principem *Jani Lascaris*, tres Aldinas, Juntinam, Aſcenſianam et Stephanianam. Harum nonnullas mihi ſuppeditabat Bibliotheca noſtra publica, cujus cuſtodibus, Viris clariſſimis, pro eorum humanitate promtoque in

[redacted]

thologiam commentariis in homines exierat, *Schneiderus*, Professor Francofurtensis, Vir eruditissimus, qui humanitatis disciplinam cum naturae cognitione ita conjunxit et copulavit, ut difficile sit statuere, utra laude magis emineat; *Schneiderus* itaque ultro mihi obtulit, quaecunque et olim et nuper in Anthologiam doctissime notaverat. Harum notarum longe maximam partem Vir clarissimus Analectorum margini eo tempore alleverat, quo Argentorati Brunckii familiaritate et consuetudine fruebatur, iisque *Brunckius*, quod ex multis locis intellexi, cum Lectiones et Emendationes in Analecta conscriberet, saepe magno cum fructu usus est. His adjunctae erant Schedae quam plurimae, bonae frugis plenissimae, quibus disquisitiones in Poëtarum Anthologiae vitam et scripta continebantur, unde quae excerpsi, nondum in *Schneideri* Periculo critico Analectisque criticis exhibita, ea omnia summa cum fide ad auctorem suum retuli.

Reiskianum in Anthologiam apparatum ut nanciscerer, mature operam dedi. Cujus rei causa cum *Suhmium*, Virum eruditionis laude non minus

quam generis nobilitate excellentem, in cujus Bibliothecam Schedas Reiskianas pervenisse noveram, per *Münterum*, Virum clarissimum, adiissem; magnus ille literarum patronus precibus meis statim annuit, et quidquid istarum chartarum penes eum erat, mihi mittendum curavit. Continebantur illae volumine formae quadruplicatae, in quo duae priores Apographi Lipsiensis partes (Musa Stratonis cum Epigrammatis vario metro conscriptis) continentur, cum multis *Reiskii* conjecturis in margine. In fronte libri leguntur haec *Reiskii* manu scripta: *Sed haec omnia curis secundis emen-*

[redacted]

sev.*) Cum illo autem volumine conjuncta erat Collectio Epigrammatum XXXVI. quibus Apographum Lipsiense caret, ex Schedis Lacrozianis et recentiorum philologorum scriptis confecta. Ea carmina *Reiskium* Jensianis subjungere voluisse, intelligitur ex verbis huic Syntagmati praefixis: *Pervenimus igitur propitio numine ad finem Jensianorum quoque carminum, quibus adjungemus aliqua, nullo alio quam fortuito ordine, quae passim librorum sparsa et a Viris doctis laudata, et ex Anthologia depromta, in edita tamen juxta ineditaque nostra et Jensiana farragine frustra quaesivimus. Continuabimus coeptos numeros neque auctores nostros dissimulabimus.* **) — Tertia pars harum chartarum continebatur notarum farragine, quam *Reiskius* margini editionis Stephanianae adscripserat. Magnam de his notis spem conceperam animo ex iis, quae *Reiskius* commemorat in Praefat. ad Anth.

*) Hoc volumen descripsit Kuleakampius, cujus apographum, amplissima ejus bibliotheca distracta, in Britanniam delatum est. Ex Reiskiano illo libro varietatem lect. apographi Lipsiensis, lectiones Tryllitschianas et Lacrozianas excerpsi.

**) Hoc Syntagmate Brunckium usum fuisse suspicor. Vide ejus Lectiones p. 28. XLI. et quae notavimus ad Philodemi Ep. XII. et XXIII.

C. C. p. XXXIII. et Brunckius in fine Praefat. Sed hanc ſpem ipſa res penitus deſtituit. Nihil enim in illis notis habetur, niſi locorum, ubi carmina et verſus Anthologiae laudantur aut illuſtrantur, indicium. Quid igitur alteri illi notarum in Planudeam collectioni factum ſit, utrum perierit, an alicubi lateat, cum ignorantiſſimis ignoro.

Quo tempore in concinnando commentario cum maxime verſabar, *Heynius* Vir Ill. libellum ad me miſit, qui praeter alia quaedam in Bibliotheca Bodlejana deſcripta notas quasdam in Anthologiam continebat. Quem librum cum [redacted]

notae, adscriptae margini edit. Aldinae 1521. (vide *Harles.* ad Fabr. Bibl. Gr. T. IV. p. 439. fin.) numero plurimae sunt. Earum nonnullae in sphalmatis editionis Aldinae corrigendis versantur; aliae ex aliis editionibus excerptae videntur; sed his subductis plurimae restant ipsius *Scaligeri* conjecturae, nec *Huetio*, nec aliis cognitae. Inter has si multas egregie doctas et ingeniosas esse dixero, facile fidem inveniam apud eos, qui *Scaligeri* ingenium et doctrinam non ignorant. Cum his conjunctae erant Notae *Anonymi*, editioni Stephanianae appictae, quae in *Fabricio* commemorantur p. 441. m. Liber fuisse putatur *Fr. Nansii.* Sunt in iis perpaucae emendationes, sed nonnullae difficilium locorum verborumque interpretationes et versiones metricae. Ex illis ea, quae prudenter et ingeniose videbantur animadversa, diligenter excerpsi.

Ad haec subsidia accesserunt conjecturae nostrae, ex quibus num quid utilitatis ad Anthologiam redundaverit, non nostrum est statuere. Hoc tantum profiteri possum, me veritati dedisse operam, non ostentationi. In quo studio cum

[redacted]

non fieri poſſet, ut ubique, quod quaerebam, aſſequerer, facile feram aliter ſentientium judicia. Quin, ne cum cavillatoribus quidem de hujusmodi rebus unquam disputabo. Has enim literas, quae ab humanitate nomen ducunt, me eam ob cauſam amplexum eſſe fateor, quod in earum tractatione quandam voluptatem ſentiebam. At hujus voluptatis fructus neceſſe eſt pereat, ubi in Muſarum viretis non tam flores, quibus delectemur, decerpimus, quam lapides potius colligimus, quibus bonam aliorum exiſtimationem petamus, aut [redacted]

Tim. p. XX.), post heroica illa summorum ingeniorum tempora vix quenquam ad scribendum accessisse, quin se totum ad aliquem veterum exprimendum imitandumque daret, id in epigrammatico quoque genere, et haud scio an in nullo magis, locum habuit. Longe plurimi enim eorum, qui post Mnasalcam, Leonidam Tarentinum, Callimachum, ingenium converterunt ad scribenda Epigrammata, hoc praecipue spectasse videntur, ut superiorum poëtarum ἐννοίας, verbis variatis, exprimerent sibique vindicarent. Quorum haud pauci ita in hoc negotio versati sunt, ut, quae ab illis pressius dicta essent, dilatarent et amplificarent; alii vero ita, ut priscorum carmina quasi in compendium redigerent. Quae igitur in hoc literarum genere haud minimi momenti est locorum similium diligens comparatio, haec in Anthologia longe fructuosissima. Ea nobis quoque ad quosdam locos rectius constituendos, ad alios rectius interpretandos plurimum profuit.

Sensim ad alterum locum, de quo nobis monendum esse dicebamus, delapsi sumus. Paucis defungar. In interpretatione igitur hoc inprimis

[redacted]

ſpectavi, ne quid praeterirem, in quo lectores, in Anthologia legenda minus exercitati, haerere poſſent. Quorum locorum explicationem non reperiebam, ea ſaltem indicavi, ut alii rem tentarent. Perſpicuitati inprimis ſtudui; ſed ne in omnibus tam perſpicuus eſſem, quam nonnulli fortaſſe deſiderabunt, argumenti vetabat obſcoenitas. Et cum ad rectam verborum intelligentiam nihil fere magis valeat, quam ut ante teneas, de qua re agatur, ſingulis fere carminibus breve argumentum praemiſi, quod, ut Ariadnae quoddam filum, errori caveat. [redacted]

ſunt. Magnus enim eſt Epigrammatum numerus, quae nullus interpres ante me attigit; in aliis veritas inveſtigari non poterat, niſi diſſipatis priorum interpretum erroribus. Sed has aliasque difficultates ambitioſe deſcribere, ſupervacaneum ſit. Aliter enim has literas non conſtare, probe teneo. Mihi perſuaſum habeo, me aditum ad Anthologiae vireta, ſentibus et rubis obſtructum, expeditiorem feciſſe. Rem tamen inchoavi potius, quam perfeci. Alii eam ad exitum perducent, quibus plus otii, felicioris ingenii vena, uberioris lectionis et eruditionis copia contigerit. Talem interpretem ut Anthologia quam primum nanciſcatur, bonarum literarum cauſa vehementer opto. Hoc dum fiat, earum amantes hoc Catone contenti ſint.

Ceterum primum hoc Commentarii in Anthologiam Volumen mox ſequetur alterum, quod ſecundi Analectorum Tomi carmina complectetur; tertium reliquorum Epigrammatum interpretationem abſolvet. Ei adjicietur, praeter indicem graecitatis, Hiſtoria critica Epigrammatis, et poëtarum, qui Epigrammata conſcripſerunt, no-



[redacted]

PROLEGOMENA.

I.

De iis, qui primi Epigrammata collegerunt.

Ab eo inde tempore, quo ſcribendi ars per Graeciam frequentari coepit, id quod circa Olympiadum initia factum fuiſſe videtur, Epigrammata ad rerum geſtarum hominumque illuſtrium memoriam conſervandam in ἀναθήμασιν et tumulis uſurpata ſunt. Antiquiſſimi hujus Epigrammatum generis utilitas eruditos homines primum ad minora illa carmina colligenda invitaſſe videtur. Qui enim hominum in bello et pace clarorum vitas *), urbium origines, populorum res geſtas literis mandabant, eos ſaepenumero ad Epigrammatum auctoritatem provocaſſe conſtat. Quod autem Herodotus fecerat, nec Thucydides a gravitate ſua alienum eſſe putaverat, id poſteriores

*) Vide *van Goens* de Simonide p. 5. ſq.

eo ſtudioſius feciſſe, quo magis in hiſtoria ſcribenda lectorum oblectationi ſtuderent; nullo modo dubitari poteſt. Antiquiorum exemplum ſecutus eſt Diodorus, Plutarchus, alii; et ut quisque elegantiorum literarum ſtudioſior fuit, ita poëtas cum alios, tum Epigrammaticos in partes vocando, perpetuae orationis taedium lenire conabatur.

Sed ubi primum intellectum eſt, hiſtoria quantum non ornamenti ſolum, verum etiam praeſidii ex Inſcriptionibus peteret, iis praeſertim, quae publicis monimentis inſculptae eſſent, exſtiterunt viri docti et literarum amantes, qui eas ſtudioſe deſcriberent earumque quaſi theſauros conderent. Inter hos principem locum tenet,

[redacted]

Δελφοῖς θησαυρῶν, cujus auctori docti et diligentis scriptoris laudem *Plutarchus* tribuit T. II. p. 675. B. Propter intentum hoc Inscriptiones de columnis, pilis, statuis, donariis describendi studium joculari cognomine στηλοκόπας vocatus est, ut quidem, non sine magna veritatis specie, suspicatur *Casaubonus* in Animadv. in Athen. p. 409.

39. Ex his *Polemonis* operibus, quibus fortasse et alia quaedam ejusdem hominis scripta accensenda sunt, sed ex his praecipue aliorumque similibus antiquissimum Anthologiae conditorem, *Meleagrum*, multa in collectionem suam transtulisse, probabile est. In simili argumento versatus est *Alcetas*, cujus librum περὶ τῶν ἐν Δελφοῖς ἀναθημάτων *Athenaeus* excitat L. XIII. p. 591. C. ubi inscriptio ab *Alceta* commemorata profertur; *Menestor* ἐν τῷ περὶ ἀναθημάτων ap. *Athen.* p. 594. D. et *Apellas Ponticus*, qui Epigrammata donariis addita collegisse videtur *Dorvillio* in Misc. Obss. T. VII. p. 28.

Ut ii, quos hactenus enumeravimus, inprimis donariorum inscriptiones collegerunt, ita alii alias. Thebana *Aristodemi* Epigrammata laudat *Scholiastes Apollonii Rhodii* L. II. 906. de quo conf. *Valckenar.* ad Phoeniss. p. 732. Ἐπιγράμματα Ἀττικὰ collegit *Philochorus*, ut *Suidas* testatur v. Φιλόχορος, si quidem vera est verborum distinctio, quam *Kusterus* secutus est. In Codicibus enim

ἐπιγράμματα. ἀττικά. vocibus per punctum distinctis, legitur. Peculiarem de Epigrammate librum scripsit *Neoptolemus Parianus*, quem ita laudat *Athenaeus* L. X. p. 454. F. ut appareat, illum Epigrammata operi suo intexuisse. Ipsum Epigrammata scripsisse, non satis caute asserit *Groddeck* in Bibl. Artium et Liter. Fasc. II. p. 92. *not.* Silentio non praetereundus est, quem et *Fabricius* laudavit T. IV. p. 416. ed. nov. nec *Reiskius* praetermisit in Praef. ad Anthol. p. IX. *Euhemerus*, quem e titulis et inscriptionibus sacris deorum historiam contexuisse narrat *Lactantius* Instit. Div. I. c. 9. cum quo conf. *Cicero* de Nat. Deor. I. 42.

[redacted]

Γαδάρων Φιλόδημός τε ὁ Ἐπικούρειος γεγονὼς, καὶ Μελέαγρος καὶ Μένιππος ὁ σπουδογέλοιος, καὶ Θεόδωρος ὁ καθ' ἡμᾶς ῥήτωρ. Ex hoc loco Menippum Gadarenum commemorat *Stephanus Byz.* v. Γάδαρα. Cui Menippo Meleagrum noſtrum aequalem facit *Diogen. Laërt.* VI. 99. τὰ δὲ βιβλία αὐτοῦ (Menippi) πολλοῦ καταγέλωτος γέμει, καί τι ἴσον τοῖς Μελεάγρου τοῦ κατ' αὐτὸν γενομένου. Cum quo loco comparandum Epigr. *Meleagri* CXXVII. ubi ſe πρῶτα Μενιππείαις συντροχάσαι χάρισιν ipſe poëta gloriatur; et Epigr. inter ἀδέσπ. DLXXII. Μοῦσαι Μελέαγρον — Μενιππείαις ἠγλάϊσαν χάρισι, ut hunc verſum certa emendatione reſtituerunt *L. Holſtenius* et *Emm. Martinus*. Non ſupervacaneum fuerit, hoc loco monere, illam carminum *Meleagri* cum *Menippi* ſcriptis ſimilitudinem, ſive ex imitatione ſive ſponte natam, in Epigrammatis quidem nulla ratione quaerendam eſſe, ſed in aliis quae interciderunt operibus, Satyris fortaſſe Menippeis. Ex his derivata videntur, quae *Athenaeus* profert L. XI. p. 502. C. Μελέαγρος ὁ Κυνικὸς ἐν τῷ Συμποσίῳ οὑτωσὶ γράφει· Κἀν τοσούτῳ προπόσειν αὐτῷ βαρεῖαν δίδωσι, χυτρίδια βαθέα δώδεκα. et L. IV. p. 157. B. ubi Nicium meretrix ad Cynicos epulantes, οὐδεὶς, ait, ὑμῶν, ἄνδρες γενειοσυλλεκτάδαι, ἰχθὺν ἐσθίει. ἢ καθάπερ ὁ πρόγονος ὑμῶν Μελέαγρος ὁ Γαδαρεὺς ἐν ταῖς Χάρισιν ἐπιγραφομέναις ἔφη, τὸν Ὅμηρον Σύρον ὄντα τὸ

γένος – –; ἢ μόνον ἀνέγνωτε σύγγραμμα αὐτοῦ τὸ περιέχον λεκίθου καὶ φακῆς σύγκρισιν. quem locum respexit *Eustathius* ad Il. λ. p. 814. 40. Ex his locis tres, ni fallor, Satyrarum, quas *Meleager* composuit, titulos lucramur, Συμπόσιον, Λεκίθου καὶ φακῆς Σύγκρισις et Χάριτες, nisi fortasse totum illud Satyrarum syntagma Χαρίτων titulo inscriptum fuit. Qui titulos Satyrarum *Varronis* meminerint, hanc conjecturam probabilitate non destitutam esse fatebuntur. Quod si vero *Meleager* ille, de quo agitur in duobus quae supra laudavimus Epigrammatis, non diversus est ab eo, qui Anthologiam condidit, hic Cynicus fuit, nec locum habet conjectura doctorum quo-

[redacted]

[redacted]

γραμμάτων στέφανον. et iterum: Ὅτι ὁ Μελέαγρος Γαδαρηνὸς ἦν τὸ γένος Σύρος· ἐτελεύτησεν ἐν Κῷ τῇ νήσῳ.

Quae cum ita se habeant, *Meleager* floruit cum Menippo, item Gadareno et Cynico. Jam vero Menippi aetas incertissima est. Ad conjecturam igitur confugere debemus. *Burettus* (Mémoires de l'Acad. des Inscript. Tom. XIX. p. 441.) Meleagrum sub primis Alexandri successoribus vixisse suspicatur. *Martinus* in Epist. Tom. I. p. 187. eum sub Seleuco, Antiochi M. filio, floruisse ait. Alii aliter. Sed verissima videtur sententia Scholiastae in Vat. Cod. p. 82. Γαδαρηνὸς ἦν, ὡς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν αὐτὸς ἑαυτοῦ ἐμνημόνευσεν· ἤκμασεν ἐπὶ Σελεύκου τοῦ ἐσχάτου.

In hac sententia cur acquiescendum existimem, paucis dicam. Inter *Meleagri* Epigrammata unum est (CXXIII.) in Antipatri Sidonii tumulum, quem aetatem usque ad Ol. CLX. produxisse, certis indiciis constat. Tenemus igitur hoc, Meleagrum floruisse post Ol. CLX. Jam vero primum ejus aetatem ab Antipatri Sidonii temporibus non valde remotam fuisse, colligas ex Nostri Prooemio v. 42. ubi illius poëtae carmina his verbis circumscripsit: Φοίνισσάν τε νέαν κύπρον ἀπ' Ἀντιπάτρου. νέαν κύπρον appellat Antipatrum, ut recentem poëtam. Ad hoc argumentum aliud accedit, quod, quamvis longius petitum, satis tamen pon-

[redacted]

deris et gravitatis habet. Meleagri in Epigrammatis colligendis vestigia primus secutus est *Philippus Thessalonicensis*, ut ipse fatetur Ep. I. Tom. II. p. 211. Is seculo post Christum natum primo, et quidem sub seculi exitum coronam contexuit ex poetis ὁπλοτέροις, i. e. ut contextus docet, iis, qui post Meleagrum scripserunt. Interl hos *Philodemum* recenset, poëtam in hoc Epigrammatico genere longe celeberrimum, Gadarensem. Hunc floruisse circa Olymp. CLXXX. satis constat. Jam hinc intelligitur, ejus in Meleagri Corona carmina nulla fuisse. Num vero Meleagrum hunc virum ignorasse putemus? Non probabile, civem nimirum, eumque in illo genere, cui Meleager

[redacted]

uno enim Codice ſervatum eſt nobiliſſimum illud Prooemium, in quo ſingulos poëtas, Coronae intextos, cum ſingulis floribus arboribusve comparatos recenſet. Sunt autem ii, quos nominatim appellat, numero XLVI; quibus ſe haud paucos alios, recentiores, (ἔρνεα πολλὰ νεόγραφα verſ. 55.) adjunxiſſe profitetur. Unde de illius operis et amplitudine et praeſtantia exiſtimare poſſumus. Nam ex illis poëtis, quorum ſe carmina in Collectionem ſuam retuliſſe ait, longe plurimi florentiſſimis Graeciae temporibus vixerunt; interque eos haud pauci tanta apud omnes fuerunt gloria, ut, vel nominibus eorum auditis, ſummam tibi artis poëticae perfectionem, ſummum faſtigium animo fingas. Hoc utinam praeclarum opus aetatem tuliſſet! Sed bene tamen nobiscum actum eſt, quod, in tanta optimorum et poëtarum et cujusvis generis ſcriptorum jactura, tam inſignes Coronae illius reliquiae ad nos pervenerunt, quae deſiderium, etſi non explerent, lenirent tamen et minuerent. In hac Collectione ſingula carmina, nulla argumenti ratione habita, ſecundum literas initiales fuiſſe diſpoſita, diſerte docet *Scholiaſtes* in Cod. Vat. p. 81. ubi verbis ſupra laudatis adjicit haec: ἐποίησε δὲ τὸν θαυμάσιον τουτονὶ τῶν Ἐπιγραμμάτων στέφανον· συνέταξεν δὲ αὐτὸν κατὰ στοιχεῖον. Poſteriora haec verba male accepit *Salmaſius* in Exercitationibus Plin. p. 596. D. qui

[redacted]

etiam *Leichium* in Carm. Sepulcr. p. IV. et *Reiskium* Praef. p. XIII. secum in errorem induxit, ut putarent, Meleagrum poëtarum nomina secundum ordinem elementarem disposuisse. Non in his, sed in ipsis Epigrammatis illum ordinem observatum fuisse, ex iisdem *Scholiastae* verbis probe intellexit *Martinus* in Epist. ad Alexandrum Zondadarium Tom. I. p. 184. cujus interpretatio Codicis Vaticani adspectu verissima esse intelligitur. Meleagri enim Coronam quamvis dissolvit et discerpsit Constantinus Cephalas, carminibus secundum argumenta in capita quaedam descriptis, in nova tamen dispositione prior ille ordo non ita turbari potuit, ut omnia ejus obliterarentur vesti- [redacted]

Meleagrum pueros illos carminibus ſuis celebraſſe. Idque res ipſa confirmat; nam in plurimos puerorum, quorum nomina in illo Carmine exſtant, Meleagri reperiuntur Epigrammata. Non eſt igitur, cur eum duplicem Anthologiam condidiſſe dicamus. *)

III.

De Anthologia Philippi Theſſalonicenſis.

Per Meleagri veſtigia inceſſit is, quem ſupra commemoravimus, *Philippus Theſſalonicenſis*, novae Anthologiae conditor. Is Meleagri imitationem in hoc inſtituto diſertis verbis profeſſus eſt Epigrammate illo, quod praefationis loco praemiſit T. II. p. 211. ubi ſe *recentiorum poëtarum* carmina, tanquam flores, contexuiſſe ait, quibus Coronam efficeret, Meleagricae illi ſimillimam eique opponendam: Καὶ σελίδος νεαρῆς θερίσας στάχυν, ἀντανέπλεξα τοῖς Μελεαγρείοις ὡς ἴκελον στεφάνοις. Jam ex hac imitationis profeſſione merito colligas, Philippum etiam in diſponendis carminibus ordinem a Meleagro probatum adoptaſſe; eamque ſuſpicionem confirmat Vat. Codex, in quo ordinem alphabeticum obſervatum videmus etiam in illis carminibus, quae non aliunde quam ex Philippi

*) Vide Wyttenbachium in Bibl. Crit. T. I. P. II. p. 23.

tum etiam alii, quorum nomina retici
o tempore Philippus vixerit, non ſatis c
Ex indiciis quibusdam, in ejus Epigramn
iis, recte ſibi colligere videbatur *Vava*
gr. p. 184. et *Martinus* l. c. p. 191. eı
o regnante vixiſſe. In hanc ſententi
it *Reiskius*, eamque novis quibusdam arg
firmare conatus eſt. Verum enimve
ter poëtas a' Philippo in ordinem redact
ntur nonnulli, quos poſt Auguſti tempo
conſtat, ut Antiphilus et Automedo
ille circa A. U. C. 806. hic Nerva regna
J. C. 851.) floruiſſe videtur, hanc difficu
vir doctiſſimus ita expediri poſſe putav
it. Poët. p. 270.), ut duos Philippos fuiſ
t, alterum antiquiorem, Julii Caeſaris
aequalem, alterum ſesquiſeculo ferm
n, ſecundae Anthologiae auctorem. D
tentia quid ſtatuendum ſit, explicabimu

nerit, composita putet, et ex iis adeo auctoris aetatem colligat. Quae colligendi ratio ut in quibusdam recte procedit, ita admodum fallax est in iis poëtis, qui se totos ad imitationem composuerunt. Quorum quam magnus sit numerus, in Praefatione monuimus. In ejusmodi igitur poëtis si qua fit facti cujusdam, aut rei hominisve illustris mentio, nihil inde aliud colligi potest, nisi illos post ejus facti hominisve scripsisse tempora.*) Jam vero Philippus is est, qui paucissima ex sua penu protulerit, plurima ex vetustiorum poëtarum imitatione traxerit. Qui cum Epigrammate LXXIV. molem Puteolanam, ab Agrippa A. U. C. 717. exstructam, commemorat, in quo carmine *Reiskius* p. 270. gravissimum ad definiendam Philippi aetatem momentum positum censet, non rem recens factam et propter novitatem mirabilem celebrat, sed expressit Epigramma *Antiphili* XVI. quod et ipsum fortasse ex antiquiore carmine ductum est. Hoc unum exemplum sententiam nostram abunde probat. Quare vix dubito, quin reliqua quoque carmina, ex quorum auctoritate Philippus ad Augusti aetatem referri solet, ex antiquiorum poëtarum imitatione profluxerint. Hinc vero simul

*) Josephus Scaliger, idoneus auctor, ad Hieronymi Chronicon p. 57. sq. *Argumentum*, ait, *futile est, scriptores floruisse tempore eorum, quorum mentio ab iis fiat. Hoc modo Homerus vixerit Trojanis temporibus.*

efficitur, nullam ejus aetatis definiendae satis certam rationem esse, nisi eam, quae ex poëtarum, quos Coronae suae intexuit, aetate ducitur. Haec eum ad exitum seculi primi revocat. Quare fortasse non valde errabimus, si eum Anthologiam Trajano regnante concinnavisse statuerimus.

IV.

De Diogeniano et Stratone.

Brevi post tempore, Hadriano regnante, floruit *Diogenianus Heracleota*, Grammaticus suae aetatis doctissimus, qui et alia quaedam, cum arte, quam profitebatur, proxime conjuncta, tum

[redacted]

τῶν εἰρημένων τὴν γνῶσιν ἐκθέμενος, τὴν (Cod. τῶν) Στράτωνος τοῦ Σαρδιανοῦ παιδικὴν Μοῦσαν ἐπεκρυψάμην, καὶ ἣν αὐτὸς παίζων πρὸς τοὺς πλησίον ἐπεδείκνυτο, τέρψιν οἰκείαν τὴν ἀπαγγελίαν τῶν ἐπιγραμμάτων, οὐ τὸν νοῦν ποιούμενος· ἔχου τοίνυν τῶν ἑξῆς· ἐν χορείαις γὰρ ἥ γε σώφρων, κατὰ τὸν τραγικὸν, οὐ διαφθαρήσεται. Retulerat Strato in hanc Anthologiam ea tantum Epigrammata, quibus puerorum celebrantur amores, in quo argumento, inde a Platone, multi poëtae Epigrammatarii verſati ſunt. In qua Collectione Stratonis cum legantur nomina antiquiſſimorum poëtarum, eorum quoque, unde Meleager et Philippus ſuam quisque Anthologiam locupletaverant, vix dubites, Sardianum poëtam, ex prioribus Collectionibus antiquiorum poëtarum carminibus delibatis iis, quae ad pueriles amores facerent, poſteriorum haud pauca cum ſuis in hoc genere luſibus*) addidiſſe. Revera itaque novam Anthologiam condidit; nec audiendus eſt Reiskius p. 233. qui eum Meleagri Μοῦσαν παιδικὴν, quam nullam fuiſſe ſupra docuimus, denuo edidiſſe et auxiſſe exiſtimat. Ex iis poëtis autem, ex quorum operibus Meleagrum quoque flores delibaſſe conſtat, Strato recepit

*) Fallitur Harleſius V. Cl. cum carmina, quae Brunckius T. II. p. 359. ſqq. ſub Stratonis nomine dedit, non omnia ipſius Stratonis, ſed tantum ex ejus Collectione petita exiſtimat, ad Fabric. l. c. p. 424.

nium, Dionyſium, Frontonem, Thyı
Glaucum, Dioclem. Inter hos poë
ſunt, de quorum aetate ſatis conſtet. Qu
ſupra recte poſuimus, Philippum Theſſa
em ſeculo primo exeunte vixiſſe, Strato aut
n ſuam ex Philippi Corona locupleta
ſequitur, eum non ante ſecundum p
ım ſeculum floruiſſe. Stratonem ποιη
μμάτων laudat *Diogenes Laërtius* L. V. (
. Jam cum Diogenes primis tertii ſec
is annis vixiſſe videatur, Stratonis aetas
n ſeculum incidit. Hanc ſententiam co
t, quae *Schneiderus* de Stratonis vita m
Peric. crit. p. 130. „Dubitatum eſt, q
e vixerit Strato. Credo, me reperiſſe arg
um ſatis validum, quo lis omnis dirimatı
l enim perſtringit Capitonem medicum (E
, rem conficit. Eſt is Artemidorus Capit
cripta Hippocratis recenſuerat, ſuamque a

»δοσιν Adriano imperatori aliisque probaverat; »ſed Galenus eum per totum ſuum commentarium »ſub nomine Capitonis perſtringit. Inde apparet »clariſſime aetas Stratonis. Diverſus eſt Capito »Alexandrinus poëta, cujus ἐρωτικὰ laudat Athe»naeus p. 427. ejusdem ad Philopappum commen»tarios p. 350. Ariſtides orationem tertiam Pla»tonicam T. II. p. 315. ad Capitonem aliquem »ſcripſit. Qui omnes diverſi nec medici ſunt.« Haec *Schneiderus* docte et probabiliter.

Stratonis Anthologia ſive *puerilis Muſa* ultimum caput eſt Collectionis a Conſtantino inſtitutae. Qui num integrum Stratonis opus receperit, an carminum dilectum habuerit, ordinemque a Sardiano poëta inſtitutum utrum ſervaverit, an turbaverit, plane incompertum habeo. Certi quidem ordinis veſtigia in Vat. Cod. nulla ſunt. Initio capitis collocata ſunt decem Stratonis Epigrammata, quibus alia aliorum poëtarum ſubjecta ſunt, intermixtis Stratonis carminibus, cujus LXXVII. Epigr. fere continua ſerie poſita, hoc caput claudunt. Reliquorum poëtarum carmina, quae in hac Sectione leguntur, ſunt ad numerum CLXV. Horum, ante Cod. Vat. repertum, nullum fuit editum.

V.

De Anthologia Agathiae Scholastici.

Poſt illa tempora cum poëtarum proventus admodum eſſet exiguus, Epigrammatum colligendorum ſtudium refrixiſſe videtur. Quatuor enim vel quinque ſecula effluxerunt, quibus nemo ejusmodi opus tentavit, donec Byzantii, neſcio quomodo, acre verſuum pangendorum ſtudium incenderetur. In hac enim urbe poſtquam imperii ſedes collocata fuit, magnus poëtarum numerus exſtitit, qui, ut *Reiskius* ait in Notis ad Conſtant. Cerem. Aulae Byzantinae p. 85. ad omnes hilares triſtesque caſus carmina in promtu haberent et venderent; ita ut nihil ab Auguſto, nihil a pro- [redacted]

Κύκλον vocavit. *Suidas* v. Ἀγαθίας· — *συνέταξε δὲ καὶ ἕτερα βιβλία, ἔμμετρά τε καὶ καταλογάδην. τά τε καλούμενα Δαφνιακὰ, καὶ τὸν Κύκλον τῶν νέων ἐπιγραμμάτων, ὃν αὐτὸς συνῆξεν ἐκ τῶν κατὰ καιρὸν ποιητῶν. συνήκμασε καὶ Παύλῳ τῷ Σιλεντιαρίῳ καὶ Μακεδονίῳ τῷ ὑπάτῳ καὶ Τριβουνιανῷ ἐπὶ τῶν Ἰουστινιανοῦ χρόνων.* Haec partim ducta sunt ex ipsius *Agathiae* Historia L. I. p. 2. ed. *Vulc.* ubi, postquam de ceteris suis operibus exposuit, *ἔδοξε, δέ μοι*, ait, *πρότερον κἀκεῖνο ἀξιέπαινόν τε εἶναι καὶ οὐκ ἄχαρι, εἴγε τῶν ἐπιγραμμάτων τὰ ἀρτιγενῆ καὶ νεώτερα διαλανθάνοντα ἔτι καὶ χύδην οὑτωσὶ παρ' ἐνίοις ὑποψιθυριζόμενα, ἀγείραιμί τε ὡς οἷόν τε εἰς ταὐτὸ καὶ ἀναγράψαιμι ἕκαστα κόσμῳ ἀποκεκριμένα.* Consilium his verbis breviter indicatum, Epigrammata recentiorum poëtarum secundum ordinem quendam describendi et disponendi, disertius *Agathias* explicuit in Praefatione praefixa illi Ἐπιγραμμάτων Κύκλῳ, quam, simul cum *Meleagri* et *Philippi* Prooemiis in Cod. Vat. servatam, cum nemo integram ediderit, hic adscribam, brevibus notulis illustratam. In Cod. praefixa sunt haec: *Ἀγαθίου Σχολαστικοῦ Ἀσιανοῦ Μυριναίου Συλλογὴ νέων ἐπιγραμμάτων ἐκτεθεῖσα ἐν Κωνσταντινουπόλει πρὸς Θεόδωρον Δεκουρίωνα τὸν Κοσμᾶ· εἴρηται δὲ τὰ προοίμια μετὰ τὰς συνεχεῖς ἀκροάσεις τὰς κατ' ἐκείνου καιροῦ γενομένας.* Et in margine haec habentur: *Ἀγαθίου Σχολαστικοῦ*

Ἀσιανοῦ Μυριναίου οὐ Στέφανος, ἀλλὰ συναγωγὴ νέων ἐπιγραμμάτων· ἤκμασεν δὲ οὗτος ὁ Ἀγαθίας ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ τοῦ μεγάλου. ἔγραψεν δὲ καὶ ἱστορίαν καὶ τὰ ἐπονομαζόμενα Δαφνιακά. ἔγραψε δὲ ταῦτα Ἐπιγράμματα πρὸς Θεόδωρον Δεκουρίωνα. Ipsum Agathiae Prooemium hoc est:

Οἶμαι μὲν ὑμᾶς, ἄνδρες, ἐμπεπλησμένους
Ἐκ τῆς τοσαύτης τῶν λόγων πανδαισίας,
Ἔτι που τὰ σιτία προσκόρως ἐρυγγάνειν·
Καὶ δὴ κάθησθε τῇ τρυφῇ σεσαγμένοι·
Λόγων γὰρ ἡμῖν πολυτελῶν καὶ ποικίλων
Πολλοὶ προθέντες παμμιγεῖς εὐωχίας,
Περιφρονεῖν πείθουσι τῶν εἰθισμένων.
Τί δαὶ νῦν ποιήσομεν τὰ προὐξειργασμένα

[redacted]

Καὶ πρός γε τοῦτο δεῖπνον ἠρανισμένον
Ἥκω προθήσων ἐκ νέων ἡδυσμάτων.
Ἐπεὶ γὰρ οὐκ ἔνεστιν ἐξ ἐμοῦ μόνου
Ὑμᾶς μεταλαβεῖν, ἄνδρες, ἀξίας τροφῆς,
Πολλοὺς ἔπεισα συλλαβεῖν μοι τοῦ πόνου
Καὶ συγκαταβαλεῖν καὶ συνεστιᾶν πλέον.
Καὶ δὴ παρέσχον ἀφθόνως οἱ πλούσιοι
Ἐξ ὧν τρυφῶσι, καὶ παραλαβὼν γνησίως
Ἐν τοῖς ἐκείνων πέμμασι φρυάττομαι.
Τοῦτο δέ τις αὐτῶν προςφόρως, δεικνὺς ἐμὲ,
Ἴσως ἐρεῖ πρὸς ἄλλον, ἀρτίως ἐμοῦ
Μάζαν μεμαχότος μουσικήν τε καὶ νέαν·
Οὗτος παρέθηκεν τὴν ὑπ' ἐμοῦ μεμαγμένην.
Ταυτὶ μὲν οὖν ἐρεῖ τις οὐδὲ τῶν σοφωτάτων,
Τῶν ὀψοποιῶν, ὧν χάριν δοκῶ μόνος
Εἶναι τοσαύτης ἡγεμὼν πανδαισίας.
Θαῤῥῶν γὰρ αὐτοῖς λιτὸν οἴκοθεν μέρος
Καὐτὸς παρέμιξα, τοῦ δοκεῖν μὴ παντελῶς
Ξένος τις εἶναι τῶν ὑπ' ἐμοῦ συνηγμένων.
Ἀλλ' ἐξ ἑκάστου σμικρὸν ἐξάγω μέρος
Ὅσον ἀπογεῦσαι· τῶν δὲ λοιπῶν εἰ θέλοι
Τυχεῖν τις ἁπάντων καὶ μετασχεῖν εἰς κόρον,

V. 32. Fort. ἐρεῖ τις, οἶδα, τῶν σοφῶν —. Sic, ut mihi quidem perſuadeo, dicet aliquis ſapientium illorum coquorum, per quos tam lautum convivium ſolus paraviſſe videor. — V. 36. τοῦ δοκεῖν. Ne nihil omnino ad illum apparatum contuliſſe videar. — V. 38. Fort. ἐξαιρῶ μέρος.

καὶ μὴν καὶ κυανωπὸν ὑπὲρ δύσιν ἄτρομος ἕρπων
Κύρβιας Ἀλκείδαο μετέρχεο· θαρσαλέως δὲ
Ἴχνιον ἀμπαύσειας ἐπὶ ψαμάθοισιν Ἰβήρων,
Ὁππόθι, καλλιρέεθρον ὑπὲρ βαλβῖδα θαλάσσης,
Δίζυγος ἠπείροιο συναντήσασα κεραίη
Ἐλπίδας ἀνθρώποισι βατῆς εὔνησε πορείης.
Ἐσχατιὴν δὲ Λίβυσσαν ἐπιστείβων Νασαμώνων
Ἔρχεο καὶ παρὰ Σύρτιν, ὅπῃ νοτίῃσι θυέλλαις
Ἐς κλίσιν ἀντίπρωρον ἀνακλασθεῖσα βορῆος,
Καὶ ψαφαρὴν ἄμπωτιν ὑπὲρ ῥηγμῖνι ἀλίπλῳ
Ἀνδράσι δῖα θάλασσα πόρον χερσαῖον ἀνοίγει.
Οὐδὲ γὰρ ὀθνείης σε δεδέξεται ἤθεα γαίης,
Ἀλλὰ σοφοῦ κτεάνοισιν ὁμιλήσεις βασιλῆος,
Ἔνθα κεν ἀΐξειας· ἐπεὶ κυκλώσατο κόσμον
Κοιρανίῃ· Τάναϊς δὲ μάτην ἤπειρον ὁρίζων
Ἐς Σκυθίην πλάζοιτο καὶ ἐς Μαιώτιδα λίμνην.
Τοὔνεκεν, ὁππότε πάντα φίλης πέπληθε γαλήνης,

Cod. Ὑασπιν. — V. 83. κύρβιας. Columnas H
s. — V. 86. κεραίη. Extrema Europae et Afri

[redacted]

Ὁππότε καὶ ξείνοιο καὶ ἐνδαπίοιο κύδοιμοῦ
Ἐλπίδες ἐθραύσθησαν ὑφ᾽ ἡμετέρῳ βασιλῆϊ,
Δεῦρο, μάκαρ Θεόδωρε, σοφὸν στήσαντες ἀγῶνα
Παίγνια κινήσωμεν ἀοιδοπόλοιο χορείης.
Σοὶ γὰρ ἐγὼ τὸν ἄεθλον ἐμόχθεον· εἰς σὲ δὲ μύθων
Ἐργασίην ἤσκησα, μιῇ δ᾽ ὑπὸ σύζυγι βίβλῳ
Ἐμπορίην ἤθροισα πολυξείνοιο μελίσσης,
Καὶ τόσον ἐξ ἐλέγοιο πολυσπερὲς ἄνθος ἀγείρας,
Στέμμα σοι εὐμύθοιο καθήρμοσα Καλλιόπης,
Ὡς φηγὸν Κρονίωνι καὶ ὁλκάδας Ἐννοσιγαίῳ,
Ὡς Ἄρεϊ ζωστῆρα καὶ Ἀπόλλωνι φαρέτρην,
Ὡς χέλυν Ἑρμάωνι καὶ ἡμερίδας Διονύσῳ.
Οἶδα γὰρ, ὡς ἄληκτον ἐμῆς ἱδρῶτι μερίμνης
Εὖχος ἐπιστάξειεν ἐπωνυμίη Θεοδώρου.
Πρῶτα δέ σοι λέξαιμι, παλαιγενέεσσιν ἐρίζων,
Ὅσσαπερ ἐγράψαντο νέης γενετῆρες ἀοιδῆς,
Ὡς προτέροις μακάρεσσιν ἀνειμένα· καὶ γὰρ ἐῴκει
Γράμματος ἀρχαίοιο σοφὸν μίμημα φυλάξαι.
Ἀλλὰ πάλιν μετεκεῖνα παλαίτερον εὖχος ἀρήγει

V. 104 – 107. protulit Salmaſ. ad Solin. p. 596. D. Cod. ὑποσυζυγι. — V. 105. μελίσσης. poëſeos. — V. 107. Καλλιοπείης recte Salmaſ. — V. 113. usque ad fin. edidit Vavaſſor de Epigr. p. 187. ſq. Fabricius in Bibl. Gr. T. II. p. 692. Reiske in Not. Poët. p. 178. — V. 113. συλλέξαιμι exhibet Vavaſſ. — V. 115. προτέροις. Diis gentilium. Antiquitatis reverentia ſe hunc morem ſervaſſe profitetur, a Chriſtiano homine alienum ſcil. — V. 117. Verbo ἀρήγει ſuperſcriptum in Cod. ἀγείρει. Recte. Sed reliqua

Ὅσσα περ ἢ γραφίδεσσι χαραξαμένη τινὶ χώρῃ,
Εἴτε καὶ εὐποίητον ἐπὶ βρέτας, εἴτε καὶ ἄλλης
Τέχνης ἐργοπόνοιο πολυσπερέεσσιν ἀέθλοις.
Καὶ τριτάτην βαλβῖδα νεήνιδος ἄλλαχε βίβλου,
Ὅσσα θέμις τύμβοισι· τάπερ θεὸς ἐν μὲν ἀοιδῇ
Ἐκτελέειν νεύσειεν, ἐν ἀτρεκίῃ δὲ διώκοι.
Ὅσσα δὲ καὶ βιότοιο πολυσπερέεσσι κελεύθοις
Γράψαμεν, ἀσταθέος τε τύχης σφαλεροῖσι ταλάντοις,
Δέρκεό μοι βίβλοιο παρὰ κρηπῖδα τετάρτην.
Ναὶ τάχα καὶ πέμπτοιο χάρις θέλξειεν ἀέθλου,
Ὁππόθι κερτομέοντες ἐπεσβόλον ἦχον ἀοιδῆς
Γράψαμεν· ἑκταῖον δὲ μέλος κλέπτουσα Κυθήρη
Εἰς ὀάρους ἐλέγοιο παρατρέψειε πορείην
Καὶ γλυκεροὺς ἐς ἔρωτας· ἐν ἑβδομάτῃ δὲ μελίσσῃ

Ex posteriore hujus prooemii parte apparet, *Agathiam* illam novorum Epigrammatum Collectionem in septem libros descripsisse: quorum *primus* complectebatur carmina dedicatoria; *secundus*, regionum, statuarum, tabularum, aliorumque artis operum descriptiones; *tertius*, sepulcralia; *quartus*, carmina in varios vitae humanae casus; *quintus*, epigrammata satyrica; *sextus*, amatoria; *septimus* denique ea, quae ad vitae fructum et laetitiam exhortantur.

Quae cum ita se habeant, manifestum est, primum, Agathiam Epigrammatum secundum argumenta disponendorum, Anthologiaeque in capita quaedam describendae initium fecisse; deinde, errasse eos, qui Anthologiam in Vatic. Cod. servatam pro Agathiae Sylloge haberent; inter quos princeps fuit *L. Holstenius*, qui quae Epigrammata ex illo Codice laudat, ea se ex Anthologia Agathiae proferre dicit *). At in Vat. Cod. antiquissimorum poëtarum carmina una cum recentissi-

*) Hujus erroris fons et origo praeclare patet ex iis, quae notavit Brunckius in Praef. p. XI. Cum enim in Indice Codicis Vat. Prooemio Agathiae praefixa sint verba: *Ἀγαθίου σχολαστικοῦ — συλλογὴ νέων ἐπιγραμμάτων*, deinde vero legantur haec: *ἔστι δὲ ἡ τάξις ἐπιγραμμάτων, ἤγουν διαίρεσις οὕτως*, quae verba sequitur Index Capitum Anthologiae Const. Cephalae; fuerunt, qui sibi persuaderent, ipsam Agathiae Anthologiam in illo Codice exhiberi.

ifficultatibus, quas ei objiciebant verb
Lipsiensi ad finem τῶν ἀναθηματικῶν pc
τῶν ἀναθηματικῶν ἐπιγραμμάτων Ἀγα
αστικοῦ. unde apparere ait, Antholo
raphi Lipsiensis et Vaticani adeo Codici
hiae Anthologia nihil diversam esse *).
gregie fallitur. Illa enim verba, quoru
Cod. nullum vestigium est, temere ad
sive ab *Isaaco Grutero*, sive ab alio, qui
giam Vat. Codicis pro ipsa Agathiae hab
ge. Quam opinionem, nullo fundam
uctam, prorsus abjiciant necesse est, qu
ologiae, quam nunc habemus, condit
statuere suscipiunt. Agathiae Κύκλος
s superest, quam Meleagri Philippique
. Ne unum quidem ejus librum Vatic. C
vit integrum; sed totum opus paulo
antinum Cephalam interiisse probabile est

VI.

De Anthologia Conſtantini Cephalae et Codice Vaticano.

Poſt Agathiam, quatuor fere, ut videtur, ſeculis praeterlapſis, magnum opus molitus eſt *Conſtantinus Cephalas*, obſcurus homo, cujus nomen ne eruditiſſimi quidem homines audiverant, antequam Salmaſius illud e membranis Heidelbergenſibus eruiſſet. Is igitur, quicunque tandem fuerit, cum, qui poſt Meleagrum Epigrammatis colligendis operam dederant, nonniſi ſupplementa Coronae illius edidiſſent, majoris Collectionis ſpeciem animo complexus, ipſius Meleagri veſtigia preſſit, et ex omnibus, qui ante illam aetatem Epigrammata ſcripſerant, poëtis novam Anthologiam condere inſtituit. Haec eſt ea, quam Salmaſius in Codice Palatino ſive Vaticano reperit; una ex omnibus, quae ſingulari quadam fortunae benignitate aetatem tulit. Hujus Anthologiae notitia cum tota ex Vaticano Cod. petenda ſit, res ipſa poſtulat, ut accuratam hujus Codicis deſcriptionem huic ipſi capiti inſeramus.

Claudius Salmaſius, cum tenera adhuc aetate, ad finem anni 1606. Heidelbergam veniſſet, incredibili bonarum literarum incenſus ſtudio, Bibliothecam Palatinorum Electorum, cui tum Janus Gruterus praefectus erat, perſcrutatus, incidit in Codicem Epigrammatum graecorum, quem,

[redacted]

cum paulo accuratius tractasset, multa, quae a Planudea collectione abessent, continere intellexit. Hunc itaque Codicem diligenter excutere coepit *). Quae Epigrammata in Planudea reperiebantur, ea comparavit ad exemplar editionis Wechelianae, quae paulo ante prodierat; quaecunque autem inedita essent, ea separatim descripsit. Ab eo inde tempore, cum Salmasius Excerpta sua cum eruditis hominibus, Scaligero, Guieto, aliis, communicasset, *Anthologia inedita* Codicis Palatini celebrari et in omnium ore esse coepit.

Ipsius Codicis, quo illa continebatur, accuratam descriptionem Salmasius nusquam dedit. Brevi post tempore, anno 1623, in luctuosissimo illo

[redacted]

eſt *), ejus deſcriptionem prodidit. Inde factum eſt, ut doctiſſimi viri de Anthologia illius Codicis falſam animo opinionem imbiberent, et ſuum quisque Apographum, quamvis ex Excerptis plus minus truncatis deſcriptum, pro genuina Conſtantini Anthologia haberet. In his autem apographis cum plurimae eſſent diverſitates, non in ſingulis locis tantum, ſed etiam in Carminum ordine et diſpoſitione, ut error errorem procreare ſolet, exſtiterunt, qui iſta Apographa non ex uno, ſed pluribus Autographis profluxiſſe ſibi perſuaderent. Quo nihil falſius. Erroris tenebras primus diſcutere coepit Brunckius, qui tamen, cum nec ipſum Codicem tractaſſet, nec plenum ejus et integrum haberet Apographum, rem egregie inchoatam perficere et ad finem perducere non poterat.

Eſt igitur ille tam multorum ſermonibus nobilitatus liber in membranis ſcriptus, foliis quadru-

*) Leo Allatius, cui mandatum fuit negotium Codd. Heidelbergenſes Romam transferendi, noſtrum librum non neglexit, ut apparet ex ejus Epiſt. ad Gabr. Naudaeum, inter Liceti Reſponſa de Quaeſitis per Epiſtolas Tom. I. p. 309. Idem ejus meminit in Libro de Patria Homeri p. 249. — Curioſe eundem tractavit Emm. Martinus, cui ejus inſpiciendi poteſtas facta erat per Laurentium Zaccagnam, Biblioth. Vat. Cuſtodem. Vide Martini Epiſt. T. I. p. 184. ubi perperam tradit, in Bibl. Barberini Meleagri Coronam exſtare.

plicatis, forma longiore quam latiore, conſtans paginis DCCX. praeter quatuor folia in fronte libri agglutinata, quae et ipſa Epigrammatis repleta ſunt. Totus Codex non una manu ſcriptus, ſed diverſis. Antiquiore manu ſcriptus eſt Index, quem mox daturi ſumus, et deinceps paginae 453, ubi recentior manus incipit, usque ad pag. 644. Quae ſequuntur ab hac inde pagina, iterum antiquiore manu conſcripta ſunt, usque ad p. 705. In reliquis conſpicitur manus recentior, diverſa tamen a priore, quae in praecedentibus quaedam explevit. Ab eadem tria illa folia, in fronte libri agglutinata, et vacuae quaedam paginae 488. et 568. Epigrammatis perſcripta ſunt. Manus an- [redacted]

Index Codici praefixus est hic:

Τάδε ἔνεστιν ἐν τῇδε τῇ βίβλῳ τῶν ἐπιγραμμάτων·

α. Νόννου ποιητοῦ Πανοπολίτου ἔκφρασις τοῦ κατὰ Ἰωάννην ἁγίου εὐαγγελίου.

β. Παύλου ποιητοῦ Σιλεντιαρίου Κύρου ἔκφρασις εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν, ἤγουν τὴν ἁγίαν Σοφίαν.

γ. Συλλογαὶ Ἐπιγραμμάτων Χριστιανικῶν εἴς τε ναοὺς καὶ εἰκόνας καὶ εἰς διάφορα ἀναθήματα.

δ. Χριστοδώρου ποιητοῦ Θηβαίου ἔκφρασις τῶν ἀγαλμάτων τῶν εἰς τὸ δημόσιον γυμνάσιον τοῦ ἐπικαλουμένου Ζευξίππου.

·x· ε. Μελεάγρου ποιητοῦ Παλαιστίνου στέφανος διαφόρων ἐπιγραμμάτων.

·x· ϛ. Φιλίππου ποιητοῦ Θεσσαλονικέως στέφανος ὁμοίως διαφόρων ἐπιγραμμάτων.

·x· ζ. Ἀγαθίου Σχολαστικοῦ Ἀσιανοῦ Μυριναίου συλλογὴ νέων ἐπιγραμμάτων ἐκτεθέντων ἐν Κωνσταντινοπόλει πρὸς Θεόδωρον Δεκουρίωνα.

·x· Ἔστι δὲ ἡ τάξις τῶν ἐπιγραμμάτων ἤγουν διαίρεσις οὕτως·

α. πρώτη μὲν ἡ τῶν χριστιανῶν. ·x· β. δευτέρα δὲ τὰ Χριστοδώρου περιέχουσα τοῦ Θηβαίου. ·x· γ. τρίτη δὲ ἀρχὴν μὲν ἔχουσα τὴν τῶν ἐρωτικῶν ἐπιγραμμάτων ὑπόθεσιν. ·x· δ. ἡ τῶν ἀναθεματικῶν. ·x· ε. πέμπτη ἡ τῶν ἐπιτυμβίων. ·x· ϛ. τῶν ἐπιδεικτικῶν. ·x· ζ. ἑβδόμη τῶν προτρεπτικῶν. ·x· Η. ἡ τῶν σκωπτικῶν. ·x· Θ. ἡ τῶν Στράτωνος τοῦ Σαρδιανοῦ. ·x· Ι. διαφόρων μέτρων διάφορα ἐπιγράμματα. ·x· ΙΑ. ἀρι-

[redacted]

θμητικὰ καὶ γρῖφα σύμμικτα. ·Χ· ΙΒ. Ἰωάννου γραμματικοῦ Γάζης ἔκφρασις τοῦ Κοσμικοῦ πίνακος τοῦ ἐν χειμερίῳ λουτρῷ. ·Χ· ΙΓ. Σύριγξ Θεοκρίτου καὶ πτέρυγες Σιμμίου. Δωσιάδα βωμός. Βησαντίνου ὠὸν καὶ πέλεκυς. ·Χ· ΙΔ. Ἀνακρέοντος Τηΐου συμποσιακὰ ἡμιάμβια καὶ ἀνακρεόντια καὶ τρίμετρα.

ΙΕ Τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου ἐκ τῶν ἐπῶν ἐκλογαὶ διάφοροι, ἐν αἷς καὶ τὰ Ἀρέθα καὶ Ἀναστασίου καὶ Ἰγνατίου καὶ Κωνσταντ. καὶ Θεοφάνους κεῖνται ἐπιγράμματα.

Ceterum hic index, quem Brunckius cum paucis varietatibus ex apogr. Buheriano edidit Praef. p. IX. et X. cum ipſo Codice non omnino conſpi-

[redacted]

cum titulo: Τὰ τῶν Χριστιανῶν προτετάχθω εὐσεβῆ καὶ θεῖα ἐπιγράμματα κἂν (κἂν οἱ) Ἕλληνες ἀπαρέσκωνται. Proximum locum ſibi vindicat *Chriſtodori Ecphraſis*, eadem, quae quintum librum Planudeae implet, usque ad p. 76. eique conjuncta ſunt, in Indice penitus praetermiſſa, Epigrammata Cyzicena p. 76 – 80. quae edidimus in Exercitt. crit. T. II. p. 139. ſqq. Sequuntur Prooemia Meleagri, Philippi, Agathiae, ex eorum Anthologiis decerpta p. 81 – 87. Jam Brunckius monuit p. XI. nemini fraudi eſſe debere elenchos titulorum ε. ϛ. ζ. qui ipſas illas tam illuſtres Epigrammatum Collectiones promittere videntur, ſed nihil omnino praeter earundem Prooemia praeſtant. Poſt has Praefationes ſequuntur ſingula Epigrammatum capita hoc ordine:

Amatoria — 141.
Dedicatoria — 207.
Sepulcralia — 326.
Epigrammata S. Gregorii — 358.
Ἐπιδεικτικά — 488.

Decembri anni 1607. „Utinam χριστιανικὰ, quae „ſunt ἀνέκδοτα, nobis aliquando mittas.“ Miſiſſe Salmaſium, veriſimile eſt, ut et ex illo habuiſſe Scaligerum Joannis Gazenſis Ecphraſin, quam ſequente epiſtola ſe optare ſignificat, quamque è Scaligeri Bibliotheca vulgavit Rutgerſ. Var. Lect. p. 95. *Brunckius* in Praef. p. XIII.

Προτρεπτικά — 507.
Συμποτικά — 517.
Σκωπτικά — 569.
Stratonis Musa puerilis — 608.
Epigrammata variis metris conscripta — 615.
Problemata arithmetica et aenigmata — 644.
Joannis Gazae Ecphrasis — 665.
Syrinx Theocriti etc. 670 — 674.
Anacreontis carmina — 692.
Carmina quaedam Gregorii et aliorum — 707.
Epigrammata in Hippodromum — 710.

Ex discrepantia Indicis cum Codice ipso recte collegeris, Indicem ex antiquiore codice sine mu- [redacted]

δεικτικά· ὡς νῦν ὑποτέτακται ἐν τῷ παρόντι πτυκτίῳ. Ad quae verba duo monenda ſunt. Primum hoc eſt: cum Scholiaſtes Conſtantinum Meleagri Coronam, Epigrammatis in capita deſcriptis, ſolviſſe dicit, haec non ita premenda ſunt, ut illum idem in Philippi et Agathiae operibus feciſſe negemus *). Carmina enim ex tribus illis Anthologiis petita in Anthologia Vat. Cod. ita confuſa ſunt et commiſta, ut quintus aliquis auctor fingendus ſit, qui Cephalae Anthologiae, ex ſola Meleagrica concinnatae, Epigrammata ex duabus reliquis addiderit. At de ejusmodi homine nemo ne fando quidem audivit. Quod igitur Scholiaſtes de una Meleagri Corona dixit, id de Philippi quoque et Agathiae Anthologia accipiendum eſt, praecipue, cum cauſa idonea reddi nequeat, cur Cephalas operam, a ſe in Epigrammatis colligendis poſitam, tam anguſtis finibus circumſcripſerit. Alterum, quod obſervatione eget, hoc eſt: cum in illo Scholio Conſtantinus quatuor Anthologiae capita concinnaſſe diſerte commemoretur, (Amatoria, Dedicatoria, Sepulcralia et Ἐπιδεικτικά) num ille nonniſi haec, reliqua autem alius compoſuiſſe et deſcripſiſſe putandus eſt? Non puto. Scholiaſtes enim quatuor priora capita nominaſſe contentus, reliqua non

*) Hoc fecit Martinus in Epiſt. ad Zandadaram. Recte ei obloquitur Leichius in Praef. Carm. Sepulcr. p. V.

[redacted]

apposuit, sed in verbis, ὡς νῦν ὑποτέτακται ἐν τῷ παρόντι πτυκτίῳ, intelligi voluit. Optandum tamen fuerit, eum rem disertius explicuisse, ut liquido constet, quae Codicis partes ex ipsa Constantini Anthologia descriptae, quae a serioribus librariis appositae sint. Tum demum certius quid de Constantini aetate statui posset.

Singulis hujus Anthologiae Sectionibus, inde a Dedicatoriis, brevis praefixa est praefatiuncula. Amatoriis additus est epilogus his verbis conceptus (p. 141.): Ἀρχὴ μὲν ἡμῖν, ὥς φησιν, ἡ τῶν ἐρωτικῶν ἐπιγραμμάτων ἔκθεσις γεγένηται, σκοπὸν ἔχουσα τὴν σὴν ἐξάψαι διάνοιαν. εἰ τοίνυν γεγένηται τὸ προ-

[redacted]

Epigrammatum descripsisse ait, quantum sibi ad cognoscendum eorum characterem sufficere visum sit, nonne plura sibi in promtu fuisse significat? Eadem verba repetuntur proximi capitis initio, his additis: *μετιτέον οὖν ἐφ' ἕτερον οὐκ ἄχρηστον, οὐδ' ἀνωφελῆ, λαλῆσαι δὲ* (*κινῆσαι δὲ* suspicatur Reiskius in Not. p. 115.) *καὶ πρὸς πάθος ἀγαγεῖν τοὺς ἐντυγχάνοντας δυνάμενον· ἔστι δὲ οὗτος ὁ τῶν Ἐπιτυμβίων, ἀρχὴν ἔχων τοιάνδε.* In margine Scholion habetur: *ἀρχὴ τῶν ἐπιτυμβίων ἐπιγραμμάτων, ὧν ἐσχεδίασεν ὁ κύρις (Κύριος) Κωνσταντῖνος ὁ Κεφαλᾶς, ὁ μακάριος καὶ ἀείμνηστος καὶ τριπόθητος ἄνθρωπος.* Hic igitur secundus est locus, ubi Cephalae fit mentio. Obscurum vocabulum *ἐσχεδίασεν* Reiskius e contextu interpretatur *in schedas deposuit.* *Schedae* autem apud Graecos nunquam vocabantur *σχέδαι*, quo verbo potius *extemporalis opera* significabatur, ut ap. *Annam Comnen.* in Alex. XV. 485. Quod si igitur vulgaris verbi *σχεδιάζειν* significatio hoc quoque loco retineri debet, Constantinus Sepulcralia carmina subitanea et extemporali opera concinnasse dicitur. Ceterum parum interest scire, quid Scholiastes in mente habuerit. — Sequuntur *ἐπιδεικτικὰ* cum Praefatione p. 358. *ἀρχὴ τῶν ἐπιδεικτικῶν ἐπιγραμμάτων. οὐδὲ τοῖς παλαιοῖς ἠμέληται τὸ ἐπιδεικτικὸν εἶδος, ἀλλ' ἔστι καὶ ἐν τοῖς ἐπιγράμμασιν εὑρεῖν καὶ ἑρμηνείας ἐπίδειξιν καὶ πραγμάτων γενομένων ὄντως ἢ ὡς γενομένων ἀφήγη-*

σιν. Initio τῶν προτρεπτικῶν p. 489. leguntur haec: Οὐδὲ οὗτος ξένος οἶδ' ὅτι τῶν ῥηθησομένων ἐπιγραμμάτων ὁ τρόπος, τοῦτο καὶ τῶν παλαιῶν ἐπισημαινομένων πολλάκις· προτρεπτικὰ δὲ τοῦ πρακτέου τοῖς ἐντυγχάνουσιν ὄντα οὐ τέρψιν μόνην, ἀλλὰ καὶ ὄφελος οὐ μικρὸν ἔχει καιρόν τε καὶ τόπον καὶ πρᾶξιν ὑφηγούμενα. Ei capiti, cui titulus ἀρχὴ τῶν σκωπτικῶν, praefiguntur haec: Τὸ συμποτικὸν εἶδος ἐκ σκωμμάτων σύγκειται καὶ συμβουλῆς, τῶν παλαιῶν ἀεὶ παρὰ τὸν πότον ἀλλήλους ἀποσχεδιαζόντων. Ἵνα οὖν μηδὲ τούτων ἀμοιρῆς (f. ἄμοιρος ᾖς), καὶ ἐξ αὐτῶν ὑπέταξα τὰ ἐμπεσόντα. Quis hic loquitur? Nonne is, qui et prioribus libris praefatus est, Constantinus Cephalas? Ergo [redacted]

[redacted]

Quin margini appicta sunt lemmata quaedam: εἰς ῥήτορας. εἰς ἰατρούς. εἰς ἀπλήστους. εἰς δειλούς etc. Hanc sectionem excipit denique *Musa Stratonis*, cujus praefationem in Capite de Stratonis Musa posuimus. Hoc caput Anthologiae Constantini ultimum fuisse, suspicor. Quae enim sequuntur, iis nihil praemittitur. Ex aliis igitur libris corrasa Codici Anthologiae, ut fieri solebat, a librariis videntur addita. Non tamen negaverim, illud τμῆμα, quod carmina variis metris conscripta continet, veteris illius Anthologiae partem esse.

Haec una serie continuanda erant, ut interior hujus operis conditio melius cognosceretur. Sed supersunt alia quaedam loca, in quibus Constantini mentio injicitur; alia, quae ad Codicis historiam faciunt. Haec igitur adscribenda et expendenda sunt.

Primum tria loca reperio, in quibus Gregorii, nescio cujus, fit mentio. Primus est p. 254. ad Epigr. ἀδέσπ. DCLV. quod lemma habet in Codice: Εἰς Κάσανδρον τὸν ὡραῖον ἐν Λαρίσσῃ κείμενον. Μετεγράφη παρὰ Γρηγορίου τοῦ μακαρίτου διδασκάλου, ἐξ αὐτοῦ τοῦ λάρνακος. Alter p. 255. ad Epigr. ἀδέσπ. DCLI. Εἰς Φρόντωνα υἱὸν Πωλίττης· εὑρέθη δὲ ἐν Κυζίκῳ· τὸν δὲ ποιήσαντα οὐ γινώσκω. Ἐγράφη δὲ τοῦτο ὁμοίως παρὰ τοῦ μακαρίτου Γρηγορίου τὸν (τοῦ) καμψι . . ὅθεν αὐτὸ καὶ ὁ Κεφαλᾶς ἐν ἐπιγράμμασιν ἔταξεν. An hinc colligi debet,

Gregorium, Constantini forte magistrum, collectionem Epigrammatum fecisse, unde ejus discipulus nonnulla descripserit? Non puto. Gregorius hic illic Epigrammata ex cippis et monimentis descripserat; quae Constantinus, cum Anthologiam conderet, ab eo accipiens in suum opus retulit, magistri nomen commemorans, ut pium gratumque erga eum animum significaret. Tertius denique locus est p. 273. ad Epigr. Alcaei Mess. XXI. *τοῦτο τὸ Ἐπίγραμμα ὁ Κεφαλᾶς προσβάλετο ἐν τῇ σχολῇ τῆς Νέας Ἐκκλησίας ἐπὶ τοῦ μακαρίου Γρηγορίου τοῦ Μαγίστορος.* Quis fuerit ille Gregorius Magister, frustra quaesivi. Sed est in postremis his verbis aevi, quo Constantinus vixe-

[redacted]

Hoc exemplo invitatum Cephalam, quod in hiſtoricis aliisque ſcriptoribus vidiſſet fieri, imitatum eſſe veteresque Anthologias in capita deſcripſiſſe et quaſi in compendium redegiſſe, omnino probabile eſt. (Vide Heeren V. Cl. in Introd. in Hiſt. Philologiae T. I. p. 152. ſqq.) Id autem, quod nos conjectura ducti ſuſpicamur, Cephalam floruiſſe ſeculo decimo, id Reiskius in Not. Poët. p. 225. conſici poſſe putabat carmine, a *Conſtantino* quodam *Rhodio* concinnato, quem Reiskius pro ipſo Anthologiae conditore habebat. Carmen, quod legitur in Cod. Vat. p. 668. (Anthol. Reisk. nr. 639. p. 106.) hoc eſt:

Τοῦ ταπεινοῦ Κωνσταντίνου τοῦ Ῥοδίου εἰς τὸν σταυρὸν, ὃν ἀνέθετο ἐν τῇ Λίνδῳ.

Κωνσταντῖνος Ἰωάννου ἠδ' Εὐδοκίης με
τέκνον ἔτευξεν ἀγακλυτὸν, ὃν Λίνδος μεγάλαυχος
ἤνεγκε προτέρης γενεῆς προφερέστερον ἄνδρα
καὶ πιστὸν θεράποντα σκηπτούχοιο Λέοντος,
ᾧ Ἀλέξανδρος ἀδελφεὸς ἠδ' υἱὸς Κωνσταντῖνος
σκῆπτρα θεοστήρικτα συνεξαγέτην βασιλείης.

Qui ſe Leonis imperatoris miniſtrum appellat, eum decimo ſeculo ineunte vixiſſe neceſſe eſt. Nolim tamen hoc argumento abuti. Nullum nomen illis temporibus frequentius occurrit nomine Conſtantini. Jam vero aliud indicium non exſtat, quod nobis perſuadeat, auctorem carminis, Conſtantinum Rhodium, ab auctore Anthologiae, Conſtantino Cephala, nihil diverſum fuiſſe.

[redacted]

minibus sese excipientibus. Hunc igitur ordinem ab ipso Agathia, gratae varietatis causa, institutum esse arbitror; quin probabile est, Constantinum nostrum Agathiae Syllogen pro fundamento habuisse, cui suam Anthologiam superstrueret. Quid enim? Eadem in utroque opere argumentorum divisio carminumque ad certos titulos descriptio; nisi quod Cephalas singulos libros alio ordine posuit, et illud caput, quod statuarum aliorumque artis operum descriptiones continebat, plane omisisse videtur. Sed de hac omissione tum dicendi locus erit, ubi Anthologiam Constantini cum Planudea comparabimus. Ceterum monendum est hoc, Constantinum non solum Epigrammata

[redacted]

[redacted]

rum intermixtis carminibus, in Cod. Vat. leguntur.

Ex his, quae hactenus exposui, quanti facienda sit illa collectio, facile apparet. At, dixerit aliquis, nisi ille antiquiores Anthologias in compendium redegisset, non periissent Epigrammatum thesauri longe et pretiosiores et uberiores, quos prava Constantini sedulitas in oblivionem adduxit. Verum enimvero quis spondere ausit, illas antiquiores Collectiones absque Constantino aetatem fuisse laturas, cum tot nobilissimorum scriptorum opera, quae nemo in compendium redegerat, tamen perierint? Gratias igitur habendas duco homini, quicunque fuerit, quod tam multas optimorum poëtarum reliquias servavit, et, quantum in ipso erat positum, ab interitu vindicavit. Ceterum hac Epigrammatum collectione Brunckius (Praef. p. IV.) per quinque fere secula usos esse literatos homines monuit. Ex illa tot fragmenta decerpta sunt, quae *Suidas* in Lexico suo protulit *), quae unde desumta essent, diu latuit.

*) Ex Dedicatoriis inprimis (vid. Reisk. Misc. L. T. IX, p. 83.). Saepe in depravatis lectionibus cum Cod. Vat. conspirat, ut in Ep. Hegesippi II. 4 φῶς λύγα πυρός. Ep. III. ἄημμαι pro ἧμμαι. Antip. Sidon. XXII. 7. ἦθελ' ἑκάστα. XXVII. 4. ἀβρῶν. etc. Saepe etiam meliores ejus lectiones, quas Planudes neglexerat, servavit.

VII.

De Anthologia Maximi Planudis.

Jam de *Planude* dicendum eſt, ultimo eorum, qui ante renatas literas bene de Anthologia meruerunt. Hic vir, cujus nomen non ingenii judiciique praeſtantia, ſed bonarum literarum ſtudium et eruditio, pro illis temporibus haud contemnenda, ad poſteritatem commendavit, floruit Conſtantinopoli ſub diuturno regno Andronici majoris et nepotis ejus. Huic debemus Anthologiam illam, inde a ſeculo XV. ſub Planudeae nomine cognitam, in ſeptem libros deſcriptam. Singuli libri, quinto et ſeptimo exceptis, in capita, ſecundum locos commu-

[redacted]

deſcriptionem poëticam ſtatuarum Zeuxippi, nec non Epigrammata in ſtatuas aurigarum in Hippodromo CPolitano. *Sextus*, capitibus XXVII. carmina continet dedicatoria; *ſeptimus* denique, quod in capita non eſt diviſum, amatoria. Huic libro praefixa leguntur haec: Ἐν τῷδε τῷ ἑβδόμῳ τμήματι περιέχεται ἑταιρικά τινα ἀποφθέγματα· τὰ μὲν, ὡς ἐγκώμια· τὰ δὲ, ὡς ἐπιστολαί· τὰ δὲ, ὡς ἂν ἕκαστον ἔτυχεν, ὅσα μὴ πρὸς τὸ ἀσεμνότερον καὶ αἰσχρότερον ἀποκλίνει. Τὰ γὰρ τοιαῦτα πολλὰ ἐν τῷ ἀντιγράφῳ ὄντα, παρέλιπε, φησὶν, ὁ Πλανούδης.

Ex hac operis Planudei deſcriptione ſponte apparet, illud, quamvis in ſeptem libros, ſicut Agathiae Anthologiam, deſcriptum, argumentorum tamen ordine carminumque diſpoſitione longe ab ea diverſum fuiſſe. Quare noli dubitare, quid ſtatuendum ſit de ſententia *Jani Laſcaris*, in Praef. Anthologiae Planudis p. XII. *Illud unum non praetermittam, hoc Epigrammatum* ἀνθολόγιον *ab Agathia concinnatum eſſe, praeſtantiſſimo et poëta et hiſtorico ſui temporis, non a Planude, ut nonnullis eſt temere perſuaſum. Planudes enim monachus, ut eos appellant, non magis diſpoſuit, quam mutilavit, et, ut ita dicam, caſtravit hunc librum, detractis laſcivioribus Epigrammatis, ut ipſe gloriatur; quid tamen inde ſit meritus, aliorum ſit judicium. — Si qua vero Planudes his Epigrammatis interpoſuit, ea certe ſunt, quae, ut ineptiora, libentiſſime abſtu-*

lerim. In hac igitur sententia nihil veri esse, post ea, quae de Agathiae Anthologia disputavimus, planissime apparet. Illa si Planudes in opere suo concinnando usus est, quod mihi tamen secus videtur, nihil inde depromere potuit, nisi Byzantinorum poëtarum carmina, ipsius Agathiae, Pauli Silentiarii, Macedonii aliorumque ejusdem aetatis hominum; plurima autem illa optimorum et vetustissimorum poëtarum Epigrammata, quibus in Agathiae Anthologia locus non fuit, aliunde sumserit necesse est. Agathiam autem carmina uniuscujusque Libri secundum rerum ordinem disposuisse, ejus rei nullum plane exstat vestigium. Hinc sequitur, primum, ἀντίγραφον illud, de quo Planudes loquitur in Praefatione Libri VII. pleniorem aliquam fuisse Anthologiam, quam Agathiae fuit Sylloge; deinde, carminum secundum argumenta in minora capita describendorum qualemcunque laudem Maximo Planudi propriam et po-

[redacted]

ea ſolummodo e vetuſtis Anthologiis excerperet, *et tantam meſſem Planudae reliquam faceret*, *arduum eſt exputare. Videtur quidem Planudes id egiſſe*, *ut Cephalae omiſſa ſublegeret*, *et in volumen cogeret veterum Anthologiarum fragmenta.* In qua re virum doctiſſimum opinio egregie fefellit. Quum enim, quam amplum opus ſit Anthologia Vat. Codicis, ignoraret, et Lipſienſe Apographum, quod nonniſi Epigrammata illa, quibus Planudea caret, complectitur, pro integra Conſtantini collectione haberet, non fieri poterat, quin in graviſſimos errores incideret. Minori, quam Reiskius putavit, opera Planudi Anthologiam, ab eo concinnatam, conſtitiſſe, intellexerunt ii, quibus accuratior Anthologiae Vat. Codicis notitia contigiſſet. Inter quos eminet Brunckius, qui recte judicavit Praef. p. IV. nihil aliud egiſſe Maximum, niſi ut Cephalae volumen ad minorem molem redigeret, et ex hoc uno libro Epigrammata excerpta per locos communes in capita digereret. De cujus ſententiae veritate ne quis in poſterum dubitet, agedum Planudeam cum Anthologia Cephalae comparemus.

Libri *primi* igitur pars longe maxima ducta eſt ex *ἐπιδεικτικοῖς* Vaticani Codicis. Cum autem genus epidicticum, cui hic liber deſtinatus eſt, longiſſime pateat, neque certis circumſcribatur finibus, factum eſt, ut Planudes multa ex *προτρεπτικοῖς*, quaedam ex *ἀναθηματικοῖς* in hunc librum re-

[redacted]

ferret. Duodecim fere ſive quatuordecim ejus Epigrammata non comparent in Vat. Cod. quae tantum non omnia in ſtatuarum commemoratione aut deſcriptione verſantur, quod genus a Vat. Cod. penitus abeſſe, ſupra monuimus. — Liber *ſecundus*, Satyricis deſtinatus carminibus, totus excerptus eſt ex Cod. Vat. τμήματι Ζ. ita tamen, ut Cap. XLVII. εἰς συμποτικὰ ἀστεΐσματα ductum ſit ex τμήματι ΣΤ. quod revera unum eſt cum σκωπτικοῖς. Hoc igitur Caput, ſex fere carminibus exceptis, totum ex illa Sectione Codicis a Planude ductum eſt; et quidem ita, ut Epitomator primum, ordinem carminum in Planudea ſecutus,

[redacted]

caput, quod Sepulcralia continet, omnium breviſſimum ſit*). — Liber *quartus*, qui imaginum, ſtatuarum, regionum deſcriptiones continet, plurima habet Planudi propria. Nonnulla quidem ejus Capita etiam in Vat. Cod. reperiuntur, ut Cap. VII. quod Epigrammata in Myronis vaccam habet; Cap. XVIII. in gemmas, ubi longe maxima pars carminum eodem ordine legitur, quo in Vat. Cod. poſita ſunt; Cap. XXII. *εἰς οἴκους*, cujus eadem eſt ratio; Cap. XXV. in fontes; Cap. XXVII. in urbes; Cap. XXVIII. in fluvios; Cap. XXIX. in ſuburbia; Cap. XXXI. in vaſa; Cap. XXXIII. in horologia. In hoc recenſu, nonne miraris, ea tantum Carmina ex Vat. Cod. ducta eſſe, quae nihil ad picturam, ſculpturam, cognatasque illis artes faciant? et in tota Vat. Codicis Anthologia, ſi a pauciſſimis carminibus disceſſeris, inter τὰ ἐπιδεικτικὰ relatis, nullum, quod ad illas artes pertineat, reperiri? Quid in cauſa fuiſſe dicamus, ut Conſtantinus nihil hujus generis in uberrimam Collectionem ſuam referret, et in hac tantum parte Planudi, non ſpicilegium, ſed meſſem relinqueret? Sunt quidem in illis permulta ſequioris aevi carmina, quae nec orationis bonitas, nec ingenium atque venu-

*) In hoc praecipue libro carmina multis in locis eodem ſeſe ordine excipiunt, quo in Vat. Cod. habentur. Haec quoque res non leve momentum habet ad Brunckii ſententiam ſtabiliendam.

ſtas magnopere commendet; ſed ne Conſtantinum hac ſola cauſa, ut illa omitteret, commotum eſſe dicamus, vetat hoc, quod illum hominem in reliquis Sectionibus minime tam acerbum delectum inſtituiſſe videmus, ut nihil, niſi perfectiſſimum quodque et venuſtiſſimum, in ordinem redigeret. Quid, quod in illis carminibus multa apud Planudem reperiuntur, quae optimae notae ſunt et ab antiquiſſimorum poëtarum ingeniis compoſita? Cur igitur ille ne haec quidem recepit et ad poſteritatem propaganda curavit? Nihil video, quod apte reſponderi queat. Non magis intelligitur, Planudes, quem ceteras Anthologiae partes ex ſola Conſtantini Sylloge derivaſſe conſtat, ubi il- [redacted]

rum ſit, quod Brunckius dixit, Planudem brevitatis ſtudioſiſſimum fuiſſe. Longe enim plurima ex priore parte τῶν ἀναθηματικῶν excerpſit; deinde, ut fieri ſolet, ſtudio refrigerato, ex altera parte pauciſſima ſelegit. — In *ſeptimo* denique libro longe maxima pars Epigrammatum ex Amatoriis Vat. Codicis. Nonniſi XXVI. notavi aliunde ducta. Paſſim ſe eodem ordine excipiunt, quam in Codice, in quo tamen varietati magis proviſum eſt. Apud Planudem enim ejusdem auctoris carmina deinceps leguntur.

Quae cum ita ſe habeant, dubitari non poteſt, quin verum ſit, quod Brunckius, nullis argumentis prolatis, poſuit, Planudem in concinnanda Anthologia, ſi pauca excipias, omnia ex Cephalae libro derivaſſe eumque in compendium redegiſſe. Hunc ſecutus eſt in digerendis carminibus, quod ad Librorum argumenta attinet; paſſim etiam in ſingulis Capitibus. Nam Cephalas quoque carmina ejusdem argumenti multis in locis conjunxit.

Jam quid de Planudis opera ſtatuendum, quae laudis partes eidem tribuendae eſſent, paſſim quaeſiverunt Viri doctiſſimi. Ex iis, quae hactenus disputavimus, ſatis apparere puto, gratias Planudi habendas eſſe, qui tam inſignem Epigrammatum numerum, et quidem eorum, quae ad artis hiſtoriam egregie faciunt, unus ab interitu vindicaverit. Sunt tamen in ejus opere, quae merito re-

prehendas. Laſcivioris quidem argumenti carmina quod omiſerit, in reprehenſionem cadere nequit. Illius enim ſeculi homo, isque monachus, quomodo foeda Stratonis aliorumque Epigrammata contrectare auſus ſit? et ſi domi in penetralibus ſuis contrectaverit, ea ſaltem denuo edere et ſua auctoritate quaſi commendare lectoribus non poterat. Sed ab hoc quorundam crimine Planudem ſatis verboſe vindicavit Vavaſſor de Epigrammate p. 190. ſqq. merito querens, quod ille, cum multa ſuſtuliſſet obſcoeniſſima, pauca, ſublatis non multum honeſtiora, reliquerit. Alia ſunt, quae eidem majore cum jure objicias. Quum enim diligentiae et ſedulitatis laude, ei a Vavaſſore, qui [redacted]

aevi simplicitate delectatum esse, eumque adeo, optione data, ex illis multo plura quam ex antiquioribus in Collectionem suam recepisse. Tertium, quod in Planude reprehenditur, prioribus illis criminibus longe est gravius. Qui cum sibi eam Epigrammatum graecorum editionem proposuisset, in qua omnia lectu essent facilia, primum multa carmina nullam aliam ob causam omisit, nisi quod in archetypo suo depravata legebantur, id quod, si aequi esse volumus, non valde vituperandum est; deinde multa exhibuit mutila, resectis iis, quae emendare non poterat*), multa pro sui ingenii modulo emendavit et interpolavit. Interpolandi caussa admodum frequens nascebatur ex obscoenitate quorundam carminum, quae nec integra servare posset, nec penitus omittere et resecare vellet. In his igitur ita plerumque versatus est, ut mutationibus quibusdam factis scrupulos eximeret, alia demeret, alia adjiceret, inepte plerumque et sine venustatis sensu. Sed hac de re operae pretium est Brunckium audire querentem Praef. p. V. „Nonne satius fuisset, ubi minus „castum occurrebat carmen, quale illi visum est „Rufini Ep. II. illud omnino praeterire, quam ultimum „assumere distichon a praecedentibus seclu-

*) Duo hujus generis exempla laudasse sufficiat: Philodemi Ep. XVIII. Palladae Ep. V.

[redacted]

„ſum et interpolatum, ita ut nullum in eo lumen „fulgeat, nihilque praeter inanem ſonitum re„manſerit? Non deerat profecto materia, cujus de„lectu diſtichi illius jacturam rependeret. Idem „ſtatuendum eſt de carminibus non paucis, quale „eſt Stratonis Ep. XCVI. in quibus arguti ſenſus „concinno et profluenti rhythmo, elegantibus ver„bis expreſſi, quos ille ineptis ſententiis, elumbi „concluſis verſu permutavit. Illa ſani quis judi„cii omiſiſſet, qui praeſertim non omnia, ſed e „multis ſelecta dare conſtituiſſet."

VIII.

[redacted]

resecuisse gloriatur, adscripta: ἀλλὰ καὶ ταῦτα ἐν παλαιῷ εἰσι παρ' Ἀγγέλου τοῦ Κολλωτίου. Planudeae codicem aliquem obscoenis illis carminibus auctum exstitisse, quem Ursinus viderit, parum est probabile; probabilius, Angelum Collotium codicem habuisse Anthologiae Cephalae, fortasse illum ipsum, quem Salmasius reperit, ut Fabricius suspicatur, Bibl. Gr. T. IV. p. 439. not. *o.* fortasse alium.

Ante seculum XVII igitur doctos viros ad unam Planudeam adhaesisse constat. Edidit eam *Janus Lascaris*, centum et quinquaginta fere annis postquam a Planude fuerat confecta, hoc titulo: Ἀνθολογία διαφόρων Ἐπιγραμμάτων, ἀρχαίοις συντιθεμένων σοφοῖς, ἐπὶ διαφόροις ὑποθέσεσιν, ἑρμηνείας ἐχόντων ἐπίδειξιν καὶ πραγμάτων ἢ γενομένων, ἢ ὡς γενομένων ἀφήγησιν. Διῃρημένου δὲ εἰς ἑπτὰ τμήματα τοῦ βιβλίου καὶ τούτων εἰς κεφάλαια κατὰ στοιχεῖον διεκτεθειμένων, τάδε περιέχει τὸ πρῶτον· Εἰς ἀγῶνας . . . . . Sequuntur ipsa Epigrammata; in fine legitur carmen graecum *Jani Lascaris*, ejusque Epistola latina ad Petrum de Medicis, in septem foliis, quae in multis exemplaribus desiderantur. Quam ob causam et *Lascaris* Epigramma et ejus Epistolam, quae nihil fere habet, quod ad Anthologiam proprie faciat, recudenda curavit *Maittaire* in Annal. Typ. Tom. I. p. 272—283. ita ut singula singulis paginis versi-

[redacted]

busque archetypi reſpondeant; et *Bandinus* in Catal. Bibl. Laurent. Cod. Graec. T. II. p. 105. ſqq. In fine Epiſtolae Latinae habentur haec: *Impreſſum Florentiae per Laurentium Franciſci de Alopa Venetum. III. Idus Auguſti.* MCCCCLXXXXIV. *) Exſcripta eſt haec editio literis uncialibus, paginis DXLIV, forma quadruplicata. Nonnulla hujus editionis exemplaria commemorat *Götz* in den Merkwürdigkeiten der Königl. Bibliothek zu Dresden, Tom. I. p. 29. *Clement* Bibl. curieuſe, T. I. p. 361. ſq. *Harleſius* ad Fabric. Tom. IV. p. 439. inter quae unum memoratu dignum, quod deſcripſit *Iriarte* in Catal. Bibl. Matrit. p. 243. ſq.

[redacted]

theca Gotham pervenit. Idem Vir doctiſſimus aliud ſibi exemplum eſſe mihi nuntiavit, quod ipſius *Jani Laſcaris* fuerit. *Leichius* in Praef. ad Carm. Sepulcr. p. VIII. ſq. exemplar hujus editionis commemorat, quod ſervatur in Bibliotheca Senatus Lipſienſis, graecis Scholiis inſtructum, editis illis paſſim auctioribus.

Haec *Laſcaris* editio, ut ordine princeps, ſic omnium, quae poſtea inſecutae ſunt, longe praeſtantiſſima eſt. Vitia typographica multo pauciora, quam in Aldinis et in Wecheliana; et quod graviſſimum, Codicem, unde deſcripta eſt, cum fide reddit. Hoc intelligitur ex vitioſis lectionibus, iis praeſertim, quibus metrum laeditur, typographorum errori non tribuendis. Has cum *Laſcaris* intactas reliquerit, iis quoque in locis, ubi promta fuit et expedita emendatio, recte colligas, eum operam dediſſe, ut ne genuinus Codicis ſui textus pro lubidine mutaretur et interpolaretur. Codex autem, quo uſus eſt, bonae notae fuit, multasque lectiones offert iis, quas poſteriores editores receperunt, praeferendas. Recte itaque *Reimarus* in Epiſtola ad Reiskium p. 802. „Laſcariana editio, ſcribit, praeſtantior eſt, et vicem „praeſtat optimi Mſti Codicis. Miror profecto, qui „potuerit Stephanus, vir graecarum literarum „peritiſſimus et acris judicii, latentes in ea tot „bonas lectiones, a fungo, qui Aldinam curavit,

ex Codicibus. ...

h. ἐν ὀπῇ pro ἐνοπὴν, quae verior eſt lectio, e
Aldo temere mutata. p. 164. ἔχῃ pro ἔχει
68. δράξωνται pro δράξονται. p. 171. ζυγὸ
ζυγόν. p. 178. μόσχεια pro μόσχια. p. 179
ς pro ἡμᾶς. Alterius generis haec ſunt: L. I
88. in Epigrammate Themiſtii (Palladae pe
m inſcribitur) depravata lectio, αὖθις δ' ἐγένε
α – – ex Themiſtii libris emendata eſt: ἀναβ
γένου μέγα. L. III. p. 220. Epigramma, c
um Σιγᾷς, quod in Florentina lemma non h
Paulo tribuitur. p. 265. verba οἱ δὲ Λεωνίδ
nus Aldus addidit. Ejusmodi nominum ad
enta haud pauca in hac editione reperiunt
e ex Codicibus depromta eſſe, dubitare n
umus. Paſſim etiam lacunae editionis Flor
e explentur. L. III. p. 268. 1. μητρὸς, ty
horum fortaſſe culpa omiſſum, reſtituit
V. p. 359. lin. 3. a fine μοῦνος poſt μεγά
... p. 396. in carmine Chriſtodori verſu

[redacted]

efficiunt, ut Aldum in corruptis et mutilis Lascarianae editionis locis Codicem unum aut alterum consuluisse putemus.

c) *De editione Juntina. Flor.* 1519.

Ex editione Aldina, quae ipsa principis editionis repetitio est paulo emendatior, plures velut ex fonte profluxerunt. Proxima, quae commemoratur, est Aldina, anni 1517. cujus fit mentio apud *Maittaire* in Ann. Typ. p. 303. Quae editio cum eodem mense (Novembri) finita esse dicatur, quo prior, nec aliis cognita fuerit, *Fabricius* p. 439. haud inepte suspicatur, talem editionem aut plane non exstare, aut, nonnisi ultimo folio mutato, illius anni notam adjectam fuisse. Hanc conjecturam statim novo argumento firmabo, unde haud paulo plus roboris acceptura est. Prodiit sedecim annis post Aldinam principem nova Anthologiae editio Florentiae sub titulo: *Florilegium diversorum Epigrammatum in septem libros.* 'Ανθολογία etc. *) In fine: *Impressum Florentiae per heredes Philippi Juntae Florentini. Anno a Virginis nuntio* D. XIX. *supra Mille. Leone Pont. Max. Christianam remp. administrante.* Folio 399.b. leguntur haec: *Ἐπιδιόρθωσις τουτωνὶ τῶν ἐπιγραμμάτων καὶ διαφοραί*

venit. In titulo legitur literis fere evanescentibus: *De figli et Eredi di n. Marco Maffei.*

*) Reliqua, sicut in Aldina 1503.

nes Aldinae principis ad verbum expreнac, .
od foliorum numerus novae huic editioni a
mmodatus eſt. Jam hinc intelligitur, ha
tae editionem meram Aldinae repetition
, et quidem ejusmodi repetitionem, in qua
ographorum quidem errores, ab Aldo in fi
i indicati, e contextu ſublati ſint. Compa
*) duorum librorum cum Aldinae textu a
ituta rem ita confirmavit, ut nullus dubitat
ocus relictus ſit. Praeterea Anthologiae I
eae in hac quoque editione eadem carmina
ſunt, quae Aldus primus in Appendicem re
Nonne hinc clariſſime apparet, quod me ſu
onſtraturum eſſe profitebar, inter Aldi
i 1503. et Juntinam anni 1519. nullam ex
cina prodiiſſe? An, quaeſo, veriſimile eſt,
in nova editione curanda tam neglige
... ut errores, in prima comm

[redacted]

ne intelligitur. Si enim Aldina exſtitiſſet, principe emendatior, quis dubitat, quin Junta emendatiorem illam prae altera repetiturus fuiſſet? Jam cum hic ad principem Aldi editionem, velut ad ſaxum, adhaeſerit, ſponte ſequitur, Aldinam anni 1517. quam *Maittaire* laudat, fictitiam eſſe.

d) *De editione Aldina ſecunda* 1521.

Vix Juntina prodierat, cum Aldus de nova editione cogitare coepit, quae edita eſt ſub titulo: *Florilegium diverſorum Epigrammatum in ſeptem libros. Solerti nuper repurgatum cura.* M. D. XXI. (Sequitur titulus graecus, ut in Aldina pr.) *Nunc exit caſtigatius quam alias unquam, priſtinis eluſtratum erroribus multisque adauctum Epigrammatibus.* In fine: *Venetiis in aedibus Aldi et Andreae Soceri.* Menſe Januario. M. D. XXI. Nonne hoc titulo omnis de editione anni 1517. dubitatio tollitur? *Priſtini* enim illi *errores* nulli ſunt alii, quam quos Aldus in editione principe commiſerat, Junta tollere neglexerat; Epigrammata autem, quibus hanc collectionem adauctam eſſe ait, ea ſunt, quae in Lectionibus Edit. Ald. pr. inſerta leguntur; ne de Appendice forte auctiore cogites, quae nihil amplius continet, niſi quae editioni anni 1503. ab Aldo fuerunt addita. Conſtat haec editio, cujus exemplum eſt in Bibl. Gottingenſi, quo uſi ſumus, foliis CCLXXXIV; Auctarium IV folia implet.

quit, interque ea totius versus omissionem p.
ph. εἶπεν ὁ δ' εἰς ..... sed etiam ex Lectioni
linae pr. vitiosas lectiones arripuit. Hujus
ris est p. 31. αὐληχὲς pro ἀβληχές. p. 42. lin
ώσας pro σαώσαις. p. 48. lin. 3. a fin. ἐβοι
τει pro ἐβουνοβάτει. p. 55. in Epigr. Antip
άου, quod mire ineptum est, pro ἀινά
88. in Epigr. Palladae pro τοῖς κέρκις ἔκχι
epit ex Lectt. τοῖς Κέρκης εἶδος ἔκχυτον, q
trum ita vitiat, ut coecum fuisse oporteat e
non viderit, εἶδος partem glossematis
χυτον. εἶδος πλακοῦντος. In eadem tamen
ne nonnulla reperiuntur, quae ex Lection
linae pr. derivata non videantur, sed ea
ima. L. II. p. 80. in Epigr. Maecii E
r. pr. πονησαμένη exhibet, metro invito.
ctt. Aldinae pr. πονεύμενον corrigitur. H
... ... curavit negligens, πονευμέ

nibus suis forte omissam postea notasse, unde secundae editionis corrector eas acciperet. Nam secundae huic editioni nova subsidia majoris momenti adhibita, codicesque constanti diligentia comparatos fuisse, non puto. Rariores enim sunt discrepantiae, interque eas nonnullae, quas non codicibus, sed correctori deberi apparet. L. II. p. 159. in Epigrammate, cui initium εἰ μὲν ἐπ' ἀπειλαῖς, lacuna est in versu penultimo, quae in Aldina sec. repletur, insertis verbis ἀτρέμας ἧσο. At haec verba nullus Codicum, quos Brunckius consuluit, agnoscit, nec, quod Brunckius ignoravit, Codex Vat. qui ἄλλο τι παῖζε legit. Ad oram Cod. Jani Lascaris suppletum ἄτρομος ἴσθι, et in margine exemplaris Aldinae pr. Beati Rhenani fortasse manu, ἀτρέμας ἴσθι, utrumque ex conjectura. Item ex conjectura eaque infelicissima p. 205. legitur τοῖς ἀργείοις χ' ἡμῖν ἴσαι χέρες, interposito χ' ἡμῖν, quo caret ed. Flor. et Ald. pr. Metri vitium tollere conatus est Brunckius, ἡμὶν scribens: frustra. Vat. Cod. habet ἄργει παρθένισαι χέρες — in qua lectione quid lateat, in Commentario nostro disputabitur. Idem suspicor de supplemento p. 213. in Epigr. Crinagorae Κεῖσαι 'Ιουδαίοις, cujus tres priores syllabae in omnibus Codd. desiderantur, nisi in Cod. Vat. ubi tamen a recentiore manu adscriptae sunt, fortasse a Viro docto, qui sic in Aldina sec. scriptum repererat. Quaedam varieta-

[redacted]

tes hujus editionis fluxerunt ex libris editis, ubi eadem Epigrammata laudantur; ut, quod eſt L. III. p. 200. τοῖς κείνων πειθόμενοι νομίμοις pro lectione Florentinae et Aldinae pr. τοῖς κείνων ῥήμασι πειθόμενοι, ductum eſt ex Strabone, ſive Diodoro, ubi ſic legitur.

e) *De editione Aſcenſiana.* 1531.

Ejusdem anni (1521.) commemoratur editio in Catal. Bibl. Bigot. II. p. 202. tanquam *Baſileae* edita. Ejusmodi editionem integrae Anthologiae exſtare dubitat Vir doctus in Ephemerid. Jenenſ. 1791. nr. 92. p. 732. qui ſuſpicatur, ſignificari

[redacted]

[redacted]

rat. Praeterea habetur: *Vaenundatur Badio.* et in fine: *Sub prelo Ascenſiano menſe Majo.* 1531. Sequuntur Errata nonnulla. Deinde folio 324. quod libri ultimum eſt: *Epigramma hoc exceptum a Laſcare lib. primo titulo 5. εἰς ἀνδρείους reponatur:* *ἄδηλον. ὦ κενεοῦ κάματος .... Haec duo item lib. 4. tit. 4. εἰς εἰκόνας βασιλέων. ἄδηλον· οὗτος ὁ κοσμήσας.... et ἄδηλον· εἰς ἄρχοντα,* Μίξον μειλιχίη... In univerſum hujus editionis textus eſt idem, quem Aldus dedit in Editione ſecunda, quamvis non ubique nec in omnibus accurate expreſſus eſt. Vitiis typographicis ſcatet; quorum alia cum Aldina pr. alia cum Aldina ſec. habet communia; quod utrum operis tribuendum ſit, an correctoris inſcitiae, qui textum ad alteram harum editionum exegerit, non dixerim. L. I. p. 52. Epigr. quod Aldina ſec. *Crinagorae* inſcribit, in noſtra ἀδέσποτον eſt, ut in Flor. et Aldina pr. P. 46. in Epigr. Antiphili τύμβον ſervat cum iisdem edd. cum Aldina ſec. πότμον exhibeat. P. 55. item κάτθανε pro προὔλαβον, et ſic paſſim. Quasdam lectiones ſibi proprias habet, quas non ex Codice, ſed ex emendatoris ingenio profectas eſſe puto. Sunt enim eae, quas metrum et ſenſus ſuadeant; nonnullae etiam manifeſto falſae. Hujus generis eſt haec p. 46. lin. 1. ἱερπύστης et λυχνοβόρος, pro ἱερπήστης et λιχνοβόρος, quas praepoſteras emendationes, codicumque fidei repugnantes, Stephanus

[redacted]

probare non debebat. Quod idem Stephanus ex Aſcenſiana dedit p. 48. lin. ult. φάρυγος pro φάρυγγος, metri ſuadebat ratio, ſicut etiam p. 53. lin. 5. αἰεὶ pro αἰεί· et ead. pag. linea penult. πέλας σὺ κατά, ubi vulgo σὺ deeſt, non ſolum in ceteris editionibus, ſed etiam in Vat. Cod. Ex ratione grammatica poſitum eſt p. 54. med. οἷα μελίσσας pro μελίσσαις· p. 69. lin. 22. αἰσχήμων pro αἰσχρήμων. Ibid. lin. 7. a fine ἄρισται pro ἄριστοι. Nonnunquam audaciores ſunt correctiones, ut p. 79. in Epigr. Antiphili v. 1. μετρήσασαν pro με τρίψασαν, ubi vulgatam Vat. Codex tuetur. P. 436. in Epigr. Agathiae v. 2. ἐκ δισσᾶς ἄγετο θηροσύνας, ubi vulgo et in Vat. Cod. ὠδὶς σᾶς

[redacted]

[redacted]

genio et indole mihi quidem longiſſime abeſſe videtur.

f) *De Vincentio Opſopoeo.*

Ex iis, quae hactenus disputavimus, ſponte apparet, poſt ea, quae Aldus ex Codicibus ad calcem Editionis anni 1503. notaverit, nihil fere novi, quod paulo majoris eſſet momenti, ex membranis prolatum eſſe. Non deerant quidem per illud tempus, qui Anthologiam ſedulo tractarent; ſed hi de textus integritate plerumque ſecuri, nihil aliud agebant, niſi ut verſus graecos latinis numeris redderent, obſcura et corrupta aut plane praetermittentes, aut, ſicut carbones, ſuspenſis veſtigiis transcurrentes. Cujus rei commoditatem dabat ipſa poëticae orationis natura et indoles, quae ſenſum eleganter reddidiſſe contenta, ſingulas voces lectoribus non curat appendere. Juſti interpretis provinciam primus ſuscepit *Vincentius Opſopoeus* in libro, cui titulus: *In Graecorum Epigrammatum libros quatuor annotationes longe doctiſſimae quam primum in lucem editae. Vincentio Opſopoeo auctore cum indice. Baſileae in officina Nicol. Brylingeri.* 1540. 4. Continet hoc opus annotationes in librum Anthologiae I. II. III. et VII. Uſus eſt Opſopoeus editione Juntina, cujus vitia, quae plurima ſunt, paſſim corrigit; plerumque tamen vitioſa haud aliter interpretatur ac ſincera, de

[redacted]

vitiis nihil suspicatus. Viderat Opsopoeus verae et justae interpretationis imaginem quandam, sed obscuram; certe id, quod in bono interprete quaerimus, minime assequitur. Quae enim in interprete requiritur, recte et eleganter judicandi facultas, ea in Opsopoeo aut nulla erat, aut minime exculta. Duplex enim illud critici munus, et de scriptorum ingenio recte statuendi, et in eorum operibus quid recte scriptum sit, quid perperam, judicandi, ita administravit, ut illud aut plane negligeret, aut ita attingeret, ut non attigisse satius esset. Nam quod ad prius attinet, venustatis sensu fuit tam hebeti, ut, dum optimae notae carmina silentio praeteriret, inepta saepenumero

[redacted]

ponat; deinde, quas difficultates cum in rebus tum in verbis animadverterit, explicet; his denique latinam verſionem ſubjungat. In qua interpretandi ratione vix quidquam reprehendas. At ubi ſingula ſpectamus, multa reprehendenda occurrunt. Non miraberis, eum, qui vitioſas lectiones non viderit, etiam in obſcuris coecutiiſſe, multaque difficilia nec intellecta pro planis et expeditis habuiſſe. Hoc ei ſaepiſſime contigit. Multa igitur Epigrammata, in quibus graviſſimae depravationes intellectum impediebant, ut facillima praetermiſit; nec id, ut mihi quidem videtur, ut lectori fucum faceret, quod multi in hoc literarum genere facere conantur, ſed quod hebetioris erat ingenii, quam ut vitia perſpiceret. Nec in verborum interpretatione probabilem diligentiam, nec in rebus exquiſitiorem doctrinam prodebat; ſenſum plerumque aut craſſius indicat, aut graeca verba putide latinis exprimit; ita ut, quod in tali interpretatione uſu venire ſolet, in multis locis ignores, quid interpres de ſenſu exiſtimaverit. Quae cum ita ſe habeant, non tamen propterea Opſopoei interpretationem plane inutilem eſſe contenderim. Nam in haud paucis carminibus verum ſenſum recte vidit; praeſertim autem argumenta carminibus praefixa ad eorum intelligentiam proſunt.

g) *De Joanne Brodaeo Turonensi.*

Vincentium Opsopoeum in interpretandis Anthologiae graecae carminibus brevi temporis intervallo secutus est *Joannes Brodaeus* Turonensis, cui Lipsius, judex idoneus, acris ingenii, probi judicii, lectionisque diffusae laudem vere et merito tribuit *). Is itaque textum Anthologiae graecae, qualis est in Aldina pr., repetivit, eamque commentario instruxit perpetuo: *Epigrammatum graecorum libri VII. annotationibus Joannis Brodaei Turonensis illustrati, quibus additus est in calce operis rerum ac vocum explicatarum index diligentissime conscriptus.* *Ap. Froben. Basileae.* 1549.

[redacted]

interpretatione ipsa vitiosus est eo, quod raro de sensu universi carminis aut loci difficilis et obscuri tradit, sed singula verba, quae quidem obscuritatem habere viderentur, singulatim vertit et illustrat; quo fit, ut saepe, singulis explicatis, in contextu tamen haereamus. Brevis plerumque et paucorum verborum. Sed ubi res ex historia, ex antiquitate, mythologia praesertim explicanda venit, tum verborum minus parcus est; tum diffusae illius lectionis, qua pollebat, thesauros recludit et explicat. In his multa sunt, quae hodie quidem nimis protrita videantur; quae non Brodaei culpa est, sed temporum, quibus commentarios suos concinnavit. Nec tamen negaverim, eum nonnunquam extra oleas evagatum esse. In notandis imitationibus, parodiis, aliisque hujus generis allusionibus ad veterum scriptorum locos diligentissimus fuit. Par erat eruditioni sagacitas, qua sensus reconditos odoratus est, et acute poëtarum dicta mira plerumque felicitate expedivit *).

*) Turpe plagii crimen, quo invidia multos, in Gallia praecipue, viros doctos et ingeniosos petivit, in Brodaeum quoque concitatum est. Sed profecto non opus habebat eruditissimus juvenis, ut se alienis ornaret coloribus.

h) *De Aldina tertia sive editione filiorum Aldi.*

1550.
———
1551.

Anno proxime insequente ex prelo heredum Aldi nova Anthologiae editio prodiit: Ἀνθολογία διαφόρων Ἐπιγραμμάτων ἀρχαίοις συντεθειμένων σοφοῖς ἐπὶ διαφόροις ὑποθέσεσιν, εἰς ἑπτὰ τμήματα διῃρημένη. *Florilegium diversorum Epigrammatum in septem libros distinctum, diligenti castigatione emendatum. cui nonnulla nuper inventa Epigrammata in fine adjecta sunt. una cum Indice tam rerum quam auctorum copiosissimo. Venetiis. apud Aldi filios.* MDL. In fine: *Apud Aldi filios. Venetiis.* MDLI. *)

[redacted]

οὐδ' ἀ. quod in nulla alia eſt editione nec in Codd. P. 242. l. 12 a fin. κίχλας ſola legit pro χῆνας, propter metrum. P. 320. in lemmate Πωλλιάνου pro Πωμιάνου. P. 416. l. 3. a fin. ſupplet ἡ μὲν ἔχεις μύσταις, conjectura parum probabili. In his omnibus manifeſta eſt correctoris manus. Paſſim meliores Aldinae pr. lectiones, ab iis, qui Aldinam ſec. curarunt, temere neglectas, revocavit, ut p. 20. verſum omiſſum ex illa reſtituit; p. 35. ex eadem emendavit ἄναψον pro ἄψον· p. 42. σαώσαις pro σαώσας. Contra nonnunquam vitioſas quoque Aldinae principis lectiones temere in textum revexit; ut p. 80. ποιησαμένη· p. 95. Ἑκάβης pro Ἑκάλης; et aliis in locis. Ceterum *Epigrammata* illa *nuper inventa*, quae titulus jactat, vix alia ſunt, quam quae in Additamentis Aldinae pr. habentur, quibus acceſſit Sapphus Oda in Venerem et Anacreontis carmen Πῶλε Θρηΐκίη, aliis, quam reliquum opus, exſcripta formulis. Propter illius promiſſi vanitatem hujus editionis auctor Stephano vapulat; nec omnino falſum eſt, quod ille ait, hanc editionem nulla alia re, niſi magno mendorum numero, (*multa millia* Stephanus ſcribit, rem ſupra fidem augens) locupletatam eſſe.

Eodem anno, quo Aldi filii Anthologiam operis recudendam tradiderunt, prodiit Venetiis *Florilegium Epigrammatum graecorum. Venetiis ap. Petrum et Jo. Mariam Nicolinos Sabienſes.* 1550. 8vo.

In qua quid praestitum sit, ignoro equidem, cum mihi eam videre nunquam contigerit. Ejus exemplum fuit in Bibl. Thottiana. Vide Catalog. Vol. IV. p. 278. nr. 620. Eadem editione usus est Brunckius, qui eam laudat in Lectionibus p. 39. Utinam accurate eam descripsisset, ut constaret, utrum, praeter summam raritatem, aliquid e re critica commendationis habeat!

i) *De editione Stephani.* 1566.

Sequitur editio Stephaniana, omnium fere notissima: Ἀνθολογία διαφόρων Ἐπιγραμμάτων παλαιῶν, εἰς ἑπτὰ βιβλία διῃρημένη. *Florilegium di-*

[redacted]

[redacted]

nulla effecerat. Illud Epigrammatum Auctarium, quod Stephanus primus Anthologiae addidit, paginis XLII. praeter Peplum Aristotelis, ex Codice Mediceo ab editore descriptum, et sex Epigrammata aenigmatica ex Codice Epigrammatum, quem Joannem Clementem Anglum Lovanii habuisse ait, nulla ex Codicibus carmina continet, sed ea tantum, quae Stephanus ex variis scriptoribus, ut ipse dicit, aliud agendo, collegerat. Hac collectione, non nimis tamen diligenter facta, bene de literis et Anthologia meruit. Appendicem sequuntur bini indices: alter Poëtarum, alter Rerum, de quibus in Anthologia agitur; Scholia Maximi (Planudis) in Problemata quaedam arithmetica, quibus nec editio princeps caret, duabus paginis; denique *Annotationes Henrici Stephani in quosdam Anthologiae Epigrammatum locos, et potissimum eos, qui secus, quam in hac ejus editione, aut scripti aut interpuncti inveniuntur.* Harum Annotationum brevitatem ita excusat auctor, ut chartarum ejusdem formae et generis penuriam notas contrahendi necessitatem sibi imposuisse dicat. Hoc sane dolendum est. Sunt tamen in his notis nonnulla, quibus facile caruerimus; inque his quinquaginta illae ejusdem distichi versiones latinae, a Stephano, ineptae ostentationis causa, variatae. *) In fine notarum est Epilogus,

*) De his distichis vide quomodo judicet Vavassor de Epigrammate p. 202.

in quo Epigrammatum Auctarii ſedes indicantur.

Jam quod ad textum hujus editionis attinet, Stephanus multa novavit, primum carminum ordinem contra Codicum et veterum editionum fidem multis in locis immutans. De hac laboris, quem ſibi impoſuerat, parte ipſum loquentem audiamus: „Quum in ceteris editionibus praefixus unicuique libro numerus titulorum alicubi numero, „qui in ipſo libro eſt, non reſpondeat; quum multa „Epigrammata ſub eodem titulo de iisdem rebus et „perſonis in eundem ſenſum ſcripta divulſa ſint; „quum libro tertio, ſub titulo incelebrium poëta„rum, Orpheus, Muſaeus aliique multi celeberrimi

[redacted]

„aut Epigrammata ex uno titulo in alium, cui „magis convenire videbantur, transferre, nequa„quam auſus fui. Sed et nomina eorundem Ἐπι„γραμματοποιῶν, ut varie ſcripta inveni, ita etiam „varie ſcripta reliqui, dum quid certius de illis com„periſſem. Sed nec in illis nominibus, quae modo „cum adjunctione, modo ſine illa ſcripta ſunt, quic„quam immutavi. Sunt et alia fortaſſe (imo vero „quin ſint non dubito) a me in hac editione prae„ſtita; ſed re quam verbis majora eſſe mea volo."

Haec Stephanus. In cujus profeſſione, praeſertim in iis, quae de immutato carminum ordine ait, nemo facile erit, quin rationis conſtantiam deſideret. Quod ſi enim illa a Planude perverſo ordine poſita ſunt, eumque errorem editori carminibus transponendis corrigere fas eſt, cur idem ſibi vetitum putet, carmina ex uno capite in aliud transponere? At ejusmodi licentia multis difficultatibus laborat, nec certos fines habet, nec, ubi in transponendo ſubſiſtendum ſit, facile dixeris. Audio. Sed ob hanc ipſam cauſam nonne ſatius erat, Codicum fidem ſequi, neque omnino quidquam contra Planudis mentem mutare?

Ceterum Stephanus in contextu recenſendo an Codicibus Codicumve collationibus uſus ſit, nonnunquam dubitavi, cum inter ea, quae primus in textu novavit, pauciſſima reperirem, quae non potius ingenii ſagacitate inventa, quam a Codici-

bus suppeditata viderentur. Ipse tamen in nonnullis Annotationum locis ad veteres libros provocat, ubi priores editiones intelligi nequeunt: ut ad p. 55. τετήγμεθα pro τετρίμμεθα. Ad p. 126. παρελήλυθεν pro προσενήνοχεν. Ad p. 135. γῆρας δὲ σὸν οὔποτε se ex vetere cod. restituisse ait. Ad p. 150. θρασυνόμενον pro δασυνόμενον in Cod. legi affirmat. Ad p. 151. ὠτῶν pro ᾠδῶν. Haec fere sunt loca, ubi Codicum mentionem faciat; nec est profecto, cur ei fidem negemus in hujusmodi lectionibus, quae nemo facile finxerit. Accedit, quod ad Stephani fidem stabiliendam maxime facit, quod quaedam Epigrammata, quae in praecedentibus ἀδέσποτα sunt, primus vindicavit [redacted]

Quae cum ita ſe habeant, non tamen putaverim, multas aut inſigniores lectiones e Codicibus manuſcptis a Stephano in contextu fuiſſe poſitas. Eae enim, in quibus a veteribus editionibus recedit, maximam partem ſunt ejusmodi, ut vel a mediocriter docto reperiri potuerint; aliae manifeſto falſae. Quod autem in Epilogo affirmat, ſe nullos locos, niſi ubi manifeſtus eſſet error, e conjectura mutaſſe, id quantam editori mutandi licentiam permittat, nemo non intelligit. Saepe enim error apertus eſt, emendatio non item; ſaepenumero etiam errorem nobis deprehendiſſe videmur manifeſtiſſimum, ubi omnia ſana ſunt et ſincere ſcripta. Nihil igitur vetat, quominus Stephanum multa ex conjectura emendaſſe putemus; quam ſuſpicionem res ipſa confirmat. Et profecto, quod in Stephano ultro exſpectes, praeclare interdum et acute inveterata vitia ſuſtulit; interdum, quid legendum ſit, probabiliter divinavit; non minus raro tamen et bonas lectiones praepoſtera innovatione corrupit, et vitioſas temere emendando antiquae ſcripturae veſtigia obliteravit. In ſingulis locis quomodo verſatus ſit, cum in ea operis noſtri parte indicaverimus, quae lectionum varietatem perſequitur, hic paucis exemplis defungar, ut, nos non reprehendendi quadam cupiditate, ſed vere audaciam et feſtinationem in Stephano notaſſe, appareat. P. 19. in Epigr. Archiae (Leonidae

[redacted]

Alexandrino membranae tribuunt) v. 4. λοιμοῦ λύτορα dedit, pro λιμοῦ, quod veriſſimum eſt, cum Stephani lectio ineptam tautologiam efficiat. P. 75. in Epigr. Antiphili v. 3. omnes editiones veteres exhibent ἤδ' ὅτ' ἔκνωσσε, quibuscum conſpirat Cod. Vat. Lectio procul dubio vitioſa eſt, non autem in οὔποτ' mutanda, ut Stephanus fecit, ſed in οὐδ' ὅτ' ἔ. quod ſenſus unice flagitat, et *Grotius* expreſſit: *nec habet dum lumina ſomnus, Flexit aberranti frena marina manu.* P. 81. in Epigr. Alphei probam lectionem, μὰ τεοὺς δέσποινα βοήσω δαίμονας, perquam inepte in μὰ θεοὺς mutavit. P. 89. in Luciani Epigr. vulgo αὐτὴν legitur; vi-

[redacted]

constituendo textu, cum aliorum scriptorum, quos edidit, tum Anthologiae nostrae non constanti ratione, sed desultoria opera usum esse constat. Maxime tamen probabile mihi fit, fundum textus Stephaniani editionem Ascensianam esse, quam ad conjecturas cum suas, tum aliorum, Brodaei inprimis, et ad veteres editiones, ad has tamen non constanter nec ubique, exegerit et refinxerit. Quod ut existimem, efficit in primis hoc, quod in Stephaniana plurimae lectiones reperiuntur Ascensianae editioni propriae, interque eas nonnullae veteribus Florentinae et Aldinae editionis lectionibus longe deteriores. Quaedam hujus generis supra protulimus in capite de editione Ascensiana; hic pauca quaedam addamus, quibus res fiat manifestior. P. 59. lin. penult. omnes editiones habent Ὀρειβασίοιο, una Ascensiana Ὀρειβασίου, quo metrum pessumdatur. Pravam tamen lectionem expressit Stephanus. P. 74. lin. pen. cum eadem edit. νίκεσσιν pro νήεσσιν dedit. Quod paulo ante p. 69. in Epigrammate, cui initium Ὁ πρὶν ἀεί, v. 3. vitiosum κῶμον, ab Aldo in Lectionibus emendatum, in textu repositum est, id non consilio factum existimo, sed quod prava illa lectio etiam in Ascensiana reperiebatur. P. 101. in Epigr. Bianoris v. 7. κεκλωσμέναι pro κεκλωσμένα, et p. 106. in Epigr. Philippi v. 4. depravata scriptura νῆσαν πῦρ καὶ ἦν, praeclare emendata in Aldina sec. et tertia, ex

Aſcenſiana iterum aſſumta eſt. Ex eadem, quod inprimis notandum, Stephanus lacunarum quarundam ſupplementa recepit, ut σταγόσιν p. 437. Idem lacunas hujus editionis et ipſe habet. Non tamen, quod jam ſupra ſignificavi, ita ſe ei in ſervitium dedit, ut non plurima ejus vitia tolleret, cum typographicos errores corrigendo, tum bonas quasdam veterum editionum lectiones, Florentinae inprimis, revocando. Ipſe tamen ſibi a novis vitiis non ſatis cavens turpiſſima quaedam reliquit: ut p. 241. ὡς λυγηρὰ pro λιγυρά· p. 306. θνητὸν ἐδόντα pro θηκτόν· p. 327. εἴκελος pro ἴκελος.

In Annotationibus ſpei, nominis ſui magnitu- [redacted]

[redacted]

tionibus paſſim laudat, ſed parum conſtanter, leves interdum aberrationes notans, graviores negligens. Suarum emendationum rationem raro reddidit.

k) *De editione Wecheliana.* 1600.

Annis quatuor et triginta praeterlapſis, textum Stephani, una cum vitiis ſuis, vix graviſſimis quibusque et turpiſſimis ſublatis, multisque novis inſuper auctum, repetiverunt Wecheli haeredes: *Francofurti, apud Andr. Wecheli haeredes Claudium Marnium et Jo. Aubrium.* 1600. fol. Hanc editionem nihil niſi meram Stephanianae repetitionem eſſe, vel hinc apparet, quod, cum in illius Appendice confuſa ſint folia, pagina 537. ſtatim ſequente paginam 508., huic confuſioni in Wecheliana nulla medela allata eſt; quodque Epigramma Pantelei a Stephano forte ſuo loco omiſſum et poſt Indices collocatum, ab iis quoque, qui Wechelianam curarunt, non in juſtum locum reductum, ſed item in calce Appendicis poſitum eſt. Continet praeter textum et Appendicem Epigrammatum a Stephano factam indices tres, duos Stephani, tertium Brodaei, annotationes Stephani ad calcem, et integros Brodaei et Opſopoei commentarios textui ſubjectos. His deſcribendis, ſicuti toti huic operi, perparum diligentiae tributum eſt. Quum enim in Brodaei editione notae nec ſingulis car-

minibus subjectae, nec secundum Epigrammata distinctae sint, sic ut v. c. commentarius in L. VII. continua serie legatur, Wecheliani, prae nimia festinatione, non solum commentarios in diversa Epigrammata confuderunt, verum etiam ea, quae ad unum Epigramma pertineant, saepenumero perperam distraxerunt.

Haec igitur editio, quae per duo secula fere sola in hominum manibus fuit, quod ad criticam attinet, nihil propriae laudis habet. Brodaei autem commentarium ex ejus autographo, quod Wecheliani acceperant a Joanne Vulcopio *) Bellopratensi, auctiorem et quibusdam in locis emendatiorem dederunt. Praeterea accesserunt Scholia,

[redacted]

plane habentur Scholia, nisi Solutiones quorundam Problematum arithmeticorum, quae *Maximo* tribuuntur. Sunt qui dubitent, an hic sit Maximus Planudes, Anthologiae auctor: sine causa idonea. Leguntur enim in contextu ipsius operis a Planude concinnati, et inde a Stephano demum ad calcem Anthologiae rejecta sunt. Nec deerat Planudi eruditio, ut eum ejusmodi problematibus solvendis imparem fuisse existimes. Unum praeterea Scholion alius generis ad Epigr. *ἀδέσποτον* Ἐξ ὥραι μόχθοις -- jam in Edit. principe reperitur. Hoc igitur ante Janum Lascarim additum fuit.

Longe diversa fuit ratio eorum Scholiorum, quae Wecheliani in lucem protulerunt. Haec Fabricio *) admodum videbantur recentia, et ex vulgaribus libris, Suida, Eustathio, Polluce, Athenaeo, Pausania, Strabone, aliis corrasa; quorum scriptorum nomina multis in locis laudantur. Hoc

*) Fabricius p. 455. not. *bb.* totam scribendi indolem, latinismos et scriptores citandi rationem docere existimat, haec Scholia composita esse non a Graeco antiquo, sed Gallo aliquo vel Italo sec. XVI. Varias auctor lectiones commemorat non solum ex Codd. quorum duos potissimum evolvisse videtur, unum ἀρχαιότατον Παύλου τοῦ Βουνάρου ἐν Παταβίῳ p. 43. sed etiam ex libris impressis. P. 426. ἐν ἄλλοις βιβλίοις εὑρίσκεται μόνον Εἰς Κράτητα ἐκτυπωθέν. Hoc Scholion scriptum post Aldinam pr. editam.

quidem satis certum est, ea post Planudem, fortasse post Lascaris demum editionem, a doctis Graecis Anthologiae adscripta esse. Inter Codices quidem Planudeae, quos memoratos inveni, unus praecipue est ex Bibl. Monacensi, qui Scholia habere dicatur (Fabric. T. IV. p. 432.); qualia et quam multa, non constat; Wecheliani autem an Scholia sua ex manuscpto Anthologiae libro protulerint, plane non liquet. Ceterum seculo XV. an XVI. scripta sint haec Scholia, certe recentissima esse, res ipsa declarat. Largam eorum collectionem possidebat, cujus fortasse ipse auctor fuit, *M. Musurus*, homo suae aetatis eruditissimus et in graecis Glossariis probe versatus. Haec [redacted]

[redacted]

l) *De editione Hieronymi de Bosch.* 1795.

Ab eo inde tempore, quo Anthologia Planudis in lucem eſt edita, viri docti exſtiterunt haud pauci, qui Epigrammata graeca in latinum ſermonem converterent. Integram Anthologiam pedeſtri oratione vertit *Eilhardus Lubinus*; metricas ejus verſiones collegerunt *Megiſerus*, *Cüchlerus* et *Rivinus*, opera non inutili, ſed his noſtris temporibus fere deſpecta. De horum virorum laudibus disputare, noſtri inſtituti non eſt. Inter plurimos autem poëtas latinos nullus feliciori vena et acriore ſtudio Anthologiae latinis numeris reddendae negotium ſusceperat, quam *Hugo Grotius*, de cujus immortalibus in literas meritis ſatius eſt tacere, quam pauca dicere. Is igitur, qui graecae linguae accurata ſcientia et latinae poëſeos facultate ſimiles habuit perpaucos, parem fortaſſe neminem, non ſolum omnia Anthologiae Planudeae carmina elegantibus numeris expreſſit, ſed etiam magnum eorum numerum, quae tum erant inedita. Nullum facile negotium, quod quidem ad humaniores literas pertineret, tantopere delectaſſe videtur magnum virum, quam quod in Anthologia vertenda poſuerat ſtudium; ut vel hinc conjecturam facias, quantum is, qui plurimum in hoc genere poterat, in eo effecerit, in quo plurimum elaboraret. Hujus tamen operis editionem, quam totam paraverat, vehementer-

[redacted]

que cupiebat fieri *), quominus videret, fatum prohibuit. Quo enim anno ad Voſſium ſcripſit: *Velim feſtinari negotium, ut, ſi fieri poteſt, videam meam meſſem;* eo ipſo anno morte exſtinctus eſt. Verſionis Grotianae codicem habuit *Jo. Clericus*, qui eo edendo literas beare conſtituerat; cujus conſilii rationem reddidit in Bibl. Select. T. VII. p. 191. unde deſcriptio operis a Clerico mente concepti inſerta eſt in Bibliothecam graecam T. IV. p. 191. Clerici conſilium exitum non habuit. Pervenerat autem ad V. cl. *Hieronymum de Boſch* liber ſcriptus verſionis latinae Grotii e Bibliotheca Petri Burmanni Secundi, cujus manu deſcriptus eſt e Codice Dorvillii, qui idem fuit, cu-

[redacted]

[redacted]

collationem a Salmaſio *) acceperat. Hunc textum, a Grotio conſtitutum, Boſchius deſiderans, exemplar Wechelianum excudendum curavit, ita ut nihil niſi manifeſtiſſima quaeque vitia tolleret et emendaret. Hinc factum eſt non ſolum, ut in novam hanc et ſplendidam editionem multa, jamdudum ſublata, vitia reſtituta ſint, verum etiam, ut Grotii verſio, quamvis in univerſum ad Stephani textum compoſita, in multis tamen locis, quae Vir doctiſſimus refinxerat, a graeco textu, latinis e regione poſito, vehementer diſſideat. Huic incommodo fortaſſe medebitur ea pars operis, quae apparatum criticum continebit, ex iis ſubſidiis concinnatum, quae doctiſſimus Editor recenſet in Deſcriptione Anthologiae a ſe edendae p. 4. Eſt in his exemplum editionis Stephani, in quo notata eſt varietas Cod. Palatini, ſimul cum emendationibus Friederici Sylburgii, quod tamen ipſe Editor non magni videtur facere; praeterea duo exemplaria editionis Wechelianae cum notis Burmanni Secundi, Schraderi et aliorum. Ad haec accedunt duo Apographa, quae complectun-

*) „De Epigrammatis Graecis cum in eo reſciſcam „te eſſe, ut otio abundes ad eam rem curandam, „ſubmittam tibi omnes emendationes meas. Sed „otio etiam mihi opus eſt ad eas colligendas, quo „nunc careo." Salmaſii verba ſunt ſcripta anno 1635. in Epiſt. L. I, 75. p. 156.

[redacted]

tur Epigrammata Vat. Codicis cum Lennepii, Schraderi et aliorum annotationibus; tum Boivini notae ineditae ad editionem Aldinam et Epigrammata a Planude mutilata, nunc vero e Codd. in integrum restituta. Quae inter haec subsidia e Vat. Codice ducta sunt, nostri etiam commentarii exhibent; quae ex ineditis doctorum virorum notis commemorantur, ea insigne et peculiare Boschianae editionis ornamentum erunt.

m) *De Chrestomathiis quibusdam ex Anthologia Planudea factis.*

Utilissimorum venustiorumque Epigrammatum delectum agere primus suscepit [redacted]

[redacted]

P. 30. ed. Steph. in Epigr. Archiae ναίων pro νωμῶν. P. 60. διζυθίοις et δίζυθον pro διζυφίοις et δίζυφον. Recusa est haec collectio Friburgi Brisgoiae, per Stephanum Melechum Gravium, 1544. 8. quam editionem typographus Soteriana multo castigatiorem esse praedicat, e collatione emendatiorum codicum a mendis purgatam et nonnullis Epigrammatis ex graeco exemplari adjunctis auctiorem. Secutae sunt collectiones *Luscinii*, *Camerarii*, *Bellicarii*, *Frisii*, *Neandri*, quarum titulos ap. Fabricium reperias; quae an peculiarem quandam a critica parte commendationem habeant, dubito equidem, nec tamen affirmare ausim, quippe qui eas non viderim, nec usurpaverim. Maxime desideravi *Epigrammata graeca selecta ex Anthologia. Interpretata ad verbum et carmine ab Henrico Stephano: quaedam et ab aliis. Loci aliquot ab eodem annotationibus illustrati. Ejusdem interpretationes centum et sex unius distichi, aliorum item quorundam Epigrammatum variae.* 1570. 8. Ceterum plurimae hujus generis Chrestomathiae, quae praeterea commemorantur, versionum metricarum causa institutae videntur. Paucissimas earum quidquam ad textus historiam, nedum ad emendanda et illustranda Epigrammata conferre, mihi persuasum habeo. In plurimis ea, quae ad mores spectabant, in aliis argumenta ad doctrinam spectantia, in aliis denique ejusdem auctoris carmina

[redacted]

collecta sunt. *Epigrammata graeca in Homerum* separatim collegit *Henr. Stephanus*, et cum suis aliorumque versionibus edidit ann. 1573. 8. unde fortasse eadem recusa sunt a *Federico Morello*, Parisiis, 1587. 4. Apud eundem prodierunt Epigrammata *in Imagines ducum, regum, imperatorum*, ex Anthologia selecta latinisque versibus reddita, Lutetiae, 1607. 4. Simile opus, Epigrammata ejusdem argumenti complectens, duobus annis post editum est Paris. e typogr. Jo. Liberti, 1609. 4. *Luciani* Epigrammata separatim edidit *Guil. Morellius*, Paris. 1551. 4. et eodem anno Epigrammata *Antipatri*. — *A. Licinii Archiae* et *Luciani* Car- [redacted]

[redacted]

eſt; alios, qui data opera Anthologiam illuſtraverint, praeter *Huetium* novi neminem. *Huetius* igitur, Praeſul longe doctiſſimus, notas in Anthologiam miſerat circa annum 1688. ad *Jo. Georgium Graevium*, eo conſilio, ut ſubnecterentur Anthologiae graecorum Epigrammatum, quam typographi Amſtelodamenſes cum verſione Hugonis Grotii parabant edere. Cujus editionis ſpes cum et propter bellum, quo Batavorum infeſtabatur reſpublica, et alias quasdam, quae intervenerant, cauſas evanuiſſet, Graevius illas Huetii annotationes, Wechelianae textui accommodatas, ejusdem ſummi Viri carminibus ſubjecit: *Petri Danielis Huetii Poëmata. Quarta editio auctior et emendatior. Ut et ejusdem notae ineditae ad Anthologiam Epigrammatum graecorum. Ultrajecti*, 1700. 12. Hae notae, quae LXXXII. implent paginas, diverſi ſunt generis. Quaedam verſantur in interpretatione locorum difficilium, in quibus haud pauca feliciter expedivit; aliae in examinanda lectione expromendisque emendationibus cum ipſius Huetii, tum Scaligeri. De his quidem non eſt quod repetamus ſupra in Praefatione dicta; illae acutae plerumque ſunt, et ſagaces, et verae. Breviter eas exponit, ſine ambitioſo verborum exemplorumque comitatu, ſaepe verbo totam rem explicans, nonnunquam nudam emendationem poſuiſſe contentus. Nullus alius liber eſt ex iis, qui in conjectu-

ris verſantur, unde plures bonae frugis emendationes ad textum Planudeae refingendum proferri queant.

Jam licet paucae in Planudeam emendationes excuſae proſtent, non defuerunt tamen, qui Epigrammatis corrigendis et illuſtrandis navarent operam. At eorum labores maximam partem in Bibliothecis latent, e quarum tenebris ut quamprimum protrahantur, ii curabunt, quibus illa cimelia adeundi poteſtas datur. *Friederici* quidem *Sylburgii* emendationes Anthologiae ſtudioſis non invidebit *Boſchius* V. cl. Eundem prolaturum eſſe confido notas mſcptas duobus Stephanianae exem-

[redacted]

[redacted]

Munkeri, quarum gustum dedit elegantissimis nonnullis emendationibus proferendis ad Antoninum Liber. c. XLI. p. 279. ed. Verheyk. ubi se aliquando plura in hoc Florilegium daturum promittit. At si quid ejusmodi scriptum reliquit, id ne jamdudum perierit, vereor. Ejus enim Adversaria, magnae et multifariae eruditionis thesaurum, in manus hominum ineruditorum venisse, conqueritur *Verheyk* ad Anton. Lib. p. IV. — *Scaligeri* et *Casauboni* emendationes, cum Anonymi cujusdam notis, nos commentariis nostris inserendo ab oblivione vindicavimus. *Reiskii* notae in Planudeam adhuc alicubi latent. Sed de his in Praefatione dictum est.

IX.

De Claudii Salmasii in Anthologiam curis.

Anthologiae studium, cum post Stephanum fere refrixisset, invento Codice Palatino denuo accendi et vigere coepit, ita tamen, ut maximam partem intra privatas curas subsisteret. Nam eorum omnium, qui praeclari illius Codicis editionem moliebantur, usque ad nostrum aevum, consilia, nescio quo fato, exitum non habuerunt. Quantum operae ipse ille Anthologiae repertor, *Claudius Salmasius*, in ea emendanda et illustranda collocaverit, quoties idem ejus editionem promiserit, nemo ignorat, qui Exercitationes Plinianas,

intelligitur. Et profecto reperit anno 1777., paulo post Analecta in lucem emissa, in Bibliotheca Buheriana notas Salmasii cum multis carminibus ineditis; idque eodem anno literis significavit cum ad alios, tum ad cl. *de Murr*, qui me hoc, pro summa sua humanitate, ignorare noluit. Illae autem Salmasii notae cujus sint generis, num ad editionem comparatae et expolitae, an subitanea opera in chartas conjectae, ex iis quidem, quae mihi videre contigit, literis non patebat. Sed quidquid ejus sit, nemo facile erit literarum amantior, quin has notas tandem aliquando in eruditorum manus venire cupiat. Dum prodierint, quid Salmasius in Anthologia edenda praestiturus fuis- [redacted]

[redacted]

ret. Sed judicandi facultatem, eam inprimis partem, quae in pulchris venustisque recte sentiendis cernitur, minus excoluerat. Quare cum in locum paulo intricatiorem, in argumentum nondum satis illustratum incidisset, eruditionis copias, quas memoria ipsi suppeditabat, sine ullo dilectu, tanquam sacco effundebat; res non eo ordine, quo alia ex alia efficitur, disponebat; interdum, quae paulo ante posuerat, eadem contraria disputatione evertebat; ita ut saepe, sententiarum diversitate, locorumque, quos affert, multitudine obrutos, incertiores dimittat lectores, quam venerint. Huc accedit, quod, disputatione de re aliqua instituta, facile e via egreditur, alia ex aliis nectens, diffuso dicendi genere, crebrisque repetitionibus saepe fastidioso. In emendationibus saepe mire acutus est et ad invidiam felix, saepe etiam durus et temerarius. Nam criticum acumen minime ad elegantiam expoliverat, non magis ac mores; diligentius etiam triverat eos scriptores, unde reconditioris eruditionis opes augeret et locupletaret, quam eos, quibus sensus pulchri et boni acuitur. Illud inprimis curabat, ut omnes aevi sui eruditos homines doctrina et ingenio superare videretur; ingenii elegantiam autem et venustatis studium aut negligebat aut contemnebat. Hoc vitium augebatur incredibili quadam arrogantia, qua inflatus, quae vel subito effudisset,

pro certiſſimis habebat, aliisque obtrudere conabatur. Qua ſuperbia nihil in hoc literarum ſtudio perniciofius eſt, nihil, quod magnorum virorum laudes magis imminuat, eosque in graviores errores irretiat *).

Hic talis vir in edendis Anthologiae carminibus quin multa divinitus expediturus fuiſſet, ſi ſe totum ad hoc dediſſet negotium, nemo eſt, qui dubitet. Multa, quae nunc obſcura ſunt in locis ad antiquitatem, priſcam hiſtoriam, naturae cognitionem artisque opera ſpectantibus, et omnino omnia, quae ex interioribus literis explicanda veniant, nemo eo melius, nemo eruditius et ube- [redacted]

[redacted]

dandis deligendisque lectionibus a vero aberret, poëtisque obtrudat ea, quae ab eorum ingenio totoque hoc leviori genere longiſſime abſint. Ut artifices quidam magnae et ſtupendae molis opera feliciſſime exſtruunt, parva ne attingere quidem audent, et facilius coloſſum, quam quadrigulas, quales Theodorus et Myrmecides, perficiunt, ſic in hoc quoque artium genere Salmaſius ad Plinium emendandum valebat: an eadem felicitate in puſillis illis carminibus conſtituendis verſaturus fuiſſet, dubitare licet.

X.

De Luca Langermanno.

Iteratis Salmaſii promiſſis quanta inter eruditos illius ſeculi exſpectatio, quanta ſpes excitata fuerit, ex multis, quae tum prodierunt, operibus, Epiſtolis praeſertim, intelligitur. Quamdiu autem haec ſpes cum ab ipſo Salmaſio, tum ab ejus cultoribus fovebatur, nemo facile auſus eſt falcem immittere meſſi viri doctiſſimi, quem alii, ut deum quendam inter eruditos, colebant, alii, qui ejus gloriae et ſplendori invidebant, offendere tamen non audebant. Tandem vero, negotio per plures annos protracto, ſpes a Salmaſio excitata paulatim evanuit. Seculo XVII. cujus ipſo initio Codex Palatinus a Salmaſio repertus erat, jam ad

, excitatum esse suspicor, qui de Anthologi nda cogitaret. Is, hujus consilii exsequend a, Romam profectus est, ut Codicem, jam ir icanam Bibliothecam relatum, adiret atqu riberet. Ibi cum initio omnia invenisset diffi aditu et occlusa (ut Vossius scribit ad Nicol. nsium anno 1652. mense Decembr. in Sylloge t. Burm. T. III. p. 655.), jam in eo erat, ut nfecta rediret. Postea tamen, nescio quomo- id, quod jam desperaverat, feliciter exsecutus Nam notas ejus et collationes Anthologiae udis cum Vat. Cod. vidit Fabricius apud Sche- quendam Hamburgensem; apud quem etiam vit Anthologiam ineditam et plurima collecta- castigandis et supplendis graecis Epigramma- donea. (Bibl. Gr. Tom. IV. p. 440.) Langer- num autem hoc inter alia spectasse, ut Sal- i errores retegeret, famamque minueret, su- ari possumus ex verbis Vossii in Epist. supra

[redacted]

laudata p. 656.: „Prodigioſos errores, quos in „Anthologia deſcribenda commiſit (Salmaſius), ali„quando videbis, ubi redierimus ego et Langer„mannus. Certe negligi a te non debet praecla„rum ejus furtum, quo Scholiaſtem Palatinum „Ovi Simmiae miſerrime, Cyclopeo more, devo„ravit totum, inque ſuccum et ſanguinem con„vertit. Diſſimula tamen, quaeſo, Langermannum „de Anthologia cogitare, ne et ejus fortunis inſi„dietur.“ Ceterum Langermannus, quidquid hujus fuit conſilii, poſt Salmaſii mortem (1653.) abjecit totumque ſe addixit rebus forenſibus *).

XI.

De Apographis libri Vaticani.

a) *De iis, quae e Salmaſii codice fluxiſſe videantur.*

Ab eo tempore, quo Iſaacus Voſſius Salmaſii gloriam in hac parte deterere et imminuere coepit, binae apographorum Codicis Vaticani claſſes exſtiterunt: altera eorum, quae fluxerunt ex Excerptis Salmaſii; altera complectitur ea, quae ex Codice Voſſiano originem duxerunt. De utrisque verbo dicam; poſtea Apographa ex ipſo Cod. Vaticano facta commemorabo.

*) Heinſ. Epiſt. ad Daumium Tom. V. Sylloges p. 218.

tatis plenissima nec operae habitura pretium
universum tenendum est hoc: omnia apogra
prioris classis textum Vaticani Codicis minor
fide repraesentare, quam Vossianum librum
que e Vossiano libro fluxerunt. Salmasiu
m, praeterea quod in multis errare potuit,
no et paene puer, jam inter describendum hau
ca vitiosa vel mutavit, vel emendavit; ali
rgini Codicis sui allevit, quae, ut fieri sole
escribentibus pro genuinis, vel saltem verisim
ıs propagata, novisque cum erroribus tu
endationibus aucta sunt. Inter eos autem C
es, quos plurimos veluti rivulos a Salma
tibus profluxisse constat, celebritatem qua
nactus est Codex *Guieti*, cujus descriptione
it Boivinus junior (dans les Mém. de l'Aca
Inscr. Tom. III. p. 374. sqq.). Hic liber cu
Bibliotheca Guieti, qui duobus annis p
nasium (1655.) morte exstinctus est, ad *Men*

[redacted]

beat, ignoro equidem; plurimas ex Salmasiano libro descriptas esse, mihi persuadeo *). Ex Guieti libro alii alia, quae ad rem suam pertinerent, delibarunt; nonnulli totum descripserunt. De quibus *ἀντιγράφοις* sic judicat Brunckius Praef. p. VIII.: „Sunt ista omnia minus integra. Nam „praeterquam quod hinc inde carmina desunt ali„quot, et in fine plurima, quae in autographum, „cujus copiam Guieto fecit, nondum retulerat Sal„masius, illius festinatione et inconsiderantia fa„ctum est, ut, cum duo simul vertisset folia, primo „disticho Epigrammatis Straton. LXVII. duo ulti„ma disticha subjunxerit Epigr. ejusdem poëtae „LXXVII. – et quae media interjacent Carmina XII. „praeter illorum, alterius finem, alterius initium, „omiserit. Haec eruditissimo Joanni Boivin, quum „in Academicorum consessu elegantem illam legeret „commentationem, nondum comperta erant.“ Ex apographis, quae libro Guietiano originem debent, fuit Codex *Bigotianus*, unde L. Kusterus se multa Epigrammata Parisiis descripsisse ait ad Suid. in Θρίναξ T. II. p. 207. et in Ποπάδες Tom. III. p. 152.

b) *De libris Vossianis.*

Alterius classis apographorum ordinem ducit liber *Friderici Sylburgii*, quem cum alii, tum Bur-

*) Vide ad Epigr. Hadriani I. 4.

unt qui dubitarent, omnia illa Anthologia
itae apographa num ex uno Codice Palatin
erint, an ex pluribus. Dorvillius quidem d
ousdam apographis suis ita loquitur, ut eos e
forte, quam ex Vat. Cod. derivata suspice
*). Gesnerum autem, Harlesius monuit (i
. Gr. T. IV. p. 434.), Sylburgianum librum e
plane Codice, Palatino tamen, descriptu
isse, quam librum Salmasii. Quae sententi
a suspicione nititur eaque vanissima.
cis conficiam. Plurimae lectiones, qui ex Co
urgiano sive Vossiano, hoc enim nomine la
solet, proferuntur, in Cod. Vatic. legunt
ullum vidi carmen ex illo apographo pro
, quod in Vat. Cod. non exstaret. Hinc ef
r alterum de duobus, ut aut Salmasius aliu
icem descripserit, quam eum, qui ex Bibl. P
na in Vaticanam translatus est; quod inepti
dicere; aut Salmasianum Sylburgianumq

Sic se rem habere, ii, quibus Vossiani codicis adeundi potestas datur, nunc facilius intelligent, lectionibus Vaticani Cod. diligentius et plenius, quam unquam factum fuit, in commentario nostro indicatis, ipsiusque Codicis notitia uberiore prolata.

Apographorum quorundam, ex Vossiano libro derivatorum, genesin ex Reiskii praefatione p. XIX. hic inseram: Postquam Isaacus Vossius vitae sedem in Britannia collocaverat, *Ed. Bernardus* Epigrammata Codicis Sylburgiani describenda curavit. Ex hoc Bernardi codice in Bibl. Bodlejanam delato Bentlejus multa Epigrammata protulit. Circa idem tempus *Ez. Spanhemius*, cui juveni ipse Salmasius salivam moverat *), legatus in Britanniam missus, magnam Anthologiae partem ex Cod. Voss. descripsit, cujus schedae Berolinum translatae, schedas *Lacrozianas* pepererunt, quae in Reiskii Anthologia et Schneideri Periculo critico tam crebro laudantur **).

*) Spanhemius Epist. ad Nicasium ann. 1697.: 'A l'age où j'étais de quinze ou de seize ans Mr. de Saumaise voulut me confier l'édition des Epigrammes grecs anecdotes, qu'il avait tiré du Mscpt et qu'il ne croyait plus de saison dans sa vieillesse. Un démêlé qui survint par sa faute entre feu mon pere et lui, me priva de l'honneur que j'en aurais tiré à cet âge là et du secours qu'il m'y aurait donné.

**) Habebat Lacrozius etiam aliud exemplum Anthologiae ineditae, Bernardo teste in literis ad

c) *De Apographo Lipsiensi.*

Hic locus postulat, ut de Apographo Lipsiensi moneamus, cujus in Commentariis nostris creberrima fit mentio, quippe ex quo Reiskius magnum Epigrammatum numerum primus in lucem protraxit. Hic liber, qui ex Bibl. Gisberti Cuperi ad Uffenbachium, hinc in Bibliothecam Senatus Lipsiensis pervenit, scriptus est manu Isaaci Gruteri, quem exeunte seculo XVII. apud Haganos decessisse narrat Reiskius. Jam duo tum Codd. apud Batavos erant, quos Gruterus describere potuit: alter Heinsianus, ex Salmasiano sive potius Scaligeri libro factus, cum quo Salmasius copias

[redacted]

libro plane absunt. (Vid. Reisk. Praef. Anthol. p. XXI. sq.) Continet hoc Apographum, unde Majus in Catal. Bibl. Uffenbachianae Excerpta dedit, sexcenta et quinquaginta Epigrammata, in quinque capita divisa. Primo loco exhibetur Musa Stratonis puerilis, quae in Cod. Vat. ultimum locum occupat; sequuntur triginta carmina variis metris conscripta, quae in Vat. C. ante Stratonis Musam leguntur; tertium caput Amatoria continet ad numer. CXVIII; quartum Epigr. Dedicatoria CLVIII; quintum Epigr. Sepulcralia XCIV. Ex reliquis Vatic. Codicis capitibus nulla Excerpta habet. Vides, quam multa desint in hoc Apographo, quod tamen, si Jensiana carmina adjicerentur, pro genuina et integra Constantini Anthologia habendum censebat Reiskius. Hic error, ut fieri solet, peperit alium. Ex eo enim opinio de duobus Anthologiae Codicibus, qui nec eadem carmina, nec eodem ordine exhiberent, orta est. *)

*) Lipsiense Apographum Loesnerus descripsit in Klotzii gratiam, qui multa Epigr. inedita inde exhibuit in Notis ad Tyrtaeum, nihil, quod magnum momentum habeat sive ad criticam sive ad interpretationem, afferens.

[redacted]

d) *De Apographo Lucae Holſtenii ſive Codice Barberini.*

Sed haud ſcio, an ex omnibus Anthologiae Palatinae Apographis nullum ſit, quod majorem olim auctoritatem habuerit, gravioresque errores pepererit eo, unde *Lucas Holſtenius* tot Epigrammata primus in lucem edidit. Hic Codex, quem ipſe Holſtenius ſaepenumero ſub titulo *Anthologiae Agathiae* laudat, vulgo *Barberinianus* appellatus, cum quaedam contineat, nec in Cod. Lipſienſi, nec in Jenſianis obvia, non ſolum carmina, ſed etiam lemmata carminum, Reiskius (in Miſcell. Lipſ. T. IX. p. 89.) eum omnium locupletiſſimum,

[redacted]

[redacted]

ſedulo excuſſit, in eoque omnia ita eſſe, ut Brunckius ſuſpicatus fuerat, intellexit. Titulum in fronte gerit hunc: *Pauli Silentiarii Ecphraſis magnae Eccleſiae S. Sophiae et Ambonis ejusdem Eccleſiae. Ex Mſſc. Codd. Palatinae Bibl. Ex Cl. Salmaſii exemplari transſcripſit Lucas Holſtenius* cIↄIↄcxxvI. *ad* IX. *Kal. Sept. et revidit Romae ad ipſum Cod. Palatinum Vat. Bibl.* cIↄIↄcxxvI, *a. d.* VII. *id. April.* Complectitur autem praeter illam ἔκφρασιν, quae primum in Vat. Cod. locum tenet, Excerpta ex omnibus fere Anthologiae capitibus, foliis CLXXXI. plurimis carminibus omiſſis, quae tum temporis nondum in lucem erant edita. Holſtenium hoc Apographum ad Cod. Vat. exegiſſe, ejus fere nullum veſtigium in ipſo libro eſſe, Uhdenus mihi ſcripſit, qui eum diligenter tractavit, niſi quod Autographi paginae adſcriptae ſint. Plurima loca vitioſe deſcripta reliquit. Uberiorem illius libri notitiam Harleſius dedit in Bibl. Gr. p. 435. ſq. ex literis cl. Schow, qui eundem in peculiari Diſſertatione deſcripſit. Ex hoc Codice, ut videtur, excerptae ſunt *Schedae Gotzianae*, quas commemorat Olearius in Diſſ. de Poëtr. Gr. p. 131. et Leichius in Praef. ad Sepulcr. p. XII. Eas Halae Sax. latere ait Reiskius in Miſc. Lipſ. IX. p. 97.

Langermanni. His annumerandum Apog
num, omnium longe copiosissimum et accura
mum, quod Serenissimus Dux Gothanus a Jo
ni Spalletti haeredibus emtum, Bibliothe
ublicae proprium fecit. Hoc libro totus V
odex continetur duobus voluminibus fatis
s, chartis quadruplicatis. Totus scriptus est
u Abbatis Spalletti, charactere eleganti et p
icuo, ad optimorum Codicum characterem c
rmato. In margine scripta sunt nomina aut
am cum lemmatibus graecis, omnibusque not
uas antiqui librarii passim adpinxerunt. Praet
iis carminibus, quae in Planudea leguntur, a
riptae sunt paginae edit. Aldinae 1550. Pagin
od. Vat. ubique diligenter notatae sunt. Tex
mma diligentia descriptus cum omnibus viti
ua in parte tanta cum fide et religione Spallet
ersatus est, ut, si quid a vetere librario eras
ductum, cancellatum, emendatumve esset,

(obscurum). Neque satis habens, Codicem tanta cum diligentia descripsisse, describendi labore finito, eundem cum apographo suo comparavit; idque bis fecit. Hoc docet index in ultima pagina, ubi haec habentur: Ἐτελειώθη ἐν τῇ ἡμέρᾳ λ τοῦ μαρτίου παρὰ Ἰωσὴφ Σπαλλεταίου ἐν τῷ ἔτει αψος (1776.). Deinde: *Collatum cum originali* III. *Idus* VII*bris anno a Virginis partu* cIↄIↄCCLXXVI. *Rursus accuratiori studio collatum* III. *Idus Martias anno* cIↄIↄCCXCI. Hunc librum, indefessi laboris opus, num quis mirabitur, bono Spalletto tam carum fuisse, ut eum tanquam in oculis ferret, omnibus de eo narraret, nihil se pretiosius habere confirmaret, eum denique suis, ut praestantissimum κειμήλιον, commendaret? Nos autem num quis immerito tantum huic libro tribuere existimaverit, quantum fere ipsi Codici, eumque omnibus aliis, quotquot sunt, apographis longe praeferre? Jam vero quanti faciendum putas hoc, quod cl. Uhdeni diligentia effectum est, ut nobis in hoc libro recte aestimando non unius Spalletti, probi quidem et laboriosi hominis, sed hominis tamen, fide sit standum? Is enim, quod in Praefatione dixi, cum hunc librum a Spalletti haeredibus emisset, literarum amore ductus, molestissimum ejus ad Cod. Vat. exigendi negotium sponte suscepit. Qua comparatione factum est, primum, ut peccata quaedam, minora tamen, in priore

...., sive propter rasuras
bentis incertitudinem, ea in margi
fidem explicuit; et ubique summa c
notavit, quid antiqua, quid recentio
ptum esset. Hoc labore igitur quant
ritatis et utilitatis huic libro accesser
est multis explicare. Res sponte inte

XII.

De iis, qui post Salmasium de Antholo... meruerunt.

a) *De Dorvillio et Jensio.*

Jam de iis dicendum est, qui post Sal...
tum, hoc nostro seculo, de Anthologia ede...
tarunt. *) Inter hos principem locum tene...
ditissimus *Jacobus Philippus Dorvillius*, que...
thologia edend...

posuisse, plurima ad eam rem subsidia congessisse, ex ejus scriptis tantum non omnibus, Vanno critica inprimis et Commentario in Charitonem, constat: In quibus cum haud exiguum Epigrammatum numerum primus ediderit, multa correxerit, plurima illustraverit, dolendum est sane, reliquas doctissimi viri lucubrationes eruditorum oculis subtractas latere. Habebat autem Dorvillius ex omnibus Bibliothecarum forulis apparatum ad Anthologiam summo studio collectum, quantum nemo ante eum nec post eum habuit; id quod cum ex ipsis ejus operibus cognoscitur, tum diserte dicitur ab *Alberto* in Praef. ad Hesychium p. XIX. Burmannus Sec. autem in Dedicatione alteri Siculorum Voluminі praemissa p. VI. hortatur Dorvillii filium, patris ex asse haeredem, ne Anthologiam graecam, metrica Grotii versione ornatam, multis Epigrammatis anecdotis e variis Europae bibliothecis auctam et notis optimis illustratam, delitescere patiatur. Ista exhortatio quid effecerit, eventus docuit. Dorvillii filius, Bataviae sedibus relictis, vitae suae spes et consilia in Britanniam transtulit, ne cogitans quidem de edendis patris thesauris, quos cum situ et pulvere luctari conqueritur Burmannus in Praef. Anth. Lat. p. VIII. Erat in iis copiis collatio Planudeae cum Cod. Vat. cujus carmina inedita ipse sua manu descripsit Dorvillius, dum Romae agebat (Burmann. in Orat. Funebri

herii descripta (ibid. p. 650.). Haec omn
m suis ipsius annotationibus, Dorvillius, p
i obitum, in Bibliothecam Leidensem defer
r testamentum jussit. (Vide Bernardi Epist.
isk. p. 440.)

Dorvillius dum hoc opus moliebatur, pret
simarum divitiarum instar anxie custoditum (Rei
aef. p. XXIV.), dum diem ex die trahebat, dor
nnia ad unguem expolita essent, partes nonn
Anthologiae ineditae ab aliis subitanea op
lucem sunt editae. Dorvillius quidem ip
aeter ea, quae scriptis suis inseruit, haud pau
ëtriarum Carmina, emendationibus suis a vit
rgata, cum Wolfio, Graecarum mulierum f
nenta edente, communicavit; Luciani aut
oigrammata inedita cum varietate lectionis
dem accepit Reizius. (Lucian. T. III. p. 65
o aliis autem ejusmodi generis carmina pas
olata sunt, quos hic commemorare nihil attin

ea numero CLIV. e variis ſchedis*) edita. Haec Reiskius putabat unum integrum Anthologiae Conſtantini librum, eumque poſtremum, conſtituere, qui τὰ ἐκφραστικὰ ſive ἐπιδεικτικὰ complecteretur. In quo valde erravit Vir doctiſſimus. Excerpta ſunt haec Epigrammata, id quod ex comparatione cum Cod. Vat. intellexi, e duobus libris, ita ut dimidia fere pars ex ſepulcralibus, altera ex ἐπιδεικτικοῖς derivata ſit. Ea ex variis ſparſisque ſchedis edita eſſe, inde apparet, quod ſine ullo ordine permiſta leguntur. In hac ipſa tamen confuſione ordo Codicis Vat. multis in locis cognoſcitur. Edita ſunt ſine ulla verſionis notarumque acceſſione; nonniſi in paucis correctio tentatur; multa vitioſiſſime, ſic tamen plerumque, ut leguntur in Vat. Cod., exhibentur. Non mirandum, ejusmodi editionem displicuiſſe Dorvillio, qui jamdudum Anthologiam quaſi regnum quoddam ſuum tuebatur, pro hoſtibus habens, ſi qui ad ejus regni fines accederent. Invitabant tamen haec carmina ipſa novitate ſua nonnullos, ut in iis emendandis et illuſtrandis ingenii vires experirentur. Primus rem tentavit, Muſis et Minerva invitis, *Jo. Conradus Schwarzius*, Gymnaſii Coburgenſis quondam Director, qui in Novis Miſc. Lipſ.

*) Ex ſchedis Guieti ſive Menagii prodiiſſe, cenſebat Reisk. Miſc. Lipſ. IX. p. 89.

n in his literis unquam obvium habuisse affi:
t Dorvillius ad Charit. p. 82. Hunc secuti
feliciori successu, vir multae lectionis et jud
elegantissimi, *Adr. Heringa*, qui medicam artei
n critica disciplina conjunxerat. Hic in *Obser*
ionibus Criticis Leowardiae editis 1749. Jen
ia carmina, si qua edita essent, cum prioribu
tionibus comparavit, multa eorum vulner
ite tractavit, quaedam feliciter sanavit. Eju
tigia pressit vir eximius, *Dav. Ruhnkenius*, qui in
st. Crit. I. p. 116. sqq. edit. sec. quaedam ex iis
minibus, quae Heringa frustra tentaverat, eo
pollet acumine correxit et explicuit.

b) *De Leichio et Reiskio.*

Brevi tempore postquam Jensius Anthologiae
tem edere susceperat, exstitit *Leichius*, qui ex
Apographi Lipsiensis parte, quae Sepulcralia
nplectitur, XXII. Epigrammata edidit: *Sepul-*

passim inspersit editor, maximam partem ineptae sunt. Duplex versio addita: altera ad verbum, metris adstricta altera. Hanc editionem Dorvillius non minus improbabat quam Jensianam. Nec immerito. Nihil inde ad literas redundabat boni.

Post hos duumviros rem aliquanto majorem animo complexus est *Reiskius*. Is cum in Bibliotheca Senatus Lipsiensis alia quaedam ageret, forte incidit in Anthologiae graecae apographum, quam cum multis multorum sermonibus celebratam audivisset, nunquam tamen ipse viderat, quamvis Dorvillii amicus, familiaris, amanuensis. (Vide Reiskii Lebensbeschreibung, p. 66.) Hoc Cod. edendo cum se bene de literis meriturum esse speraret — Dorvillio enim defuncto nulla spes fuit, fore, ut Anthologia ex ejus Bibliotheca ederetur — rem alacriter suscepit, et primum eam partem, quae Amatoria complectitur, edidit in Miscell. Lips. IX. ann. 1752. Deinde Sepulcralia et Dedicatoria peculiari volumine exscribenda curavit, iisque carmina, a Jensio olim edita, adjunxit. Hic liber titulum gerit in fronte: *Anthologiae graecae a Constantino Cephala conditae libri tres. Duo nunc primum, tertius post Jensium iterum editi, cum latina interpretatione, commentario et notitia poëtarum. Lipsiae in Bibliop. Gleditsch.* 1754. 8. Diversa ratione Reiskius in duobus his operibus

[redacted]

adornandis verſatus eſt. In Miſcellaneis Lipſienſibus compendiariam quodammodo viam perſequitur. *) Notae ſunt paucae atque breves. Verſantur in indicandis variis lectionibus, ex Cod. Lipſienſi, Schedis Lacrozianis et Dorvillianis excerptis; in expromendis conjecturis, quas quidem in contextum recipere non auſus eſſet; nonnunquam in obſcurioribus explicandis et illuſtrandis. Cuilibet carmini verſio latina ad verbum appoſita eſt.**) Uberiore commentandi ratione uſus eſt in Notis ad Anthologiam C. C., ita ut ad nullum alium ſcriptorem, ſi a Conſtantino Porphyrogeneta diſceſſeris, ſpiſſiores notas ſcripſiſſe videatur. Et profecto

[redacted]

Epigrammatum fragmenta profert, diligenter excitat; res ad antiquitatem, ad geographiam, ad historiam cum civilem tum literariam spectantes, illustrat; nonnunquam etiam ad alia quaedam divagatur. In tanta rerum copia multa sunt praeclara et Reiskii eruditione ingenioque dignissima. Quod ad textum attinet, usus est, praeter Cod. Lipsiensem, Schedis Lacrozianis, de quibus supra dictum est, aliisque, quas Dorvillianas appellavit, cum aptius nomen non succurreret. De his Reiskius haec monet in Miscell. Lips. T. IX. p. 96: „Dabat mihi „Dorvillius, cum adhuc Leydae agerem, in man„datis, ut schedas, quas ab amico, nescio quo, nactus „fuerat, scriptas ab ignota mihi quidem manu, „et Ursinianis fragmentis poëtarum graecorum . . „. . . . insutas, in usum suum exscriberem. Parui, „sed simul ipse mihi quoque paravi apographum „quinque foliorum in forma quarta, quorum tamen „primum nescio quo devenerit; cetera adhuc servo. „Continent autem hae schedae Carmina ferme qua„draginta Nossidis, Anytae, Simonidae et aliorum, „partim a cl. Wolfio in Fragm. Poëtriarum gr., „partim a Jensio pone Lectiones Hesychianas edi„ta, partim etiam adhuc inedita.“ His subsidiis instructus Reiskius textum, ad conjecturas suas potissimum, innumeris in locis immutavit; emendavit, vix dicere ausim. Iniquus quidem sim et ineptus, si acutissimum virum veritatem nunquam

vidiſſe dixerim; ſaepe eam vidit, nec parvus locorum numerus in Brunckii quoque Analectis ad Reiskii mentem emendatus eſt; verum, ſi Reiskii ingenium puſillis his luſibus eleganter tractandis minus aptum fuiſſe contendero, me omnibus iis, qui de his rebus exiſtimare poſſunt, conſentientibus judicaſſe arbitror. Nam ſi calculum inieris, haud paulo plura Anthologiae loca pravis conjecturis in textum immittendis corrupiſſe, quam bonis lectionibus receptis emendaſſe invenietur; ut, ſi ipſius textum cum Brunckiano compares, tantum inter utrumque intereſſe videas, quantum inter ſtatuam rudi coelo efformatam et horridam, [redacted]

aetatis inter Britannos facile princeps. Hunc virum, cujus ingenium et eruditionem Curae in Suida emendando positae, Notae in Longinum atque Theocritum ad omnem posteritatem propagabunt, si in his carminibus corrigendis Reiskio longe perspicaciorem fuisse affirmo, nihil profecto dixero, nisi quod omnes magna consensione concedent. Tantum enim Toupius in hoc genere praestitit, ut, si de recentiorum criticorum in Anthologiam meritis quaeratur, ei, me quidem judice, proximus post Brunckium locus assignandus sit. Quantum autem ipse Brunckius Toupio tribuerit, inde intelligitur, quod plurimas ejus emendationes in textum recepit, interdum etiam eas, in quibus ille a veritate aberravit. Jam vero licet hujus viri acumini et eruditioni plurimum tribuendum esse existimem, indignor tamen, ubi Reiskium prae se contemnit, eumque nihil intellexisse, nihil vidisse, ex loco superiore pronuntiat. Id autem, quod indignissimum est, passim fecit iis in locis, ubi Reiskius ei facem praetulerat.

c) *De Klotzio et Schneidero.*

Duas Apographi Lipsiensis partes Reiskius non attigerat: eam, quae Musam Stratonis, alteram, quae carmina vario metrorum genere conscripta complectitur. Ab illa ut abstineret, flagitiosum istorum carminum argumentum fecit, quod Scali-

[redacted]

gerum quoque commovit, ut Salmasio auctor esset, ista carmina prorsus rescindere, quod et animos castiores offendere, et maledicorum in eum linguas provocare possent. (Epistol. L. III. 245. p. 526.) Maledicos contemnere quid esset, saepe cum gravissimo suo damno expertus erat optimus Reiskius. Sed hanc provinciae ejus partem, prudenter ab eo neglectam, suscepit Klotzius. Is igitur Stratonis, aliorumque quorundam, qui in puerorum amoribus celebrandis ingeniose luserunt, Epigrammata XLV. ex Codice Bibliothecae Ducalis Vinariensis descripta, edidit sub titulo: *Stratonis aliorumque veterum poëtarum graecorum Epigrammata*

[redacted]

viſum eſt comparanti carmina a Klotzio edita, ipſam Cod. Vat. ſcripturam repraeſentant; in aliis, paucioribus tamen, cum ſchedis Tryllitſchianis, Dresdae ſervatis, conſpirant. Klotzius iſtius Apographi lectiones non ubique fideliter exhibuit. In fine libelli, paginis tribus cum dimidia, notulae leguntur Klotzii, cum pauculis quibusdam aliis a docto Viro cum Klotzio communicatis. Illae perbreves ſunt et vehementer jejunae. Nihil igitur hic libellus habet, quo ſe doctioribus magnopere commendet, niſi forte praefationem, cujus tamen ipſius pars melior ea eſt, quae de rebus ab Anthologia alienis agit.

Jam licet magnus numerus Epigrammatum eorum, quae Codici Vaticano propria ſunt, a Viris doctis eſſet editus, multa tamen adhuc latebant; et in iis, quae publice proſtabant, plurima depravata erant. In hunc igitur patentiſſimum campum excurrit *Jo. Gottlob Schneiderus*, Vir eximius, qui in ipſo aetatis flore maturae eruditionis fructibus edendis eruditorum hominum oculos et mentes in ſe convertit, et poſtea ſpem, quam primis ingenii ſui et eruditionis ſpeciminibus apud omnes excitaverat, non explevit tantum, ſed etiam multis ex partibus ſuperavit. Is igitur de Anthologia egregie meruit edendo *Periculo critico in Anthologiam Conſtantini Cephalae, cum editam tum ineditam. – Accedunt emendationes in Ariſtotelem et*

Antigonum Carystium. ' *Scripsit Jo. Gottl. Schneider. Lips.* 1772. 8. In hujus libelli Capite I. et II. de iis carminibus, quae Reiskius in Miscell. Lips. ediderat; Cap. III. de Epigrammatis a Klotzio editis disputat; multa egregie corrigit; alia a temerariis aliorum correctionibus vindicat; similes locos comparat; varietatem lectionis ex Cod. Lipsiensi, Vossiano, schedis Tryllitschianis aliisque enotat; carmina inedita profert. Cap. IV. item in Musa Stratonis versatur, cujus Schneiderus habebat Apographum a Reiskio ex Cod. Lipsiensi factum, idem, unde nos quoque ineditas quasdam Reiskii notas protulimus. Reliquas Anthologiae ineditae

[redacted]

XIII.

De editione Brunckii.

Tandem ad Brunckium pervenimus, qui ita de Anthologia meruit, ut ſolus dignus ſit, qui ejus editor et ſoſpitator vocetur. De cujus opere, quod ſub *Analectorum* titulo, tribus voluminibus comprehenſum, edidit, ut recte ſtatuamus, primum de Brunckii in Anthologia edenda conſilio, deinde de ſubſidiis, quibus uſus eſt, dicemus. Quo facto, quid ipſe praeſtiterit, quid aliis praeſtandum reliquerit, ea qua par eſt modeſtia et aequitate indicabimus.

Brunckio igitur in adornando praeclaro illo opere is animus fuit (Praef. p. XX.), ut graeca Epigrammata, quantum poſſet, omnia et integra et emendata ederet. Cum Epigrammatis alia quaedam diverſi generis conjunxit, eam ob cauſam, ut, cum vetuſtiſſimarum collectionum major pars periiſſet, damnum ex aliqua ſaltem parte reſarciret. De his acceſſionibus, quae cum Anthologia nihil commune habent, non eſt quod hoc loco dicamus. Epigrammata autem Brunckius non ea tantum, quae in Vaticano habentur Codice, ſed ea quoque, quae Planudeae propria ſunt, edere ſtatuit. Duplici itaque ſubſidiorum genere opus erat, Planudeae codicibus, et Codicis Vat. apographis ſive collationibus. Illius quidem quatuor Codices accepit ex Bibliotheca Pariſienſi, olim regia, quos

[redacted]

ſe diligenter, ſed parvo cum fructu contuliſſe ait. (Praef. p. XXVII.) Majoris ad Planudeae textum reſtituendum momenti erat editionis Wechelianae exemplar, ad cujus marginem Salmaſius varietatem lectionis una cum titulis et lemmatibus Epigrammatum ex Cod. Palatino alleverat. Ex hoc igitur libro plurimae carminum emendationes fluxerunt. Eorum autem carminum, quae in Planudea non leguntur, Excerpta habuit; inter quae primum locum tenebant ea, quae ſub titulo *Apographi Buheriani* crebro laudantur a Brunckio. Acceperat illud ex Bibliotheca Marchionis de Bourbonne, Divionenſis Senatus tum temporis

[redacted]

Ad haec omnia acceſſerunt ſchedae viri doctiſſimi M. de Foncemagne, quae tamen an Brunckio ad Anthologiae textum quidquam profuerint, non ſatis intelligitur ex iis, quae dixit Praef. p. XXIV.

His praeſidiis inſtructus, quibus adjiciendae ſunt emendationes doctiſſimorum virorum paſſim in libris criticis proditae, tum ineditae haud paucae, quas Reiskius cum Brunckio communicaverat *), ad Epigrammata edenda et emendanda acceſſit. In quo opere ordinem a prioribus Anthologiae conditoribus inſtitutum prorſus relinquendum putavit. Quum enim illi in Epigrammatis deſcribendis argumentorum ſimilitudinem plus minus reſpexerint, ipſe ſua cuique poëtae carmina tribuit, poëtas ipſos ſecundum aetates diſpoſuit; a quo inſtituto nonniſi in Meleagri, Philippi et Agathiae carminibus disceſſit. Quod autem priſtinum illum Cephalae et Planudis ordinem reliquerit, ejus cauſam reddit hanc (Praef. p. VI.), quod taedioſum ſit **), plura ejusdem argumenti carmina continua ſerie legi; quod poëtae per omnes libri partes diſcerpti non cognoſcantur; quod denique, novis cum veteribus confuſis, quid quisque primus excogitaverit, quid aliunde

*) Exemplar editionis Stephanianae cum infinitis emendationibus. Praef. p. XXIX.

**) Brunckius in hac parte Reiskii judicium ſequitur, quem vide in Praef. Anthol. Conſt. C. p. XV.

sumserit, non appareat. Verum contra has rationes, primam praecipue et tertiam, prudenter quaedam monuit V. cl. Wyttenbachius in Bibl. crit. T. I. P. II. p. 27. recte existimans, in nova hac, quam Brunckius instituerit, distributione multum difficultatis oriri inde, quod multorum poëtarum incerta sit aetas, ut, quo quisque loco ponendus sit, saepissime dubites. Ad hanc difficultatem accedit alia, non minoris momenti, quae ex auctorum incertitudine proficiscitur. Multa enim Epigrammata ad plures auctores referuntur; ut, cui quidque potissimum tribuendum sit, nulla ratione statuere possis. Brunckius quidem in hac parte se Vaticani Cod. auctoritatem sequi passim profi- [redacted]

hac Brunckiani operis censura tertium fore dicebamus. Sed hic quoque ut via et ratione procedamus, ita agendum erit, ut per singulas consilii, quod Brunckius secutus est, vel certe sequi voluit, partes eamus, et, quid in quaque praestiterit, quid aliis praestandum reliquerit, quaeramus. Prima igitur pars haec est, quod Brunckius *omnia* Epigrammata edere voluit. In hac equidem professione vellem virum doctissimum, certis finibus constituendis, reprehensionis opportunitates exclusisse; tantum enim abest, ut omnia dederit, ut potius multa consulto omiserit et neglexerit. Nihil dicam de Epigrammatis Diogenis Laërtii, quorum nonnulla cum in Planudea, multa etiam in Vat. Cod. legantur, dubitari non potest, quin Anthologiae partem constituerint; haec igitur omisit ad unum omnia. Quod si nulla nisi meliorum cujusvis aetatis poëtarum carmina edere voluit, recte fecit; nihil enim illis Diogeniani ingenii foetibus ineptius; si omnia, haec quoque recipienda erant. Idem dicendum de carminibus Gregorii Nazianzeni, longe melioris poëtae, quae, ut supra vidimus, peculiare caput Anthologiae Constantini constituunt; idem de Epigrammatis Christianis, quae in Codice proximum locum a Gregorii carminibus occupant; idem denique de Cyzicenis. Quanquam duobus his capitibus Brunckii apographa carebant. Hic autem non possumus, quin

[redacted]

doleamus cum Wyttenbachio, Brunckium, cum huic operi tantum laboris et ſumtuum impenderit, non id quoque egiſſe, ut Vat. Codicis accuratam collationem Roma nanciſceretur; non quidem Chriſtianorum illorum Carminum cauſa, quibus facile carere poſſumus, ſed aliorum, quibus Buherianum apographum carebat, bene multorum. Hunc autem defectum quodammodo compenſavit colligendis plurimis Inſcriptionibus, quae quidem verſibus eſſent conſcriptae; ſaluberrimo conſilio, quod Grotium quoque ſecutum eſſe conſtat ex ejus Praefat. p. XIX. Nec in hac tamen parte Brunckius plane ſatisfecit moroſioribus.

[redacted]

Alterum, quod Brunckius ſequebatur, erat, ut Epigrammata ederet *integra.* Hoc quam vim habeat, ex comparatione Anthologiae Brunckianae cum Planudea intelligitur. Planudes, quae depravata eſſent, reſecuit; quae praetextata, temere et inepte mutavit. Neutrum ſibi licere arbitratus eſt Brunckius; nec, cum obſcoeniora carmina in lucem protraheret, apud cordatos et ſincerae caſtitatis viros excuſatione ſe egere ratus eſt. Operae pretium fuerit, quae de hac operis ſui parte veriſſime monuit (Praef. p. XIV.), audire: „Ab „his praetextatis, ait, nihil publicis moribus ti„mendum eſt, quorum corruptelam non augebunt „duodecim circiter pathiciſſima quidem, ſed graeca „carmina, de quibus legendis non cogitabunt ado„leſcentes noſtri, niſi quos forte Salmaſio pares haec „aetas tulerit. Hos aſſidua ſtudia, et cum doctrina „Muſisque commercium tutos a libidine praeſta„bunt. Praeterea ne quidquam reſecarem, duae „me aliae impulerunt cauſae. Non hoc quo vivi„mus aevo tam verecundi ſumus, nec tam facile „nobis, quam patribus noſtris, rubor offunditur. „Horum enim ἐξαγίστων quaedam in libris non ita „pridem vulgatis, paſſim jam occurrunt, et quin, „absque mea opera, cetera etiam pro nata occaſio„ne depromenda fuiſſent, nullus dubito. Tum, ut „ingenue ſententiam meam profitear, iis non ma„gis carere liberalibus ſtudiis deditos debere arbitror,

„quam obſcoenis illis Catulli, Martialis, Auſonii, „Apuleji aliorumque, quorum ita contemtae jacent „editiones, quas *purgatas* vocant, ut eas de tri„vio tollere, nedum unius aſſis emere, nemo ſa„nior et elegantior velit."

Tertium erat denique, quod cum altero arctiſſime conjunctum eſt, ut textum daret *quam emendatiſſimum*. Hic locus ejusmodi eſt, ut in univerſum nihil de eo ſtatuere poſſis. Videamus igitur ſingula.

Veteris ſcriptoris contextus tum nonnunquam pro emendato habetur, cum in legendo aut raro aut nusquam offendas; cum oratio recte dicendi legibus et elegantiori uſui conſentanea ſuaviter de-

[redacted]

culae quaedam reperiuntur, quae purum lumen passim obscurent et impediant, eae tamen sunt paucissimae pro numero carminum, vitiorumque, quibus in Codice obsita sunt, multitudine. Hoc cum cogitamus, nullo modo facere possumus, quin acre Brunckii in tollendis vitiis ingenium limatumque ejus in lectionibus deligendis judicium cum exquisita graecae linguae scientia venustatisque sensu vividissimo conjunctum ita miremur, ut eum, hac quidem ex parte, summis in hoc genere hominibus parem, nulli facile secundum existimemus.

Verum enimvero non is veteris scriptoris contextus, qui paucissimis difficultatibus laboret, emendatissimus dicendus est, sed is potius, qui ad Codicum fidem certasque emendandi leges ita constitutus sit, ut nihil in eo reperiatur, nisi quod ab ipso scriptore videatur profectum esse. Hinc autem sponte sequitur lex longe certissima, ut, ubi ipsa scriptoris manus indagari nequeat, satius sit vitiosam lectionem relinqui, quam incertam dubiamque in contextu poni; deinde, quod huic legi conjunctum est, ut nihil ab editore mutetur, cujus non reddatur ratio. Ad hanc legem et normam si Brunckii Analecta exploraveris, haud facile refragaberis sententiae Wyttenbachii, Viri celeberrimi, qui hujus operis contextum primaria cujusque editionis laude carere judicat, id est, fide et sinceritate. Quam sententiam licet in univer-

sum amplecti debeamus, non tamen desunt, quae ad ejus severitatem leniendam proferri queant. Quae qualia sint, si recte intelligatur, cum ad judicium de critici in Anthologia versantis partibus stabiliendum inprimis faciat, agedum omnem rem paulo disertius explicemus.

Primo quidem Brunckii textus vitiosus est eo, quod multa pro genuina Codicis scriptura exhibet, quae nonnisi in Apographis, ex Salmasii aliorumque conjecturis profecta, leguntur. Hoc erroris excusationem habet. Cum enim Vat. Cod. nec collationem, nec apographum sincerius scriptum haberet Brunckius, nec fortasse nancisci posset, rivulis contentus esse debuit, cui aditus ad

[redacted]

pars in uno tantum Codice servata est; altera, quae in Planudea habetur, ab ipso Planude passim interpolata et corrupta, item ex uno Codice profluxisse videtur, eodem scilicet, unde Vat. Codex profectus est. Nonne hinc sequitur, Planudeae Codices et Codicem Vaticanum, in plurimis partibus, pro uno teste habendos esse? Qui testis ubi corruptus est, nec veritatem indicat, necessario ad ingenium confugere debemus. Emendationes igitur, e felici conjectura profectas, quae et a Codicum lectione proxime absint, et sensum efficiant, quem ipsa res flagitet, et sermonis generi, quo scriptor, in quo verseris, utatur, consentaneae sint, aliorum denique imitationibus, quae quantum in Anthologia ad veram lectionem prosint, in praefatione monuimus, confirmentur; ejusmodi, inquam, emendationes in contextum recipere cum omnibus concedatur, Anthologiae certe editori nulla ratione negari potest *). Jam

*) Maxime huc pertinent verba Ruhnkenii in Praef. ad Vellejum: „Ne orthographiam quidem, quamvis saepe vitiosam, mutare ausus sum, recte, ut opinor, judicans, in scriptore, qui ex uno tantum Codice prodiisset, nullam religionem posse nimiam videri. Nec tamen ita me primae editioni quasi in servitutem addixi, ut emendationibus sive aliorum sive meis, tam liquidis et certis, ut qui dubitet stuporis notam subeat, locum in textu denegarem."

hujus generis emendationes permultas invenit Ruhnkenii, Toupii, Piersoni aliorumque sagacitas; nec facile se quisquam in hunc patentissimum campum demisit, quin unam aut alteram conjecturam referret, quae omnes haberet veritatis numeros. Has igitur si Brunckius recepisset, manum cohibens ab iis, quae sine integrioris codicis ope persanari nequeunt, aut certe, Brunckio in illo negotio versante, nondum probabiliter emendata erant, nemo prudentior ei vitio vertisset id, quod in hac codd. penuria nulli non veterum scriptorum editori, nisi inepte religioso, faciendum esset. At eum illos fines saepissime migrasse, si negaverimus, ipsi inepti simus. Tri-

[redacted]

[redacted]

textu locum tueantur. Eſt hoc Brunckii ingenio proprium, ut, cum in loco depravato, argumento totius carminis perpenſo, probabilem ſententiam invenerit, ei verba ſcriptoris accommodet, nihil curans, quantum ipſius emendatio a membranarum lectione diſcrepet et abhorreat. Hoc cum innumeris exemplis patet, tum ipſe Brunckius plus ſemel gloriatur, ſe non ex iis eſſe, qui literarum rimentur apices, ſed vi ipſius ſententiae ſermoniſque proprietate bene perſpecta, quod ſententia poſtulet et intelligi poſſit, dare. Laudandum hoc, ſed ita, ut et ſenſus ratio habeatur et literarum; ſenſus quidem praecipue. Qui nonniſi literarum inhaerent ductibus, ſaepe inepta et a ſenſu diſſidentia extundunt; qui unius ſententiae filum ſequuntur, ea ſaepenumero proferunt, quae cum vera eſſe optes, pro veris tamen habere nequeas. Ejusmodi conjecturae, aliis ad verum reperiendum ſaepe utiliſſimae, in notis ponendae ſunt, ubi, ut nihil proſint, certe non nocent; Brunckius autem ſibi non temperavit, quin multas hujus generis conjecturas in contextum inveheret, aliiſque, veterum librorum ſcriptura abolita, quantum in ipſo eſſet poſitum, viam ad veritatem reperiendam praecluderet. Paucis defungar exemplis, ſed illuſtribus. In nobiliſſima illa de Gallo fabula, qui tympani ſonitu irruentem leonem fugabat, quam poſt alios etiam Antipater

Sid. satis verbose enarravit in Ep. XXVII. v. 5. Gallus vocatur ἡμιάνωρ, apud Brunckium quidem. At in Planudea p. 426. ed. Steph. et in Cod. Vat. ἴδρις ἀνὴρ appellatur. Ineptum hoc, fateor, et depravatum; sed quis sibi persuaserit, librarium, cum ἡμιάνωρ reperisset, ἴδρις ἀνὴρ potuisse scribere? Nec Brunckio ista sua emendatio satis probabatur. Quare in Notis proponit aliam, recepta non probabiliorem, quamvis, ut fere omnia illius viri, elegantem et poëta dignam. Una litera mutata scribendum est ἶθρις ἀνὴρ, quod spadonem significat. Haec emendatio, quam Huschkius, Vir cl. mecum per literas communicavit, sine du- [redacted]

eſt aliud, ſuperiore illo gravius, et multis propterea multorum reprehenſionibus exceptum. Quis enim unquam Analecta paulo diligentius tractavit, quin innumeris in locis incertus haereret, id quod legeret, utrum ex membranis an ex conjectura manaverit? Comparantes enim Analectorum contextum cum eo, quem alii dederunt in iisdem carminibus, ſumma inter utrumque in multis locis discrepantia fugere nequit, quae num ex conjecturis, in textum admiſſis, an ex melioribus chartis, quibus Brunckium uſum eſſe novimus, manaverit, in multis locis ſuſpicari magis quam intelligere poſſumus. Hoc ex prioribus veterum ſcriptorum editoribus nonnulli ſibi licere putarunt, ut membranas corrigerent, nulla correctionum ſuarum ratione reddita; quae licentia, quamvis errorum foecundiſſima, in illis tamen viris excuſationem habet; in hac autem criticae artis luce non tam faciles ſunt homines, quin editori in veterum ſcripta licentius graſſanti ſubiraſcantur. Quid, quod Brunckius membranarum lectiones non in iis tantum carminibus commemorare neglexit, quae ab aliis ante eum edita eſſent, ſed in iis praecipue, quae ad ſuum arbitrium emendata, primus ex codice in lucem protraxit? Quod ſi quis arroganter factum exiſtimaverit, non facile video, quid reſponderi queat. Habet tamen haec quoque res excuſationem ali-

quam eamque duplicem. Prior minus ponderis habet, etsi ab ipso editore usurpata, cum alibi, tum in Notis ad Aristophanis Nubes p. 119. ubi se spatii angustiis conclusum, membranarum lectionem in Epigrammate quodam non commemorasse ait. Nolebat enim hoc opus ultra tertium volumen progredi (Praef. p. XXII.). Nonne autem satius erat, aliquot folia addere, aut e textu quaedam, quae cum Anthologia nihil commune habent, circumscribere, quam, nescio qua chartarum parsimonia, in negligentiae et arrogantiae reprehensionem incurrere? Altera excusatio paulo gravior est. Brunckius cum illud opus susciperet, abundabat otio, nec dubitabat, quin, quicquid hu- [redacted]

„rem oraeque adſcriberem, ſaepe laboris quadam „impatientia feſtinationeque mea accidit, ut aucto„rem et librum, unde petita eſſet, adnotare omi„ſerim.“

Summa ergo totius disputationis eo redit denique, Brunckium in Anthologia adornanda bene de literis meruiſſe, quod majorem Epigrammatum numerum, quam quisquam ante eum, collegerit, plurima primus ediderit; eum tamen hanc rem integrioris codicis praeſidio deſtitutum ad finem perducere non potuiſſe; textum autem dediſſe innumeris in locis egregie emendatum et expolitum, fere ubique elegantem et laevigatum, ſed minime integrum et genuinum; fidem eum denique editoris non praeſtitiſſe, nec membranarum lectione diligenter commemorata, nec, qua auctoritate quidque mutatum ſit, rationibus redditis.

Interpretationem Brunckius omnino non attigit. Multum tamen minimo labore in hac quoque parte lectores adjuviſſet, ſi eorum ſaltem Epigrammatum, quae a veteribus ad hiſtoriam, ad mores, ad antiquitatem illuſtrandam laudantur, ſedes indicaſſet. Hoc enim indicio magna iſtorum carminum pars egregie illuſtratur, quae ſine eo obſcuriſſima eſt. Fecit hoc in quibusdam, non tamen in omnibus nec ubique.

XIV.

De iis, qui poſt Brunckium Anthologiam attigerunt.

Poſt Analecta edita pauci, quod mireris, ſtudia ad Anthologiam direxerunt; ſive, ut fieri ſolet, ſplendido quodam opere edito, hominibus ſibi temere perſuadentibus, nihil ipſorum induſtriae

[redacted]

ab editore relictum esse, id quod ne Brunckius quidem putavit; sive quod ipsius operis ratio et conditio eos praesertim, qui Criticae operarentur, ab emendandis vitiis deterrebat, quod pauci iis praesidiis instructi essent, quibus et certius quid de textus fide sese allaturos esse sperarent, et viam sibi facilem et expeditam ad Epigrammata emendanda redderent. Textui itaque restituendo qui post Brunckium insigniorem navaverit operam, neminem scio, praeter *Wyttenbachium*, qui in Censura Brunckiani operis in Bibl. crit. Vol. I. P. II. quaedam carmina feliciter tentavit; *Heynium*, in Commentationibus de Priscae Artis Operibus ex Epigr. graecis, quae insertae leguntur Commentt. Societ. regiae Gotting. Vol. IX. et XI.; *Wakefiel-*

[redacted]

commemoravimus ad Epigr. Meleagri LXVI. Criticam raro et leviter tractat, omnia ad interpretationis finem dirigens; in qua tamen parte multis in locis a vero ſenſu vehementer aberravit. Erroneae ejusmodi interpretationis ſpecimen exhibui ad Epigr. XXXIII. quod ad cognoſcendam hujus commentarii indolem ſufficere poſſe putabam. — Eodem anno prodiit ejusdem Poëtae editio, a *Manſone* adornata (Jenae 1789. 8.), viro doctiſſimo mihique a multis inde annis conjunctiſſimo. Haec vero illam ita ſuperat, ut ne comparationi quidem locus relictus ſit. In conſtituendo textu Brunckium ſecutus eſt, ita tamen, ut carmina novo ordine disponeret, et quaedam ex Wyttenbachii mente in contextu corrigeret. In notis, textui ſubjectis, varietatem lectionis enotavit. Textum ſequitur latina interpretatio XCIII. carminum metro adſtricta, quam ipſam commentarius excipit. Interpretatio eſt brevis, perſpicua, elegans et plerumque vera. Ejusmodi interpretes ſi plures Anthologiae contigiſſent, multo profecto minus laborum et difficultatum nobis ſuperandum fuiſſet.

Brevi poſt tempore prodierunt: *Utriusque Leonidae carmina, cum argumentis, varietate lectionis, ſcholiis et commentario edidit et indice ornavit Albertus Chriſtianus Meinecke.* Lipſiae 1791. 8. In his poëtis editori res paulo melius ſucceſſit, quam in Meleagro, etſi non omnino, nec in ſingulis. Varietatem lectionis enotavit ex libris, quos habebat, vix tamen ſatis diligenter; in interpretatione ſenſum plerumque recte indicavit. Maxime operam dedit, ut carmina ſimilis argumenti diligenter compararet.

His accensendus est Vir doctissimus *Carolus David Ilgen*, Professor Jenensis, qui unum Leonidae Tarentini Epigramma amplo commentario instruxit in Dissertatione peculiari, quam repetendam curavit in *Opusculis variis philologicis*, Tomo primo, Erfordiae 1797. Etsi interpretandi genus, quod vir doctissimus in hoc Epigrammate secutus est, minime probandum, ut nunc nec ipsi auctori probatur, quippe quod se ultra justos fines immoderata quadam luxurie effundat; multa tamen sunt in juvenili hoc opere praeclare animadversa, praecipue de Leonidae aetate, ingenio scribendique ratione.

Haec sunt, quae de Anthologiae fatis et historia monenda duximus, in qua narratione hoc prae- [redacted]

[redacted]

MELEAGRI EPIGRAMMATA.

I.

Hoc carmen, quod Meleager Epigrammatum a ſe collectorum corpori praemiſit, in uno Codice Palatino ſervatum p. 81. primus in lucem edidit *Vavaſſor* in libro de Epigrammate cap. XVI. unde idem repetendum curavit *Fabricius* in Bibl. Gr. L. III. p. 683. integrum; particulam eius *Wolfius* repetivit in Fragm. Poëtr. p. 106. Accuratius, quam ante factum fuerat, ex Codice edidit *Em. Martinus* in Epiſt. Lib. IV. 5. p. 188. ſqq. ed. *Weſſel.* paſſim emendatum et illuſtratum; cuius lectiones, multis tamen ex ingenio immutatis, expreſſit *Reiskius* in Notit. Poët. p. 234. ſqq. Anthologiae graecae inſeruit, ad *Brunckii* mentem conſtitutum, *Harleſius* p. 252. Varietatem lectionis codicis Gieſſenſis enotavit Vir Doctus in Biblioth. philol. Vol. III. p. 4. (Lipſiae 1781.)

Recenſentur hoc carmine nomina poëtarum, e quorum Luſibus *Meleager* Syntagma ſuum concinnaverat; et quidem ita, ut ſinguli poëtae cum ſingulis floribus comparentur. Huc ducebat ipſius operis titulus. Iam vero paſſim apud poëtas commemorantur Muſarum Gratiarumque arva, unde poëſeos flores naſcuntur, quos, quibus id curae eſt, inde decerpunt et colligunt. *Pindar.* Pyth. ϛ. 1. Ἑλικώπιδος Ἀφροδίτας ἄρουραν ἢ Χαρίτων ἀναπολίζομεν. Olymp. 9. 39. Ἐξαίρετον Χαρίτων νέμομαι κᾶπον. τὴν ποιητικήν. Schol. *Ariſtophanis* Ranae 1334. ἵνα μὴ τὸν αὐτὸν Φρυνίχῳ λειμῶνα Μουσῶν ἱερὸν ὀφθείην δρέπων. Ex his hortis pratisque carminum flores progigni, prima

[redacted]

fortasse *Sappho* dixit fr. XI. ap. *Brunck.* ubi de muliere rudis et inculti ingenii, *οὐ γὰρ πεδέχεις*, inquit, *ῥόδων τῶν ἐκ Πιερίας.* Hinc enata suavis poëtarum cum apibus comparatio apud *Platonem* in Io. T. IV. p. 187. ed. Bip. *λέγουσι γὰρ δήπουθεν πρὸς ἡμᾶς οἱ ποιηταὶ, ὅτι ἀπὸ κρηνῶν μελιῤῥύτων, ἐκ Μουσῶν κήπων τινῶν καὶ ναπῶν δρεπόμενοι τὰ μέλη ἡμῖν φέρουσιν, ὥσπερ αἱ μέλιτται, καὶ αὐτοὶ οὕτω πετόμενοι.* Ex quo loco plures profecerunt; (vide quae diximus in Exercitt. crit. T. II. p. 132. sq.) Qui sibi aliisque ex poëtica facultate ornamenta quaerunt, *στέφανον πλέκειν* dicuntur ex Musarum floribus. *Lucretius* L. IV. 3. *juvatque novos decerpere flores, Insignemque meo capiti petere inde coronam.* *Horat.* I. Carm. XXVI. 7. *necte flores, necte meo Lamiae coronam, Pimplea dulcis.* *Himerius* Eclog. X. 13. p. 189. — *ὅσα Μουσῶν τε καὶ Ἀπόλλωνος λειμῶνες βρύουσιν. ἀφ' ὧν δρεψάμενος ἁπάσης παιδείας λωτὸν, οἷόν τινα στέφανον ἤρτυεν, τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἀπειργάσατο.* In

[redacted]

mus, ut intelligeretur, vanam esse *Reiskii* conjecturam, qui *Meleagrum*, cum Syntagmati suo στεφάνου nomen imponeret, ad Graecorum morem, quo convivantes coronari et veterum poëtarum carmina recitare solebant, respexisse censet. Ceterum, cum Gadarenus noster singulos poëtas cum singulis floribus, fruticibus et arboribus comparat, in nonnullis quidem similitudinem aliquam aucupatus est, nec tamen in omnibus nec ubique; ut, qui has similitudines in singulis rimari et perscrutari velit, multa opera insumta, vix tamen quidquam praeter argutias prolaturus sit.

1. 2. Priscorum scriptorum more *Meleager* statim ab initio nomen suum et operis suscepti consilium ponit. Protulit hoc distichon *Salmasius* ad Script. Hist. Aug. T. II. p. 81. — Cod. Giess. pro φέρεις exhibet φέρω, quod emendatoris ingenium prodit. Pro τεύξας στέφανον *Meleager* aeque bene scripsisset πλέξας, ut vulgaris fert ratio; vide *Fischerum* ad Anacr. Od. XXXIX. 14. p. 152. Sed τεύχειν στέφανον est etiam in Problem. arithm. IV. Tom. II. p. 478. — ὑμνοθέταν στέφανον ipsa est Codicis lectio. ὑμνοθέτης. ποιητής. ὑμνοθέται. ποιηταί. *Hesych.* Recurrit idem vocabulum infra v. 44. Epigr. CXXIII. ἐν Μούσαις ποικίλος ὑμνοθέτας. et Ep. CXXIX. τὸν ἐκ πάντων ἠθροισμένον εἰς ἓν ἄμοργμον Ὑμνοθέταν βύβλον. ubi accentu mutato scribendum ὑμνοθετᾶν. Idem nostro quoque loco fecit *Reiskius*. Sunt tamen, qui ὑμνοθέταν adjectivi formam induere et *poëticam* sive *ex carminibus nexam coronam* intelligendam esse censeant. Vide *Dorvillium*, qui in Vanno critica p. 155. hoc distichon affert. μουσοπόλον στέφανον vocat noster Ep. CXXIX. Apud *Fabricium* ὑμνοθέτας legitur, ut ad τίς referatur. V. 4. ἐξεπόνησε χάριν. *Hoc Diocli munus studiose concinnavit.* *Leo Philos.* Ep. I. T. III. p. 128. βίβλος μηχανική· Κυρῖνος δέ μιν ἐξεπόνησε. *Theocrit.* Ep. XIX χώσους ἐξεπόνασεν εἴπ' ἀέθλους. quod expressit *Macedonius* Ep. XXIX. ἄεθλον, ὧν

[redacted]

ἐξεπόνησε. V. 5. Μοιρεῦς, quae est lectio Vat. Cod. emendavit *Reiskius*. Flores, qui hoc disticho commemorantur, e nobilissimis sunt inter eos, qui coronis intexuntur. De κρίνῳ vide *Bodaeum a Stapel* ad Theophr. p. 653. Inde fiebat unguentum praestantissimum, et ipsum κρίνον vocatum. Vid. *Salmas.* ad Solin. p. 753. G. Confunditur passim cum λειρίοις. *Dioscorides* L. III. 126. κρίνον βασιλικὸν, τούτου τὸ ἄνθος στεφανωματικόν ἐστι, καλούμενον ὑπ' ἐνίων λείριον. — Elegans est, quod sequitur de *Sappho*: βαιὰ μὲν, ἀλλὰ ῥόδα. *paucae quidem, sed rosae.* Similiter de *Erinna Antipater Sid.* Ep. XLVII.:

> παυροεπὴς Ἤριννα, καὶ οὐ πολύμυθος ἀοιδαῖς,
> ἀλλ' ἔλαχε Μούσας τοῦτο τὸ βαιὸν ἔπος.

qui fortasse profecit ex *Asclepiade* XXXV. βαιὸς pro ὀλίγος usurpavit *Sophocles* Aj. 292. ὁ δ' εἶπε πρός με βαί', ἀεὶ δ' ὑμνούμενα. et Oedip. T. 750. πότερον ἐχώρει βαιός. Apud [redacted]

[redacted]

στεφυλλῆς. Vide Miscell. Obss. Vol. III. p. 109. *Bod. a Stapel* ad Theophr. L. V. p. 544. V. 9. σὺν δ' ἀναμίξ. In Cod. ἐν. nec video mutationis causam satis gravem. — In μυρόπνουν poëta respexit ad unguentum irinum, quo nullum apud veteres illustrius, docente *Athenaeo* p. 689. D. *Salmas.* ad Solin. p. 332. E. quibus adde collectanea *Bernardi* ad Theoph. Nonum Tom. I. p. 90. — Mox Cod. legit δέλτος, quod *Martinus* in δέλτου mutavit. Longe elegantius *Reiskius* δέλτοις, qui tamen emendationi suae pretium statuere nesciebat, aliam proponens, priori longe inferiorem, ἧς δειλὸς κῆρ συνέτηξεν ἔρως. *Vavassor* θελκτός. Amor tabulas, quibus *Nossis* versus inscriberet suos, ipse cera induxit, ἐκήρωσε. Vide *Valckenaer.* ad Herodotum L. VII. p. 617. 35. Quae praecipua quadam venustate commendantur, poëtae erotici Amoris manibus facta dicunt. *Propertius*, de carminibus suis locutus, II. 8. 30. *modo Permessi flumine lavit Amor.* II. 22. 17. *Afflabunt tibi non Arabum de gramine odores, Sed quos ipse suis fecit Amor manibus.* Contra de tabulis ceratis, quae verba ipsi ingrata complectebantur, *Ovidius* I. Amor. XXII. 9. *cera — quam puto de longae collectam flore cicutae Melle sub infami Corsica misit apis.* Ceterum vix dubito, quin Meleager expresserit Epigr. Inc. DXXIII. p. 261. Λέσβιον Ἠρίννης τόδε κηρίον, αἰδύ τι, μικρὸν, Ἀλλ' ὅλον ἐκ Μουσέων κιρνάμενον μέλιτι. — V. 11. 12. ἡδυπνόοιο Codex, *Fabr. Reisk.* Nec aliter *Salmas.* qui hoc distichon laudat de Homon. H. I. p. 10. B. ubi sampsuchum et amaracum, quae utraque unguentis adhibebantur, diversa fuisse, ex hoc carmine docet. Conf. vers. 41. Vide tamen, quae fuse disputavit *Bod. a Stapel* ad Theophr. p. 588. Sampsuchum inter flores coronarios fuisse, ne alios laudem, patet ex Epigr. Inc. DCCV. — Seq. versu παρθενόχρωτα κρόκον accipio de tenellis croci filis, ita tamen, ut poëta ad *Erinnae* virginitatem respexerit. παρθένια μύρτα dixit

[redacted]

Aristophan. Aves 1099. *delicatulas* interpretatur *Beckius.* Nec alienum fuerit, *intactum crocum* interpretari, ut flos ab integritate laudetur. Cyparissos incaeduas circa tumulum Alcmaeonis Arcades παρθένους appellabant, teste *Pausan.* VIII. p. 646. quem locum *Valckenarius* excitat ad *Eurip.* Hippol. 1005. p. 271. A. V. 13. 14. λάληθρον Cod. est lectio. λάλαθρον. *Vavass.* Hyacinthum literis αἶ αἶ inscriptum, λάληθρον appellat poëta, audacius quam *Theocrit.* Eid. X. 28. γραπτὰ ὑάκινθος, sed *Moscho* praeëunte II. 6. νῦν, ὑάκινθε, λάλει τὰ σὰ γράμματα. *Ausonius* in Cupid. Cruci Aff. v. 12. *Et tragico scriptus gemitu Salaminius Aeas.* Quod inter omnia hyacinthi genera nullum hoc signum habet, nihil interest, (*Salmas.* ad Solin. p. 860. sq.) cum quicquid est veterum poëtarum in hac fabula consentiat. Consulendus inpri-

[redacted]

[redacted]

tere cenfebat *Manfo*. V. 19. σισύμβρον. Intelligitur ferpyllum fylveltre, quod coronis nuptialibus addi folebat, Veneri facrum. *Ovid.* Faft. IV. 869. *Cumque fua dominae date grata fifymbria myrto, Textaque compofita juncea vincla rofa.* Vid. *Bod. a Stapel* ad *Theophr.* VI. p. 690. V. 21. Δαμάγητον. Cod. Vat. et fic *Salmaf.* ad *Solin.* p. 126. F. Reliqui Δαμαγήτου, quod et ipfum probum foret, nifi poëta orationis ftructuram mutare voluiffet. — „στυφελοῦ μέλιτος. Monet *Martinus*, *Callimacho* acerbum vel acre mel tribui ob poëma in Ibin „editum. Videtur poëta illuc refpexiffe; fed poteft „quoque fimul ad copiam vocum rariorum et enuncia„tionum obfcurarum crebrasque allufiones ad ignotas „vetuftate fabulas refpexiffe, ob quae dudum eft, quod „*Callimachus* grammaticorum crux audiat.“ *Reisk.* Mihi *Martini* fententia videtur verior; ita tamen, ut poëta non ad Ibidem folum, fed etiam ad Iambos et Choliambos refpexerit, in quibus eum, *Hipponactis* exemplum fecutum, bilem et virus evomuiffe probabile eft. Ut autem poëtis et omnino omnibus, qui dicendi facultate pollent, mellis copia tribui folet, (vid. *Senecam* in Anth. Lat. T. I. p. 598. CLII. *Cuius Cecropio pectora melle madent*; quem verfum hinc fumfit *Martial.* VII. 68.) fic, isquem poëtica facultate ad inimicorum injurias ulcifcendas abufum effe conftat, mello quidem, fed acerbo et odiofo ufus effe dicitur. Notum eft mel Ponticum, quod qui guftaverant, ἐξέπτυσαν δυσχεράναντες, ὅτι πικρόν ἐστι καὶ ἀηδές, quae verba funt *Dionis Chryfoft.* Or. IX. T. I. p. 290. Idem guftantibus furorem injicere putabatur, tefte *Aeliano* H. A. V. 42. ubi vide quos laudat *Schneiderus* p. 166. qui in Auctario ad calcem *Friderici* II. de Venat. p. 164. remittit ad *Peyffonel Traité fur le commerce de la mer noire* T. I. p. 285. Hinc τὸ πικρὸν μέλι in re amatoria paffim. V. 23. 24. λυχνίδα. Inter flores coronarios recenfet *Dioscorides* III. 114. *Athen.* XV.

p. 681. F. — ἴδεν Μούσαιον ἄμεινον *Martin.* alii Μούσαισιν. Prius est in cod. nisi quod ibi ἴδ' ἐν. Vitium subolnit *Martino*, nec dubitare licet, in ἄμεινον latere floris aut rami tenelli nomen. *Reiskius* tentat ἀμείνασις (vid. *Hesych.*) et ἄλιμον, utrumque male. Unice vera est emendatio *Heynii* in Ephemer. Gotting. anni 1789. nr. 88. ἄμωμον corrigentis. De amomo, celeberrimo olim aromate, hodie ignorato, multa disputat *Salmas.* de Homon. c. XCI. p. 135. sqq. Significatur autem verbis ὃς Διὸς ἐκ κούρων εἶχεν ἐπωνυμίην poëta *Dioscorides*, cujus Epigrammata in fine primi Voluminis leguntur. Similem circumscriptionem nominis *Apollodori* habes Ep. Incert. CXC. δῶρον Ἀπόλλωνος θεῖον ἔχων ἐπίκλην. — Pro ἔσχεν, quod est in Cod. nonnulli εἶχεν exhibent. V. 25. Pro Ἡγήσιππον nonnulli Ἡγησίππου habent. Vide ad

[redacted]

[redacted]

habebat *Reiskius*, qui verſ. ſequ. emendavit βαιὰ δὲ καὶ κνιζῶν κ. π. Quam emendationem cum *Brunckius* in textum recepiſſet, mox eum facti poenituit, et in Lectionibus codicis ſcripturam cenſuit revocandam. Verba eius ſunt: „*Amometum*, plane incognitum hominem, in „poëtarum cenſum referre non oportuit. *Parthenidis* ut „ſcripta, ſic interiiſſet nomen, ni poëtriae memoriam „ſervaret hic *Meleagri* verſus.“ *Amometus* tamen paſſim commemoratur ap. veteres, quorum loca collegit *Schneiderus* in Peric. Crit. p. 110. quamquam poëtam huius nominis fuiſſe, nemo veterum prodidit. *Parthenide* commemorat *Martial.* VII. Ep. 68. ubi de poëtria agi, dubitari nequit, quamvis vitioſa ſit illius loci ſcriptura. — διακνίζων dictum, ut ſupra v. 26. ἀμησάμενος. V. 33. Vitioſe *Martin.* εὐκαρπνεῦντα. *Bacchylidis* carmina *Meleager* ariſtis comparat; λείψανα dum dicit, an ſignificare voluit, jam ſuo tempore multa de *Bacchylidis* carminibus intercidiſſe? Aliter haec accepit *Manſo*, qui *Bacchylidis* carmina *dulcium Muſarum reliquias frugiferas* appellari cenſet, ut intelligatur, Muſas ipſas poëtae carmina ſua dictaſſe, omnemque gloriam ex illis proficiſcentem, conceſſiſſe. V. 35. Ipſam Codicis lectionem *Brunckius* repraeſentavit, cum *Vavaſſor* et *Dorvill.* in Vanno crit. p. 570. Ἀνακρειοντείου γλυκὺ κ. μ. exhibeant. Ἀνακρείοντα ſincerum eſſe apparet ex v. 21. 25. 45. ubi non flores, ſed ipſi poëtae coronae intexuntur. Mirari tamen ſubit, poëtae nomini non florem aliquem, ſed μέλισμα νέκταρος ſubjici; ut, ſi ſincera ſit lectio, *Meleagrum* in hoc loco allegoriae, quam inſtituit, immemorem fuiſſe dicendum ſit. Duriuſculum quoque μέλισμα νέκταρος de *carmine nectareo* ſive *praedulci*; quod tamen ex *Antipatro Sidonio* Ep. LXXV. derivatum videtur, ubi de eodem poëta: ῷ σὺ μελίσδων, Βάρβιτ', ἀνακρούου νέκταρ ἐναρμόνιον. ubi vide notas. — Sequ. verſu ἀνθέμιον de proprio poëtae nomine habebat *Martinus* et *Fabri-*

cius, quem vide Tom. IV. p. 461. Harl. Contra sentit *Reiskius* in Notit. Poët. p. 183. Hoc mihi intelligere videor, Meleagrum polliceri, se cum ex lyricis, tum ex elegiacis *Anacreontis* carminibus nonnulla coronae suae impliciturum esse. Vide tamen, an corrigendum sit:

ἐν δ' ἐλέγους, εὔσπορον ἀνθέμιον.

i. e. ἐμπλέξας δὲ ἐλέγους. Ceterum εὔσπορον non legitur in Cod. sed ἄσπορον, ut etiam exhibet *Salmas.* in Praef. Hyl. Iatr. p. 4. V. 37. *Brunck.* ἐκ φοβερῆς edidit, quod etiam *Vavassor* habet; in Lect. autem lectionem Codicis ἐκ φορβῆς restitui jubet, provocans ad *Salmas.* in Plin. p. 280. D. cuius verba adscribam: „Propter virulen„tiam et acerbitatem carminum, quod sumsit ex operi„bus Archilochi, assimilat flori herbae hippophei, quam „vocat φορβὴν σκολιότριχα. Nam φορβὴ est herba. — „Hippophaes flores habet racemosos, ut hedera. Ideo „in corollis locum haud secus atque hederae corymbi

ἐν δὲ καὶ εὐφόρβης σκολιότριχος ἄνθος ἀκάνθης
Ἀρχιλόχου σμικρὰς στράγγας ἀπ' ὠκεανοῦ.

eumque locum accipiendum esse de spina euphorbii, quamvis coronis minus apta, respondente tamen *Archilochi* ingenio. Repetita deinde interpretatione verborum *σμικρὰς στράγγας*, quae ad plantae succum stillatim defluentem referenda censet, *ἀπ' ὠκεανοῦ* adjectum existimat, ut intelligeretur, spinam euphorbii in Atlante prope Oceanum legi. Tantopere *Salmasius* sibi a doctrinae qua abundabat copia illudi passus est. Certum est, *Meleagrum* hoc voluisse indicare, *se e tot et tantis Archilochi operibus pauca et parva coronae suae inseruisse*, quae *Dorvilli* verba sunt ad *Charitonem* p. 712. Magis tamen ad genus carminum a *Meleagro* selectorum, quam ad numerum respici putaverim. Ex nostro colorem duxisse videtur *Leontius* Ep. XXII. T. III. p. 108. de citharoedo quodam:

ἂν γὰρ ἔτι προτέρων μελέων ὀλίγη τις ἀποῤῥὼξ
ἐν παισὶ σωζομένη καὶ φρεσὶ καὶ παλάμαις.

Pro *μικρὰς*, quae ipsa est Cod. lectio, *Hemsterhusius* ad *Aristoph.* Plut. p. 296. *πικρὰς* scribendum proposuit; nuper in idem incidit *Wakefield* in Sylv. crit. T. III. p. 131. qui *πικρὰς στράγγας* opponi putabat *γλυκεῖ νέκταρι* versu 35. Sed Codicis lectionem satis tuentur, quae *Dorvillius* l. c. de hoc disticho contra *Hemsterhusium* disputavit. V. 39. 40. Profert *Salmas.* ad *Solin.* p. 93. C. ubi de colore cyaneo et purpureo agit, et p. 579. G. — In fine versus Cod. Vat. vitiose *ἔριπας ἄλυς*. Mox *Vavass.* *ἐν δὲ* pro *ὧδε* dedit. De *Polycleto* poëta nihil constat. V. 41. 42. Exhibet *Salmas.* de Homon. H. I. p. 10. B. ubi *Πολυκράτου* habet, quod etiam *Reiskius* e *Fabricio* adoptavit. Sed proba est vulgata. Vide ad v. 21. Cod. Vat. *ἐνθ' ἀμαράκινον*. Amaracus inter herbas unguentarias praecipuum locum tenet. *Salmas.* ad *Solin.* p. 332. E. Multa de unguento amaracino collegit *Bernard.* ad

[redacted]

Theoph. Non. T. I. p. 59. — Pro κοιλῶν, quae Cod. est lectio, *Martin.* κοίλων, *Vavassor* κοιλοῦ habet. — Sequ. versu, ubi *Salm.* vitiose κύπρον exhibet, *Antipater Sidonius* significatur per φοίνισσαν κύπρον, quem florem pro ligustro habere solent, improbante *Bodaeo a Stapel* ad *Theophr.* I. p. 63. In Ascalone eum et Canobo, Aegypti urbibus, provenire docet *Dioscorid.* I. c. 124. — V. 43. καὶ μὴν καὶ σύριαν Cod. Vat. et sic hunc versum laudat *Wetsten.* ad *Marcum* XIV. 3. et *Bodaeus* ad *Theophr.* p. 662. et 1018. qui Syriam nardum vocari docet, non quod in Syria nascatur, sed quod ab Indis in Syriae emporia deferatur; quae est sententia *Salmasii* ad *Solin.* p. 746. sqq. qui epitheton σταχυότριχα explicat p. 748. C. D. *Assyriam nardum* vocat *Horat.* II. Od. XI. 16. Cf. *Tibull.* III. 6. 9. — ναὶ μὴν καὶ σύριαν exhibent *Salmasius* ad Plin. p. 76. 741. 746. 751. et de Homonym. H. I. p. 129. et *Martinus.* *Vavassor* autem et *Fabricius* ναὶ [redacted]

[redacted]

verum ſenſum primus perſpexerat, vanam conjecturam tentantem videmus. Corrigit enim: *ἀρούρης Σικελιδέων ἀνέμοις. flores agri Sicelidarum*, i. e. *Siculorum*, *ventis ſatos. ἄνθεα ἀνέμοις φυόμενα* anemonae ſunt, qui *flos nunquam ſe aperit, niſi vento ſpirante, unde et nomen accepit. Plinius* XXI. 23. Vide *N. Heinſium* ad Ovidii Metam. X. 737. *Brevis eſt tamen uſus in illis, Namque male haerentem et nimia brevitate caducum Excutiunt iidem, qui praeſtant nomina, venti.* Quae eſt optima et unice vera lectio, pro ea, quae olim obtinebat: *qui perflant omnia.* Anemones nomen certo cuidam flori tributum, poſtea de pluribus uſurpari coepit. *Heſychius*: *ἀνεμώνη — πᾶν φυτὸν ταχέως ὑπὸ ἀνέμων φθειρόμενον.* Vide *Bodaeum* ad Theophr. VI. p. 702. cujus inepta etymologia, ab *ἄνεμος* et *ὀλλῶ* ſive *ὄλλυμι*, neminem hodie in errorem inducet. Ceterum hunc verſ. laudat *Salmaſ.* in Homon. H. I. p. 26. B. — ¶. 3.] V. 47. *χρύσεον.* Cod Vat. »*χρύσειον* »*κλῶνα. aureum ſurculum, ſua ipſius virtute undique ful-* »*gentem.* De praeſtantia argumenti Platonis carmina »commendari, ſtatim, ni fallor, liquet, minus autem, »quam plantam, quamve arborem noſter animo ſibi »finxerit. Reſpicere tamen poterat ad chryſocomen »herbam, cujus corymbos ab auri fulgore laudat *Plinius* »XXI. 8.« *Manſo. Divinum* Platonem ſignificare voluiſſe *Meleagrum* ſuſpicor; qui adeo, ut Deorum omnia aurea ſunt, *aureum ramum* ad poëtarum coronam attulerit. Apolline nato, *χρύσειον ἐκόμησε γενέθλιον ἔρνος ἐλαίης. Callimach.* H. in Del. 262. Fortaſſe *Meleager* hunc locum, fortaſſe alium, qui nos latet, reſpexit. — V. 49. *Aratum* propter aſtrorum notitiam palmae procerae comparat poëta; quod probe intellexit *Reiskius*, qui in reliquis argutatur. Optime *Manſo*: »Humilibus abjectis, altio»ra, nimirum aſtra ipſa, Aratus petierat. Hinc recte »carmina ejus comparat *palmae ad coelum tendenti* ſeu »*procerae*, e qua tamen nil, niſi *πρωτογόνους ἕλικας, prima*

[redacted]

„ramorum *flagella* (intelligo leviora carmina) coronae „suae intexuerit." Sequ. versum expressit *Philippus Thess.* I. κλυτοδένδρου Πιερίης κείρας πρωτοφύτους κάλυκας. — V. 51. λωτὸς propter odoris suavitatem coronis adhibebatur. Vid. quae collegit *Fischer* ad Anacr. IV. 2. p. 20. — In φλογὶ, quod iridis genus est a flammeo fulgore dictum, (*Salmas.* Hom. H. I. p. 29. G.) poëta ad etymologiam nominis Φαιδίμου a verbo φαίνεσθαι respicere videtur. — Verbis βοὸς ὄμμα flos significatur, vulgo βούφθαλμος vocatus, recentiorum βαλσαμίνη. *Salmas.* Hom. H. I. p. 35. E. — In hoc vers. τ' omittit *Fabr.* V. 53. φαλάκρητον *Martin.* quae Cod. est lectio. φαλακραῖον *Vavassor.* quod de *Theodoridae* patria explicare conatus est *Reiskius* in Notit. poët. p. 216. Hic quidem interpretationi praeferenda erat ejusdem emendatio φιλάκρητον, quam *Brunckius* recepit. Eandem tuetur Cod. Giess.

[redacted]

Seq. versu πρώϊμα Vat. Cod. πρωϊνὰ *Mart.* Fallitur *Martinus*, quum *Meleagrum* τοῖς δ' ἅμα Μούσης κ. λ. significare putat amicorum suorum et sui temporis poëtarum carmina. Recentiorum lusus ἔρνεα sunt νεόγραφα; sed Μούσης σφετέρης λευκόϊα vix aliud quidquam nisi ipsius *Meleagri* sunt carmina. Ceterum ex hoc disticho apparet, *Meleagrum* non omnium poëtarum, quos in coronam intexuerat, nomina recensuisse, sed tantum antiquiorum. — V. 57. ἀλλά. *Hoc opus, hanc coronam, amicis meis offero et dedico.* μύσταις Μουσέων. *qui Musarum sacris operantur.* Virum, Musarum artibus gaudentem, *Himerius* ταῖς Μουσῶν τελεταῖς ἐπισκιρτήσαντα dicit Orat. XVI. 6. p. 689. Frequenter sane artes eruditae μυστήρια, ὄργια, quique ad eas incumbunt, μύσται vocantur a sophistis praesertim, et qui sophisticum dicendi genus sectabantur. Exempla quaedam collegit *Wernsdorf.* ad Himer. Ecl. X. p. 177. *Passeratius* ad *Propert.* III. El. 1. 4.

II. Vat. Cod. p. 607. Edidit *Reisk.* in Notit. Poët. p. 243. e Cod. Lips. 245. *Manso* ex Brunckii Anal. nr. XLVII. p. 23. Primum distichon protulit *Salmasius* ad Script. Hist. Aug. T. II. p. 81. Praefationis loco hoc carmen, quo puerorum coronam nectit, *Meleager* praeposuisse videtur ei carminum suorum parti, quae Epigrammata complectebatur παιδικά. Hanc vero coronam non ab ipso poëta, sed, ut par erat, ab Amore contextam, Veneri dedicat. V. 1. χερὶ Vat. Cod. τρυγᾶν, *fructus colligere, flores decerpere.* *Achilles Tat.* I. 8. p. 24. μὴ παρακμῆς εὔμορφον τρυγῆσαι ῥόδον ἀμόρφῳ γεωργῷ. *Julian. Imper.* Ep. III. δένδρον τρυγᾶται ῥιζόθεν. Hinc *utendum sibi sumere* et *frui* simpliciter. Vide ad *Macedonii* Ep. I. T. III. p. 111. — ψυχαπάτης Ἔρως habet *Reiskius* ex Cod. Lips. cum in Vatic. ψυχαπάτην legatur. Codicis lectionem repudiavit *Brunckius*, quod ψυχαπάτης Amoris sit epitheton. Satis hoc commodum foret, quam-

[redacted]

vis, in Anthologia quidem, nullus alius locus ſit, ubi amor eodem epitheto gaudeat. Sed, ne quid diſſimulem, nulla fuit a Codicis lectione recedendi cauſa. ψυχαπάτης is eſt, qui blando delinimento animum fallit; tum ad quodvis *animi oblectamentum* transferri poteſt. *Blandum et jucundum ſomnium* Meleager ὄνειρον ψυχαπάτην vocat Epigr. CIII. Et ſic paſſim ἀπάτη pro *oblectamento* ponitur. Pulcra vaſa ὄψεως ἀπάτην μόνον eſſe dicit *Clemens* Alex. Paedag. II. p. 188. ψυχαγωγίαν et ἀπάτην junxit *Dio Chryſoſt*. Or. XXXII. p. 362. A. quem locum cum aliis laudat *Pierſon* ad Moerin p. 65.: ἀπάτη, ἡ πλάνη παρ' Ἀττικοῖς· ἡ τέρψις παρ' Ἕλλησιν. Nihil itaque mutandum; niſi forte duplex epitheton, voci στέφανον additum, ſatis gravem emendationis cauſam exiſtimes. Verum nihil apud hosce poëtas frequentius. — V. 3. κατέπλεξε. Cod. Vat. Recte. — V. 5. καὶ μὴν *Reisk.* contra Cod. fidem. Mox idem cum Vaticano ἐπέπλεκεν

[redacted]

enim Vat. μυρόπνουν legit, qua voce *Meleager* usus est Ep. I. 9. V. 1. LX. 2. Ceterum junge ἢ τὸ ἄλσος Κύπριδος ἔχει, ἀνθοφόρον παίδων. i. e. παίδων ἄνθη φέρων. Sic haec explicari possent; cum tamen infra Ep. XXXI. pueri διεσσοὶ Κύπριδος ἀνθοφόροι appellentur, fere probo conjecturam *Schneideri*, ἀνθοφόρων legentis. In idem ultro inciderat *Manso*.

III. Vat. Cod. p. 581. Inter *Stratonis* Epigrammata edidit *Klotz*. nr. XXIII. (*Manso* nr. III. p. 6.) Tractavit *Schneider* in Peric. crit. p. 24. et 113. Ad puerorum amorem, muliebri amore praestantiorem, poëta se convertit. Comparandum Ep. inter ἀδέσπ. III. p. 151. quod bonum poëtam auctorem habet;

πλειότερον τόδε θάλπος· ὅσον δυνατώτερός ἄρσην
θηλυτέρης, τόσσον χὠ πόθος ὀξύτερος.

Quaedam apographa formas vulgares exhibent pro doricis, quae in Codice leguntur. Cod. Dresd. Κύπρις ἁ θήλ. Venus ignem jaculatur, βάλλει, quo pectora muliebri amore incendat. Passim Venus filii sui armis instructa occurrit. *Theocrit.* Eid. XI. 15. ἔχθιστον ἔχων ὑποκάρδιον ἕλκος, Κύπριος ἐκ μεγάλας, ἅ οἱ ἤπατι πᾶξε βέλεμνον. cf. *Moschum* Eid. II. 16. Praeiverat *Pindar*. Pyth. IV. 380. et *Euripides* in Medea 633. — Ut Venus muliebri, sic Amor puerili praeest desiderio, ἡνιοχεῖ. Hoc verbo primus, ni fallor, in hunc modum usus est *Anacreon*, ap. *Eustathium* ιλ. p. 1442. 47. τῆς ἐμῆς ψυχῆς ἡνιοχεύεις. *Plutarchus* de Amore disputans T. II. p. 759. D. amatorius furor, inquit, οὔτε ἄλλον ἔχει θεὸν ἐπιστάτην καὶ ἡνίοχον ἢ τοῦτον, ᾧ νῦν ἑορτάζομεν. δεινὸν ἡνίοχον Amorem vocat *Hermesianax* in Elegia v. 85. Deinde quicunque alicui rei praeest, eamque administrat, ejus ἡνίοχος dicitur. Exempla collegi in Animadv. in Euripid. p. 308. add. *Wernsdorf.* ad Himer. Ecl. XXXVI. p. 315. — ¶. p. 4.] V. 3. ποῖ ῥέψω; *utri me potissimum adjungam?* De animi inclinatione passim. *Lucian.* T. II. p. 401.

[redacted]

καί μοι γενοῦ δικαστὴς ἴσος, ἐπεὶ μηδ' εἰς ἑτερόν σε τοῦ πάθους ῥέποντα ὁρῶ, ποτέρους ἀμείνονας ἡγῇ, τοὺς φιλόπαιδας ἢ τοὺς γυναίοις ἀσμενίζοντας. *Plutarch.* T. II. p. 772. A. ἀνεπέπειστο γὰρ ὑπὸ τῶν τῆς παρθένου οἰκετῶν, ὡς πρὸς αὐτὸν μᾶλλον ἐκείνη ῥέποι. *Alciphron.* I. Ep. VIII. p. 32. ὅποι γὰρ ἂν ῥέψῃς, ὦ γύναι, ἅπαξ, ἐκεῖσε ἀκολουθήσω. Translatae significationis fons et origo apparet in his *Plutarchi* locis T. II. p. 11. D. ἀμφίδοξός εἰμι καὶ διχογνώμων, καὶ τῇδε κἀκεῖσε κλίνων, ὡς ἀπὸ πλάστιγγος πρὸς οὐδέτερον ῥέψαι δύναμαι. T. II. p. 21. D. οὐ χεῖρόν ἐστιν ἑτέρων ἐνδόξων ἀποφάσεις ἀντιτάττοντας, ὥσπερ ἐπὶ ζυγοῦ, ῥέπειν πρὸς τὸ βέλτιον.— In quibusdam apographis τρέψω legitur, omnino male.— Mox ποτὶ παῖδα τῇ μ. habet Cod. Vat. et Voss. apogr. in cujus margine nostra lectio notatur. Seq. versu in apogr Dresd contextus ἐρῶν exhibet; margo γρ. ἐρεῖν

[redacted]

cuntur; ut ap. *Plautum* in Bacchid. V. 2. 39. *Tactus sum vehementer visco, cor stimulo foditur.* Similis est ratio, ubi oculis tribuuntur retia et laquei. *Appulejus* Metam. L. II. p. 98. ed. *Rubnk. Serit blanditias, invadit spiritum, amoris profundi pedicis aeternis alligat.* Cf. *Sosipatrum* Ep. III. et *Philostrat.* Epist. L. p. 938: φέρω σε πανταχοῦ τοῖς τῶν ὀμμάτων δικτύοις. — In pentametro *Salmasius* perperam ὀφθαλμῶν conjiciebat. Haud dissimiles ad oculos apostrophas collegit *Dorvill.* ad Charit. p. 486. — V. 3. *Novum Amorem rapuistis et excitastis, veluti ignem sub cinere latentem.* ἡρπάσατ'. *Ovid.* II. Amor. XIX. 19. *Tu quoque, quae nostros rapuisti nuper ocellos.* III. 12. 48. *perque tuos oculos, qui rapuere meos.* Verba τέφρῃ πῦρ ὑποθαλπόμενον, paroemiae speciem habentia, repetit Ep. LV. μὴ, πρὸς Διὸς, ὦ φιλάβουλε, κινήσῃς τέφρῃ πῦρ ὑποθαλπόμενον. *Callimach.* Ep. VI.:

ἔστι τι, ναὶ τὸν Πᾶνα, κεκρυμμένον, ἔστι τι ταύτῃ,
ναὶ μὰ Διώνυσον, πῦρ ὑπὸ τῇ σποδιῇ.

Incedis per ignes, suppositos cineri doloso. Horat. II. Od. 1. 7. — Paroemiam κορώνη τὸν σκορπίον illustrat *Hesych.* ἐπὶ τῶν δυσχερέσι καὶ βλαβεροῖς ἐπιχειρούντων· et iisdem verbis *Zenobius* Cent. IV. 60. qui haec addit: ἐλλειπτικὴ δέ ἐστι· λείπει γὰρ τὸ, ἥρπασε· καὶ γὰρ ἁρπασθεὶς ὁ σκορπίος, οὐκ ἔλαττον ἔδρασεν, ἐμβαλὼν τῷ κέντρῳ τὸν ἰὸν, ἥπερ ἔπαθε. Similia sunt αἲξ τὴν μάχαιραν· εὖ κείμενον κακὸν κινεῖς· λέοντα νύσσεις· Ἀνάγυρον κινεῖς. Quae comparat *Diogen.* Centur. I. 52. p. 181. — Pro τέφρῃ *Schneiderus* τέφρη, casu recto, habet. Verbum ὑποθαλπόμενον dividit, ut in talibus solet, Vat. Cod. — V. 5. In Lect. p. 312. *Brunckius*, δρᾶθ' ὅ τι κεν βούλησθε, corrigendum proponit; quod *Manso* in textu posuit. Mox idem in Cod. τάχα esse pro τάχος ait, idque probat. (At si in suo apographo τάχα reperit, ex emendatione est; Vaticanus habet τάχος.) Putat igitur hunc versum ex *Bouberii* conjectura restituendum esse sic:

πρὸς δ' εἱρκτὴν αὐτομολεῖτε τάχα.

Suos ipsum alloqui oculos, quorum in amore ἀπληστίαν et πολυμανίαν incuset. Ingeniosa emendatio, et fortasse vera; quamvis et sic aliquid relinquitur, quod palatum paulo morosius offendat, cum εἱρκτῆς in hoc imaginum contextu vix satis apte mentio fiat. Verum talia in nostro poëta non nimis urgenda esse, ex sequentibus apparebit. — νενοτισμένα δάκρυα *humidae* sunt *lacrymae*, νοτερά' non, ut *Manso* interpretatur, *lacrymae instar imbris, quem Notus concitat, profluentes.* μυδαλέοις δακρύοις dixit *Aeschyl.* Pers. 538. — V. 7. ὀπτᾶσθε κάλλει ὑποκαόμενοι. Vatic. et apogr. *Voss.* in cujus marg. *Scaliger* ὀπτᾶσθ' correxit, docente *Burmanno* ad *Propert.* III. El. XXIII. 13. *Correptus saevo Veneris torrebar aheno.* quod ex graeco quodam poeta ductum esse dubitari nequit. *Theocrit.* VII. 55. Λυκίδαν ὀπτεύμενον ἐξ Ἀφροδίτας. Cui praeivit *Sophocles* ap. Athen. XIII. p. 564. C.

[redacted]

V. Cod. Vat. p. 583. Edidit *Schneider* in Periculo Crit. p. 63. ex Cod. Lipſ. (*Manſo* nr. VI. p. 7.) Poſtremum diſtichon protulerunt *Salmaſ.* ad Tertull. de Pallio p. 432. *Alberti* ad Heſych. v. λοπάς. T. II. p. 497. Pulcrorum puerorum recenſum poëta inſtituit, eorumque uſum amico apprecatur. — V. 3. *Brunckius* in Anal. αἰδῇ dederat, cum in Cod. ἤδη exſtet. In Lectt. εἴδοι corrigit. Poëtae fortaſſe obverſabantur *Sapphus* verba: ὅστις ἐναντίον τοι ἰζάνει, ap. *Longin.* Π. Ψ. Sect. X. Infra Ep. XXIII. αἱ χάριτες τὸν καλὸν Ἀρισταγόρην ἐςιδοῦσαι ἀντίον. ubi vide not. — V. 5. τόδε γ' εὔστοχον ex *Brunckii* videtur eſſe emendatione. Vat. Cod. τόδ' εὔστοχον, unde ſcribendum exiſtimo:

τὸ δ' εὔστοχον.

Apogr. Lipſ. τὸ δέ σ' εὔστ. quod item ab emendatore profectum. Verba in arte ſagittandi uſurpata ad rem obſcoenam traducuntur. Facit huc *Heſychius.* κέρας ὄρθιον ἡ νευρά· Εὐριπίδης ἐν Αὔγῃ. et κήδαλον· αἰδοῖον, κέρας. Conf. Intrpp. *Petronii* c. 134. Partem hujus diſtichi excitat *Alberti* ad Heſych. v. κέρας et ῥόπτρον. — Verbum περισκυθίσαι illuſtrat *Salmaſius*, ubi de more Scytharum pellem hoſtium capitibus detrahendi diſputat, ad *Solin.* p. 581. D. et *Leunep.* ad *Phalar.* p. 73. ſqq. Nequitiae, quae in hoc verbo latet, fontem *Archilochum* puto, ap. *Athenaeum* III. 122. B. πάντ' ἄνδρ' ἀποσκολύπτειν. Quod de muliere libidinoſa dictum, non intellexit *Caſaubonus.* *Heſych.* ἀποσκόλυπτε· ἀπολέπιζε· καὶ ἀποσκόλευε· φασὶ καὶ τὸν περιτετμημένον τὸ αἰδοῖον ἀπεσκολυμμένον. Σοφοκλῆς Μώμῳ. — Poſt Οὐδιάδης Cod. Vat. δ' inſerit. — V. 8. Εὐδήμου Cod. Vat. vitioſe. χλαμύδι *Brunckius* in χλανίδι mutandum cenſet, quod verum puto. Infra Ep. LXXXII. ἄλλος ἐπεὶ Δημοῦς θάλπεθ' ὑπὸ χλανίδι. Idem Ep. CII. εἴ τις ὑπὸ χλαίνῃ βεβλημένος Ἡλιοδώρας θάλπεται. *Aſclepiad.* Ep. XX. ἥδιστον δ', ὁπόταν κρύψῃ μία τοὺς φιλέοντας χλαῖνα. Jam vero χλανίδα et χλαῖναν, ut ejusdem originis verba, parum aut

nihil differre puto. 'Apud *Lucianum* tamen in Amor. 49. T. V. p. 313. ed. Bip. δεῖ δὲ τῶν νέων ἐρᾷν, ὡς Ἀλκιβιάδου Σωκράτης, ὃς ὑπὸ μιᾷ χλαμύδι πατρὸς ὕπνους ἐκοιμήθη. ubi χλανίδι corrigendum cenſet *Dorvill.* ad Charit. p. 385. cui conjecturae patrocinatur *Alciphron* I. Ep. 38. p. 176. ὑπὸ τοὐμὸν κοιμωμένη χλανίσκιον. Conf. *Philoſtr.* Epiſt. XLIV. p. 933. — V. 9. Ῥωμαϊκὴν λοπάδα (Cod. Vat. λαπάδα), *patinam miſcellaneam fictilem, variis et exquiſitis deliciis refertam*, illuſtrat *Salmaſ.* ad Tertull. p. 432.

VI. Vat. Cod. p. 575. (*Manſo* nr. CXII. p. 47.) Ut Meleager amoris curas vino largiter ingeſto pellere ſuadet, ſic *Tibullus* I. El. II. 1.:

Adde merum, vinoque novos compeſce dolores,
Occupet ut feſſi lumina victa ſopor:
Neu quisquam multo perfuſum tempora Baccho

[redacted]

illustrarunt *Stoeber.* et *T. Hemsterh.* ad Thomam M. p. 287. sq. Ad sensum praeclare facit *Propertius* III. El. XV. 3. *Tu potes insanae Veneris compescere fastus, Curarumque tuo fit medicina mero. Per te junguntur, per te solvuntur amantes. Tu vitium ex animo dilue, Bacche, meo.*

¶. 5.] *VII.* Vatic. Cod. p. 576. Edidit *Majus* in Catal. Bibl. Uffenb. nr. 57. unde *Wolfius* sumsit in Fragm. Poëtr. p. 20. sine lectionis varietate. Repetivit *Warton* ad *Theocrit.* T. II. p. 181. de puero inter navigandum demerso perperam interpretatus. Quum Andragathus, quem poëta in deliciis habebat, Rhodum profectus esset, ille in delphinum mutari optat, ut puerum, humeris susceptum, in locum destinatum vehat. (*Manso* nr. XXX. p. 16.) — V. 1. 2. Expressi sunt ex *Callimachi* Epigr. quod mutilum exstat in Vat. Cod et inter Fragm. nr. CXIV. p. 485. *ἁ ναῦς, ἃ τὸ μόνον φέγγος ἐμὸν τὸ γλυκὺ τᾶς ζοᾶς Ἅρπαξας.* unde *Horatius* profecit I. Od. III. 5. — *ὦ δυσέρωτες.* Dolorem suum enarrat simili vulnere laborantibus, *misere amantibus.* Vide *Brunck.* Lectt. ad *Theocrit.* p. 62. — *ψυχὰς* Cod. Vat. — V. 3. *τρισμάκαρες* junctim, et statim *τρεῖς* Vat. Cod. — *παιδοφορῶν ἄνεμος, ventus, qui puerum mihi eripuit.* — V. 5. Unum hic proferam locum *Luciani* in Navig. 19. Tom. VIII. p. 172. ed. Bip. *θάῤῥει, ὦ Λυκῖνε, οἱ δελφῖνες γὰρ αὐτὸ ὑποδύντες ἐξοίσουσιν ἐπὶ τὴν γῆν· ἢ νομίζεις, κιθαρῳδὸν μέν τινα σωθῆναι παρ' αὐτῶν, καὶ ἀπολαβεῖν τὸν μισθὸν ἀντὶ τῆς ᾠδῆς, καὶ νεκρόν τι ἄλλο παιδίον εἰς τὸν Ἰσθμὸν ἐπὶ δελφῖνος ὁμοίως προκομισθῆναι, τὸν δὲ Ἀδειμάντου οἰκέτην, τὸν νεώνητον, ἀπορήσειν δελφῖνος ἐρωτικοῦ;* — Seq. vers. Vat. Cod. *ἐσ ἴδῃ* et *γλυκύπαιδα.* In edit. Lips. perperam excusum *προθμευθεὶς.*

VIII. Vat. Cod. p. 576. Edidit *Klotz.* in Comm. ad Tyrt. p. 113. Prius distichon laudat *Warton* ad Theocrit. T. II. p. 321. (*Manso* nr. XIX. p. 12.) Antiochum

puerum Amori parem, immo superiorem esse ait; quin Venus, conspecto Antiocho, hunc filium esse putarit, non Amorem. Expressum carmen ex *Asclepiade* III. p. 211. — οὐ μὰ τὸν Ἑρμῆν, οὐδ᾽ αὐτὴ Κύπρις γνώσεται, ὃν τέτοκεν. — Vers. 3. Cod. Vat. ἐὸν πόθον exhibet. Cui emendatio debeatur, ignoro. Sed recte scribitur νέον. *Musaeus* v. 68. Κύπριδος ἀρήτειρα, νέη διεφαίνετο Κύπρις. Vide, quae collegimus in *Animadv. ad Theocritum* p. XXVI. sq. — Vers. 4. pro εὕρηται *Wyttenbach* in Bibl. crit. Vol. I. P. II. p. 28. corrigit: εὔρηται. *Hic enim puer ipso Amore potentior Amor esse reperitur.* — Mox *Klotz* κρέσσων ἄλλος e schedis suis edidit. Male.

IX. Cod. Vat. p. 580. Edidit *Klotz.* in Musa Strat. nr. XXXI. p. 65. *Warton* ad *Theocrit.* T. II. p. 165. Ultimum distichon *Valcken.* in Diatr. p. 7. Lectionis

humerum. ubi vid. *Oudendorpium*. χλαμύδας ἐφηβικὰς Aristodemus, Cumarum tyrannus, mulieres gestare jussit, teste *Plutarcho* T. II. p. 262. A. Qui hanc rem attigit in Differt. de raptu Cassandrae p. 83. et de Origine tirocinii p. 13. *Böttigerus*, ephebos Mercurii vestitum imitatos esse suspicatur, *in den Vasengemählden* Fasc. I. 1. p. 146. Jam Mercurius chlamyde et petaso conspiciebatur. In pompa Dionysiaca, a Ptolemaeo celebrata, incedebant Sileni ἐν πορφυραῖς χλαμύσι καὶ κρηπῖσι λευκαῖς· εἶχε δ' ὁ μὲν αὐτῶν πέτασον καὶ κηρύκιον χρυσοῦν, ὁ δὲ σάλπιγγα. ap. *Athen*. V. p. 198. A. Verum hic quoque *Casauboni* codex χλανίσι praestat. p. 200. F. παιδάρια χιτῶνας ἔχοντα ἡνιοχικοὺς καὶ πετάσους. His adde *Teletem* ap. *Stobaeum* Tit. XCV. p. 522, 21. καὶ παῖς μὲν ὤν, ἐπιθυμεῖ ἔφηβος γενέσθαι· ἔφηβος δὲ γενόμενος, ζητεῖ πάλιν τὸ χλαμύδιον ἀποθέσθαι. Haec paulo fusius declaravimus, ut appareret, vanam esse h. l. *Brunckii* emendationem, simulque intelligeretur, quam apta in omnibus iis locis, ubi de puerorum habitu agitur, χλαμύδος sit commemoratio. Haec semel notata, ad plures Anthologiae locos expediendos valebunt. Ceterum de verborum χλανὶς et χλαμὺς permutatione egerunt *Bernard* ad *Josephi Antiqu*. V. 1. §. 19. *T. Hemsterh*. in Miscell. Obss. Vol. III. p. 414. *Dorvill*. ad *Charit*. p. 385. — V. 2. Pro καὶ μὴ πτερὰ, quae ipsa est membranarum lectio, apographa quaedam μήτε exhibent, et νώτῳ pro νώτων. — V. 3. μὲ om. Cod. Vat. Lips. *Valcken*. et *Klotz*. μὲ plures inserendum judicaverunt. *Homer*. Il. α. 234. καὶ μὰ τόδε σκῆπτρον. Epigr. XXVIII. 2. LII. 1. *Reiskius*, ut metro succurreret, in margine Codicis sui notarat: καὶ τὸν γαῦρον. — V. 4. τάμπαλιν Cod. Vat. quam formam passim in hoc cod. deprehendi. τοὔμπαλιν Apogr. Lips. *Wart*. *Valck*.

X. Cod. Vat. p. 589. Edidit *Klotz* in Musa Strat. n. 32. *Warton* ad *Theocrit*. T. II. p. 38. (*Manso* nr.

[redacted]

XXI. p. 12.) Puerum osculatus poëta tantam suavitatem perceperat, ut Jovem non nectar, sed oscula de Ganymedis ore bibere, et Ganymedem propterea Jovis pocillatorem vocari suspicetur. — V. 1. διψῶν. Quanta cupiditate, qui aestatis calore siti cruciantur, aquam; tanta equidem pulcri pueri osculum appetivi. Huc facit *Philostr.* Epist. LVII. p. 942. ἴτον, γύναι, καὶ σὺ τοῖς νόμοις καὶ διψῶντα παῦσαι ὁδοιπόρον, ὃν τὸ σὸν ἄστρον ἐκάλεσεν. Haec scribenti *Philostrato* obversabantur, ni fallor, verba *Theocriti* Eid. XII. 8. τόσσον ἔμ' εὔφρηνας σὺ φανείς· σκιερὴν δ' ὑπὸ φηγὸν Ἠελίου φρύγοντος ὁδοιπόρος ἔδραμον ὥς τις. Narcissum fonti adstantem, κάλλους διψῶντα, nobis statuit *Philostratus* Sen. in Imag. I. 23. p. 798. quae exscripsit *Aristaen.* II. Ep. X. p. 87. De translata significatione verbi διψᾶν exempla collegit *Gatacker* de Stylo N. T. p. 118 sq. — V. 2. Profert h. v. *Alberti* ad *Hesych.* I.

[redacted]

cente *Warton.* in Addend. in Theocr. T. II. p. 348.) ſine cauſa idonea. — V. 4. σοῖς vir doctus conjecit in apogr. Tryll. — V. 6. ψυχῆς πέπωκα μέλι. oſculum, quod ad animum, non minus dulce ac mel, delabebatur. Epigr. Inc. Auct. LV. p. 161.:

κοῦρη τίς μ' ἐφίλησεν, ὑφέσπερα, χείλεσιν ὑγροῖς.
νέκταρ ἔην τὸ φίλημα· τὸ γὰρ στόμα νέκταρος ἔπνει.
καὶ μεθύω τὸ φίλημα, πολὺν τὸν ἔρωτα πεπωκώς.

¶. 6.] *XI.* Cod. Vat. p. 577. Edidit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 512. Ultimum diſtichon expromſit *Alberti* ad *Heſych.* v. Μέροπες, et *Weſſeling.* ad *Diodor. Sic.* T. I. p. 573. 18. Varietatem Codicis Lipſ. enotavit *Reiske* in Miſc. Lipſ. IX. p. 94. (*Manſo* nr. XXIV. 13.) In puerum Praxitelem, cujus nomen huic luſui, ſatis ingenioſo, locum dedit. Notus eſt Praxitelis ſculptoris Amor (vide *Heyne* in Comment. Soc. Reg. IX. p. 91.), quem inter praeſtantiſſima ejus opera habitum fuiſſe conſtat. Ut ille, *Meleager* ait, Veneris filium e marmore ſculpſit, ſic Veneris filius Praxitelem, ſui ipſius imaginem vivam ſpirantemque, finxit, novum Amorem, qui, ut ipſe inter deos, ſic inter mortales regnum exerceat. — V. 1. *ζαγλύφος* Cod. Vat. et apogr. Lipſ. quod etiam *ἄνυσεν ἔρωτα* perperam exhibet. *ἀνύειν* frequens de artificibus. *Archias* Ep. XII. *ὅσσον θράσος ἄνυσε κάπρου ὁ πλάστας.* — V. 3. *ἄγαλμα.* pulcrum, ut ſtatuam. *Achilles Tat.* V. p. 303. *ὥστε ἂν ἰδὼν αὐτὴν εἴποις ἄγαλμα.* Vide exempla ap. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 12. ſq. — Sequ. verſu membranae praebent *αὐτόματ' εἰκονίσας.* Reponebat *Salmaſius,* *αὐτὸν ἀπεικονίσας,* unde *Br.* fecit *αὐτὸν ἀπ.* *Suam ipſius ſpeciem exprimens.* Comparat *Manſo Simonidem* Ep. XC. p. 143. *διημείβωσεν Ἔρωτα, Ἐξ ἰδίης ἕλκων ἀρχέτυπον κραδίης.* Pulcherrimi deorum ſimulacrum poëta amaſium non minus apte appellat, quam *Ariſtaenetus* Laïdem Veneris ſimulacrum vocat. I. Ep. I. p. 2. *ὦ φύσεως τὸ κάλλιστον φιλοτέχνημα, ὦ γυναικῶν ἄγαλμα, καὶ διὰ πάντων ἔμψυχος τῆς*

[redacted]

Ἀφροδίτης εἰκών. ἔμψυχον κάλλος et similia vid. in Lectt. *Aristaen.* L. II. p. 246. — V. 5. βραβεύει Vat. Cod. non βραβεύῃ, ut *Br.* ait, qui emendatam apographi Bouheriani lectionem pro genuina membranarum scriptura habuit. *Dorvill.* βραβεύων exhibet. — Translatae verbi βραβεύειν significationis exempla collegit *Dorvill.* ad Charit. p. 404. et 556. *Lennep.* ad Phalar. p. 134. — V. 6. γῆς Cod. Vat. Vitiose Lipsiensis τῆς δ' ἅμα κ. μ. σκῆπτρα φορεῦσι π. — V. 7. Μερόπων πόλις. *Cos insula* Meropum sedes appellatur jam ab auctore hymni in Apollinem inter Homericos v. 42. unde *Callimach.* hymn. in Del. 160. (ubi vide *Spanhem.* p. 491.) Μεροπηΐδα νῆσον. Consule *Wasse* ad Thucyd. VIII. 41. et *Ilgen* ad Hymn. Hom. p. 204. — καινὸν Ἔρωτα. Vide ad Ep. VIII. 3. — Pro νέων Cod. Vat. νέον.

XII. Vat. Cod. p. 577. Hoc Epigr. qui ante *Brunckium* ediderit, scio neminem. Primum distichon dedit

[redacted]

animis formae, sensu carentem Cupidinem sculpsit. Πόθον est ex emendatione *Bernardi Monetae.* „πέτρον ἐνειδοφο„ρεῖν, *lapidi figuram inducens.* ἐνειδοφορεῖν vocabulum est e „centenis aliis, quae nullibi, nisi in his carminibus, re„perias. Quod apud nullum alium scriptorem occurrat, „legitima non erat ratio, cur Codicis scriptura mutare„tur." *Br.* — V. 3. ὁ δὲ νῦν. Hic vero noster Praxiteles, formosus puer. Sequ. vers. Cod. Vat. Ἔρως habet; ut sit ὁ δὲ νῦν Ἔρως. Inepte. Quicunque hunc locum emendaverit, optime de Epigrammate nostro meruit. — Ceterum junge: μαγεύων, *magicis artificiis usus*, ἔμψυχα ἔπλασεν Ἔρωτα, *amorem in pectore fingit.* μαγεύων nimirum ad illecebras pulcritudinis referendum. Formosam puellam μάγον appellat *M. Argentar.* Ep. X. Eam, quae jucundis sermonibus placet, μαγώτερα κεστοῦ φωνεῖν dicit *Philodemus* Ep. X. — V. 5. ἦ τάχα. *Profecto nomine quidem eodem utuntur et statuarius et puer, sed hic ille major est artifex.* Particulis ἦ τάχα sic utitur Noster Ep. XIV. 10. *Nonnus* Dionys. I. p. 10. ἰδὼν δέ νιν ἦ τάχα φαίης. In fine vers. Cod. Vat. κρέσσω legit; et v. sq. μεταρυθμίσας. — V. 6. ἵλαος πλάσσοι. Cum igitur puer sic hominum animos fingat, placide et clementer meum pectus fingat, i. e. mihi faveat. πλάττεσθαι passim de animo. *Plutarch.* T. II. p. 83. D. ψυχῆς πλαττομένης ἔτι δόξαις καὶ νόμοις. *Eustath.* Amor. Hysm. et H. XI. p. 487. ἔρως — πρὸς ὅλον ἐραστὴν μεταπλάττων ἐμέ. — Sequ. vers. jungo τυπώσας ἔχῃ. *ut in visceribus meis Amori templum exstruat.* Similiter Ep. XCVI. ἐντὸς ἐμῆς κραδίης τὴν εὔλαλον Ἡλιοδώραν Ψυχὴν τῆς ψυχῆς ἔπλασεν αὐτὸς Ἔρως. Mortalium pectora Amoris templa dicuntur ad Platonicam rationem, quam attigit *Ruhnk.* ad Tim. p. 7. *Himerius* Eclog. X. 6. p. 180.: licuit Amori πᾶν ἐπίσης ἦθος νεοτελές τε καὶ βέβηλον ἔχειν τέμενος. *Wetstein*, qui h. versum excitat ad N. T. Vol. II. p. 111. comparat *Valer. Max.* IV. 7. *Hominum pectora quasi quoddam*

sancto spiritu referta templa sunt. — Ceterum Vat. Cod. legit: ἐντὸς ἐμὴν ψυχὴν παῖς Ἔρωτος ἔχει. In apogr. Lips. et *Wetsten.* ἔχοι. sine sensu.

XIII. Vat. Cod. p. 577. sq. Edidit *Dorville* ad Charit. p. 529. Ultimum distichon *Alberti* ad Hesych. v. τύφεται. (*Manso* nr. XXXIV. p. 18.) — V. 1. In marg. Cod. Lips. qui σιγῶν habet, notatum est γρ. αἴθων. male. σιγῶν αὐδᾷ. Eodem oxymoro utitur Ep. XXIII. καὶ σιγῶν ὄμμασι τερπνὰ λαλεῖ. *Ovidius* I. Amor. IV. 19. *Verba superciliis sine verba loquentia dicam.* — Hyperbolicam summi caloris descriptionem, quae inest in verbis καὶ Ζηνὸς φλέξω πῦρ — haud scio an debeat Noster *Moscho*, qui Eid. I. 23. Amorem τὸν ἅλιον αὐτὸν ἀναίθειν dicit. Cf. Ep. LXXVI. καινὸν θάμβος ὁρῶ· πῦρ πυρὶ καιόμενον. *Nonni* Dionys. XXXIV. p. 846. Amor φλογερὸν Φαέθοντα κατέφλεγε μείζονι πυρσῷ Καὶ κλονέει πυρόεντα. Tales argutiae, ad veram pulchri normam exactae, placere [redacted]

[redacted]

quod et ipſum *Meleagri* eſſe puto: κρίνατ', Ἔρωτες, ὁ παῖς τίνος ἄξιος, εἰ μὲν ἀληθῶς Ἀθανάτων, ἐχέτω· Ζανὶ γὰρ οὐ μάχομαι. — V. 3. τίς δ' ἐμοὶ τὸν Cod. Vat. Haec emendata ſunt in apographis, quorum tamen nonnulli τὸν ἀντιφάνιον legunt. — ἄνταθλον νίκης. Qui pueros puellasve, quas amant, eximie laudare volunt, ſe deos rivales timere ſimulant. *Charito* L. III. 3. p. 45. τίς ἄρα θεῶν, ἀντεραστής μου γενόμενος, Καλλιῤῥόην ἀπενήνοχε; Idem p. 59. ἀλλὰ προσδόκα τάχα αὐτῇ καταβήσεσθαι καὶ θεὸν ἐξ οὐρανοῦ ἀντεραστήν. — V. 5. αἰρ. δὴ μοῦνον. Cod. Vat. Lipſ. Wart. Klotz. Iidem in fine pentametri λάβῃ. Hoc unum ſibi paciſcitur, ut puer, inter deos receptus, lacrymas poëtae accipiat νίπτρα ποδῶν. *Aeſchylus* ap. Polluc. X. 22. καὶ νίπτρα δὴ χρὴ θεοφόρων ποδῶν φέρειν. quem etiam reſpexit L. VII. 40. Hoc officium dominis ſervi, proceribus minores praeſtabant. *Plutarch.* Vit. Pompej. T. I. p. 658. D. θεραπεύειν ὅσα δεσπότας δοῦλος μέχρι νίψεως ποδῶν καὶ δείπνου παρασκευῆς διετέλεσεν. Caligula, narrante *Suetonio* c. 26. *quosdam ſummis honoribus functos — ad pedes ſtare ſuccinctos linteo paſſus eſt.* — V. 7. στοργῆς. Vat. Conf. Epigr. CIX. — Pro δίυγρον *Klotzius* διύγροις maluit. Nihil mutandum eſſe docet *Manſo*, comparans *Leonid. Tar.* XXXVII. λίχνοισιν ἐπ' ὄμμασιν ὑγρὰ δεδορκώς. et *Antip. Sid.* LXIII. 3. Magis etiam huc facit *Anacreon* Od. XXVIII. 21. βλέμμα ὑγρὸν Bathyllo ſuo tribuens; ubi vide, quae larga manu affudit *Fiſcherus* p. 109. Eleganter *Lucian.* in Amor. 14. T. II. p. 413. ὁ Χαρικλῆς ὑπὸ τοῦ σφόδρα θάμβους ὀλίγου δεῖν ἀπεπήγει· τακερόν τι καὶ ῥέον ἐν τοῖς ὄμμασι πάθος ἐνυγραίνων. Interiorem vocis ὑγρὸς, etiam de oculis uſurpatae, vim aperuit *Beck* de Interpr. V. S. p. 20. — V. 8. καὶ τὸ φίλημ'. *Warton.* — V: 9. οἶδ' ἐθελήσει. Vat. Cod. — In his verbis amphiboliam poëta quaeſiviſſe videtur. Ut nectar, ſic ambroſia, de Amoris fructu accipi poſſunt; ut poëta dicat, ſe, puero ſibi favente, ejus amplexibus

[redacted]

fortasse et in posterum fructurum esse; vel simpliciter, se inter deos receptum iri.

XV. Cod. Vat. p. 579. Vulgavit *Alberti* ad *Hesych.* v. δακρυῤῥοεῖν, sine lectionis varietate. (*Manso* nr. XXXV. p. 18.) Damidem poëta consolatur, quem Heracliti amore percussum, in pueri liminibus pernoctantem offendit. — V. 2. ἀποψύχει πνεῦμα. *Quod ei superest animi et vitae exspirat.* *Sophocl. Aj.* 1031. ἐγνάπτετ' αἰὲν, ἔςτ' ἀπέψυξεν βίον. — τὸ λειφθέν. *Asclepiades* Ep. XIII. τοῦθ', ὅ τι μοι λοιπὸν ψυχῆς. — V. 3. ὑπ' αὐγὴν conjiciebat *Salmasius*, (non *Guyetus*) ut *Alberti* monet. Causa emendationis nulla est. — βληθεὶς κηρός. *Asclepiad.* Ep. XXIV. τήκομαι ὡς κηρὸς πὰρ πυρὶ κάλλος ὁρῶν. *Ovidius* Metam. III. 487.:

Sed, ut intabescere flavae

[redacted]

[redacted]

in fine pentametri. Sed bene se habet membranarum lectio: *major enim mei pars igne consumta periit.* Vide ad Epigr. XV. 2. *Callimach.* Ep. IV.:

ἥμισύ μευ ψυχῆς ἔτι τὸ πνέον, ἥμισυ δ' οὐκ οἶδ'
εἴτ' Ἔρος, εἴτ' Ἀΐδης ἥρπασε· πλὴν ἀφανές.

Theocrit. Eid. XXIX. 5. τὸ γὰρ ἄμισυ τᾶς ζοΐας ἔχω, ζῇ τὰν σὰν ἰδέαν, τὸ δὲ λοιπὸν ἀπώλετο. — Verendum erat itaque, ne, quod reliquum esset, mox eodem igne consumeretur. Hinc ἤν τι πάθω, *si quid mihi humanitus acciderit.* *Asclepiad.* Ep. VIII. ἢν γάρ ἐγώ τι πάθω, τί ποιήσετε; *Aristophan.* Vesp. 384. καὶ μανθάνετ', ἤν τι πάθω 'γώ. In hunc modum accepti versus sensum efficiunt optimum, nec vulneris, quod nusquam est, quaerendum remedium, nisi forte commate post πλέον incidendum existimaveris, ut arctius jungantur τὸ γὰρ πλέον κεῖμαι et ἐν πυρὶ βαλλόμενος, ut Epigr. ἀδεσπ. IX. ἐν πυρὶ γὰρ νοῦς βέβληται. *Warton* tamen inepte tentavit, ἢν 'ποθάνω et ἤν γε θάνω, quasi vulgata non idem idque elegantius significet. Doctius, pro exquisitiore sua graecae linguae scientia, *Wakefield* in Sylv. crit. T. II. p. 61.:

Μή τι πάθω, Κλεόβουλε, (τί γὰρ πλέον, εἰ πυρὶ παίδων
βαλλόμενος, κεῖμαι λείψανον ἐν σποδιῇ;)
Λίσσομαι, ἀκρήτῳ μέθυσον — — —

Interpretationem non addidit; sed videtur sibi fingere poëtam rogantem Cleobulum, ut ad restinguendum ardorem merum sibi affundat. Sed hanc veram poëtae mentem non fuisse, sequentia docent. Vino cineres irrigare solemne fuit, idque iis, qui viventes vino et Veneri litaverant, inprimis gratum fingitur. Unum ex pluribus excitabo *Antipatri Sidonii* locum Epigr. LXXII. p. 25. ubi cum Anacreontis tumulum vino rigandum esse dixisset, causam addit:

ὄφρα κέ τοι σποδιή τε καὶ ὀστέα τέρψιν ἄρηται,
εἰ δή τις φθιμένοις χρίμπτεται εὐφροσύνα.

[redacted]

V. 3. λίσσομ' ἐμ' ἀκρήτῳ *Klotz.* quae *Salmasii* videtur emendatio, sed praepostera. Junge, quod nec *Wartonum* fugit, μέθυσον κάλπιν. ut Epigr. ἀδέσπ. LXXVIII. τέφραν δὲ μεθύσκειν. *Philodem.* Ep. XVII. λύχνον ἐλαιηρῆς ἐμμεθύσασα δρόσου. — Vir Doct. in margine Sched. Tryll. conjiciebat κάλπιν ἐπὶ γράψας. frustra. Totum distichon *Schneiderus* sic distinxit, ut ap. *Br.* exhibetur; idemque comparavit Ep. XXXVI. Urnae, quae cineres suos teneret, inscribi vult poëta, hanc Amorem Orco dedicare; quandoquidem se amoris impotentia ad inferos detrusum iri putat. Ejusmodi elogium cippo insculpi voluit amator apud *Theocritum* Eid. XXIII. 46. γράψον καὶ τόδε γράμμα, τὸ σοῖς τοίχοισι χαράξω· Τοῦτον Ἔρως ἔκτεινεν, ὁδοιπόρε. *Propertius* II. 1. 88. *Taliaque illacrymans mutae jace verba favillae: Huic misero fatum dura puella fuit.* II. 10. 35. *Et duo sint versus: Qui nunc jacet hor-*[redacted]

XVIII. Vat. Cod. p. 580. Nemo, quod ſciam, ante *Br.* edidit. (*Manſo* nr. XXXVII. p. 19.) Poëta, cum Dionyſium, formoſum puerum, vidiſſet, frigidam ſibi, ad amoris ignem reſtinguendum, affundi rogat. Corrigit hoc Epigr. *Br.* in Lect. p. 312. — V. 1. „In prima voce codicis ſcriptura vitioſa eſt: ibi enim legitur „ψυχεπέται, quod, licet a totius ſententia alienum, tuebatur tamen *Bern. Moneta.*" *Br.* Hinc colligo, ψυχροπόται *Salmaſii* emendationem eſſe. Alloquitur poëta convivas, qui, pro veterum more, nivem vino miſcebant. *Aſclepiades* Epigr. XX. ἡδὺ θέρους διψῶντι χιὼν ποτόν. Hinc χιόνα πίνειν dicebant; cujus rei plurima exempla collegit *Athen.* L. III. p. 123. F. ſq. Vide *Caſaubon.* Animadv. p. 236. *Burmann.* ad Petron. c. XXXI. — Cod. Vat. τὰν φιλόπαιδα legit. — V. 2. τοῦ πικροῦ μέλιτος. (Apogr. Lipſ. πυκοῦ.) Dictum eſt per oxymorum, de amoris voluptate, multorum dolorum cauſa et parente. *Longus* L. I. p. 13. χείλη μὲν ῥόδων ἁπαλώτερα καὶ στόμα κηρίων γλυκύτερον· τὸ δὲ φίλημα κέντρου μελίττης πικρότερον. — V. 3. „νίψαι. Verbum hoc et ſenſui et conſtructioni officit. „Scribo: ψυχρὸν ὕδωρ, λίτομαι, ψυχρὸν — ſic infra XCIII. „λίτομαι occurrit." *Br.* Lect. p. 2. Idem vero p. 313. haec ſcribit: „Pro corrupto νίψαι conjeceram λίτομαι. A priſtinae lectionis veſtigiis minus recedit, illamque vere „revocat Buherii emendatio αἶψα, unde palam eſt ulcus „etiam eſſe in τάχος. Idem vir ampliſſimus Bern. Monetae conjecturam probat, ψυχρόν τ' ἄκος. Sed hoc ipſa „nive frigidius mihi videtur et valde κακόφωνον." *Brunckius* itaque corrigendum proponit:

ψυχρὸν ὕδωρ, αἶψα, ψυχρὸν, φίλοι, ἄρτι τακείσης
ἐκ χιόνος τῇ 'μῇ χεῖτε περὶ κραδίῃ.

idque recepit *Manſo.* Mihi ſic perſanatum eſſe hunc locum non perſuadet; ſed una ſyllaba fugitiva reducta ſcribendum puto:

ψυχρὸν ὕδωρ νιφάδος, ψυχρὸν, τάχος, ἄρτι ταχείσης
ἐκ χιόνος — —

Cui conjecturae merito confido, cum eam *Schneidero* probaverim, qui praeterea τάχος in τέκος mutandum censebat. Egregie!

ψυχρὸν ὕδωρ, νιφάδος ψυχρὸν τέκος, ἄρτι ταχείσης
ἐκ χιόνος — —

Aquam frigidissimam significans *Achilles Tat.* L. I. 2. p. 10. ὕδωρ ψυχρὸν, ait, οἷον ἀπὸ χιόνος ἄρτι λυθείσης ἔρχεται. *Leonidas Tar.* Ep. XXXIX. νᾶμα βορειαίης ψυχρότερον νιφάδος. Jungitur χιὼν et νιφὰς ap. *Alciphr.* I. Ep. 23. p. 92. χιὼν πυκνὴ καὶ ἐπάλληλος φερομένη πρῶτον μὲν τοὔδαφος ἐκάλυπτεν· ἔπειτα οὐκ ἐπιπολῆς, ἀλλ' εἰς ὕψος ἤρετο νιφάδος χῦμα πάμπολυ. Homericum νιφάδες χιόνος illustrat *Eustath.* Ιλ. Μ. p. 904. 58. Ceterum hic vel similis locus obversabatur *Philostrato* Epist. XLVIII. p. 937. καὶ τίς ὁ [redacted]

Epigr. VI. secundum lectionem Cod. Vat. νεότευκτος πρωτοπλόου. Constat, poëtas crebro usurpare adjectiva composita, ita ut altera pars compositionis in interpretatione prorsus negligenda sit. — V. 3. ἕλκει. ut captivum trahit. *Callimach.* Ep. V. 4. *Philostrat.* Epist. XLVIII. p. 937. — φλόγα προφαίνων. Videtur imago ducta a famulo facem praeferente: ut in *Propert.* III. El. XIV. 16. *Ipse Amor accensas praecutit ante faces.* *Plautus* in Curcul. I. 1. 9. *Tute tibi puer es: lautus luces cereum.* ubi correxerim: — *puer es factus: luces cereum.* — Membranarum lectio displicebat *Wakefieldio*, qui in Silv. crit. T. III. p. 131. corrigit: φλόγα δ' οἷα, πρόσωπον παιδός — comparatis verbis *Horatii. Urit Glycerae nitor, Et vultus nimium lubricus adspici.* — ἀπαστράπτει, quod *Dorvillio* deberi puto, cum membranae ἀπιστέπτει legant, significatione transitiva est positum; qualia nonnulla ap. poëtas occurrunt. Vid. *Brunck.* ad *Apollon. Rhod.* III, 225. et ad *Sophocl.* Ajac. v. 40. — V. 5. „Tertium „distichon est δυσνόητον, adeoque a quibusdam, ut aliunde „traductum, proscriptum est. Credo injuria. Omnia „apographa habent τύπωσιν· arripui ex uno τυπωθέν. „ἡδὺ φίλω libri traduces; sed Cod. Palat. ut edidi. „*Gujetus* ἡδυφίλοις. Fortasse alius veritatem viderit." *Dorvillii* verba sunt; qui quod ait, in membranis ἡδυφιλῶ legi, falsum puto. In meo certe apographo, quo nihil accuratius, ἡδὺ φίλω exstat. *Scaliger* ἡδυφίλης corrigebat. *Pierson* et *Reiske* ἡδὺ φιλῶ. Ille sic vertit: *Et premo vestigia ejus, et suavem imaginem, in aere formatam, labiis abripiens suaviter exosculor.* Apud *Theocrit.* XX. 1. Εὐνίκα μ' ἐγέλαξε θέλοντά μιν ἁδὺ φιλᾶσαι, sunt qui ἁδυφιλᾶσαι malint; contra ap. *M. Argentarium* Ep. II. καὶ μέλι μὲν στάζεις ἀπὸ χείλεσι ἁδυφιλεῦσα, *Reiske* ἁδὺ φιλεῦσα corrigit. Idem vocabulum binis versibus repetitum offendit *Wakefieldium*, qui l. c. legit: ἦντε τυπωθέν. — Ad explicandam imaginem de pueri εἴδει ἐν ἀέρι τυπωθέντι

[redacted]

facit, ni fallor, *Plutarch.* T. II. p. 766. A.: Amantium οὗτος ἔοικεν ὁ τοῦ πλείονος ἴλιγγος εἶναι καὶ πλάνος, ἐν νέφεσι κενὸν ὥσπερ σκιαῖς θηρωμένους τὸ ποθούμενον. Notum eſt hoc *Petrarchae:*

Ove porge ombra un pino alto, od un colle:
Talor m'arreſto, o pur nel primo ſaſſo
Diſegna colla mente il ſuo bel viſo.
— — — — —
Io l'ho più volte (or chi ſia, che mel creda?)
Nell' aqua chiara, e ſopra l'herba verde
Veduto viva, e nel troncon d'un faggio,
E 'n bianca nube *sì fatta. che Leda*
Avria ben detto, che ſua figlia perde.

ἀφαρπάζειν, ſi genuina eſt lectio, de osculo raptim dato et accepto intelligendum; dicitur enim ἁρπάζειν φιλήματα, ut Ep. XIV. 8. et *oscula rapere* ap. *Horat.* II. Od XII. fin.

[redacted]

Ep. III. animam sibi κύματι Κυπρίδιῳ commotam, seque ipsum ναυηγὸν ἐπ' ἠπείρῳ dicit; cui praeivit *Posidippus* Ep. VI. χὠ μὲν ἐναυάγει γαίης ἔπι. *Alciphron* L. I. Ep. 18. p. 70. πέπαυσο εἰς ταῦτα δαπανώμενος, μή σε ἀντὶ τῆς θαλάττης ἡ γῆ ναυηγὸν ἀποφήνῃ. — Ceterum haec per interrogationem elata, aliquid inepti habent. Quare probandam puto conjecturam *Wakefieldii*, qui, deleta interrogandi nota, ἦ ῥά γε legit.

XX. Vat. Cod. p. 581. (*Manso* nr. XLIV. p. 22.) Ejusdem cum praecedente argumenti. — V. 1. πελάγους. Cod. Vat. — ἐν χθονί. *in terra naufragium facientem.* — V. 5. διαστίχοντ' membranae. — V. 6. „E co„dice editum αὐτόματος δ' ἄκων. At contraria sunt et sibi „repugnantia αὐτόματος et ἄκων. Recte *Boubierius* repo„nit αὐτόματος ἥκων." *Br.* in Lect. p. 313. At nihil Bouheriana emendatione frigidius. Nec video, quid in repugnantia verborum αὐτόματος et ἄκων tantopere possit offendere lectorem in Anthologia non plane hospitem. Quidni is, quem cupiditas impellit meliore sui parte frustra repugnante et reclamante, sponte sua quidem, sed tamen invitus, ire dicatur? Commentarii sit instar *Propert.* II. El. 19. 59. *Ultro contemtus* (Amor) *rogat et peccasse fatetur Laesus, et invitis ipse redit pedibus. Ovidius* Remed. Amor. 218. *Sed quanto minus ire voles, magis ire memento; Perfer et invitos currere coge pedes.* Meleagro praeivit *Homerus*, cujus est ἑκὼν, ἀέκοντί γε θυμῷ Il. δ. 43. — V. 7. γεμισθείς. Plane ut *Achilles Tat.* L. I. 6. p. 17. τῶν τῆς κόρης προσώπων γεμισθείς. Obversabatur fortasse nostro *Anacreon* Od. XIII. Ἐγὼ δὲ τοῦ Λυαίου Καὶ τοῦ μύρου κορεσθεὶς Καὶ τῆς ἐμῆς ἑταίρης, Θέλω, θέλω μανῆναι. — In Lips. apogr. perperam γεμισθὲν legitur. — V. 8. Obscurum est in Cod. Vat. φίλῳ sit scriptum, an φίλοι. Jam diu est, quod propter ξεῖνοι sequ. versus scribendum putavi:

ἀλλά, φίλοι, ξεῖνοι, βαιὸν ἐπαρκέσατε.

ἀρκέσατε, ξεῖνοι —

nec *Meleagrum* ſic ſcripſiſſe dubito. — §. 9.] V. 9. ἀρκεσάτω Vat. Cod. — Ut veteres per Jovem hoſpitalem invocare ſolebant hoſpites, ſic poëta convivas, et ipſos Amoris telis ſaucios, per Ἔρωτα ξένιον implorat.

XXI. Vat. Cod. p. 593. Edidit *Klotz* in Muſa Strat. p. 63. In apographo Lipſ. junctum eſt Epigrammati XXIX. (*Manſo* nr. XLV. p. 23.) Ad Theoclem, puerum, cui ſe totum deditum fatetur, et quem ut deum, ſuae ſortis arbitrum, veneratur. — V. 1. Quaedam apogr. πόθον. *Tibi me Venus et Amor, ut captivum et inermem, ſubjecerunt.* γυμνὸς eſt, qui armis privatus in hoſtium poteſtatem venit; ſaepe adjecta voce ὅπλων. Vid. *Weſſeling.* Diſſert. Herod. p. 99. Paſſim etiam γυμνὸς et

[redacted]

καὶ πείρατα ζωῆς. Dictum secundum Homericum αὐτὰρ ὕπερθεν Νίκης πείρατ' ἔχονται ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσι. Il. H. 102. quod expressit *Archilochus* fr. XXXII. Similiter Ep. XLIV. ἐν σοὶ τἀμά, Μυΐσκε, βίου πρυμνήσι' ἀνῆπται. Ut verum amoris sensum decet, simpliciter Admetus ap. *Euripidem* Alc. 285. ἐν σοὶ δ' ἐσμὲν καὶ ζῆν καὶ μή.

XXII. Vat. Cod. p. 573. Edidit *Abr. Gronovius* in Variis Geogr. p. 174. (*Manso* nr. XXXVI. 19.) Polyxeniden, delicias suas, Heracliti, olim pulchri, nunc exolescentis, exemplo prolato, ut tempore utatur, monet. — V. 1. ἦ καλός apogr. Lips. Pro ὅτ' ἦν ποτε *Gronovius* inepte legebat, οἷ ἦν π. *vaeh, fuit olim*. Epigr. XXVII. ἦν γάρ ὅτ' ἦν Δάφνις μὲν ἐν οὔρεσι — τερπνός. — εἶναι dicuntur, qui florent; μὴ εἶναι, qui perierunt. Vide *Elsner* in Obss. Sacr. T. II. p. 25. et 382. *Wetstein.* ad N. T. I. p. 252. — V. 2. Florem Heracliti decidisse, τρίχες indicant, quibus obducitur. θρίξ. — τρίχινον πέτασμα, ἐπὶ ταῖς θύραις ταῖς αὐλείαις βαλλόμενον. *Etymol. M.* — Vitiose apogr. Lips. περίεσσα π. θρίξ. — V. 3. μὴ γαῦρα φρυάσσου. *Rufin.* Ep. XXXVII. ποῦ δ' ὀφρύες καὶ γαῦρα φρονήματα. φρυάττεσθαι de iis, qui majores spiritus sumunt, illustrat *Wesseling.* ad *Diodor. Sic.* T. I. p. 318. — Nemesin respicere jubet poëta puerum, quippe quae superbos pueros puniat, pilos, floris juvenilis pestem, proliciens. Comparandus *Automedon* Ep. II. T. II. p. 207.

Πώγωνι, καὶ λάσιαι μηρῶν τρίχες, ὡς ταχὺ πάντα
ὁ χρόνος ἀλλάσσει· Κύννιχε, τοῦτ' ἐγένου.
οὐκ ἔλεγον· Μὴ πάντα βαρὺς θέλε, μηδὲ βάναυσος
εἶναι· καὶ κάλλους εἰσί τινες Νεμέσεις.

Conf. *Straton.* Ep. XXXV. et LXXI. *Plutarch.* T. II. p. 770. B. ὅτι δὲ φορτικώτερον ὁ σοφιστὴς Βίων τὰς τῶν καλῶν τρίχας Ἁρμοδίους ἐκάλει καὶ Ἀριστογείτονας, ὡς ἅμα καλῆς τυραννίδος ἀπαλλαττομένους ὑπ' αὐτῶν τοὺς ἐραστάς. Unde emendandus *Stobaeus* Tit. LXIV. p. 410. Βίων πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι τὸ κάλλος τυραννίδα ἔχει, φαὶ, ὀλίγης, τυραννίδος

τριχὶ καταλυομένης. ubi vulgo τριχῇ legitur. Meleagro puerum τὴν ἐν γλουτοῖς Νέμεσιν venerari jubenti obversabatur fortasse dictum Leonis Byzantii ap. *Plutarchum* T. II. p. 88. E. Λέων Βυζάντιος ὑπὸ κυρτοῦ λοιδορηθεὶς εἰς τὴν τῶν ὀμμάτων ἀσθένειαν, ἀνθρώπινον, ἔφη, πάθος ὀνειδίζεις, ἐπὶ τοῦ νώτου φέρων τὴν Νέμεσιν.

XXIII. Vat. Cod. p. 587. Edidit *Alberti* ad Hesych. v. γλυκυδερκές· unde sumsit *Pierson.* in Verisim. p. 84. Prius distichon profert *Warton* ad Theocr. T. II. p. 238. (*Manso* nr. XXXVIII. p. 18.) Ipsas Gratias Aristagorae venustatem tribuisse ait. Comp. *Rhiani* Ep. V. T. I. p. 480. quod Meleager expressit. — V. 1. Male distinxit *Brunckius* post ἐπιδοῦσαι, quod mutavit *Manso*, *Warton* et *Wakefield* in Delect. Trag. T. II. p. 131. et in Silv. crit. T. I. p. 133. — Dii adspectu et contactu

[redacted]

etiam Ὀλυμπον exhibent. Pro νέον, quod friget, *Reiskius* et *Wakefield* νέος legunt. *Christodorus* in Ecphrasi v. 91. οἷα Ζεὺς νέος ἄλλος ἐν Αὐσονίοισιν ἀκούων. Cf. ad Epigr. VIII. 3. — μακρὰ κεραυνοβολεῖ, ut is, *qui certa tenera tela dimittit manu* (*Seneca* Herc. Oet. 540.) apud *Moschum* Eid. I. 13. μικκύλα μὲν τήνω τὰ χερύδρια, μακρὰ δὲ βάλλει. Verbum κεραυνοβολεῖν, quo lexica carent, hinc fortasse sumsit *Philipp. Thess.* Ep. II.:

εἶτα, καὶ ἁ Νέμεσις με συνήρπασε, κεῦθος ἐκεῖμαν
ἐν πυρὶ, παῖς δ' ἐς ἔμ', ὡς Ζεὺς, ἐκεραυνοβόλει.

XXIV. Cod. Vat. p. 587. Edidit *Klotz* in Musa Strat. p. 61. Primum distichon laudat *Warton* ad Theocr. p. 166. Ultimum *Valcken.* ad Ammon. p. 136. (*Manso* nr. XXXIII. p. 17.) Disputavit de variis hujus carminis lectionibus *Schneider.* Per. crit. p. 58. Somnium poëta enarrat, quod, cum puerum ipsi in ulnis posuisset, dulce amoris desiderium in pectore suo reliquerat. — V. 1. 2. Cod. Vat. legit: ἐνύπνιον ἁβρὰ γελῶντος Ὀκτωκαιδεκέτους παιδὸς ἔτ' ἐν χλαμύδι. Quam lectionem etiam Lipf. apogr. servavit, nisi quod ἁβρά γε λῶντα exhibet. Alii aliter; piget enim futiles apographorum enotare aberrationes. *Brunckiana* lectio in schedis Tryll. reperitur, unde eam a *Salmasio* profectam esse suspicor. Pro meo sensu optime se habet membranarum lectio, et *Salmasii* invento longe est elegantior. Vulgaris enim loquendi ratio fert dicere: Ἔρως κατ' ἐνύπνιον ἤγαγε παῖδα ὑπὸ χλαῖναν exquisitior autem et poëtica: ἐνύπνιον παιδὸς, i. e. *pueri per quietem visa species.* Verba ἔτ' ἐν χλαμύδι aetatem pueri significant, qui epheborum vestem nondum deposuerat. Vide ad Ep. IX. 1. Confert *Schneiderus* in Addend. p. 113. Ep. CXXIV. 1. 2. — Verf. secundum sincere scriptum profert *Valcken.* ad Adon. p. 408. A. ubi de forma ὀκτωκαιδεκέτης disputat. Supersedere possumus *Wartoni* conjectura, παῖδα μετὰ χλαμύδι legentis. —

V. 10.] V. 3. ὑπὸ χλαῖναν. Vide ad *Asclepiad.* Ep. XX. 3. — V. 4. ἐτρεφόμαν est ex emendatione *Scaligeri*; nam membranae ἐτρεπόμαν legunt. In nonnullis apogr. ἐτρέφομεν exstat. Vide *Valckenar.* ad Amm. p. 45. — κενεὰς ἐλπίδας. *vanum verae et robustae voluptatis simulacrum.* κενὴν Κύπριδα obscoeno sensu dixit *Scythinus* Ep. I. 8. T. II. p. 104. De Hannibale per quietem bella gerente *Silius Ital.* I. 69. *invenere futuras Miscentem pugnas et inania bella gerentem.* — Vix tamen puto, verba ἐλπίδας τρέφεσθαι in hoc rerum contextu recte locum habere, siquidem, quod *Valckenarius* putabat, pro βουκολεῖσθαι ἐλπίσιν sunt posita. *Spei* certe mentionem hic fieri non exspectaveram. — V. 5. μνήμης Vat. Cod. et apogr. Lips. Sed unde τέρπει in hoc apographum venerit, non exputo. Etiamnum desiderium hoc somnio excitatum [redacted]

XXV. Cod. Vat. p. 587. Duo priora disticha expromsit *Warton.* ad Theocrit. T. II. p. 75. postremum p. 84. Secundum *Alberti* ad Hesych. v. κράμμα. Varietatem lectionis enotavit *Schneider.* Per. crit. p. 84. sq. (*Manso* nr. XXXIX. p. 20.) Se Cupidinis malitia novis amoribus irretitum esse conqueritur. — V. 1. ἥρητω Cod. Vat. quod *Salmasius* procul dubio statim in describendo emendavit. Apographa enim, quae scio, ἥρκτω habent. — ἢ γὰρ ἀλύων. Significare videtur, Amorem obiter et aliud agentem vulnus ipsi inflixisse; quod ad superbos protervi pueri mores adumbrandos facit. ἀλύειν enim nonnunquam otiosi et remissi animi conditionem significat. Vide *Perizon.* ad Aelian. V. H. IX. 26. et quae de hoc verbo disputavit *Krebs* ad Plutarch. de Aud. Poët. p. 166. Hoc sensu usurpatum opponitur τῷ ξυντείνειν, ut ap. *Philostr.* Vit. Apoll. VI. 5. p. 233. ἀνδρὶ ἐσταλμένῳ τρόπον ὅνπερ οἱ Μεμφῖται, καὶ ἀλύοντι μᾶλλον ἢ ξυντείνοντι. *Schneiderus* tamen lectionem ἀλύων vitiosam censebat. — ἔκνισ' ὁ θερμὸς ἔρως. Socrates cum ad pulcrum puerum paulo propius accessisset, ταῦτ' ἄρα ἐγὼ, ait, ὥσπερ ὑπὸ θηρίου τινὸς δεδηγμένος, τὸν μὲν ὦμον πλεῖον ἢ πέντε ἡμέρας ὤδαξον καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ κνίσμα τι ἐδόκουν ἔχειν. *Xenophon* Symp. p. 698. 50. κνίσμα et κνίζειν de amoris cruciatibus jam *Herodotus* usus est V. 62. p. 465. τὸν δὲ Ἀρίστωνα ἔκνιζε ἄρα ὁ τῆς γυναικὸς ἔρως. Nec non de laetitia animum suaviter pungente et commovente *Pindar.* Isthm. VI. 74. ἀδεῖα δ' ἔνδον μιν ἔκνιξε χάρις. — V. 3. ἕξεις πάλι Cod. Vat. et in fine versus γράμμα. Utrumque a *Guyeto* mutatum putatur. Alterum, monente *Wartono* in Addendis p. 351. in Cod. Parisino emendatum est, viro docto κράμμα, i. e. κρᾶμα, adnotante. Eidem *Guyeto* versu sq. *Alberti* tribuit conjecturam πιόμενος. Verum haec omnia a *Salmasio* profecta nullus dubito. Si *Brunckius* membranarum lectionem cognovisset, vix πάλι et καιόμενος immutasset. Utraque lectio optima. Poëta non

[redacted]

nunc primum amaverat; hinc πάλι· mulsum amoris autem vim habebat ad inflammandum pectus; hinc καιόμενος μέλιτι. Recte *Alberti* admovit *Meleagri* Ep. LVIII. 14. ὀπτῷ καιομένη μέλιτι. ubi eidem emendatori πιομένη legenti *Brunckius* non obsequutus est. — Seq. vers. *Schneiderus* λαρῷ malebat; in quam conjecturam postea etiam *Wakefield* incidit in Dilectu Trag. T. I. p. 223. — V. 5. Διοφάντου. *Wartoni* Apogr.

XXVI. Cod. Vat. p. 588. Duo priora disticha edidit *Warton* ad Theocr. II. p. 81. Ultimum *Alberti* ad Hesych. v. λυσιμελής. Integrum *Klotz* ad Straton. p. 62. Varietatem lectionis collegit *Schneider* in Per. crit. p. 59. et 113. (*Manso* nr. XXXII. p. 17.) Conqueritur poëta de flamma, quam pulcri pueri adspectus in pectore suo incenderat. — V. 1. Εἰνόδιον στείχοντα μεσέμβρινον Cod.

[redacted]

ἀπαλαὶ Cod. Vat. — Verſ. ſeq. ἥλιον Apogr. Voſſ. — V. 5. Et in hoc verſu discrepant apographa, quorum nonnulla αἱ, alia νῦν pro νὺξ exhibent. Nox ſolis radios ſopire dicitur, ut ap. *Sophocl.* in Trach. 94. ὃν αἰόλα νὺξ — κατευνάζει φλογιζόμενον ἅλιον. — Flammam de pueri oculis pectore conceptam, ejusdem ſpecies per ſomnum viſa, denuo excitavit. — V. 7. ὕπνον. Apogr. Lipſ. — λυσίπονος, quem *Homerus* λυσιμελῆ vocat. Vide *Euſtath.* in Odyſſ. p. 720. 47. et in Il. p. 1463. 20. — Egregie noſtrum carmen illuſtrat locus *Achillis Tatii* a *Schneidero* laudatus L. VI. p. 399. ἐπεὶ δὲ εἶδεν τὴν Λευκίππην, ἀνέφλεγε τὴν ψυχὴν καὶ ἔδοξεν αὐτῷ τότε καλλίων γεγονέναι. θρέψας γὰρ ὅλης τῆς νυκτὸς τὸ πῦρ, ὅσον χρόνον ἀπελείφθη τῆς κόρης, ἀνεζωπύρησεν ἐξαίφνης, ὅλην λαβὼν εἰς τὴν φλόγα τὴν θέαν. Similiter *Xenophon Epheſ.* I. 4. p. 9. ταῦτα ἑκάτερος αὐτῶν δι' ὅλης τῆς νυκτὸς ὠδύρετο· εἶχον δὲ πρὸ ὀφθαλμῶν τὰς ὄψεις τὰς ἑαυτῶν, τὰς εἰκόνας ἐπὶ τῆς ψυχῆς ἀλλήλων ἀναπλάττοντες. Noviſſima ejusmodi ſunt, ut ex *Meleagri* verbis — ψυχῇ κάλλος ἀπεικονίσας, expreſſa dicas.

XXVII. Cod. Vat. p. 588. Primum diſtichon dedit *Salmaſ.* ad Solin. p. 30. A. Integrum *Toup.* in Cur. Noviſſ. p. 277. ed. Lipſ. (*Manſo* nr. XL. p. 20.) Non jam Daphnidem, nec Hyacinthum carminibus celebrandos eſſe, cum Dion inter pulchros principatum teneat. — V. 1. De Daphnide, inter Siculos celeberrimo, omnia nota vel ex *Theocriti* Eid. I. Conf. *Parthenium* c. XX. *Aelianum* V. H. X. 18. Pani ille in deliciis fuiſſe dicebatur. Cf. *Glaucum* Ep. II. T. II. p. 347. *Zonae* in Anal. T. III. p. 331. (Lipſ. ed. II. p. 69.) Recte itaque caprarii, quod paſtorum genus inprimis tutela Panis gaudet, Daphnidem, in Panis gratiam, celebrare dicuntur. — V. 3. Cod. Vat. habet λύρη, caſu recto, et ſq. verſ. Δάφνι. Illud verum puto propter αἰπολικαὶ σύριγγες. Inſtrumento Pani et caprariis proprio opponitur λύρη, Φοίβου προφῆτις, *lyra, Phoebi interpres.* Ut

[redacted]

Pani Daphnis, sic Apollini Hyacinthus in deliciis fuerat; illum canebat syrinx, hunc lyra celebrabat. Haec si recte posui, et λύρη pravam esse emendationem apparet, et Daphnes mentionem seq. versu factam, plane ab hoc loco alienam esse. Depravatam esse lectionem in verbis Δάφνη παρθενίη, nullus dubito, sed quid reponendum sit, non facile dixerim. Expromam tamen conjecturam, magis ut alios ad similes conatus excitem, quam quod me verum reperisse existimem:

μηδὲ σὺ τὸν στερχθέντα, λύρη, Φοίβοιο προφῆτι,
ἄνθει παρθένιον μέλφ' Ὑάκινθον ἔτι.

Neque tu, o lyra, Phoebi interpres, adhuc celebra Hyacinthum, olim amatum et virginali flore conspicuum. ἄνθει παρθένιον vocat, cujus genas nondum lanugo obumbrat, puellae quam puero similiorem. *Philostrat.* Epist. XLIII. p. 944. πρὶν μὲν γὰρ ἀνθεῖν, οὐδὲν ἀπεῖχον γυναικὸς αἱ

[redacted]

„*cintbus, Apollinis deliciae, amplius celebrandi sunt, sed* „*Dion solus.* Sic sibi omnia respondent, et apte co„haerent. μηδὲ σὺ προφῦτι Δάφνη παρθενίη· hoc confertur „cum αἰπολικαὶ σύριγγες. μέλπε ἔτι Ὑάκινθον cum μηκέτι „Δάφνιν φωνεῖτε. τὸν στερχθέντα λύρῃ Φοίβοιο cum αἰγιβάτῃ „Πανὶ χαριζόμενοι. Dixit autem poëta λύρῃ Φ. pro Φοίβῳ „λυραοιδῷ, aut quia fingitur Apollo amasio Hyacintho „affectus suos fidibus saepe cecinisse, pueri pulcritudi„nem celebrasse, et mortem lugubribus elegiis ad ly„ram cantando deflevisse.“ Haec Vir clarissimus; cujus interpretationem argutiorem quam veriorem esse, omnes intelligunt. In *Toupii* vero emendatione Δάφνῃ παρθενίῃ dictum foret pro σὺν Δ. *simul cum Daphne puella*; quod et ipsum durissimum. — ¶. 11] V. 5. ὅτ' ἦν. *dum florebas* s. *vivebas*. Cf. ad Ep. XXII. 1. — Mox pro σοὶ non, ut *Brunckius* voluit, ἠδ' legam, quod elumbe est, sed:

ἦν δ' Ὑάκινθος

τερπνός.

Ceterum *Meleager* expressit *Callimachum* Ep. XLVI. οὐκέτι Δάφνιν, ποιμένες, Ἀσταχίδην δ' αἰὲν ἀεισόμεθα.

XXVIII. Vat. Cod. p. 575. (*Manso* nr. XLII. p. 21.) Ad Amorem, face et sagittis in poëtam furentem. — V. 1. ἄγριε δαῖμον. *Saevus Amor*. *Tibull*. III. El. IV. 65. Infra Ep. XCV. 6. Venus ap. *Aristaenetum* II. 15. p. 95. καὶ ταύτην ἐξ ἀφανοῦς ἡ Δαίμων προσέπνευσέ μοι τὴν γνώμην. — λὰξ ἐπέβαινε. ut dominus servi cervicibus imponit pedes. *Paulus Silent*. Ep. XX. Amor mihi λὰξ ἐπιβὰς στέρνοις πικρὸν ἔπηξε πόδα. *Ovid*. Remed. Amor. 529. *Mollior es, nec abire potes, vinctusque teneris, Et tua saevus Amor sub pede colla premit.* De Venere Deidamia in Heroid. Ep. IX. 11.:

Plus tibi quam Juno nocuit Venus: illa premendo
Sustulit: haec humili sub pede colla premit.

Tum omnino irae et contemtus vox τὸ λὰξ ἐπίβαινε. *Theognis* v. 825. λὰξ ἐπίβα δήμῳ κενεόφρονι, τύπτε δὲ κέντρῳ ὀξέι καὶ ζεύγλην δυσλόφῳ ἀμφιτίθει. Tanquam irati cujusdam et alterum ad iram provocantis vocem *Plutarchus* T. II. p. 457. C. hunc versum laudat:

βαῖνε λὰξ ἐπὶ τραχήλου, βαῖνε καὶ πέλα χθονί.

V. 4. τέφρη. Ex *Asclepiad.* Ep. XIII. καὶ πάντας τέφρην θέσθε με κεραυνίων. *Theophyl. Simoc.* Ep. IX. ἐμοὶ ἐκτηθαλώθησαν αἱ φρένες τῷ ἔρωτι, καὶ δαλοῦ δίκην τὸ περιστέρνον ἐκπεφλόγωσται.

XXIX. Vat. Cod. p. 593. Edidit *Klotz.* in Straton. nr. XXV In apogr. Lipsiensi conjunctum est cum Ep. XXI. Vide *Schneider* in Per. crit. p. 56. (*Manso* nr. IV. p. 6.) Poeta animam suam navi, quam Venus et Amor regant, comparat. Eadem Allegoria est Ep. XLV. ubi etiam pars versus tertii repetitur. — V. 1. Amorem guber-

[redacted]

Nec melius teneris junguntur vitibus ulmi,
Nec plus lotos aquas, litora myrtus amat.

V. 1. νεῦμα habet *Warton*, qui νᾶμα, χεῦμα et ῥεῦμα tentat. Membranarum lectio verissima. Ad sensum facit *Lucianus* in Prometh. 5. p. 31. τί οὖν οὐχὶ καὶ ἔμπαλιν γένοιτ' ἂν εὔμορφόν τι ἐκ δυοῖν τοῖν κρίστοιν ξυντεθὲν, ὥσπερ ἐξ οἴνου καὶ μέλιτος τὸ ξυναμφότερον ἥδιστον. — V. 3. τὸν ἁβροκόμην ex *Anacr.* Od. VI. 8. Vide *Hesych.* in ἁβροκομᾷ, ubi *Alberti* hunc versum expromsit. Sylvam locorum, in quibus hoc vocabulum occurrit, congessit *Locella* ad Xenoph. Ephes. p. 123. — V. 4. θνατὸν ὄντως τὸ κ. ο. Vat. Cod. quod etiam in Lipſ. apogr. legitur, ubi in marg. θνητόν γ' ὄντως τᾶς κ. notatum; omnino male. *Wartonus* habet εὐκρατον ὄντως τᾶς κ. nescio unde; ipse εὐκράτου corrigendum censet. *Klotzius* ὄντως θνητὸν κ. edidit. His omnibus *Brunckiana* lectio elegantia praestat; an etiam omnes veritatis numeros habeat, definire non ausim. — οἰνόμελι quod vetustiores μελίκρατον vocabant, *mulsum* ex vino et melle mistum. Conf. *Pierson.* ad Moer. p. 254. sq. et *Bernard.* ad Theoph. Non. T. I. p. 125.

XXXI. Vat. Cod. p. 594. Edidit *Majus* in Bibl. Uffenbach. nr. 152. unde sumsit *Wolf.* in Fragm. Sapph. p. 237. (*Manso* nr. XXVIII. p. 15.) Poëta binos diversi coloris pueros, candidum et fuscum, amans, id sibi propter nomen fatale fuisse docet. Hanc poëtae mentem esse, et *Schneiderus* perspexit et *Manso*. *Brunckius* haec notavit: „Mutilum videtur hoc carmen; unum „saltem in medio distichon deest. In cod. scriptum „v. ult. πλέξειν ἐκ λευκοῦ φασί — correctum in margine „ἢ γὰρ ἔρωτας ἐκ λευκοῦ πλέξαι. Nihil hic decreverim, „quum vix sensus aliquis ex his reliquiis erui possit." Nihil plane deest; et amplectenda marginis lectio: *Dicunt enim, Amores me ex candido et nigro contexuisse;* ex μέλανος et ἀργοῦ scilicet. Similiter, id est, inepte in

eodem nomine lusit *Euripides* ap. Etymol. M. p. 576. 30. Μελέαγρος μελέαν γέ ποτ' ἐγρεθεὶς ἄγραν. Noster autem *Philodemum* ante oculos habuit, qui simili acumine Ep. II.:

αὐταί που Μοῖραί με κατωνόμασαν Φιλόδημον,
ὡς αἰεὶ Δημοῦς θερμὸς ἔχοι με πόθος.

XXXII. Vat. Cod. p. 119. et 571. Sub *Posidippi* nomine legitur in Planudea p. 452. St. 587. W. Huic potius quam *Meleagro* hoc carmen tribuere velit *Brunckius* propter *Posidippi* Ep. X. quod ad Heliodorum est scriptum. (*Manso* nr. XLI. p. 21.) Amorem per Musam precatur, ut tandem suum Heliodori amorem sopire velit. — V. 1. Ἡλιοδώρου. Sic Vat. loco secundo. In priore Ἡλιοδώρας, quod Planudes arripuit. — Seq. versu οἰκέτιν Vatic. altero loco. Haec vocabula passim confusa sunt. Vide Exercit. crit. T. II. p. 180. —

[redacted]

Idem *Brodaeus* animadverterat. Menander, ſine Glycera ſua Aegyptum aditurus, ſibi videretur μόνος ἐν τοσούτῳ ὄχλῳ Αἰγυπτίων ἐρημίαν πολυάνθρωπον ὁρᾷν, ap. *Alciphron.* L. II. 3. p. 228. Ab hujus diſtichi, quod et elegantiſſimum eſt, et facillimum, ſenſu mire aberravit *Meineckius*, cujus verba adſcribam, ut ex hoc uno ſpecimine illius enarratoris virtus et praeſtantia intelligatur. „Poëta „cum fulgentem Theronis pulcritudinem deſcribere „vellet, comparat eum cum univerſo. τὰ πάντα, quod „ſolis radiis egregie ſplendeat. ἦν δέ. jam, inquit, cum „univerſi coeli ſerenitatem, Solis ignes, ſiderumque „fulgorem adſpicio, cum igitur tuam, Theron, prae„claram pulcritudinem ſpecto, τοὔμπαλιν, oculis nebula „offunditur et me excoecat fere praeſtantiſſima facies.“ Denſiſſimas profecto tenebras interpretis animo offuſas fuiſſe neceſſe eſt, cum ea ſcriberet, de quibus poëta ne cogitavit quidem. — Ceterum *Br.* exhibuit lectiones Planudeae. In Vat. Cod. pentameter ſic legitur: βλέψω, τόνδε δὲ μὴ, τἄμπαλιν οὐδὲν ὁρῶ.

XXXIV. Vat. Cod. p. 591. Edidit *Pierſon* in Veriſim. p. 85. (*Manſo* nr. XXIII. p. 13.) Poëta, cum Theronem pulcrum eſſe negaſſet, mox Nemeſin ultricem expertus, incredibili pueri amore incenſus eſt. Expreſſit Noſtrum *Philipp. Theſſ.* Ep. II. p. 211. — V. 1. ἃ μὴ θέμις. Hanc lectionem praeſtat Cod. Vat. et margo apogr. Scalig. in cujus contextu θεὸς legitur. — Sequ. verſu membranae οὐ με μαθὼν, quod, neſcio quis, in marg. Scalig. corrigere auſus eſt in οὐκ ἔμαθον· imperite. θυμὸ legitur in apogr. Voſſ. — V. 3. αὐτὸς ὑπέστης. Si ſincera eſt lectio; ſenſus eſſe debet, *tu ſolus auſus es ejusmodi quid pronuntiare.* αὐτὸς pro μόνος paſſim illuſtrarunt Viri doctiſſimi. Vid. *T. Hemſterb.* ad Lucian. T. I. p. 130. Sed mihi Meleager ſcripſiſſe videtur:

ἀλλ' ἀντίος ἔστης,
οὐδὲ Διὸς πτήξας πῦρ τὸ κεραυνοβόλον.

[redacted]

Tu cum contra intueri ausus es, quae non multo minor est audacia, quam ipsum Jovis fulmen sustinere. *Sappho* virum pulcram puellam ex adverso spectantem diis comparat: ὅστις ἐναντίον τοι ἰζάνει. Cf. Nostri Ep. V. 3. et XXIII. *Euripides* Orest. 1479. ἀντίοι σταθέντες. Hippol. 1078. προσβλέπειν ἐναντίον στάντα. Celeberrimus locus *Herodoti* L. V. 18. p. 379. de Persis, quibus γυναῖκες ἀντίαι ἵζοντο — ubi illi dicebant, melius fuisse, mulieres omnino non arcessere, quam ἐλθούσας καὶ μὴ παριζομένας, ἀντίας ἵζεσθαι, ἀλγηδόνας σφι ὀφθαλμῶν. — V. 4. πτήξεις. Vatic. Lips. Recte emendatum. — V. 5. τὰν πρόσθε λάλον. Nioben esse monuit *Br.* inductus procul dubio Ep. *Antipatri Thessal.* LV. μούναν σὺν τέκνοις, νεκυοστόλε, δέξο με, πορθμεῦ, Τὰν λάλον· ἀρκεῖ σοι φόρτος ὁ Τανταλίδος. et Nostri Ep. CXVII. de eadem Niobe: ἁ δὲ λάλον στέρξασα πάλαι στόμα. *Brunckii* interpretatio peperit ineptam conjecturam in Biblioth. Liter. et Artium Fasc.

[redacted]

in Musa Strat. p. 58. (*Manso* nr. VII. p. 8.) De Myïsco puero. Est Μυΐσκος ὑποκοριστικὸν a Mys deductum, docente *Salmas.* ad Solin. p. 24. B. Idem nomen occurrit ap. *Hephaestionem Ptolemaeum* in Bibl. Photii p. 244.: ὅτι Ὀδυσσεῖ ἔχεσθαι δίδωσιν ὁ πατὴρ μνήμονα Μυΐσκον τοὔνομα κεφαλῆνα· ut hunc locum constituit idem *Salm.* l. c. in Prolegg. p. 2. A μυῖα hoc nomen derivat *Solan.* ad Lucian. T. III. p. 98. 65. — V. 2. ἐσβεσεν. Hinc *Strato* Ep. XX. Θεῦδις ἐλάμπετο παισὶν ἐν ἄλλοις, Οἷος ἐπαντέλλων ἀστράσιν ἠέλιος. *Marc. Argent.* Ep. XII. καὶ γὰρ ἀπείρους ἀστέρας ἓν μήνης φέγγος ὑπαστράπτει. Cf. *Sapphus* Fragm. XXVI. in Collectione *Wolfii.*

XXXVI. Vat. Cod. p. 572. Edidit *Warton* ad Theocr. T. II. p. 261. *Klotz* ad Tyrt. p. 93. Conf. *Schneider.* Per. crit. p. 54. (*Manso* nr. VIII. p. 8.) Poëta se, cum olim aliorum amores risisset, nunc ipsum ab Amore victum fatetur. Cum hoc carmine *Huschkius* in Epist. crit. p. 105. sq. comparavit *Tibull.* I. El. 2. 89.:

Vidi ego, qui juvenum miseros risisset amores,
Post Veneris vinclis subdere colla senem,
Et sibi blanditias tremula componere voce,
Et manibus canas fingere velle comas.
Stare nec ante fores puduit.

V. 1. Cum καὶ absit a Cod. Vat. alii aliter ruenti metro succurrere conati sunt. Apogr. Lips. ἔμπροσθεν habet. Schedae Lacroz. τὰ πρ. An scribendum:

ἠγρεύθην κἠγὼ πρόσθεν ποτὲ τοῖς δυσέρωσι — —.

Schneiderus malit ὁ πρόσθεν, cui lectioni patrocinatur. *Alciphron* L. I. XIII. p. 54.: φλέγομαι· καὶ ὁ ποτὲ γελῶν τοὺς ἐκ τρυφῆς πάθει δουλεύοντας, ὅλος εἰμὶ τοῦ πάθους. Similiter *Xenoph. Ephes.* I. 4. p. 7.: ὁ μέχρι νῦν ἀνδρικὸς Ἁβροκόμης, ὁ καταφρονῶν Ἔρωτος, ὁ τῷ θεῷ λοιδορούμενος, ἑάλωκα καὶ νενίκημαι καὶ παρθένῳ δουλεύειν ἀναγκάζομαι. Conf. Epigr. ἀδέσπ. IX. — V. 3. Meleager se ad Myisci januam, tanquam

in dei cujusdam vestibulo, ab Amore collocatum fingit. Ibi enim arma, hostibus deducta, aliaque ejusmodi ἀναθήματα poni solebant; quibus poëta se comparat. σκῦλ' ἀπὸ σωφροσύνης. *Xenoph. Ephes.* l. 4. p. 8.: νενίκηκας, Ἔρως, μέγα σοι τρόπαιον ἐγήγερται καθ' Ἀβροκόμου τοῦ σώφρονος. Usus est noster formula in hac re solemni. *Aristophon* ap. Athen. XIII. p. 563. C. περιφανὲς σκῦλον ἀπὸ πολεμίων. Crates cum Delphis auream Phrynes statuam vidisset, dixit, τῆς τῶν Ἑλλήνων ἀκρασίας ἀνακεῖσθαι τρόπαιον. *Plutarch.* T. II. p. 401. A.

XXXVII. Cod. Vat. p. 584. sq. Edidit *Dorvill.* ad Charit. p. 521. *Valcken.* ad Hipp. v. 525. p. 224. primum distichon cum parte secundi. Idem v. 3. et 4. ad Ammon. p. 225. protulit. Integrum *Pierson.* in Verisim. p. 147. (*Manso* nr. IX. p. 8.) Poëta puerum, de

cilium ponit. Docte *Propertius* loquitur, pro, Amor fastum dejecit, qui olim supercilio meo insederat. *Meleagri* carmen imitatus est *Paulus Silent.* Ep. XXXII. — V. 2. ὄμμασι τοξεύσας. Comparat *Pierson.* l.c. *Aristaen.* L.I. 1. Ἔρως ἐπαίδευσε τὴν ἠρμένην ὑπεροψίαν ταῖς τῶν ὀμμάτων βολαῖς. et *Liban.* p. 710. D. ταῖς βολαῖς τῶν ἐκείνης ὀμμάτων ἐκκενώσειεν τὴν τέχνην. — §. 13.] V. 3. τὸν θρασὺν εἶπον ἐγώ. *Propert.* II. 2. 1. *Qui nullam tibi dicebas jam posse nocere, Haesisti: cecidit spiritus ille tuus.* *Aristaenet.* I. XXII p. 56. ἐγώ σοι μόνῃ τὸν ὑπερήφανον ὑπέταξα τοῖς ποσίν. Ut in loco supra laudato *Propertius* dixit *lumina dejicere*, sic *Euripid.* Cycl. 166. καταβάλλειν τὰς ὀφρῦς. ubi vid. *Musgr.* *Agathias* de vetula meretrice Ep. XIII. πέσεν ὀφρύς, quod eodem sensu dictum, ut haec *Sophoclis* in Antig. 470 ἀλλ' ἴσθι τοι τὰ σκλήρ' ἄγαν φρονήματα πίπτειν μάλιστα. — V. 4. ποσσὶ πατῶ. ut πατεῖν θέμιστας ap. *Apollon.* *Rhod.* II. 17. Vide *Fischer.* ad Anacr. p. 101. — V. 5. ἐμπνεύσας et θαμβεῖς Cod. Vat. et apogr. Lips. quod etiam τῶδ' initio versus exhibet. Noster Epigr. LXXXVII. οὐδ' ἐστιν ἐμπνεῦσαι βαιὸν ἔασι χρόνον. — τί θάμβος; Quid, quaeso, in hac victoria tanta admiratione dignum? Ep. LXXVI. 4. ἦ τόδε καινὸν θάμβος ἐμοί. — V. 6. Laudat h. v. *Valcken.* ad Ammon. p. 143.— Vitiose membranae Ὄλυμπον. — Jovis Amores persaepe a poëtis advocari, ad homuncionum peccata excusanda, nemo ignorat; nec quicquam frequentius obvium, quam Amoris potestas ex Jove superato significata. *Claudian.* Eid. V. 53. *Quae tibi, saeve puer, non est permissa potestas? Tu magnum superas fulmen, coeloque relicto Fluctibus in mediis cogis mugire Tonantem.* Similia collegit *Burmannus* diligentia ad Anthol. Lat. T. I. p. 4. 5.

XXXVIII. Vat. Cod. p. 586. Edidit *Majus* in Catal. Bibl. Uffenb. p. 631. *Pierson* in Verisim. p. 85. sine lectionis varietate. (*Manso* nr. X. p. 9.) Myïscum ut deum aliquem veneratus, propitium sibi optat. —

V. 1. *ἤστραψε.* Significatione transitiva, ut Ep. XIX. 4. Finge tibi poëtam Myïſcum contemplantem, et admiratione captum ſubito exclamantem. — *ἆρα.* Num Amor puerum, fulmina gerentem, finxit? Ipſe nonnunquam Amor, ut plures praeterea dii, (vide *Winkelm.* Monim. ined. T. II. p. 3. ſq.) fulmen gerens repraeſentatur. *Beger.* Theſaur. Brandenb. T. I. p. 183. In Alcibiadis ſcuto ἦν Ἔρως κεραυνὸν ἠγκυλημένος. *Athen.* XII. p. 534. E. — ἐνέδειξεν, ut ſtatuarius. Vid. ad Epigr. LXXXV. — V. 3. ἀκτῖνα et ipſum de fulmine accipiendum videtur. *Lucian.* in Timon. 10. T. I. p. 118. κατεαγμέναι γὰρ αὐτοῦ (τοῦ κεραυνοῦ) καὶ ἀπεστομωμέναι εἰσὶν δύο ἀκτῖνες αἱ μέγισται. In Jaſonis ſcuto conſpiciebantur Cyclopes Ζηνὶ κεραυνὸν ἄνακτι πονεύμενοι — μιῆς δ' ἔτι δεύετο μοῦνον ἀκτῖνος, ap. *Apollon. Rhod.* I. 731. — V. 4. Puerum, qui fulmen gerit, ipſum πυρσὸν vocari, durum eſſe apparet. Nec tamen propterea locum depravatum dicam,

[redacted]

cian. T. II. p. 452. Fragm. CVII. αἴθε γὰρ, ὦ κούροισιν ἐπ' ὄμματα λίχνα φέροντες, Ἔρχιος ὡς ὑμῖν ὤρισε παιδοφιλεῖν. Ut hic apud nostrum oculi animo praestare obsequium dicuntur, sic contra ap. *Philostratum* Epist. LIII. p. 940. ἡ ψυχὴ πείθεται, παρακούειν μὴ δυναμένη λίχνων δορυφόρων. *Lumina cupidae faventia menti* dixit *Ovid.* Heroid. VI. 71. — V. 3. Apographa variant δὲ κεῖνος, δ' ἐκεῖνος et δὲ ἐκεῖνος. — V. 4. ψυχὴ Cod. Vat. ψυχῇ apogr. Lips. et Voss. Nostram lectionem reperio in schedis Vinariensibus.

XL. Vat. Cod. p. 578. Edidit *Warton* ad Theocr. T. II. p. 89. *Klotz.* in Musa pueril. p. 58. nr. XX. Cf. *Schneider.* Per. crit. p. 40. (*Manso* nr. XII. p. 9.) Jovem poëta timet, ne Myïscum sibi eripiat. Cf. Epigr. ἀδέσπ. V. et VI. — V. 1. Leves apogr. aberrationes enotare nihil attinet. καὶ imperito librario deberi judicans, *Brunckius* corrigit: ὁ δὴ Γ. ἁ. ἁ. ἵν' ἔχοι. *Is scilicet, qui Ganymedem rapuit, ut haberet.* In marg. apogr. Dresd. legitur: ἴσως ἔσθ' ὁ πάλαι, quod merito placuit *Schneidero* l. c. p. 112. — V. 3. τὸν καλὸν ἐστι σπλάγχνοισι μ. Vat. Cod. omisso ὑπὸ quod alii aliter supplere conati sunt. ὑπὸ habet *Warton*; nec aliter *Herelius* emendabat. *Theocrit.* VII. 99. παιδὸς ὑπὸ σπλάγχνοισιν ἔχει πόθον. In hoc versu aliquid ad sensus integritatem desiderabat *Wyttenbach.* in Bibl. crit. Vol. I. 2. p. 32. κἤμοί ἐστιν foret, *et mibi licet*: at hoc minime exspectabatur, sed potius necessitatis aliqua significatio. Corrigit itaque Vir doctissimus: κἤμοί τοι καλὸν ἐστιν — *decet me puerum in visceribus, in intimo pectore, celare.* *Euripid.* Androm. 1054. οὐδ' ἐμοὶ καλὸν κρύπτειν, ἐν οἷσπερ οὖσα τυγχάνω κακοῖς. — V. 4. μὴ καὶ λάθῃ. Vat. Cod. In Vossiano μαὶ, in marg. με. *Warton.* μήγε λ. dedit, ex emendatione sua, ut videtur. — Pro βαλὼν apographa quaedam λαβὼν et παῖδα. Utrumque male. βάλλειν pro ἐπιβάλλειν iterum dixit Ep. XLIV. 5.

[redacted]

XLI. Vat. Cod. p. 579. Protulit *Warton* ad Theocr. T. II. p. 84. *Klotz* in Musa puer. p. 58. Cf. *Schneider.* Per. crit. p. 41. et 113. (*Manso* nr. XIII. p. 10.) In hoc quoque carmine suum de Jove timorem significat. — V. 1. ἐναντίος conj. *Schneider.* probante *Beckio* de Interpr. V. S. p. LXXXV. not. c. Vide, quae diximus ad Ep. XXXIV. 3. — In Vatic. membranis pro εἴ σε exstat εἰς ἐμέ· quod e nullo apogr. enotatum video. Seq. versu ἁρπάξειν apogr. Lips. Wart. Nostrum est in schedis Vinar. et Lacroz. Ad sensum comparandus *Longus* L. IV. p. 115. ed. Vill ποιμὴν ἦν Γανυμήδης, καὶ αὐτὸν ὁ Ζεὺς ἥρπασε. Μὴ καταφρονῶμεν παιδὸς, ᾧ καὶ αἶγας, ὡς ἐρῶντος, πειθομένας εἴδομεν· ἀλλ' εἰ ἔτι μένειν ἐπὶ γῆς ἐπιτρέψουσι τοιοῦτον κάλλος, χάριν ἔχωμεν τοῖς Διὸς ἀετοῖς. — V. 4. βάλω membranae. *Klotz* τήλεις, quod in apogr. suo esse ait; sed falso. Perspicue in schedis Vinar. ζήλοις scribitur. *Warton* sic edidit· σύ σε βαλῶ· ζυλοῖς. inepte. *Schneide-*

[redacted]

XLII. ¶. 14.] Vat. Cod. p. 591. Prius diſtichon exhibuit *Alberti* ad Heſych. in ταρσοῖς. Cupidinem Myïſci amore flagrantem fingit. Eundem deum ſuis flammis cruciatum habes in Anthol. Lat. T. I. p. 16. Similem nobis Cupidinis imaginem ob oculos ponit *Ovid.* III. Amor. IX. 7. in deſcriptione funeris Tibulli:

Ecce puer Veneris fert everſamque pharetram,
Et fractos arcus et ſine luce facem.
Adſpice, demiſſis ut eat miſerabilis alis,
Pectoraque infeſta tundat aperta manu.

V. 1. φρενολῃστά. *Quintus Maec.* Ep. IX. εὐφροσύνας ὑβριστὰ, φρενοκλόπε, λῃστὰ λογισμοῦ. Pro ἄγρια membranae ἀχρεῖα exhibent; illud *Alberti* habet. Utriusque vocabuli confuſi exemplum dedi in Exercit. crit. T. II. p. 104. ſq. — διφυῆ ταρσόν. Sic *Poſidippus* Ep. XIII. de tempore: τί δὲ ταρσοὺς ποσσὶν ἔχεις διφυεῖς. ταρσῷ τῶν πτερῶν *Aelian.* H. A. II. 1. Vide *Oudendorp.* ad Appulej. Metam. V. p. 366. *Euſtath.* in Od. α. p. 349. 34. — V. 3. ὁ δύσμαχος. Ipſi Amori τὸ ἄμαχον et ἀμήχανον, *vis illa, cui reſiſti nequit*, tribuitur. *Sappho* ap. Hephaeſt. p. 24. γλυκύπικρον ἀμάχανον ὄρπετον. Huc ad pulcros transfertur. κόρη ἀπρόσμαχος τὸ κάλλος *Heliodor.* VIII. p. 400. κάλλος ἄμαχον multi dixerunt. Exempla collegit *Abreſch.* in Lect. Ariſtaen. p. 146. — V. 4. παθὼν ἔμαθες. Commentarii loco ſunt *Ariſtaeneti* verba L. I. X. p. 23. de Acontio, pulcro puero et a multis amato: ἔδει γοῦν τὸν καλὸν, τοσούτους τετοξευκότα τῷ κάλλει, μιᾶς ἀκίδος ἐρώτων πειραθῆναί ποτε, καὶ γνῶναι σαφῶς, οἷα πεπόνθασιν οἱ δι' αὐτὸν τραυματίαι. Auctor Epigr. inter ἀδέσπ. CCLXVII. in Amorem ob Anterote vulneratum: ὥς κε πάθῃ, τά γ' ἔρεξεν· ὁ δὲ θρασὺς, ὁ πρὶν ἀταρβὴς, Δακρύει, πικρῶν γευσάμενος βελέων. *Xenoph. Epheſ.* L. 9. p. 15. ἀπὸ τῶν ἐμαυτῆς κακῶν, ἃ πέπονθας, οἶδα. τῷ πάθει μανθάνειν dixit *Aeſchyl.* Agam. 165. Si plura vis, adi collectanea *Wetſtenii* ad N. T. II. p. 401. ſq.

[redacted]

XLIII. Vat. Cod. p. 592. sq. In Cod. Lipſ. huic carmini nexum eſt Epigr. ἀδέσπ. XXXV. Edidit *Warton* ad Theocr. II. p. 263. Poſterius diſtichon excitavit *Valcken* ad Hipp. p. 201. Cf. *Schneider.* Per. crit. p. 97. (*Manſo* nr. XV. p. 10.) Myïſci laudem praedicat, et in hoc puero ſuavitatem cum amaritudine mixtam eſſe ait. — V. 2. καὶ χαρίεις τὶν ἔχω. Vat. Cod. et ſic fere apogr. Lipſ. *Warton* ſic edidit, ut *Br.* habet. *Schneiderus* conj. καὶ χαρίεις μοὶ ἔχω οὐχὶ φ. π. *Tibullus* I. IV. 9.:

Fuge te tenerae puerorum credere turbae:
Nam cauſam juſti ſemper amoris habent.

V. 3. καλός. Fere ut *Callimach.* Ep. I. 5. σὺ δὲ ναιχὶ καλὸς καλός. — Pro εἰ δ' ἀνιηρὸς, quae Codicis eſt lectio, *Br.* in Anal. ἦν δ' ἀ. dederat; cujus mutationis ipſum poſtea poenituit. — τὸ πικρόν. Ex variis locis Comici, quae *Schneiderus* comparavit, unum adſcribam, ex Veſp. v.

[redacted]

οὗτος γὰρ ὤνήρ, ᾗ μάλιστ' ἐκάμνομεν,
λιμὴν πέφανται τῶν ἐμῶν βουλευμάτων.
ἐκ τοῦδ' ἀναψόμεσθα πρυμνήτην κάλων.

De locutione πρυμνήσια ſive πείσματα ἀνάψαι conſule *Valcken.* ad Hippol. p. 246. A. — V. 4. Discrepant apographa, καὶ μὰ σὸν et καὶ μὰ τὸ σὸν exhibentia; *Spanhemius*, qui verſ. 3 — 6 protulit ad Callim. H. in Cer. p. 785. etiam pejus καὶ μὴ σὸν. — V. 5. Hic quoque apogr. a membranarum lectione, quam *Br.* exhibet, varie recedunt. ἦν σὺ ἄννεφες. Lipſ. ὄδερεφες. Wart. συννεφὲς pro σκυθρωπὸν poſitum illuſtrat *Ruhnk.* ad Rutil. Lup. p. 122. Poſt *Lambinum* ad Horat. Epiſt. I. 18. 94. p. 218. exemplorum ſylvam congerentem, has elegantias tractavit *Valcken.* ad Phoeniſſ. v. 1318. et ad Hippol. p. 183. C. D. Ad ſenſum facit Epigr. ἀδεσπ. XXXI. καί ποτε μὲν φαίνεις πολὺν ὑετόν, ἄλλοτε δ' αὖτε εὔδιος ἁβρὰ γελῶν ὄμμασιν ἐκκέχυσαι. — Pro ποτὲ *Schneiderus* malebat ποτί. In ſched. Tryll. margini appictum χειμών, quo quis v. χεῖμα illuſtrare voluit. De figurato ſenſu vocis ἔαρ nonnulla dedit *T. Hemſterb.* ad Lucian. T. I. p. 52. *Manſo* comparavit *Theocrit.* VIII. 41.

XLV. Vat. Cod. p. 594. ſq. Prioris diſtichi partem protulit *Warton* ad Theocrit. II. p. 43. Integrum carmen *Klotz* in Muſa puer. p. 64. Emendavit *Schneiderus* in Per. crit. p. 57. cum quo *Br.* in omnibus conſpirat. (*Manſo* nr. XVII. p. 11.) Poëta cupiditatis impetum, quo abreptus ad Myiſci limina deducitur, tempeſtati comparat. — V. 1. δὲ ἐπὶ *Warton.* γ' ἐπὶ ſchedae Vinar. — κώμοις ἀρπαστόν. In Epigr. ſimillimo LXVII. κῦμα τὸ πικρὸν Ἔρωτος, ἀκοίμητοί τε πνέοντες Ζῆλοι, καὶ κώμων χειμέριον πέλαγος. Unde apparet, in noſtro carmine verba ἀρπαστὸν κώμοις neque cum *Manſone* de nocte tempeſtatibus infeſta interpretanda, neque cum *Beckio* (de Interpr. V. S. p. LII.) κώπαις ponendum eſſe. — V. 3. χειμαίνει δὲ βαθύς. Cod. Vat. Cf. Ep. XXIX. 3.

[redacted]

Aristaenet. L. I. X. p. 24. οὔτε θαλάσσης τρικυμίας, οὔτε πόθου κορυφούμενον σάλος εὐμαρὲς ἀφηγεῖσθαι. Similia vide ap. *Abresch.* in Lectt. p. 48. — ὅς ὅρμον δέξαι. Haec nonnunquam ita dicuntur, ut nequitia subsit, (vide *Macedon.* Ep. III.) ducta nimirum ex *Empedocle*, qui primus τοὺς λιμένας Ἀφροδίτης de natura muliebri usurpavit. Comparandum Ep. ἀδέσπ. LXV.:

εἰ τοὺς ἐν πελάγει σώζεις, Κύπρι, κἀμὲ τὸν ἐν γῇ
ναυαγὸν, φιλίη, σῶσον ἀπολλύμενον.

XLVI. Vat. Cod. p. 583. (*Manso* nr. XVIII. p. 11.) Amico Philocli aliorum puerorum usum concedens, ut ab uno Myïsco abstineat, precatur. — V. 1. Trigam puerorum, suis quemque illecebris praestantem, nuncupat. Pro τερπνὸς fortasse desideres vocabulum significationis minus generalis, quodque melius respondeat τῷ ἀπταλόχρως v. tertio. Nihil tamen reperio, quod satis-

[redacted]

[redacted]

voluptas non fit communis. Sententiam illustrat *Ovid.* in A. A. II. 682. *Quod juvet, ex aequo femina virque ferant. Odi concubitus, qui non utrumque resolvunt. Hoc est, cur pueri tangar amore minus.* — V. 1. παιδομανής. Haec ante oculos habuit *Rufinus* Ep. XIV. T. II. p. 393. οὐκέτι παιδομανὴς, ὡς πρίν ποτε· νῦν δὲ καλοῦμαι θηλυμανής. Pro ἐρῶντι membranae ἔρωτες legunt. — V. 2. „Observandum hic est verbum ἀνδροβατέω, quo „carent Lexica. Verbale nomen est ap. Hesychium: „παιδοπίπας· ἀρσενοβάτης· ἀνδροβάτης." *Br.* Ejusdem compositionis est αἰγοβάτης Ep. XLIX. et νωτοβατεῖν ap. *Strabon.* Ep. LXX. — Pro εἰ μὴ Vat. Cod. ἢ μὴ legit. — V. 3. Valde corruptum est hoc distichon, nec sine melioris codicis ope restituendum. In Codice non est καλλαμείβειν, sed καλὰ μένειν et παρὰ κοίτις. Sequ. versu ἐν πᾶς. Eodem fere modo apogr. Lipf. exhibet. In marg. Cod. ζήτει τὴν ἔννοιαν. Versum tertium fortasse sic emendaveris:

ἁ χεὶρ γὰρ τὰν χεῖρα· — καλά μ' εἴη παράκοιτις.

Manus enim, ut in veteri proverbio est, manum lavat. Quare pulcra mihi contingat puella, quae mecum cubet, et, dum gaudium praebet, gaudio fruatur. Paroemiam *Epicharmo* tribuit auctor Axiochi c. VI. διὰ παντὸς δὲ ἔθος ἐστὶν αὐτῷ φωνεῖν τὸ Ἐπιχάρμειον· ἁ δὲ χεὶρ τὰν χεῖρα νίζει· δός τι καὶ λάβε τι, sive καί τι λάμβανε. Vide *Gatacker* in Adverf. Posthum. c. XII. p. 516.

XLIX. Vat. Cod. p. 574. Edidit *Dorville* ad Charit. p. 40. *Valcken.* ad Ammon. p. 41. *Alberti* ad Hesych. v. Θυσάνουρος. (*Manso* nr. XLIX. p. 24.) Ejusdem cum praecedente argumenti. In Veneris castra transiens, puerilem amorem caprariis relinquit. — V. 1. Πυραυγὴς pro nomine pueri habuit *Alberti*; male. *Reiske* in apogr. sui margine οὐδ' ὁ πυρ. conjicit; quod verum puto. *Apollodorus, olim ut ignis splendidus, nunc titio.* Contulit

[redacted]

Dorvillius Horat. IV. Carm. XIII. 28. ubi vetulam *dilapsam in cineres facem* appellat. *Schneiderus* huc pertinere censebat glossam *Hesychii:* Δαλλώ. ἡ ἀπόπληκτος. οἱ δὲ, τὴν ἔξωρον παρθένον ἢ γυναῖκα καὶ πρεσβυτέραν, ὅταν συμπαίζῃ ταῖς παρθένοις· ὑπερήλιξ. — V. 3. δασυτρώγλων λασταύρων. *Eustath.* Il. p. 359. 45. ὅτι δὲ καὶ λασταύρους τοὺς πάσχοντας, ὡς οἷον λασιοταύρους· ἤγουν δασεῖς τὸν τοιοῦτον ταῦρον. Significationem hujus vocabuli, quo *catillonem* notabat populus, attigit *Hesych.* v. et *Casaubon.* ad Athen l. I. c. VIII. p. 28. δασυπύγους vocat *Theocrit.* Eid. V. 113. Hinc pro convicio vulgo usurpatum; ut ap. *Alciphron.* L. I. 37. p. 170. ubi vide *Bergl.* — δασυτρώγλων illustrabit *Strato* Ep. XCVII. — V. 4. αἰγοβάταις. Huc facit *Lucianus* D. D. XXII. p. 272. ubi Pan ἐρωτικὸς, inquit, εἰμὶ, καὶ οὐκ ἂν ἀγαπήσαιμι συνὼν μιᾷ. Ad quae Mercurius, ταῖς αἰξὶ δηλαδὴ ἐπιβαίνεις; αἰγιβάτην πολιὸν [redacted]

V. 2. βάλλειν. *Suid.* λαμυροῖς ὄμμ. *loquacibus oculis.* Cf. *Tibull.* I. 2, 21. λαμυρόν. εὔλαλον. εὐτράπελον. καταπληκτικόν. πειρατικόν. *Suid.* Ep. LXXVI. ἤγρευται λαμυροῖς ὄμμασι Τιμαρίου. ¶. 16.] V. 3. Hic et v. 5. Vat. Cod. et Planud. οὐ legit, interrogandi nota in fine enuntiationis posita. οὔ igitur utroque loco ex *Dorvillii* emendatione est. — κοινά. *igni et ferro ex aequo juncta.* In fine vers. Cod. Vat. ξίφεσι. recte. — V. 5. Ipsa Venus gravis et metuenda, quippe quae ex maris undis enata sit. *Tibull.* I. El. II. 39. *Quicunque loquax, is sanguine natam, Is Venerem e rapido sentiet esse mari.* *Lucianus* T. III. p. 501. duplices esse Amoris καταγωγὰς docens, τὴν μὲν, inquit, θαλαττίου τινὸς Ἔρωτος παράφορόν τε καὶ ἀγρίαν καὶ κυμαίνουσαν ἐν ψυχῇ, Ἀφροδίτης πανδήμου κλύδωνα. Jam maris ferocitas in proverbium abiit. *Euripides* Hippol. 305. πρὸς τάδ' αὐθαδέστερος γίγνου θαλάσσης. *Ovid.* Heroid. III. 133. *Sis licet immitis matrisque ferocior undis.* — ἀνέμων μάστιξι. Ut ap. *Musaeum* v. 296. χειμέριοι πνείοντες ἀήται στυφέλιζον κῦμα Λαίλαπι μαστίζοντες ὅλην ἅλα. — V. 10. Ἄρεως αἱματόφυρτα β. Cod. Vat. et in marg. στέρξειν ἴσον ἄρεως δ' αἱματόφυρτα β.

LI. Cod. Vat. p. 112. Anthol. Planud. p. 470. St. 611. W. (*Manso* nr. XVI. p. 27.) Et hoc de Cupidinis moribus, qui conviciis nutritur, et injuriis gaudet. — V. 1. τί δὲ πλέον omisso τὸ Wechel. operarum vitio. Formulam illustrarunt *L. Bos* in Animadv. p. 20. *Dorvill.* ad Charit. p. 340. — V. 3. κακισθεὶς ἥδεται. *Propert.* I. El. XII. 15. *Felix, qui potuit praesenti flere puella! Nonnihil adspersis gaudet Amor lacrymis.* *Oppian.* Hal. IV. 16. δάκρυ δέ σοι προβαλεῖν λαρὸν γάνος, ἠδ' ἐσακοῦσαι Ευσσόθεν οἰμωγήν. — Sq. versu Florent. edit. vitiose λειθωρα. — V. 5. δέ μοι. Planud. et Cod. Vat. Hic etiam γλυκοῖο, et sq. versu Κύπρις ὑπερτέτοκας. Colorem Meleager duxisse videtur ex *Antip. Sid.* Ep. V. *Anthol. Lat.*

II. CCLVIII. *Quis locus insidiis dabitur mihi tutus ... Frigore concreta si latet ignis aqua?*

LII. Cod. Vat. p. 113. Anthol. Plan. p. 471. St. ... Wech. (*Manso* nr. LVIII. p. 27.) Poëta, dum ... accensus Cupidini vincula minatur, mox periculi, ... sibi paraturus sit, memor, eidem vagandi libertatem permittit. Ex erotico fortasse poëta ductum, quod *Lucianus* habet in D. D. XI. p. 232. ubi Venus de filio questa, ὥστε πολλάκις, inquit, ἠπείλησα, εἰ μὴ παύσεται τοιαῦτα ποιῶν, κλάσειν μὲν αὐτοῦ τὰ τόξα καὶ τὴν φαρέτραν, περιαιρήσειν δὲ καὶ τὰ πτερά· ἤδη δὲ καὶ πληγὰς αὐτῷ ἐνέτεινα εἰς τὰς πυγὰς τῷ σανδάλῳ. *Tibullus* II. 6. 15. *Acer Amor, fractas utinam, tua tela, sagittas Ilicet exstinctas adspiciamque faces! Tu miserum torques.* — V. 2. Σκυθικὴν φαρ. Nota Scytharum in arcu tractando peritia. *Schol.*

[redacted]

ὡς δὲ λίαν ἦν θρασὺ; καὶ σοβαρὸς, ἀποκόψαντες αὐτοῦ τὰ πτερὰ — δεῦρ' αὐτὸν ἐφυγάδευσαν. — Initio versus Planudea εἰ γὰρ legit; quod in ἤ γὰρ mutavit vir doctus in marg. Cod. Scalig. teste *Huetio* in Not. p. 46. Nec aliter est in Vat. Cod. — V. 7. Καδμεῖον κράτος. Quamvis veteres hac paroemia in varios sensus usi sunt, maxime tamen ἐπὶ τῶν ἀλυσιτελῶν usurpatum, ut ait *Eustathius* ad Il. p. 373. 36. et *Pausan.* IX. 9. p 729. καὶ ἀπ' ἐκείνου τὸ σὺν ὀλέθρῳ τῶν κρατησάντων Καδμείαν ὀνομάζουσι νίκην. Hoc sensu passim occurrit ap. *Diodor. Sicul.* L. XI. 12. p. 413. Eclog. ex L. XXII. T. II. p. 495. ubi vid. *Wesseling.* — In fine versus Planudea παρ' οἶκον. Et sic quoque Vat. Cod. Junxit haec vocabula Vir doctus in marg. Cod. Scalig. teste *Huetio.* — θῆρα παρ' αἰπολίοις. *Ovem lupo committerem*, ut ait *Terent.* in Eunuch. V. 1. 16. Eadem ratione a veteribus dictum: πρὶν καὶ λύκος ὄϊν ποιμανεύσει, apud *Diogen.* Cent. VII. 63. — In Planudea vero et Cod. Vat. non θῆρα, sed λύγρὰ exstat; nec, unde emendata sit vitiosa lectio, a *Br.* indicatum. — V. 9. λαβών. Non alis tantum, sed, si fieri potest, etiam talaribus sumtis aufuge, et *alio trajice tela tua*, ut *Propertius* loquitur II. El. IX. 18. — Pro δυσνίκητε, quae est Vat. Cod. lectio, Planudea δυσκίνητε legit.

LIII. Cod. Vat. p. 119. Anth. Plan. p. 471. St. 613. W. (*Manso* nr. LV. p. 26.) Poëta, se dies noctesque a Cupidine infestari, conqueritur. — V. 1. δόνει. Dicere videtur, se nihil audire et accipere, nisi quae ad amores suos spectent. *Burmannus*, qui hos versiculos recte admovit loco *Propertii* L. I. El. XII. 5. *Nec mihi consuetos amplexu nutrit Amores Cynthia, nec nostra dulcis in aure sonat.* Male tamen de illa veterum opinione, qua aures absentium tinnire credebant, interpretatur. — Vers. sq. σῖγα ed. Flor. Oculi prae desiderio nunquam non lacrymas fundunt. Eleganter δάκρυ φέρει πόθοις, ut libationem Amoribus oblatam. Videtur autem Πόθοις

ſcribendum. — ¶. 17.] V. 3. ἐκοίμισεν Edit. Flor. ἐκοίμανεν Vat. Cod. Cf. Epigr. XXVI. 5. — γνωστὸς τύπος. Hinc *Paulus Silent.* Ep. XXVII. 4. γνωστὸν ἔχω ψυχῇ σῆς τύπον ἀγλαΐης. Utrumque ductum ex *Anacr.* Od. LV. qui amantes peculiarem quandam notam, qua cognoſcerentur, habere dicit: ἔχουσι γάρ τι λεπτὸν ψυχῆς ἔσω χάραγμα. τύποι autem in his dicuntur, quae alibi ſunt ἴχνη, μώλωπες. De verberum ſignis et veſtigiis *Athen.* XIII. p. 585. C. τοὺς τύπους τῶν πληγῶν ἰδοῦσα. Omnes autem animi perturbationes veſtigia quaedam animis impreſſa relinquere, philoſophorum erat opinio, quam multis illuſtravit *Wyttenbach.* ad Plutarch. de S. N. V. p. 111. Apprime huc facit *Plutarch.* ap. Stob. LXII. p. 401. ἂν δὲ καὶ λήξῃ (ὁ Ἔρως) καὶ διαλυθῇ χρόνῳ μαρανθεὶς, οὔπω παντάπασιν ἐξαπήλλακται τῆς ψυχῆς, ἀλλ' ἐναπολείπει πυρίκαυτον ὕλην καὶ σημεῖα θερμὰ, καθάπερ οἱ κεραυνοὶ τυφόμε- [redacted]

LV. Vat. Cod. p. 580. Edidit *Dorvill.* ad Charit. p. 201. et *Pierson* ad Moer. Att. p. 472. (*Manso* nr. LIII. p. 25.) Animam monet, ne vulnus, quod jam in cicatricem coire coepiſſet, flammamve amoris, ſub cinere latentem, irritet. Recte *Manſo* monuit, vituperandam eſſe poëtae inconſtantiam, qui animam primo diſticho ut telo Amoris ſauciam, altero igne combuſtam, tertio denique ut ancillam fugitivam compellaverit. — V. 1. δυσδάκρυτε. Formatum vocabulum ad analogiam τοῦ δυσέρως et *miſere lacrymantem* ſignificat. — πέπανθέν. Sic membranae, non πεφανθὲν, ut in quibusdam apographis legitur. *Achilles Tat.* V. 8. p. 200. χρόνος πεπαίνει τῆς ψυχῆς τὸ τραῦμα. πεπαίνεται. μαλάσσεται. πραΰνεται. *Heſych.* — ἀναφλέγεσθαι proprie dicitur ardens vulneris dolor, tum ipſum vulnus recrudeſcens. *Clemens Alex.* Paed. L. II. p. 178. 23. καὶ τῆς ψυχῆς τὸ τραῦμα φλεγμαίνειν ἀναγκάζει τὸ σῶμα. *Achill. Tat.* VIII. 12. p. 349. κατὰ μικρὸν δὲ τὰ τραύματα ἀμφοῖν ἐξάπτεται. *Plutarch.* T. II. p. 165. E. φλεγμοναὶ περὶ τραύματα καὶ νομαὶ σαρκός. Ad ſenſum facit *Ovid.* in Rem. Am. 623. *Vulnus in antiquum rediit male firma cicatrix.* et 729. *Admonitu refricatur amor; vulnusque novatum ſcinditur.* — V. 3. φίλ' ἄβουλε dedit *Dorville* contra Cod. fidem, ut poëta ſic compellet τὴν ψυχὴν, ſe ipſum reſpiciens. Prava emendatio. φιλάβουλος eſt ap. *Antipatrum Sid.* Ep. XLIII. Similia collegit *Manſo.* — V. 4. ὑπολαμπόμενον *Dorville* ex Vat. cod. Noſtrum debetur ſagacitati *Pierſoni.* Cf. Ep. IV. 4. *Callimach.* Ep. VI. 1. 2. Ep. inter ἀδέσπ. XVII. 3

Ἀντίπατρός μ' ἐφίλησ' ἤδη λήγοντος ἔρωτος,
καὶ πάλιν ἐκ ψυχῆς πῦρ ἀπέσβεσε τέφρης.

V. 5. λίθαργος. ἐπιλήσμων. *Heſych.* quo ſenſu hac voce uſus eſt *Menander*, teſte *Phrynicho* p. 76. — Pro εἴ σε Cod. Vat. εἰσεὶ habet, quod *Dorvill.* emendavit. — V. 6. δραπέτιν. Ut fugitivam animam tractat *Callimach.* Ep. IV. ἀνθέσθω πολλάκι, τὴν δρηπέτιν μὴ ὑποδέχεσθε, νέοι.

[redacted]

LVI. Vat. Cod. p. 586. ex quo edidit *Dorvill.* ad Charit. p. 88. Quaedam in eo emendavit *Reiskius* Misc Lipf. IX. p. 91. (*Manso* nr. LIV. p 26.) Abjecto omni, quod paulo ante ceperat, prudentiore confilio, poeta fe ad comiffationem parat. Egregium carmen propter vim cupiditatis vivide expreffam. Alloquitur autem poëta, quod bene monuit *Dorvillius*, partim famulum, partim cum animo fuo fermocinatur: illi dans mandata; cum hoc rerum rationem iniens. Compar. inter ἀδέσπ. Ep. XXIV. et XXV. — V. 1. τόλμα. Vat. Cod. cum ap. Lipf. τολμῶν *Dorvill.* qui cum *Guyeto* τολμᾶς corrigendum putabat. — Seq. verf. Codex vitiofe τὸν ἔχεις φ. — βεβλήσθω κύβος. *Adibo periculum; alea jacta fit.* ἄπτε. Ad puerum: *I, facem accende,* quam mihi praeferas. Tum fe ipfum, non fine admiratione quadam, interrogat: *Quid agis, vinofe? quae te abripit temeritas?* — V. 3 ποῖ Vat. Cod. Dorv. Lipf. — τι δ'; *quid? num*

[redacted]

losophis, qui amore succubuerint: τὸ μετάρσιον ἐπάγγελμα ἐψεύσαντο· ἅπαντα φροῦδα τὰ πρὶν αὐτοῖς μεμελετημένα πρὸς ἄσκησιν. — V. 5. ὁ πολὺς φθόνος. Sched. Tryll. Hinc in Ep. Inc. IX. τηκέσθω Μουσέων ὁ πολὺς πόνος. Laudat hoc distichon *Valcken.* ad Ammon. p. 143. — Postrema conf. cum Ep. XXXVII.

LVII. Cod. Vat. p. 587. Nemo, quod sciam, ante *Br.* edidit. (*Manso* nr. CXIII. p. 47.) De Bacchi cum Amore consortio. Conqueritur de Bacchi perfidia, quod aliorum secreta revelet. — V. 1. In Anal. ἄγεο exscriptum; quod *Br.* in Lect. emendavit. ἄγεο ab ἡγέομαι. *Perferam tuam ferociam; comissationem incipe; nec vero, ne Deus mortalia pectora regas.* — ἀνιοχεῖ Cod. Vat. quod et ipsum ferri possit; sed melior est Brunckiana lectio. De verbo v. ad Ep. III. 2. — Pro θνατὸν Apogr. Lips. θέσταν. *Aristaenet.* L. I. 17. p. 44. θνητὸς ὢν πολλάκις ὑπηρέτηκα θεῷ. — ¶. 18.] V. 3. ἐν πυρί. Cf. Epigr. CXIII. *Ion Chius* Bacchum ἥδιστον πρόπολον βαρυγδούπων Ἐρώτων vocat ap. *Athen.* L. II. p. 35. A. *Ovid.* A. A. III. 762.- *Cum Veneris puero non male, Bacche, facis.* *Plinius Sec.* in Anthol. Lat. I. XXIII. *Ardenti Baccho succenditur ignis Amoris; Nam sunt unanimi Bacchus Amorque Deus.* — V. 4. Cum amor jam fere exstinctus, inter bibendum in poëtae animo iterum incaluisset, Bacchum accusat, quod se, ejus fidei creditum, Amori in vincula tradat. Hanc *Meleagri* mentem esse, nullus dubito; sed verba minus sunt perspicua. Desideratur in hoc versu sententiarum nexus, quem fortasse restitueris sic:

τῷ με πάλιν δήσας τὸν σὸν ἄγεις ἱκέτην,

cui tu me, me, inquam, tibi supplicantem, adducis, postquam me vinxeras. — Seq. versu inepte legitur προδότας καὶ πιστός. Non video, quo jure πιστὸς vocari possit is, qui aliorum secreta prodit; nec referri potest ad verba

[redacted]

τοὺς δ' ὄργια κρύπτειν αὐδῶν· qui enim sua secreta servari jubet, aliis quidem fidem imponit, ipse vero propterea πιστοῦ nomen non meretur. Minima igitur mutatione correxerim:

ἢ προδότας κρύπτοντας ἔφυς.

Arcana amantium reserare Bacchum dicit *Asclepiad.* Ep. X. *Horat.* Epod. XI. 19. *Simul calentis inverecundus deus Fervidiore mero Arcana promorat loco.*

LVIII. Vat. Cod. p. 589. Edidit *Ruhnkenius* ad Tim. p. 249. ed. nov. (*Manso* nr. LIX. p. 28.) Ad animam: sua ipsius culpa fieri, ut gravissimis ab Amore cruciatibus afficiatur. Animam poëta alatam fingit, secundum Platonicum phantasma, quod etiam sculptores et pictores secuti sunt. Rem explicuit Auctor Libri *Explications de divers monumens singuliers, qui ont rapport à la religion des plus anciens peuples.* à Paris 1739.

[redacted]

tat ad *Hesych.* v. λιπόβιοι. λιπόπνους. pro *exstincto* utitur *Antip. Sid.* Ep. XLIII. ἁ δὲ λιπόπνους κέκλιται. *Aemilianus* Nic. Ep. I. ἤδη γὰρ ξιφέεσσι λιπόπνοος. et alii. — μύροις. Unguentum lucernis pro oleo affundebatur nonnunquam. — V. 7. „σὺ δ' ἄρτι μὲν ἐκ πυρὸς αἴθῃ. Sic perspicue scriptum in optimo apographo Bibl. Buherianae, „et in aliis, quos vidi, omnibus. ἐν πυρὸς αἴθῃ cl. *Ruhnkenius*, ubi subaudito verbo εἶς, ὑπάρχεις, αἴθη est nomen substantivum idem significans quod αἶθος. Sed „nescio an aliunde confirmari possit exemplo.“ *Br.* — V. 9. τὸν ἄτεκνον. Cod. Vat. quod egregie emendavit *Ruhnken.* Ἔρως ἄτεγκτος Amor, qui *nunquam mitescere discit* ap. *Virgil.* Ecl. X. 61. καὶ θῆρες ἄτεγκτοι Meleag. Ep. XCIII. — ἐν κόλποισιν. Amorem, tibi infestissimum, ipsa in sinu nutrivisti, ut rusticus ille serpentem, pastor lupum. Creon ap. *Sophocl.* in Antig. 531.:

σὺ δ', ἣ κατ' οἴκους, ὡς ἔχιδν', ὑφημένη
λήθουσά μ' ἐξέπινες, οὐδ' ἐμάνθανον
τρέφων δύ' ἄτα.

ὄφιν θάλπεις, proverbialiter dixit *Philostr.* in Vit. Apoll. IV. 25. p. 165. Confer Ep. Inc. CCCCXXII. — In fine pentametri Cod. Vat. τρέφεται exhibet. Nostrum reperitur in marg. apogr. Lips. — V. 11. ἄλλαγμα τροφείων. *Jam vide, qualia tibi persolvat nutricia.* Facit huc paroemia de ingratis usurpata, κριὸς τὰ τροφεῖα vel κριὸς τροφεῖα ἀπέτισεν, ap. Zenob. Cent. IV. 63. ubi vid. *Schott.* θρεπτήρια etiam vocantur, quae pro educationis cura persolvuntur. Vide ad Ep. LXXII. — V. 13. φέρε τὸν πόνον. *Perfer et obdura.* *Ovid.* III. Am. XI. 7. — ὀπτῷ μέλιτι. Vide ad Ep. XXV. 4. — πιομένη V. D. hoc quoque loco volebat. Cf. *Schneider* Per. crit. p. 85.

LIX. Vat. Cod. p. 96. Edidit *Reiske* in Misc. Lips. IX. p. 123. nr. 299. Hinc *Toup.* Ep. crit. p. 80. ed. Lips. (*Manso* nr. LI. p. 25.) Ludere poëtam in duplici

ſignificatione vocis *ψυχή*, quae [illegible] et [illegible] quandam ſignificat, notavit *Toup.* l. c. et *Schneiderus* in [illegible] crit. p. 9. *ἐν περὶ* [illegible] dicitur illa, quando [illegible] flammam perfert, haec, quando lucernas circumvolitat, non ſine gravi alarum damno. Cf. *Salmaſ.* ad Scr. Hiſt. Aug. T. I. p. 157. ſq. Vocabatur hoc [illegible] etiam *πυραύστης* — [illegible] — [illegible] *Aelian.* H. A. XII. 8. ubi *Schneiderus* inter alia laudat *Aeſchyli* verſum: [illegible] *πυραύστου μόρον.* — V. 1. [illegible] conj. *Salmaſ.* [illegible] V. 2. *ἔχεις.* Vat. Cod. Vitium ſuſtulit *Reiske.*

LX. Vat. Cod. p. 112. Edidit *Ruhnken.* in Ep. crit. I. p. 73. *Reiske* in Miſcell. Lipſ. IX. p. 315. nr. 344. (*Manſo* nr. CI. p. 43.) In meretriculam poëta invehitur, quam totam noctem Veneri et Baccho litaſſe,

[redacted]

[redacted]

ſignificare voluit oculos graves, quod per totam noctem vigilaſſent, i. e. ἀγρύπνους· nec diverſa ſunt inter ſe ὄμμα ἄγρυπνον et ὄμμα βεβαρημένον ὕπνῳ, quod ipſum uſurpavit auctor incert. Epigr. inter ἀδέσπ. CCLXXXV. ut νυμφίῳ βεβαρημένων ὕπνῳ *Statyll. Flacc.* Ep. XI. Putabam, *Meleagrum* dediſſe:

μηνύει ἄγρυπνον βρομίῳ βεβαρημένον ὄμμα.

ex Epigr. ἀδεσπ. DXXV. ubi Anacreon, ὄμμα δέ μευ, inquit, Βρομίῳ βεβαρημένον, ἠδ' ἀπὸ κώμων, Τερπνὰ φιλαγρύπνων σήματα παννυχίδων, quod ad noſtrum locum proxime accedit. Prodit te oculus *et ſomno et heſterna crapula gravis*, ut *Seneca* loquitur Epiſt. CXXI. *Homerus* Od. τ. 122. βεβαρηότα με φρένας οἴνῳ. *Ariſtides* p. 329. οἱ δὲ ἥκον οἴνῳ βεβαρηότες. Similia collegit *Wetſtein* ad S. Lucam XXI. 34. p. 801. et *Fiſcher* ad Anacr. LII. 18. p. 192. In hac támen lectione, quamvis probabilitate non deſtituta, vix acquieſcere licet, ſi, quantum interſit inter μὲν Θεοῦ et βρομίῳ, ſpectas. Propius ad Codicis lectionem accederet, quamvis minus elegans:

μηνύει ἄγρυπνον ΛΗΜΗι βεβαρημένον ὄμμα.

Vide *Suidam* v. λήμη. Inprimis comparandus *Rutilius Lupus* de Fig. p. 101. *Nam ſimul atque ex prioris diei nimia cibi ac vini ſatietate, vix meridiano tempore, plenus crapula eſt experrectus, primum oculis mero marcidis, humore obcoecatis,* VISCO GRAVIDIS, *lucem conſtanter intueri non poteſt.* ut h. l. conſtituit *Ruhnken.* quem vide p. 103. — V. 4. ἀμφικόμοισι junctim Vat. Cod. — σφιγκτὸς μίτος. *Aſclepiades* Ep. X. σφιγχθεὶς οὐκ ἔμενε στέφανος. *Paul. Sil.* Ep. XXXIV. κεκρύφαλοι σφίγγουσι τεὴν τρίχα. — ¶. 19.] V. 5. ἔσκυλται. *Ovidius* III. Amor. XIV. 33. *Cur plus quam ſomno turbatos eſſe capillos, Collaque conſpicio dentis habere notam.* Conſule *Ruhnk.* Ep. crit. p. 73. ſqq. — γυῖα σκυλευτά. Sic *M. Argent.* Ep. XVII. ἐκ βραχίων γυῖα σκυλευόμενον. — πέφυρμ. ὑπ.

Philostratus II. Icon. 4. πέφυρται δὲ ἡ κόμη. — V. 7. γυνὴ *Reisk.* — *Te pectis vocat, comissationum socia.* De πηκτίδι disputabimus ad *Comicae Schol.* Ep. III. T. III. p. 14. — κροτάλων πάταγος. Huc facit elegans fragm. ap. *Hephaestionem* p. 40. Γαλλαὶ, μητρὸς ὀρείης φιλόθυρσοι δρομάδες, Αἷς ἔντεα παταγεῖται καὶ χάλκεα κρόταλα. Mulieres crotalistriae simul crotalum quatiebant et saltabant. Vide *Salmas.* ad Scr. H. Aug. T. II. p. 822.

LXI. Vat. Cod. p. 114. Edidit *Reiske* Misc. Lipf. IX. p. 319. nr. 346. *Wyttenbachius* in Bibl. Crit. Tom. I. P. II. p. 29. hoc et sequens Epigr. pro uno habenda censebat, eaque ita jungi volebat, ut posterius priori anteponeretur. Sic exhibuit *Manso* nr. LXIV. p. 30. probante *Beckio* in Diss. de Interpr. V. S. p. CIX. n. y. Poëta Dorcadem ancillam ad puellam mittit cum mandatis; sed dum alia aliis addit, ancillam ecce prosequi- [redacted]

„VII. 1. *omnia illa prima, quae etiam tuis literis in coe-„lum ferebas*, ἐπίτηκτα *fuerunt. Quam non est facilis „virtus! quam vero difficilis ejus diuturna simulatio!* — „Hinc manifestum est, ἐπίτηκτα non *caduca*, sed *simulata* „significare. In Planudea sine sensu et contra metrum „ἐπίκτητα." *Br.* Nec aliter in Cod. Vat. exstat. Eadem ratione peccatum esse puto ap. *Plutarchum* T. II. p. 65. B. ubi de discrimine adulatoris et amici agens, ὅταν οὖν, ait, ἐλαφρὸς ὢν καὶ ἐπίτηκτος καὶ ἀπατηλὸς, ἐγγύθεν ἀντεξετάζηται πρὸς ἀληθινὴν καὶ ἐμβριθῆ φιλίαν καὶ σφυρήλατον κ. τ. λ. Vulgo ἐπίκτητος legitur; idque *Wyttenbachio* suspicionem non movisse miror.

LXIII. Vat. Cod. p. 115. εἰς ἐπίορκον ἑταίραν. Edidit *Reiske* in Misc. Lips. IX. p. 322. nr. 348. (*Manso* nr. CII. p. 43.) Puellae, quam cum alio cubantem deprehenderat, perfidiam exprobrat. — V. 1. τί θεούς. *quid deos testes invocas?* — Sequ. versum expressit *Strato* Ep. LXXVI. μηκέτι νῦν ὀμόσῃς· ἔγνωκα γὰρ, οὐδ' ἐμὲ λήθεις. — V. 3. *Hoc igitur erat, quod dicebas, te solam cubare velle?* Fortasse Isidis sacra aliamve abstinentiae causam praetexens. *Ovid.* I. Amor. VIII. 74. *Et modo quae causas praebeat, Isis erit.* Cf. *Brouckhous.* ad Tibull. I. 3. 26. — Cum seq. confer Anthol. Lat. III. Ep. CCIV.:

Nempe parum casta es; nempe es deprensa; negabis?
Res venit ad lites, rursus et illa nega.

V. 5. οὐχ ὁ περίβλεπτος ἔκλαιεν κἂν μή τιδ' ἀπείδω Vat. Cod. nec aliter apogr. Lips. nisi quod ἀπείδω exhibet. Depravatissimam scripturam *Reiskius* binis conjecturis vexavit, sine successu. In contextu exhibet: κλαίω, κἂν μή σ' ἔτ' ἀπείδω. *Non ego, vir spectabilis, jam ploro, (ut olim feci) etiamsi te non conspiciam.* In notis vero: — κλαίω, κἂν μὴ ὅτι (pro μὴ ὅτι) σ' ἀπείδω. Utrumque a sensu, quem poëtam reddere valuisse probabile est, alienissimum.

Nec *Brunckiana* lectio, praeterquam quod nimis recedit a depravatae scripturae ductibus, satis commoda. Quomodo enim poeta dicere potuit, se videre puellae amantem — *καί μιν ἐσεῖδω* — quem abesse sequentia manifeste docent? Paulo melius *Manso* *ἐσεῖδον* conjiciebat. Verum ne sic quidem locus videri potest persanatus. Difficillimum mihi videtur in his tenebris veram et genuinam scripturam dignoscere; nec mihi saepius hunc locum tentanti quidquam sese obtulit, quod et a codicis lectione proxime abesset, et sensum efficeret commodum. Dicam tamen, quae mihi probabilia videantur; sic forte fiet, ut mea conamina aliis, idem tentantibus, ad verum inveniendum prosint. Primum puto, *Stratonem* Ep. LXXVI. vel *Meleagrum* secutum esse, vel utrumque antiquiorem quendam poëtam expressisse. Ipsum carmen adscribam, ut imitatio appareat:

verſu: *οἶδ᾽, ὅτι βούλει* (i. e. *βούλῃ*) *κεῖνον ὁρᾶν.* *Scio, te illum videre velle; ſic igitur vincta hic mane.* Epigr. XCV. 10. *καίτοι λίσσεσθ᾽, ἰδού, δεδακρυμένος. οὔ τι σε πωλῶ, Θάρσει· Ζηνοφίλας σύντροφος ὧδε μένε.* in quibus plane idem eſt orationis color.

¶. 20.] *LXIV.* Vat. Cod. p. 116. Exhibuit *Reiske* in Miſcell. Lipſ. IX. p. 456. nr. 351. ubi *Poſidippo* tribuitur. Erroris cauſa in aperto eſt. Lemma eſt in Cod. Vat. *τοῦ αὐτοῦ· εἰς ἑταίραν ἄσωτον, ζηλότυπον καὶ μανίας μεστήν.* Jam in membranis *Meleagri*, in Lipſ. autem apogr. *Poſidippi* carmen praecedit. Ipſe *Reiskius* retulit ad *Meleagrum* in Notit. Poët. p. 259. (*Manſo* nr. CIII. p. 44.) Poëta, dum inter comiſſationem ad puellae limina procedit, varia apud ſe conſilia agitat. — V. 1. *καλὸν φαίνουσα.* Ex *Theocrito* Eid. II. 10. *ἀλλὰ Σελάνα, φαῖνε καλόν.* — *ὀργάνιον.* Sive tibiam, ſive facem intelligit. Hoc probabilius. Vide ad Ep. LXXI. — V. 3. *φιλάσωτος.* Cf. Ep. LX. 1. Vox lexicis ignorata. — Num ſolam libidinoſam illam reperiam, an cum amante cubantem? — Sequ. verſu in Cod. ſcriptum *ἀπὸ δαομένην.* *Reiskius* dedit *ἀποδαιομένην*, nihil de varietate ſcripturae monens; ut igitur hanc lectionem in apogr. Lipſ. habuiſſe videatur. Putabat autem vir doctiſſimus, agi de meretricularum moecharumque conſuetudine, pilos circa muliebrem locum amburendi. Vide inprimis *Ariſtophan.* Lyſiſtr. 827. *ἀπεψιλωμένον τῷ λύχνῳ.* At hoc a noſtro loco alieniſſimum. *Salmaſius* conj. *ἐπαρωμένην*, *multa imprecantem*; nimirum quod ſola ſit, et amator non veniat. Hoc *Brunckio* praeſtare viſum eſt, dum melius quid excogitetur. *Manſo* Salmaſianam emendationem in textum recepit. Ejusmodi quid ſi poëta voluit, profecto malim:

λύχνῳ πόλλ᾽ ἀποδυρομένην.

multa de ſolitudine ſua ad lucernam conquerentem. Lucernis amantes curas ſuas enarrare dicuntur, ut ap.

Appulej. in Metam. p. 213. ed. *Oudend.* *Multumque cum lucerna secreto collocuta.* Nemo ignorat facetum Praxagorae cum lychno colloquium in *Aristoph.* Eccles. init. Recte autem ἀποδύρεσθαι λύχνῳ, ut ap. *Alciphr.* I. Ep XXXV. p. 154. τοῖς πεμπομένοις — θεραπαινιδίοις ἀποδύρεσθαι. Quod ap. eundem dicitur ἀποδύρεσθαι πρός τινα, l. Ep. XXXVIII. p. 182. — V. 5. Post σύγκοιτον *Reiskius* integrum distichon excidisse arbitrabatur; ejusque conjecturae subscribunt *Brunckius* et *Schneiderus.* Dubitat *Manso*; subitum esse consilium et amantis adfectui accommodatum. — στεφάνους δάκρυσιν μαρ. Ductum videtur ex *Asclepiad.* Ep. IV. αὐτοῦ μοι στέφανοι παρὰ δικλίσι ταῖσδε κρεμαστοὶ Μίμνετε — οὓς δακρύοις κατέβρεξα. Epigr. inter ἀδέσπ. XXIV. λάβε τοῦτον τὸν στέφανον, τὸν ἐμοῖς δάκρυσι λουόμενον. — Pro ἐκδήσω in Cod. Vat. ἐκδήσας legitur. Illud *Reiskius* dedit, ut oratio sibi constaret. —

[redacted]

Brunckius itaque h. v. ex ingenio explevit; ne verbo quidem lectoribus monitis. — V. sq. Cod. κρύπτεις. Quod ad sententiam attinet, similia dixit *Archias* Ep. I. εἴς με κένωσον Πᾶν σὺ βέλος, λοιπὴν μηκέτ' ἀφεὶς ἀκίδα. *Paul. Silent.* Ep. XX. ἰοδόκην γὰρ Εἰς ἐμὲ λάβρος Ἔρως ἐξεκένωσεν ὅλην. *Lucianus* in Amor. T. II. p. 398. ἔγωγ' οὖν ἅπασαν αὐτῶν (Amorum) κενὴν ἀπολελεῖφθαι φαρέτραν νομίζω, κἂν ἐπ' ἄλλον τινὰ πτῆναι θελήσωσιν, ἄνοπλος αὐτῶν ἡ δεξιὰ γελασθήσεται.

LXVI. Vat. Cod. p. 117. Planudea p. 452. St. 586. W. (*Manso* nr. C. p. 42.) Ejusdem argumenti ac praecedens. — V. 2. ὑπναπάτην. Obscurioris significationis vocabulum. *Somnum fallentem* vertit *Brodaeus*. Verum in similibus compositionibus, ut βρωματομιξαπάτη ap. *Agath*. Ep. LIII. ξενοκυσταπάτη ap. *Nicandr*. Ep. I. ἀπάτη oblectamentum et voluptatem significat. ψυχαπάτης ὄνειρος ap. Nostrum Ep. CIII. *jucundum* est *somnium*. Vide ad Epigr. II. Acceperim itaque ὑπναπάτης pro ὕπνου ἀπάτημα ἔχων, *quod somnum suavem et jucundum reddit*. Eodem vocabulo Noster utitur Ep. CII. ὑπναπάτῃ χρωτὶ χλιαινόμενος. — V. 3. Ἰλιάδος. Plan. et Cod. Vat. Juntina edit. etiam Ἰλυάδος. In marg. Codicis notatum recentiore manu: ἐγὼ νομίζω, ὅτι καὶ τὸ Ἰλιάδος ὄνομα ἑταίρας ἐστίν. — V. 4. λύχνον πιόντα μέλη. *Eichstaedt* in Diss. de Dram. Satyr. p. 67. haec eo referenda putat, quod λύχνοι dicuntur ἀδδηφάγοι. Idem tamen κλύοντα corrigendum suspicatur. At πίνειν idem dicit. Sic *aures bibere* et *imbibere* dicuntur, quae accipiunt; et *aures bibulae*, *sitienses*; quem loquendi usum illustrat *Oudendorp*. ad Appulej. Metam. p. 6. et *Burmannus* ad haec *Propertii* L. III. 4. 8. *Nunc mihi, si qua tenes, ab origine dicere prima Incipe; suspensis auribus ista bibam.* — V. 5. τραῦμα. Vitiosa haec lectio totius carminis sensum pessumdat. Quid enim? Qui tot puellarum amore laborat, num βαιὸν τραῦμα, idque in labiis habet? Quo-

[redacted]

modo autem in labiis? et quare, quaeso, *id sibi relictum esse* dicit? Praeclare hujus loci ulcus intellexit *Meinecke*, qui corrigit:

βαιὸν ἔχω τό γε λειφθὲν, Ἔρως, ἐπὶ χείλεσι πνεῦμα.

Quod sine dubio verum est. Tot amoribus excruciato poëtae tantilla pars vitae relicta est, ut, si Amor vel paullulum tormenti addiderit, ipsi pereundum sit. Qui in mortis limine constituti sunt, animam in labiis habere dicuntur; ut *Bassus* ap. *Senecam*. Ep. XXX. *Non dubitare se*, dixit, *quin senilis anima in primis labiis esset.* Idem in Herc. Fur. v. 1308. *Hanc animam levem, Fessamque senio, nec minus quassam malis, In ore primo teneo.* Amphitryonis verba sunt. Haec loca cum similibus laudavit *Gataker* in Misc. Adverf. II. 6. p. 302. — ἀποπτύσομαι. Sic parasita ap. *Alciphron*. L. III. 6. p. 290. ἔκρινα οὖν, πολυτελοῦς τραπέζης ἀπολαύσας, ἀποπτύσαι τὸ ζῆν.

[redacted]

est. Ceterum *Toupius* hoc Epigr. putabat scriptum in mercatorem quendam, qui cum Scyllam et Charybdin non ita pridem effugisset, nunc demum Scyllae mulierculae cujusdam amoribus implicitus, eundem plane cursum denuo periclitaturus esset. Sunt haec satis quidem ingeniosa, sed minus vera. Scriptum est hoc carmen in Trypheram, quam Scyllam vocat, sive propter pericula, in quae in ejus consuetudine incurrebat, sive etiam propter rapacitatem. Praeclare huc facit *Anaxilas* ap. Athenaeum XIII. p. 558. C. ubi meretricum tum temporis celebrium mores recenset: Ἡ δὲ Ναννὼ τί νῦν διαφέρειν Σκύλλης δοκεῖ; Οὐ δύ' ἀποπνίξασ' ἑταίρους, τὸν τρίτον θηρεύεται ἔτι λαβεῖν. Versus sunt tetrametri; primus laborans fortasse sic restituendus est: Ἡ δὲ Ναννὼ πολὺ τὸν νοῦν σοὶ διαφέρειν Σκύλλης δοκεῖ. Miror *Huetium*, qui in Not. p. 47. illi mulieri nec Trypherae nec Scyllae nomen fuisse pronuntiat; sed poëtam, metaphoram continuantem, Scyllae comparare puellam existimat, non tamen lapideam eam vocare, sed mollem et spirantem delicias. Qui Epigrammatariorum acumina cognita habet, non dubitabit accedere interpretationi, quam jam *Brodaeus* dedit, et proximum Epigr. egregie confirmat.

LXVIII. Vat. Cod. p. 110. Planud. p. 449. St. 583. W. Lusus in nomine Trypherae. — V. 1. νὴ τὴν (H) Planud. In pentametro Vat. Cod. μορφας et Τρυφερά, accentu perperam posito.

LXIX. Vat. Cod. p. 110. Planud. p. 470. St. 611. W. Edidit etiam *Reiskius* in Miscell. Lips. IX. p. 303. nr. 331. non ignorans tamen, in Anthologia exstare. (*Manso* nr. LX. p. 29.) Scriptum in puellam, quae secundum *Ovidii* praeceptum *comibus oculis amorem alliciebat*. III. A. A. 510. — V. 1. ά Vatic. superscripto ή. Deinde idem Cod. χαλεποῖς exhibet. Hanc lectionem, sine dubio vitiosam, *Opsopoeus* sic explicat:

Amabilis Aſclepias duris, tanquam tranquillis, i. e. *placidis oculis, perſuadendo inducis omnes ἐρωτοπλοεῖν.* Hoc eſt veterum monimenta interpretari! — Pro γαλήνας, quod membranae praeſtant, Planud. γαληναῖς legit, qua lectione admiſſa prorſus ſupervacuum erit οἷα. In *Brunckiana* ὄμμασι ſubaudiendum. Hoc merito diſplicebat *Tyrwhitto*, qui γαλήνη legendum cenſebat, in Notis ad *Toupii* Em. in Suid. T. IV. p. 422. Suavis in oculis riſus pellaciae comparatur ap. *Heliodor.* L. II. p. 166. οὐκ ἀνέχετον βλέπων, οἷον θαλάσσης ἀπὸ κύματος εἰς γαλήνην ἄρτι λεαινομένης. Puellarum Veneris origines canentium μειδίαμα γαλήνης αἴνιγμα ap. *Philoſtr.* II. Imag. I. p. 811. Minus argute *Alciphron* III. Ep. I. p. 274. βοστρύχους ἔχει βρύων οὐλοτέρους καὶ μειδίαμα τῆς θαλάσσης γαληνιώσης χαριέστερον. Aſclepias igitur dulce ridentibus oculis viros ad amorem pellicit, ut maris tranquillitas navigandi cupiditatem excitare ſolet. *Lucretius* de priſco-

etiam post *Salmasii* interpretationem, nondum satis videri expeditum. Ad verbum verti debebat: *Si Callistium nudam videris, dices: Mutata est duplex Syracusana litera.* Jam si hoc aenigmate Καλλίσχιον significare voluit poëta, sensus evadit ei, quem *Salmasius* indicavit, plane contrarius, nempe hic: Dices: illa pygarum pulcritudo, qua olim Callistium excellebat, nunc abiit et evanuit. — Ceterum Καλλίστιον meretricem commemorat *Athen.* L. XIII. p. 585. B. Pro Συρηκόσιον autem, quae est *Salmasii* lectio, Planudea et Cod. Vat. συρηκοσίων legunt.

LXXI. Cod. Vat. p. 89. Planud. p. 467. St. 608. W. sine lectionis diversitate. (*Manso* nr. CIV. p. 44.) Dubitare licet, utrum *Philodemi* sit, cui Planudes, an *Meleagri*, cui Vat. Cod. tribuit. Puella de amante perjuro conqueri videtur; nisi forte ad pueriles amores referendum est. Manifeste falsum lemma Codicis: εἰς ἑταίρων τινα. *Meleager* fortasse expressit *Asclepiad.* Ep. XVIII. — V. 1. νὺξ ἱερή. *Testes sidereae tota corona deae. Propert.* III. El. XIX. 10. λύχνε, συνίστορας. Lucerna mysteriorum in Veneris sacris testis, ut dea invocari solet. *Philodem.* XVII. συνίστορα τῶν ἀλαλήτων λύχνον. *Statyll. Fl.* Ep. III. νυχίων με συνίστορα πιστὸν ἐρώτων — λύχνον. *Conscio lumine vultus ejus adspexi. Appulej.* Metam. V. p. 369. ubi vide *Oudendorp.* Similia collegerunt Interpp. *Petronii* c. XXX. *Burmann.* ad Propert. p. 315. ubi nec nostri carminis oblitus est; et *Heinrich* ad Musaeum p. 36. sq. — V. 5. ἐν ὕδατι φ. quae irrita cadunt, aut quorum memoriam obliteratam volumus, ventis et undis tradere dicimus. *Propert.* II. El. XXI. 10. *Quidquid jurarunt, ventus et unda rapit. Ovid.* L. II. Am. XVI. 46. *Verba puellarum, foliis leviora caducis, Irrita, quo visum est, ventus et unda ferunt.* — V. 6. ἐν κόλποις. Ut *Philodemus* Ep. XX. ἡμεῖς δ' ἐν κόλποις ἥμεθα Νηϊάδος.

LXXII. Vat. Cod. p. 590. Primum distichon edidit *Alberti* ad Hesych. T. I. p. 219. et *Burmannus* ad

[redacted]

Propert. p. 162. (*Manso* nr. CVI. p. 45.) Gallo gallinaceo, qui cantando ei somnum turbaverat, mortem minatur. Expressum ex *Anacreontis* Od. XII. Nostrum ante oculos habuit *M. Argentar.* Ep. VIII. — V. 1. ὀρθροβόας. Meminit hujus epitheti, ut a recentioribus usurpati, *Eustath.* in Il. p. 1162. 1. Ejus auctorem indicat *Athen.* L. III. p. 98. E. Fictum autem ad similitudinem τοῦ ὀρθρογόη, quod est hirundinis epitheton ap. *Hesiod.* E. καὶ H. 568. Vide *Casaubon.* ad Athen. p. 194. 35. *Lucis auctores aves* gallos vocat *Propert.* IV. 2. 32. quod imitatus est *Martial.* XIV. Ep. ult. *Cristataeque sonant undique lucis aves.* — Seq. versu *Burm.* vitiose edidit κράτεις. — πλευρ. κελαδ. Fortasse ex *Anyte* petitum Ep. XI. οὐκέτι μ' ὡς τὸ πάρος πυκιναῖς πτερύγεσσιν ἐρέσσων Ὄρσεις ἐξ εὐνῆς ὄρθριος ἐγρόμενος. — V. 4. καὶ τὸ φ. Cum puella igitur cubare putandus est poëta, quod non di-

[redacted]

[redacted]

¶. 22.] *LXXIII.* Vat. Cod. p. 575. Planud. p. 484. St. 629. W. (*Manso* nr. L. p. 25.) Lusus est in ῥίψει, πνεῦμα κυβεύειν, quae de iis usurpatur, qui summum vitae periculum adeunt. Vide notata ad *Antip. Sid.* Ep. XCIII. In ejusmodi periculum poëta se a Cupidine adductum esse ait, idque, quod mireris, a pusillo et supine agente puero. Vide, quae diximus ad Ep. XXV. 1. Amores talis ludentes habes ap. *Apollon. Rhod.* III. 115. *Lucian.* D. D. IV. *Philostrat.* Imag. VIII. p. 872. *Asclepiad.* Ep. VIII. quod Meleagro fortasse obversabatur, dum haec scribebat.

LXXIV. Cod. Vat. p. 586. (*Manso* nr. CV. p. 45.) Neminem scio, qui elegans hoc distichon ante *Br.* ediderit. Eandem ἔννοιαν iterum et fusius tractavit Ep. LXXXI. Colorem Meleagrum duxisse puto ex *Platonis* Ep. XXI.

LXXV. Vat. Cod. p. 586. Planud. p. 472. St. 613. W. (*Manso* nr. LXVIII. p. 31.) Amorem Timarii oculis captum fingit. Dubito fere, an integrum sit hoc Epigramma, in quo expositionem, quam vocant, desidero. Vide, an olim junctum fuerit hoc distichon ei, quod, ut *Meleagri*, legitur in Cod. Vat. p. 101.:

Ἴξὸν ἔχεις τὸ φίλημα, τὰ δ' ὄμματα, Τιμάριον, πῦρ·
ἢν ἐσίδῃς, καίεις, ἢν δὲ θίγῃς, δέδεκας.
καὐτὸς Ἔρως ὁ πτανὸς ἐν αἰθέρι δέσμιος ἦλω,
τοῖς σοῖς ἀγρευθεὶς ὄμμασι, Τιμάριον.

Quod si tamen aliis aliter visum fuerit, non repugnabo. — Non omittendum, in membranis, ordine nonnihil diverso, legi: ἀγρευθεὶς τοῖς σοῖς ὄ. minus concinne.

LXXVI. Vat. Cod. p. 585. Edidit *Wolf.* ex Cod. Uffenbach. in Fragm. Sapph. p. 232. (*Manso* nr. LXIX. p. 31.) Diodorum, alios amoris ignibus inflammantem, ipsum Timarii puellae amore flagrare. — V. 1. Hunc vers. proferens *Warton.* ad Theocr. T. II. p. 238. βάλλει exhibet. Male. — λαμπροῖς ὄμμασι. Vide ad Ep. L. 2.—

[redacted]

V. 2. *τὸ γλυκ.* *quamvis ipse Amoris armatus telis.* *γλυκύπικρον βέλος* ductum, ut constat, ex *Sapphus* fr. X. *Ἔρος δ' αὖτέ μ' ὁ λυσιμελὴς δονεῖ γλυκύπικρον ἀμάχανον ὄρπετον.* Consule *Valcken.* ad Hippol. p. 200. — Pro *ἢ τόδε* Cod. Lips. *ἦν τόδε.* Geminum germanum est Ep. *adesp.* CCLXVII. *ὢ μέγα θαῦμα· φλέξει τις πυρὶ πῦρ, ἥψατ' Ἔρωτος ἔρως.* Epigr. Heroic. I. T. III. p. 141. *τίς πυρὶ πῦρ ἐδάμασσε· τίς ἔσβεσε λαμπάδι πυρσόν.* *Antipater Sidon.* Ep. XLI. *τίς πυρὶ πῦρ καὶ δόλον, εἷλε δόλῳ.* Simili acumine Amor ad Psychen in *Appuleji* Metam. V. p. 364. *ipse amator advolavi tibi. Sed haec feci leviter, scio: et praeclarus ille sagittarius ipse me telo meo percussi, teque conjugem meam feci.*

LXXVII. Cod. Vat. p. 118. Edidit *Reiske* in Misc. Lips. T. IX. p. 466. nr. 360. Ad *Toupii* mentem emendatum dedit *Schneider.* in Per. crit. p. 15. sq. (*Manso* [redacted]

ſucci plena, jam anus facta, non amplius remigio Veneris eſt idonea. Non amplius fert corpus, Veneris remigio πλωτόν. Luſus fontem, in ambiguitate vocabuli κώλης poſitum, indicavit *Kuſter.* ad *Suid.* l. c. Rem fuſius explicavit *Schneiderus* p. 99. *Ariſtophani* nimirum debetur, cujus haec ſunt in Lyſiſtr. v. 60. ἀλλ' ἐκεῖναι γάρ οἶδ' ὅτι Ἐπὶ τῶν κελήτων διαβεβήκασ' ὄρθριαι. — τοῦ πρὶν γλαφυροῖο. *olim elegantis, nitidae et terſae.* — V. 3. κέρας ἱστῷ. Sic Codex. Sed *Br.* ἱστοῦ ſcribendum cenſet: *ut antenna mali.* Proprie κέρας antennae cornu. Vide *Lambin.* ad *Horat.* Epod. XVI. 59. *Non huc Sidonii torſerunt cornua nautae.* — Mox verba πολιὸς πρότονος *Manſo* de *capillo cano et horrido* accipit, quod vix verum. Collum ſignificari videtur; hoc in vetula (πολιὸς ad partem traductum) ἐκλέλυται, *ſolutum eſt*, et vix tremulum caput ſuſtinet. — V. 5. Excitat h. v. *Suidas* T. III. p. 358. in σπαδονίσματα. Ad quem locum *Toupius* p. 433. haec notavit: *Res eunuchi ſive σπάδονες flaccidae ac pendulae ſunt. Hinc eleganter poeta de mammis pendentibus σπαδονίσματα μαστῶν. Mammas pannoſas vocat Martialis. Heſych.* σπαθίσματα. τὰ σπαδονίσματα. — Seq. verſu *Br.* γαστρὸς nove et inuſitate pro caſu recto poſitum putat. Quo admiſſo, omnia ſunt expeditiſſima. Vide tamen, an verba jungenda ſint in hunc modum: *Timarium* ἔχει στρεπτὰς ῥυτίδας ἐκ σάλου. γαστρός. *ventre, in Veneris remigio, ſaepe exagitato et concuſſo.* Verbum σαλεύεσθαι pro *ſubagitari* paſſim obvium. *Strato* Epigr. XCV. — Tum vero etiam χαλᾷ verſu praec. ad meretricem referendum, *pannoſas mammas* haud aliter ac *vela pendula* laxantem. — V. 7. κοίλη θάλασσα. Proprie eſt unda dehiſcens terramque aperiens inter fluctus. *Pollux* I. 108. θάλαττα τραχεῖα, κοίλη θάλαττα, καὶ κυλινδουμένη, καὶ τραχυνομένη. ubi vid. Intrpp. Turpiora ſunt haec, quam quae diſerta interpretatione explicanda ſuſcipiam. Curioſioribus *Reiskius* ſatis faciet. Puto tamen, *Meleagrum* ſcripſiſſe:

πλημμυρεῖ.

navis alvus abundat aqua marina. Theocrit. Eid. XXII. 11. οἱ δὲ (venti) ... μέγα κῦμα — Ἐς κοίλην ... Quo sensu ... dicatur κοίλη ναῦς, exemplis ... docuit *D'Orville* ad Charit. p. 673. sq. — V. 9. Vitiosam lectionem Analectorum γ' ἐς ζῶος, emendat *Br.* in Lectt. ... In membranis ἰδόντας τε ζωὸς. Nec aliter apogr. Lips. cujus lectionem correxit *Reiske*. Post ἂν ... θ' inserunt. Ad sensum *Minsh* comparavit *Aristoph.* Eccles. 1090. ... — Sq. versu in apogr. Lips. ἐν' omittitur, lacuna relicta, quam *Reiskius* implevit, ἐν reponens. Nostrum est in Cod. Vat. — εὐδαίνορος. ἑρμήνεια τοῦ εὐδαίνορος τὸ δεῖκνυσιν ἑταίρους ἔχειν τοὺς ἐρέσσοντας δηλαδή. *Eustath.* ad

[redacted]

amore incensum esse, indicare videtur. φάνιον συγκ. Πόθ. facem, quam Cupidines in comissatione gestaverant. Hinc Veneris φάνιον. — Pro μορφεγγὲς in membr. et in apogr. Lips. μυροφεγγὲς exstat; quod recte emendatum existimo. Fax erat jam fere consumta, βραχὺ φάνιον. ὠκύμορον φλόγα *Oppianus* vocat flammam celeriter pereuntem sive *morientem*, in Κυνηγ. L. I. 131. Sic *Ovid.* I. Amor. II. 11. *Vidi ego jactatas mota face crescere flammas: Et vidi nullo concutiente mori.* — V 5 τὸ δὲ βραχὺ φ. Parva illa fax magnum in pectore meo incendium fecit. In sequ. versu valde dubito de lectionis sinceritate. Illud πῦρ ψυχῆς, *animae ignis*, *qui pectori incenditur*, καιόμενον τῇ κραδίᾳ, mire ineptum est. Emendandum putavi:

πυρσὸς, φεῦ, τῇ 'μῇ καιόμενος κραδίᾳ.

πυρσὸς de Amoris flamma frequens. Epigr. Inc. XLIX. ὅσσοι ἐνὶ κραδίῃ πυρσὸν ἔχουσι πόθου. et Ep. Inc. III. πυρσοὶ ἄρσενες ἀσβέστῳ θῆκαν ἐπ' ἀνθρακίῃ. Bene sibi opponuntur φάνιον μορφεγγὲς, fax parva et minimi fulgoris, et πυρσὸς, fax major, et magna flamma ardens. Sic Epigr. sequ. ὦ βαρὺ φέγγος λάμψαν ἐμοί· μέγα πῦρ φάνιον ἐν κραδίῃ.

LXXIX. Vat. Cod. p. 580. sq. Anthol. Planud. p. 485. St. 630. W. (*Manso* nr. LXXII. p. 33.) Similis lusus. Primi distichi sensum illustrat Ep. ἀδέσπ. XVII. Ἀντίπατρός μ' ἐφίλησ' ἤδη λήγοντος ἔρωτος, Καὶ πάλιν ἐκ ψυχρῆς πῦρ ἀνέκαυσε τέφρης. — In fine pentametri male apogr. Lips. ῥυπτόμενον. — V. 3. ἀκρόνυχα. Flor. edit. — V. 4. τῷδε λ. ἔβαλε. Planud. ubi κνίσματι subaudiendum. Sed elegantior est membranarum lectio. — V. 5. ἐκ δὲ φλ. Si vera est lectio, accipi debet, ut fecit *Opsopoeus*, de Amore, qui post flammam, in pectore poëtae accensam, ipse impetum facit. ἐπιτρέχειν dicuntur hostes, qui in regionem aliquam irrumpunt. Vid. *Dorv.* ad Charit. p. 573. At plura sunt, quae mihi displiceant in hoc

[redacted]

hemistichio. Cupido, cum flammae particulam poëtae pectori injiceret, certe amoris aestum in eo excitavit; idque factum esse poëta queritur; non igitur opus erat, primum flammam, deinde etiam ipsum Cupidinem in pectus immitti. Deinde desidero expressam significationem effectus, quem Cupidinis strategema habuisse debuit; qualis est in praecedente Epigr. cui nostrum ex omni parte simillimum: *ἐκ δέ με φέγγος ἔτυξε.* Certe, si Meleager scripsisset:

αὐτίκα φλὸξ πάντη μοι ὑπέδραμεν —

concinnior esset oratio, neque quidquam superesset difficultatis. Nec tamen nostrum sic scripsisse pronuntio; quamvis videri possit expressisse versum *Sapphus* a *Plutarcho* servatum T. II. p. 81. D. *ἂν δὲ λεπτὸν αὔτικα χρῷ πῦρ ὑποδέδρομε.* Propius foret ad vulgatae ductus:

ὦκα δὲ φλὸξ — — —

[redacted]

„illud elegantiſſimis latinis verſibus reddidit, quos, „quum inediti ſint, hic cum lectore communicabo:

„Velivolae pinus, quaecunque Aquilone egentes
„Hellespontiacum finditis aere ſalum,
„Si mea ſe vobis in Coo Phanion offert
„Littore, venturas proſpicit unde rates,
„Haec illi pro me vos pauca: Quid anxia nautam
„Expectas? peditem dux tibi ſiſtet Amor.
„Nulla mora, bis dictis, Boreas a puppe ſecundus
„Flabit, et ad portum lintea veſtra feret."

Haec ille. Qui quae de obſcuritate et corruptela v. 6. dicit, infra videbimus. Hoc optime notavit, haec mandata navibus dari, ex ſeptentrionali maris Aegaei parte ad meridionales regiones tendentibus. Hinc efficitur, poëtam, cum haec ſcriberet, in aliqua Aſiae parte, ſive in una inſularum Archipelagi, certe in regione fuiſſe, quam praeterire debebant naves ab Hellesponto inſulam Con petentes. Ceterum navibus mandata dari, quibus prolatis ſecundis uſurae ſint ventis, vix probabile commentum. — V. 1. πελαγείτιδες. Vat. Cod. A ſeq. verſ. Βορέην. — καλὸν vocat Boream, ſive ut faventem navibus, ſive ut Orithyae amatorem. — V. 3. ἐπ' ᾐόνι exhibet apogr. Lipſ. ᾐόνων dedit, ubi hoc diſtichon excitat, *Ducker* ad *Thucyd.* L. VIII. p. 251. ed. Bip. — κατὰ νᾶσον. *Manſo*, ut difficultatem, a *Brunckio* motam, expediret, interpretatur de Phanio *in litoribus inſulae Coo oppoſitis*, h. e. in litoribus Cariae, fortaſſe Halicarnaſſi ſedente. Sic certe intelligatur, quomodo poëta *pedibus* ad puellam pervenire poſſit. Nec dubitare licet de ſignificatione praepoſitioni κατὰ tributa; quam illuſtrarunt *Valckenar.* ad Herodot. L. III. p. 200. 27. *Dorville* in Sicul. T. I. p. 4. *Burmannus* in Sic. T. II. p. 448. Quum mihi tamen de ſenſu ſeq. diſtichi paulo aliter ſtatuendum videatur, ac *Br.* ſtatuit, malim verba ſic

jungere, ἣν κατὰ νᾶσον Κῴαν, οὖσαι scil., ἴδητε Φάνιον. Naves ipsae dicuntur κατά τινα τόπον εἶναι, cum loco alicui e regione sunt. *auf der Höhe des Orts.* *Plutarch.* T. II. p. 419. C. vocem gubernatori auditam narrat, quae diceret, ὅταν γένῃ κατὰ τὸ Παλώδες, ἀπάγγειλον, ὅτι Πὰν ὁ μέγας τέθνηκε. et mox: ὡς οὖν ἐγένετο κατὰ τὸ Παλώδες. Non igitur fieri potest, quin tibi Phanium ab litore insulae in mare prospicientem fingas. Nam nisi hoc significare voluit poëta, profecto non video, cur insulam Con omnino commemoraverit. — V. 5. ἀγγείλατε. Cod. Vat. ἀγγείλαιτε apogr. Lips. — Mox membranae corruptissime: καλᾷ νοσσάς με νομίζει. Haec satis feliciter emendata videri debent. Νυὸς pro νύμφη posuit *Theocrit.* XVIII. 15. Cf. *Valcken.* ad Adon. p. 371. C. — με ad poëtam referendum. — In sequentibus nihil video, nisi hyperbolicam desiderii significationem. Cupiditas te

[redacted]

εἰ καὶ ἐς ἀντολίην πρὸς ὁμόχροον ἵξεαι Ἠῶ,
πεζὸς ἀμετρήτοις ἔψομαι ἐν σταδίοις.

Fateor, inter haec exempla nullum esse, quod nostro loco ad amussim respondeat; in nullo enim eorum commemoratur, qui mare pedibus transire velit. At plurima sunt in his carminibus sine exemplo dicta; ut hoc ipsum, quod navibus mandata dantur; cui ἐντολὰς similes scio permultas, parem nullam. — V, 7. ἐὖ τέλοι αὐτίκα. Cod. Vat. In apogr. Lipf. εἰ γὰρ τοῦθ' ἔρδοιτ' εὖ ..... τέλοι αὐτ. In marg. notatum εὖ μοι τέλοι. — Ζεὺς οὔριος, i. e. ventus secundus, quem Jupiter mittere existimatur. Vide *Bergler* ad Alciphr. p. 255. sq.

¶. 24.] *LXXXI.* Vat. Cod. p. 112. Edidit *Reiske* in Misc. Lipf. T. IX. p. 313. nr. 341. (*Manso* nr. LXV. p. 30.) Poëta in puellae amplexibus haerens de Luciferi ortu conqueritur. Conf. Ep. LXXIV. — V. 1. δυσέραστε. *Aurora — ingrata viris, ingrata puellis. Ovid.* I. Amor. XIII. 9. Pro ἀπίστης apogr. Lipf. ὑπέστης, quod emendavit *Reiske.* — V. 3. Optat, ut Lucifer converso cursu Hesperus fiat, quod jam olim in Jovis gratiam fecerit. Pro ἐπ' Ἀλκμήνην in *Reiskii* edit. Ἀλκμήνη legitur; idque verius videtur: *in Alcmenae, a Jove amatae, gratiam.* Vide *Abresch.* in Lect. Aristaen. L. I. p. 97. sq. — Versu ultimo δ' abest a membranis; nec *Reiskius* agnoscit. Reperitur in Cod. Dresd. Certe hac particula omissa, paulo vividior existit oratio, modo post ἀντίος colon ponas. Ad Jovem in simili re provocat *Ovidius* I. Amor. XIII. 45. *Ipse deûm genitor, ne te tam saepe videret, Commisit noctes in sua vota duas.* Conf. *Macedonii* Ep. IX.

LXXXII. Vat. Cod. p. 112. *Reisk.* in Misc. Lipf. IX. p. 314. nr. 342. (*Manso* nr. LXVI. p. 31.) De noctis, sine puella transactae, longitudine conqueritur. — V. 3. *Reisk.* αὐθὶς habet pro αὐκός. — V. 4. ἐπὶ χειμερινῶν

Cod. Vat. Byblis ap. *Ovidium* Metam. IX. 484. *Ut meminisse juvat! quamvis brevis illa voluptas, Noxque fuit praeceps, et coeptis invida nostris.*

LXXXIII. Vat. Cod. p. 110. Primus edidit *Majus* in Obss. sacris p. 147. *Reiske* in Misc. Lips. IX. p. 304. nr. 334. (*Manso* nr. LXVII. p. 31.) Ad Demo, puellam, Judaei cujusdam amore flagrantem. Non bene cohaerent duo disticha, quod animadvertit doctissimus *Manso*. Vide, an integrum sit carmen. — V. 3. σαββατικὸς πόθος. De amore erga virum, Sabbata celebrantem, accipe. *Si Judaeum amas, et cum eo Sabbata celebrare cupis, non equidem miror, nam in ignavis et frigidis Sabbatis amoris tamen ignis calet.* ψυχροῖς. *Judaeis — septima quaeque fuit lux Ignava. Juvenal.* Sat. XIV. 105. τὸ ψυχρὸν, ut ap Latinos *frigere*, de otio et ignavia; [redacted]

pro συναινεῖ. αἰσχύνῃ σύντροφον βλέμμα dixit auctor incert. Ep. IX. Anacreon ἱμέροισι σύντροφος. ap. *Eugen*. T. II. p. 453. σύγκοιτον γλυκὺν ὕπνον dixit *Pindar*. Pyth. 9. 42. — Perperam Cod. Vat. Ζηνοφίλα exhibet casu recto.

LXXXV. Cod. Vat. p. 109. Planud. p. 470. St. 611. W. (*Manso* nr. LXXV. p. 33.) In pictam Zenophilae imaginem scriptum videtur. Aliter *Manso*, qui poëtam gratum animum amico testari putat, quod ipsi in contrahenda familiaritate cum pulchra Zenophila profuerit. Dubito, an recte. — V. 1. ἑταίρην. Cod. Vat. λαλίαν de *dulce loquenti* puella non male accipias. λαλιὰ enim de familiari collocutione cum amico aliove poni docet *Casaub*. ad Athen. VI. p. 423. 21. et λάλιος in bonam partem crebro usurpatum illustrat *Ruhnken*. in Epist. crit. p. 135. et ad Hermesian. Eleg. v. 78. p. 297. Quum tamen in sequentibus Epigr. canora Zenophilae vox plus semel laudetur, haud scio, an epitheton ad illam facultatem referendum sit. *Horat*. III. Od. XI. 5. de testudine: *nec loquax olim neque grata*. i. e. οὔτε λαλίη ποτὲ οὔτε ἡδεῖα. *Lucian*. T. III. p. 97. 43. puellam commemorat πάνυ καλήν, λάλον μέν τοι γε καὶ στωμύλην καὶ ᾠδικήν. — Ut hoc carmen de imagine picta interpretandum putem, facit inprimis verbum παρέδειξεν. Pictor, quae ad vivum expressa sunt, dicitur δεῖξαι κατὰ τὴν φύσιν ap. *Philostrat*. II. Icon. XXVIII. p. 853. Timomachus mortalibus ζῶον ἔδειξε Μηδείης in Ep. ἀδεσπ. CCXCIX. Sed de hac verbi δεικνύναι significatione, de pictoribus sculptoribusque usurpata, qui expressissima similitudine imagines animant, fuse disputavit *T. Hemsterh*. ad Lucian. T. I. p. 11. — 25.] V. 3. ἡ ῥ' ἐτύμως ἀνήρ. Planud. metri ratione neglecta. Vat. Cod. etiam vitiosius ἄρ' ἑτοίμως ἀνὴρ κ. — Lusus est in verbo κεχαρισμένον et χάρις. Illud est opus est gratum ei, cui dono datur, et a Gratiis perfectum sive omnino venustum: χάρις autem etiam munus significat, quando gratia munus sequitur. Hinc

χάρις et ἱμερὰ frequenter junguntur. Exempla collegit *Wetstein.* ad N. T. II. p. 48.

LXXXVI. Cod. Vat. p. 108. Planud. p. 470. St. 611. W. (*Manso* nr. LXXVI. p. 34.) Causae, cur Zenophila regnum quoddam inter mortales exerceat, enumerantur. His simillimi versus *Propertii* I. El. II. 27. *Cum tibi praesertim Phoebus sua munera donet, Aoniamque libens Calliopea lyram: Unica nec desit jucundis gratia verbis, Omnia quaeque Venus quaeque Minerva probat.* Nostrum expressit Auctor Inc. Ep. DCCXLIII. μορφᾶς ἣ πρωτεῖον ἔχειν δωρήσατο Κύπρις, Ἔργα δ' Ἀθάναια τεχνικὰ σωφροσύνας, Μοῦσα δὲ καὶ σοφίαν, καὶ πακτίδα τὰν φιλέραστον Σύμφωνον ἐρατοῖς μιξαμένα μέλεσι. — V. 1. Μούσαις Vat. Cod. et ἡδυμελεῖς. Hoc etiam Planud. habet. — Quod in fine pentametri legitur, ὑφηνιόχῳ debetur *Toupio* in Em.

[redacted]

[redacted]

Sic oratorem *animi habenas tenere* dixit Auctor Dial. de cauſ. corr. eloq. c. XXXI. — Deinde in *Wyttenbachii* lectione etiam hoc durum, quod σὺν omittitur. Quare veram lectionem latere puto. Quod ipſe olim conjeci:

καὶ Ἔρως κάλλεϊ σὺν γλυκερῷ,

a vulgata longius recedit, quam ut pro vero haberi poſſit. Sed hujusmodi quid latere, ſuſpicari licet ex verbis ſupra laudatis Ep. LXXXIX. — V. 3. ἐπ' ἐνσ. μῶν. Cod. Vat.

LXXXVII. Vat. Cod. p. 107. Planud. p. 448. St. 581. W. (*Manſo* nr. LXXVIII. p. 35.) Canentem Zenophilam poëta audiens, vehementi amoris flamma corripitur. — V. 1. Excitat *Suid.* v. πηκτίς. De πηκτίδι vide notata ad *Comment.* Ep. III. T. III. p. 16. In Planud. verſu primo ἡδὺ legitur; verſu ſecundo ἁδύ. Ibidem νὴ Πᾶνα legitur. — V. 2. Ζηνοφίλα λέγει' ἁδύ. Planud. *Opſopoeus* λιγέως conjecit. In Vat. Cod. λιγίαν omiſſo τι. *Suidas* v. κρέκειν· Ζην. λιγὺ κρέκεις τι μέλος. *Brunckius* exhibuit emendationem *Toupii* in Em. ad Suid. T. I. p. 239. Sed parum elegans illud τι, alieno loco interpoſitum. Longe elegantius *Schneiderus* conjecit: Ζηνοφίλα, λίαν ἁδὺ κρ. Hoc verum puto. — V. 5. ἡ γάρ μοι μορφὴ βάλλει πόθον; Planud. πόθον emendavit *Toup.* et *Schneider.* Idque membranis confirmatur, ubi praeterea in margine legitur ὅτι ἡ μορφὴ βάλλει τὸν πόθον, ὀφθαλμῷ διακόνῳ χρωμένη. Pro ἡ γὰρ, nam ſic et Planud. et Vat. Cod. habent, *Wyttenbach.* in Bibl. crit. T. I. P. II. p. 31. ἦ γὰρ legendum monet; nec aliter *Toupius* habet. Poſt πάντα interpungendum eſſe, vidit *Reiskius;* monuit etiam *Schneiderus* in Peric. crit. p. 107.

LXXXVIII. Vat. Cod. p. 112. Edidit *Reiske* Miſc. Lipſ. IX. p. 315. nr. 343. (*Manſo* nr. LXXIX. p. 35.) Apud dormientem Zenophilam Somni vice poëta fungi velit. — V. 1. τρυφερὸν θάλος. Saepe in laudem poni-

[redacted]

tus θάλος et ἔρνος. Theocritus Id. XVIII. [illegible] πεπλασμένον ἐκ Διὸς ἔρνος.] Id. XXVIII. 7. [illegible], ἱμεροφώνων ἱερὸν φυτόν. Quod haud scio an [illegible] cujus fragmentum servavit Athen. L. XIII. p. 564. E. ita fortasse constituendum: Εὔρβαλε, γλυκίων Χαρίτων θάλος, καλλικόμων μελέδημ' Ἐρώτων. Ibidem in Philoxeni verbis pro κάλλος ἐρώτων scribendum videtur: θάλλος ἐρ. Ut hic Zenophila τρυφερὸν θάλος, sic ap. Oppianum Kυν. L. I. 3. γλυκερὸν θάλος, Ἀντωνῖνε. — V. 2. ἄπτερος εἰσείμι — βλεφάροις dedit Reiske. Nostrum est in membranis. Salmasius εὔπτερος conjecit, et ὑπὸ βλεφάροις. Vulgatae lectioni ita patrocinatur Manso, ut poëtam indicare suspicetur, se in Zenophilae oculis recumbentem alarum remigio facile cariturum esse. At hoc ut nimis argutum sit vereor. Somno poëtas tribuisse alas, satis constat ex iis, quae protulit Spanhem. ad Callim. H. in Del.

[redacted]

Buheriano" apogr. ex emendatione *Salmasii*; fortasse ipsius *Brunckii* conjectura est. Et hoc quidem probabilius; nam vir doctissimus suas emendationes reticere solet.

LXXXIX. Vat. Cod. p. 116. *Reisk.* in Miscell. Lips. IX. p. 458. nr. 353. Hinc duo priora disticha repetivit *Toup.* in Em. ad Suid. T. I. p. 239. (*Manso* nr. LXXVII. p. 34.) Zenophila a tribus Gratiis triplici munere exornata. — V. 1. συνεῦναι Ζηνοφίλαν apogr. Lips. Unde *Reisk.* συνῆγον Ζηνοφίλᾳ. Verum vidit *Toupius.* Mox Cod. Vat. τρισσάς legit. — στεφάνωμα de ornamento illustrarunt *Valcken.* ad Phoen. v. 1378. *Lennep.* ad Phalar. p. 133. — V. 3. Inter dorismum et vulgares formas fluctuat Vat. Cod. ἁ μὲν superscripto ἡ, et μορφῆς superscripto ᾶς exhibens. Sequ. versu omittit ἁ ante δέ. Ad sensum comparandum Ep. LXXXIV. — V. 5. „Sic pro„babili emendatione *Reiskius.* Scriptum in codice: τρισ„σάκι σεῦ δὲ μόνας καὶ Κύπριδος ὤλεσεν εὐνάν. *Salmasius* le„gebat: τρισσάκι σεῦ δὲ μόνας ὑπὸ Κύπρις ἀπώλεσεν εὐνάν — „quod impium est, tanquam si Venerem, Suadam et „Cupidinem de gradu suo dejecisset Zenophila." *Brunck.* In meo Vat. Cod. apographo non ὤλεσεν, sed ὤπλισεν legitur. *Wyttenbach.* in Bibl. crit. l. c. p. 30. tentabat: Τρισσὸν καὶ σοὶ δαίμονες, ἁ Κύπρις ὤπασεν εὐνάν — ut δαίμονες dii sint, a Gratiis distinguendi, a quibus Zenophila triplicem coronam acceperit. In qua conjectura solitam sagacissimi viri felicitatem desidero. Veram scripturam praestat nostra emendatio, a *Mansone* commemorata in Comment. p. 129.:

τρισσάκις εὐδαίμων, ἇς καὶ Κύπρις ὤπλισεν εὐνάν —

ubi vix unam alteramve literam mutatam vides. Verbum ὁπλίζειν fortasse verum; nam ut ὅπλα *instrumenta*, sic ὁπλίζειν *instruere* significat. Propter sequentia tamen malim:

ἇ καὶ Κύπρις ὤπασεν εὐνάν.

[redacted]

Ep. 26] XC. Vat. Cod. p. 109. Planud. p. 449. St. 583. W. (*Manso* nr. LXXXII. p. 36.) Culicem ad Zenophilam cum mandatis mittit. Ut Meleager culicem, sic apud *Theocritum* Eid. VIII. 51. pastor hircum ad delicias mittit; *Anacreon* columbam ad Bathyllum. Apud *Philoxenum* Polyphemus Delphinis hoc negotium dabat, ut Galateae nuntium de se ferrent; tradente *Plutarcho* T. II. p. 622. C. — V. 1. πταῖς Vat. Cod. In marg. γρ. πταῖε. — V. 3. λήθαργε. Cf. Ep. LV. 5. Fuisse, qui λαιθαργε corrigendum putarent, ex *Brodaei* notis colligas. Pro φιλεύντων sane mallem φιλεῦντος, ut ad unum *Meleagrum* referatur. — Seq. versu membranae Vat. vitiose λαπέτου. — V. 5. ἦχα δὲ φ. Vat. Cod. qui in pentametro κινήσεις obtulit; cum Planudeae editt. κινήσῃς exhibeant. — V. 7. *Meleager* sperat, fore, ut Zenophila, hoc nuntio audito, mariti cubile relinquat et ad se properet. Hinc ἢν ἀγάγῃς τὴν π., si mihi puellam adduxe-

[redacted]

Stob. Tit. LXII. p. 403. — V. 1. κηρύσσω non est alta, tanquam praeconis, voce revoco, sed est verbum proprium de domino, qui servum fugitivum proclamat. Formulam ejusmodi κηρύγματος habemus in *Luciani* Fugitivis c. 27. T. III. p. 279. — ὀρθρινός. Cf. ad Epigr. LXXIII. *Asclepiad.* Ep. V. — Verbum ἀποπτάμενος Vat. Cod., ut solet, dividit in ἀπὸ πτάμενος. — V. 4. σιμὰ γελῶν. Cf. LII. 3. — V. 5. πατρός. *Plato* in Conviv. p. 178. B. γονεῖς Ἔρωτος οὔτ' εἰσὶν, οὔτε λέγονται ὑπ' οὐδενὸς, οὔτε ἰδιώτου οὔτε ποιητοῦ. *Sappho* tamen et *Ibycum* parentes Amori dedisse, illam Terram Coelumque, hunc Chaos, tradit *Schol. Apollon. Rhod.* L. III. 26. — V. 8. μή που Vat. Cod. — τίθησι λίνα. retia Cupido tendit animis. Verba venatoria ad res amatorias frequenter translata esse, multi docuerunt. Vide ad *Theocrit.* Ep. III. 3. — V. 9. φωλεόν. ut fera aliqua in lustro praetereuntibus insidias faciens. — τοξότα. Cur poëta in hoc contextu Amori hoc potissimum epitheton tribuerit, apparet ex *Aristaenet.* L. I. 1. p. 2. ὁ δὲ χρυσοῦς Ἔρως ἐπαίδευσε τὴν ποθουμένην εὐστόχως ἐπιτοξεύειν ταῖς τῶν ὀμμάτων βολαῖς. Huc facit carmen Anthologiae Lat. III. 212, p. 646. *O blandos oculos — Illic et Venus et leves Amores, Atque ipsa in medio sedet Voluptas.*

XCII. Vat. Cod. p. 108. Anth. Planud. p. 448. St. 582. W. (*Manso* pr. LXXXI. p. 36.) Verno tempore hoc Epigr. concinnatum finge. Zenophilam flores, quotquot in pratis splendeant, superare. Floribus puellam comparantem audiamus *Achillem Tat.* L. I. p. 44. τὸ τοῦ σώματος κάλλος αὐτῆς πρὸς τὰ τοῦ λειμῶνος ἤριζεν ἄνθη· νάρκισσον μὲν τὸ πρόσωπον ἔστιλβε χροιὰν, ῥόδον δὲ ἀνέτελλεν ἐκ τῆς παρειᾶς, ἴον δὲ ἡ τῶν ὀφθαλμῶν ἐμάρμαιρεν αὐγὴ, αἱ δὲ κόμαι βοστρυχούμεναι μᾶλλον εἱλίσσοντο κιττοῦ. — V. 1. λευκόϊον Planudeae est lectio; Vat. Cod. λευκόϊον habet. — Ut hic νάρκισσος φιλόμβρος, sic apud *Rufin.* Ep. XV. ὑγρὸς, et in Ep. ἀδεσπ. DCCV. ὑδατίνη νάρκισσος. — κρίνα οὐρεσ-

[redacted]

[illegible]. *Theocrit*. Eid. XI. 26. [illegible] [illegible] Jam idem videtur *hyacinthus* et *lilium purpureum*. [illegible] [illegible] *Salmas* ad Solin. p. 908. F. — V. 3. Zenophila inter omnes flores flos longe praestantissimus. [illegible] florem pulcherrimum quidem, sed omnium facile fugacissimum significare videtur. [illegible] fructus vocantur, qui pro anni ratione provenerunt, *Graevii* Lect. Hesiod. c. XXIII. tum, qui non diu durare nec per integrum annum conservari possunt, docente *Bodaeo a Stapel* ad Theophr. IV. p. 395. Fieri tamen possit, ut [illegible] h. l. nihil sit aliud, nisi *rosa vernalis*, ut [illegible] ap. *Anacr.* Od. LIII. [illegible] *vere*, quia tum *formosissimus annus*, illustravit *Alberti* in Obss. phil. p. 225. sq. — [illegible] De puero formoso *Asclepiad.* Ep. VII. [illegible] Cujus

[redacted]

libere humanum sanguinem. — κνώδαλα ap. *Nicandr.* Ther. 759. de insectis noxiis. Interiorem hujus vocabuli significationem aperuit *Ilgen.* ad Homeri Hymn. in Merc. 188. p. 413. sqq. — V. 3. παρὰ δ' ἥσυχον vitiose Cod. Vat. qui etiam ὕπνῳ exhibet. — V. 4. σαρκοφαγεῦται. Cod. Vat. — V. 5. καί τι προςηλάκτην αὐδῶ; Planud. Et sic fere Vat. Cod. καί τοι πρὸ σῆκα τὴν αὐδῶ. Esse, qui πρὸς ἠλ' ἄκην legant, notavit *Brodaeus.* Grave, quod huic loco insidet, vitium *Reiskius* in Miscell. Lips. IX. p. 452. ita eximendum putabat, ut scriberet, καὶ τί πρὸς ἠλακάτην αὐδῶ; *et quid ego caudicem alloquor?* ἠλακάτην enim esse omnem stipem, truncum, scapum. Hoc igitur in textum recepit *Brunckius.* Sic *Theophrast.* H. Pl. II. 2. ἠλακάτην vocat, quod Latini arundinis *calamum* vocaverunt. Vide *Schneider* ad *Columell.* IV. 32. p. 230. Apud *Leonidam Tar.* Ep. LXXVIII. iisdem fere verbis reperio, καί τι πρὸς ἠλακάτην — ᾔειδεν; Sed ibi proprio et suo sensu de muliere ad colum canente usurpantur. Dixeris fortasse, proverbialem esse locutionem de iis, qui tempus sive canendo, sive sermocinando fallunt, ut mulierculae ad colum susurrantes. Audio; sed exempla hujus paroemiae desidero; nec sensum video in hoc rerum contextu valde accommodatum. Saltem scribendum: πρὸς ἠλακάτην ᾄδω; *Manso* conjecit: καὶ τί πρὸς ἠκαμάτην αὐδῶ; *quid culices tam mansueta voce appello?* Idque probat Vir doctus in Ephemerid. Univers. quae Jenae prodeunt, an. 1795. nr. 45. Satis profecto lenis mutatio, et fortasse amplectenda, nisi paulo durior verbi προςαυδῶ tmesis impediret. μάτην verum existimo. Vulgatam lectionem καί τι προςηλάκτην αὐδῶ diligenter rimantibus probabilis fortasse videbitur emendatio nostra:

καὶ τί πέτροισι μάτην ᾄδω;

quid lapidibus frustra cano? Quantillum intersit inter πρὸς et πέτροισι, non ignorant, qui verborum compendia in codicibus noverint. Inter plurima, quibus labo-

ros frustra susceptos significabant Graeci, proverbio erat etiam λίθῳ διαλέγεσθαι, quod attigit *Erasmus* Cent. V. Chil. I. nr. 89. Etiam μάτην ᾄδειν paroemiacum est. *Zenobius* I. 72. ἄλλως ᾄδεις· ἐπὶ τῶν μάτην ποιούντων. unde similia egregie correxit *Ruhnkenius* ad Tim. p. 199. *) — Poëta, frustra se culices rogare animadvertens, illos candida et delicata puellae cute delectari suspicatur. Comparanda sunt haec cum verbis *Luciani* in Muscae Encomio T. III. p. 98. cujus morsus οὐκ ἀγριότητος, ait, εἶναι σημεῖον, ἀλλ' ἔρωτος καὶ φιλανθρωπίας· ὡς γὰρ δυνατὸν ἀπολαύει καὶ τοῦ κάλλους τι ἀπανθίζεται. Conf. *Turnebi* Adversar. LXVI. 3. — Pro ἄτεγκτοι Cod. Vat. ἄτεκνοι, fere ut edit. Juntina, ubi typothetae errore ἄτεκτοι legitur. Cf Epigr. LVIII. 9. Comparandus *Callistr*. Stat. VI. p. 899. καὶ λεόντων ἄτεγκτος φύσις πρὸς τὴν ἁρμονίαν κατηυνάζετο. *Philostr*. Epist. XLI. p 931.

[redacted]

Aristaeneti L. II. 19. p. 102. οὐ μόνον στέρνῳ ἀμείβοντες, ἀλλὰ καὶ φιλήμασιν ἐπισυνάπτοντες ψυχάς. Similia dabimus ad *Platon.* Ep. II.

XCV. Vat. Cod. p. 113. Planud. p. 451. St. 585. W. (*Manso* nr. LXXXV. p. 38.) Poëta Cupidinem, pravi ingenii puerum, vendere constituerat; sed mox eum, pueri precibus animo commotum, capti consilii poenitet. Ut sensum et venustatem hujus carminis perspicias, Cupidinem tibi fingere debes in catasta collocatum, haud aliter ac poëtae mancipium. Descriptio Cupidinis comparanda cum ea, quae Ep. XCI. continetur. Ceterum Meleager imitatus est *Anacreontem* Od. X — V. 1. καὶ ματρός. Quamvis tenellus et adhuc in matris gremio dormiens. In hac enim tam tenera aetate jam satis ingenium manifestaverat, ut dominus eum bonum et frugi servum evasurum esse desperaret. Cf. Epigr. XXV. — τί δ' ἐμοί. Illustravit hanc locutionem *Wetsten.* ad Corinth. I. 5. 12. p. 119. Expressit *Anacr.* l. c. ἀλλ' οὐ θέλω συνοικεῖν Ἔρωτι παντορέκτᾳ. — V. 3. ὄνυξιν. Vat. Cod. — V. 5. ἄτρεστον *Stephano* debetur. Editiones Florent. Ascens. et filiorum Aldi ἄτρεπτον exhibent; duae Aldinae et Juntina ἄθρεπτον, quod etiam Vat. Cod. praestat. — V. 6. τιθασόν. *Herodicus* ap Athen. p. 219. F. πόθος παιδὸς ἀνικήτου· τὸν ἐγὼ τιθασόν σοι ὑπέστην ποιῆσαι. *Themist.* Or. XXII. p. 273. B ἄνθρωποι ἥμεροί τε καὶ τιθασσοί. — Planud. αὐτᾷ ματρὶ φίλᾳ. — V. 8. θέλοι. Planud. — V. 9. οὐδ' ἔτι πωλῶ. Cod. Vat. Pro δεδακρυμένος editio Flor. δεδακρυμένον habet. — σύντροφος. Zenophilae te in contubernium trado. Respondeant haec quodammodo Anacreonticis: δὸς αὐτὸν ἡμῖν Δραχμῆς καλὸν σύνευνον.

¶. 28.] *XCVI.* Cod. Vat. p. 109. Planud. p. 450. St. 583. W. (*Manso* nr. LXXXVI. p. 38.) Amorem sibi in intima anima novam animam, Heliodoram, finxisse. Sic plane *Plutarch.* T. II. p. 759. C. Κάτων ἔλεγε τὴν ψυχὴν τοῦ ἐρῶντος ἐνδιαιτᾶσθαι τῇ τοῦ ἐρωμένου. Minus ar-

[redacted]

guta est, sed similis locus apud Aristaenet. II. Ep. X. θατέρῳ [illegible] τῆς ἑτέρας, [illegible] τῆς ψυχῆς ἐναπλάττων. Xenophon Ephes. L. I. p. 7. [illegible] εἰκόνας ἐπὶ τῆς ψυχῆς [illegible] ἀναπλάττοντες. Similia collegit *Abresch.* in Misc. Obss. Tom. X. p. 204.

XCVII. Vat. Cod. p. 119. Edidit *Reiske* in Misc. Lips. IX. p. 473. nr. 365. unde repetivit *Schneider.* Peric. crit. p. 79. (*Manso* nr. XCIV. p. 40.) Probabile est, quod *Schneiderus* observavit, *Meleagrum* ante oculos habuisse *Anacreontem*, cujus fragm. ad nos transmisit *Athen.* L. XIII. p. 599. C. Σφαίρῃ δηὖτέ με πορφυρέῃ (sic lego pro πόρφυρ' ἐπὶ) βάλλων χρυσοκόμης Ἔρως — συμπαίζειν προκαλεῖται. Cor suum, cupiditate palpitans, ab Amore ad Heliodoram pilae ad instar mitti ait. Tum puellam, ne id rejiciat, precatur. Ut in allegoria permaneat, Ἔρωτι collusorem opponit Πόθον. Non alienus est ab hoc

[redacted]

„ait, injuriam, palaestrae venereae pugnantem.“ Haec ille. *Plutarchus* justi concentus imaginem posuit lusorem et collusorem T. II. p. 45. E. *ὥσπερ ἐν τῷ σφαιρίζειν τῷ βαλόντι δεῖ συγκινούμενον εὐρύθμως φέρεσθαι τὸν δεχόμενον.* Cf. *Senecam* de Benef. II. 17. Meretrix, quae ab uno ad alterum transit, pilae comparanda secundum *Artemidor.* Oneir. I. 57. *ἔοικε γὰρ ἡ σφαῖρα καὶ τὸ ἀρπαστὸν ἑταίρᾳ διὰ τὸ μηδαμοῦ μένειν καὶ πρὸς πολλοὺς φοιτᾶν.*

XCVIII. Vat. Cod. p. 107. Edidit *D. Heinsius* in Carm. Gr. p. 148. *Bentlejus* ad Callimach. Ep. XXXI. p. 206. ed. Ernest. *Reiske* in Misc. Lips. IX. p. 297. nr. 324. (*Manso* nr. XCIII. p. 40.) Poëta inter potandum absentis puellae memoriam refricat. — Vers. 1. expressus ex *Callimachi* Ep. II. — V. 2. *μίσγ' ὄνομα.* Nomen, quod inter bibendum pronuntiatur, vino videtur misceri. *Scholiastes Theocrit.* Eid. XIV. 18. *εἰώθασι ἐν τοῖς συμποσίοις ἄκρατον λαμβάνειν καὶ ὀνομάζειν τινὰς ἐρωμένους ἢ φίλους καὶ ἐπιχεῖν τῇ γῇ, καὶ φθέγγεσθαι τῶν φιλτάτων τὰ ὀνόματα.* — V. 3. *τὸν βρεχθ. μύροις.* Coronam unguentis delibutam et hesternam, *χθιζὸν ἐόντα.* *Hesterna rosa.* *Ovid.* III. Amor. VII. 66. *Me juvet hesternis positum languere corollis.* *Propert.* L. II. El. XXV. 59. — Coronas unguentum redolentes, *στεφάνους μύροισιν ἔτι πνείοντας*, Priapo offert Alexo in Epigr. inter *ἀδέσπ.* CXI. Hinc apparet, non tam infrequens fuisse, quod tanquam exemplum rusticae et ineptae magnificentiae commemorat *Plutarchus* T. II. p. 713. E. *καὶ γὰρ ἡ τοῦ μεγάλου βασιλέως μεγαλοφροσύνη πρὸς Ἀνταλκίδαν τὸν Λάκωνα, δεινῶς ἀπειρόκαλος ἐφάνη καὶ ἀγροῖκος, ὁπηνίκα ῥόδων καὶ κρόκου μεμιγμένων, στέφανον εἰς μύρον βάψας ἔπεμψεν αὐτῷ, τὸ σύμφυτον καὶ ἴδιον καλὸν ἀποσβέσας καὶ καθυβρίσας τοῖς ἄνθεσιν.*

XCIX. Vat. Cod. p. 107. Protulit *Bentl.* ad Callim. p. 206. ed. Ern. *Reiskius* in Misc. Lips. T. IX. p. 299. nr. 325. (*Manso* nr. XCII. p. 39.). Poëta Helio-

doram in Veneris, Suadelae et Gratiarum loco posuit. — V. 1. Codex τάς, frequenti ap. eum errore. — V. 4. τὰς αὐτὰς ἀδὺ λέγειν Χάριτας. Idem. In apogr. Lips. ἀδύλογοι Χάριτες. *Br.* recepit lectionem Bentlejanam. — ἐν ὄνομα. ut praecedente Epigr. vers. secundo. Inter bibendum veteres amicitiam firmare solebant diis invocatis; unde *Dioscorides* Ep. V. οἱ κρητῆρι μιγέντες δαίμονες.

C. Vat. Cod. p. 592. ubi nullum lacunae vestigium. (*Manso* nr. XCV. p. 40.) Adscribam *Brunckii* notam: »Ultimum distichon, quod venustissimum est, nemini »non desiderium incutiet deficientis initii. Verbum »ἐναγκυλᾶσαι hinc notavit *Hesychii* sospitator. Animadver»tenda codicis scriptura, quae talis est: ἅρπασται τα »νέοιος ἐναγκυλάσαι (in meo apogr. ἐναγκυλᾶσαι) ἄγριος εἶναι »τίς νέος. Admodum probabile est, scriptum fuisse hoc »carmen in disputatione poëtae cum semet ipso; ut supra

[redacted]

Reiske in Misc. Lips. IX. p. 307. nr. 337. (*Manso* nr. XCVII. p. 41.) Noctem precatur, ut Heliodorae cum amante cubanti fructus voluptatis pereat. — V. 1. λίσσομαι. Cod. Vat. — V. 3. βεβλημένον. Sic Vat. Cod. Vide ad *Asclepiad.* Ep. XX. — Ad seq. vers. confer Ep. XIII. 4. XCIII. 6. — Optat poëta, ut lucerna exstinguatur, κοιμάσθω μὲν ὁ λύχνος, quo facto πᾶσα γυνὴ ἡ αὐτὴ, (ut mulier quaedam Philippo dixit, ejus pudicitiam expugnaturo, ap. *Plutarch.* T. II p. 144. E) omnisque, quam oculi conciliant, voluptas perit. Simile est votum *Asclepiadis* Ep. XXV. ὅταν φίλον ἐντὸς ἔχουσα Παίζῃ, ἀποσβεσθεὶς μηκέτι φῶς πάρεχε. *Propert.* L. II. XII 9.

Quam multa apposita narramus verba lucerna,
Quantaque sublato lumine rixa fuit?
Non juvat in coeco Venerem corrumpere motu.
Si nescis, oculi sunt in amore duces.

Gallienus in Anthol. Lat. III. 258. p. 684. novos sponsos hortatur, *Vigiles nolint exstinguere lychnos: Omnia nocte videns, nil cras meminere lucernae.* Ad utrumque locum vide *Burmann.*; et *Dorvill.* in Misc. Obss. Tom. V. p. 115. — Quod ad alterum votum attinet — κεῖσθω δεύτερος Ἐνδυμίων, sine dubio dicere voluit, se optare, ut, quicunque cum Heliodora cubet, profundo somno voluptate oblata privetur. Recte advocavit *Manso* Scholiast. *Apollon. Rhod.* IV. 57. τινὲς δὲ τῷ ὄντι φίλυπνον γεγονέναι τὸν Ἐνδυμίωνα· ἀφ᾽ οὗ καὶ παροιμία, Ἐνδυμίωνος ὕπνος, ἐπὶ τῶν πολὺ κοιμωμένων, ἢ ἀμελῶς τι πραττόντων, ὡς δοκεῖν κοιμᾶσθαι. καὶ Θεόκριτος μέμνηται· Ζαλωτὸς μὲν ἐμὶν ὁ τὸν ἄτροπον ὕπνον ἰαύων. Locus *Theocriti* est Eid. III. 49. ubi vid. *Schol.* Addit *Suidas* in Ἐνδυμίωνος ὕπνον καθεύδεις, Endymionem Somno in deliciis fuisse; idque Cares narrare ait auctor Proverb. in Append. Vatic. Cent I. 61. Apud *Diogenianum* Cent. IV. 40. ἔν τινι γὰρ πόλει ἠράσθη ὁ Ὕπνος παιδὸς Ἐνδυμίωνος, non exputo, quid sibi velint

verba ἔν τινι πόλει, quae fortaſſe depravata ſunt. Loca veterum, qui hoc proverbio uſi ſunt, commemorat *Eraſmus* Chil. I. IX. 63. — Similem fortunam, ſed gravioribus verbis, imprecatur rivali *Propertius* L. II. 7. 98. *Atque utinam — Ille vir in medio fiat amore lapis;* cujus loci ſenſum recte percepit *Burmannus*. — Paene monere neglexeram, in membranis κοιμάσθω μὲν λύχνος, omiſſo articulo, legi.

CIII. Vat. Cod p. 111. *Reiske* in Miſcell. Lipſ. IX. p. 308. nr. 338. (*Manſo* nr. XCVIII. p. 41.) Poëta, voluptatis, in Heliodorae amplexibus perceptae, memoriam refricans, num illa iisdem delectetur imaginibus, an novum amorem pectore foveat, cum ſollicitudine quadam rogat. — V. 2. ὄρθῳ habent membranae. Brunckianam lectionem de *vellicationibus et mollibus morſiunculis*, quales *diluculo infeſto ingruente* amantes ſibi in diſceſſu inferre ſolent, interpretatur *Manſo*

Lect. III. 17. p. 645. Plurimae significationum, quas huic voci tribuit *Hesychius*, nostro loco conveniunt, ubi de ὑβρει amantibus *ingrato*, πικρῷ καὶ χαλεπῷ, sive, ut Noster appellat Ep. LXXXI. et LXXXII. δυσεράστῳ agitur. Quae si recte posui, nollem verba ἀσκελέων ὕβρεων κνίσματα de vellicationibus matutino tempore illatis accipere — cur enim mane potius quam media nocte his nequitiis utantur amantes? — sed de diluculo, quod amantium amplexus divellens vexat, κνίζει. Non enim semper nec ubique verbum κνίζειν sensu nequam ponitur. *Eurip.* Med. 599. ὄλβος, ὅστις τὴν ἐμὴν κνίζοι φρένα. Andromach. 208. ἤν τι κνισθῇς. Vide *Wesseling*. ad Herodot. VII. p. 513. 76. — Verum nec ultimum hujus versiculi vocabulum vitii expers. Cod. habet δακιχαρῆ. In apogr. Lips. δακυχερῆ, asterisco appicto. Hoc sincerum putabat *Reiskius*, ut a δάκνω et χεὶρ derivandum. Metri detrimentum pro nihilo putabat Vir doctissimus. *Brunckius* unde suam lectionem sumserit, non indicavit. Ipsius inventum puto; quam probabile, non dixerim. κνίσματα δηξιχαρῆ (a δῆξις et χαίρω) forent cruciatus, qui aliorum malis gaudent; ut φῶς ἐπιχαιρέκακον in re simili Epigr. LXXXII. Sensus optimus; sed aliud quid latere videtur. Correxerim equidem:

κνίσματ' ἀδαγμοχαρῆ.

ἀδαγμός. κνισμός. *Hesych.* Nihil diversa ἀδαγμὸς et ὀδαγμός· quorum prius de graviori dolore usurpavit *Sophocl.* in Trachin. 769. ἦλθε δ' ὀστέων Ἀδαγμὸς ἀντίσπαστος. ut *Brunckius* ex *Photii* Lex. Msc. restituit. De ἀδάξασθαι, *mordere*, *pungere*, vid. *Foesii* Oecon. Hipp. v. p. 3. — *Mansoni* in mentem venerat — κνίσματα δακρυχαρῆ. Nec ipse tamen sibi in hac emendatione satis faciebat. — V. 3. στοργῆς ἐμὰ λείψανα κοττι φίλημα. Vat. Cod. et sic apogr. Lips. nisi quod ἐμοὶ pro ἐμὰ legit. *Brunckii* lectio *Reiskium* habet auctorem. Sequ. versu pro ἐν οἰκεσίᾳ in Lect. corrigit editor ἐνὶ κλισίᾳ, quae *Schneideri* est conjectu-

ra, probata *Wyttenbachio* in Bibl. crit. p. 31. In Vat. Cod. ἐν οἰκίσιᾳ exstat. Mihi in hoc disticho nondum omnia videntur ad sanitatem perducta. — μνημόσυνον. De vestigiis lecto impressis videtur agere. *Livius* I. 58. *Vestigia viri alieni, Collatine, in lecto sunt tuo.* *Aristaenet.* Epist. II. 22. ἐξανέστη τῆς εὐνῆς, καὶ τὴν στρωμνὴν ἀνετάραξε, παντελῶς συγχέουσα τὸ ἔρεισμα τοῦ δευτέρου σώματος, ὅτι κατηγόρει μηνύματα συζυγίας. Cf. *Tibull.* I. 9. 57. *Propert.* L. II. 29. 35. — V. 5. κἠμὲ ὄνειρον. *Wyttenbachius* in Bibl. crit. l. c. κἠμ' ἂν ὄνειρον conjicit, sive κἠμέ γ' ὀνείρῳ ψυχαπάτῃ. Prius praeferendum. Num me *falsa sub imagine somni secum videt*, ut poëta loquitur in Anth. Lat. III. Ep. CCVI. *Agathias* Ep. XII. ἴσως δέ τις ἥξει Ὄνειρος, Ὅς με Ῥοδανθείοις πήχεσιν ἀμφιβαλεῖ. — De σύγκοιτα vide ad Ep. LXXXIV. — V. 8. ἀείδῃ Cod. Vat. In apogr. Lips. ἀείδεις. ubi etiam ἔρως ἔδωκα exstat.

μυροβοστρύχου exhibetur. De βότρυς, quod crines fastigiatos, corymbium, significat, alio loco dicemus. — ἀνθοβολῇ in Cod. ab antiqua manu est; manus recentior ει superscripsit. Optat autem poëta, ut corona Heliodorae comas floribus suis conspergat; quod cultus et venerationis significationem habet. De ἀνθοβολία vide quae collegit *Bourdelot.* ad Heliodor. Aeth. L. III. 3. p. 178. ed. Lips.

CVI. Cod. Vat. p. 108. Planud. p. 448. St. 581. W. (*Manso* nr. LXXXVI. p. 39.) *Schneiderus* in Per. crit. p. 107. hoc distichon jungendum putat Epigrammati LXXXVII. cum quo in Flor. edit. cohaeret. Verum in Florentina permulta Epigrammata cohaerent, quae separanda esse nemo dubitat. Mihi certe et illud Epigramma, quod in Planudea praecedit, et hoc distichon totum videtur constituere. — V. 1. νὴ Planud. Imitatus est haec *Agathias* Ep. XXV. 7. 8. ἀλλὰ τί μοι τῶν ἤδος, ἐπεὶ σέο μῦθον ἀκούειν ἤθελον ἢ κιθάρης κρούματα Δηλιάδος. Ante ἢ supplendum μᾶλλον, ut in Ep. inter ἀδέσπ. CCCXXXIX. ὤμοσαν αἱ Χάριτες Φερεαυγέα κοίρανον αἴγλης ἐνθάδε ναιετάειν, ἢ παρὰ τῇ Παφίῃ. Cf. *Antip. Thess.* Ep. I. 6. Hunc dicendi usum illustravit *Dorvill.* ad Charit. p. 538. et *Abresch.* ad Aesch. T. II. p. 19. — V. 2. ἢ τὰς Λατρίδου Vat. Cod. In Planud. Λητοΐδου.

CVII. Vat. Cod. p. 108. Planud. p. 449. St. 582. W. (*Manso* nr. LXXXIX. p. 39.)

CVIII. Vat. Cod. p. 110. Planud. p. 450. St. 583. W. (*Manso* nr. XCVI. p. 41.) Ad apem, quae Heliodoram attigerat. Simile est Epigr. *Stratonis* LXXXVIII. Ineptam esse ἔννοιαν in nostro carmine, praeclare ostendit *Schneiderus* Per. crit. p. 47. Idem varietatem lectionis notavit p. 118. — V. 3. Quod apis Heliodorae cutem tetigit, indicare videtur poëtae, puellam τὸ γλυκύπικρον Cupidinis βέλος in pectore habere.

Simili acumine, quamvis minus inepto, *Achilles Tatius* L. II. 7. p. 56. εἴ που καὶ σὺ μέλιτταν ἐπὶ τοῦ στόματος φέρεις; καὶ γὰρ μέλιτος γέμεις καὶ τιτρώσκει σου τὰ φιλήματα. — Pro δυσίνοιστον Planud. δύσοιστον. Vat. Cod. δύσοιστον habet; quarum lectionum comparatio docet, verissimam esse Brunckianam, quam ipsius elegantissimi viri ingenio deberi puto. — V. 5. τοῦτ' ἦν, τοῦτ' ὦ φ. Planud. τοῦτ' εἶπας ὦ φιλέρωτε. Cod. Vat. Ὦ igitur iterum ex ingenio est positum. Mihi tamen verisimilius est, Meleagrum scripsisse:

καὶ δοκέω τοῦτ' ἦν· εἶ', ὦ φιλέρωτε, — —

Epigr. XC 4. εἶπα πίθου, καὶ, φιλόμουσε, πίθου.

CIX. Vat. Cod. p. 282. Planud. p. 228. St. 332. W. (*Manso* nr. CXIX. p. 50.) Nec in uxorem poëtae, ut *Opsopoeus* putavit, nec in filiam scriptum, quae *Valcke-*

[redacted]

χαρίζεται χάριτάς καὶ νίκην γελοίαν. *Nonni Dionyſ.* XLVII. ὕδος κενεὴν πάλιν, ὕπνε, φίλην χάριν. Appoſite Antigone in *Eurip.* Phoeniſſ. 1773. χάριν ἀχάριστον εἰς θεοὺς διδοῦσα, deos venerata videlicet, ἧς χάριτος ἀμοιβὴν παρὰ τῶν θεῶν οὐκ εἶχεν; ut *Schol.* interpretatur. — V. 7. Quod *Meleager* Heliodoram θάλος vocat; inde non ſequitur, ut ejus filia fuerit. Cf. Epigr. LXXXVIII. 1. — V. 10. Perperam in Lectionibus Aldinae primae ſubjectis μᾶτερ' ἐναγκαλίδοις corrigitur, quod receptum eſt in Ald. ſec. quaſi hoc carmen in matrem poëtae compoſitum eſſet. In Aſcenſiana μάτερ, omiſſo apoſtropho, et accentu mutato.

CX. Vat. Cod. p. 418. qui hoc carmen, quod ſine auctoris nomine exſtat in Planudea p. 124. St. 179. W. Meleagro vindicat. Tanquam venerandae antiquitatis pretioſiſſimum monimentum, a ſe recens detectum, eruditorum admirationi venditavit *Jo. Baptiſta Zenobetti*, ſub titulo: *Ver Idyllium Meleagri e Cod. Vat. Mſc. editum et illuſtratum.* Romae 1759. 4. Errorem editoris detexit Vir D. in *Journal de Trevoux*. 1760. *Mars.* p. 763. Idem carmen ſeparatim exhibuit, prolixo commentario inſtructum, *Meinecke* Goettingae 1788. 8. Habet hoc Eidyllium, quo ſe commendet; vix tamen dignum iis laudibus, quibus nonnulli id cumulaverunt. Neque enim imaginum novitate, copia et varietate, neque admodum ingenioſa earum adornatione et concinnatione lectorem retinet et delectat. — V. 2. πορφυρέη. *Cum ſe purpureo vere remittit humus.* *Tibull.* III. 5. 4. *Oppian.* Hal. L. I. 458. ἀλλ' ὁπότ' ἀνθεμόεσσαι ἐπὶ χθονὸς εἴαρος ὧραι Πορφύρεον γελάσωσιν, ἀναπνεύσῃ τε θάλασσα Χείματος εὐδιόωσα. — V. 4. In Analectis typothetarum errore θηλήσαντα legitur, pro θηλήσαντα. — Mox omnes Planudeae editt. et Cod. Vat. ἀκόμισσε exhibent, quod *Zenobetti* ſic vertit, quaſi ἐκόσμησε legiſſet. Noſtra lectio debetur ſagacitati *Huetii* in Not. p. 14. cujus emenda-

tionem firmat Cod. Planud. regius, ubi a prima manu ἐκόμασε habetur. Eundem errorem in *Callimachi* H. in Del. 262. correxit *Hemsterhusius*: χρύσειον δ' ἐκόμησε γενέθλιον ἔρνος ἐλαίης. *Anacreon* p. 334. ὅπου λειμῶνες κομῶσιν. *Libanius* T. I. p. 280. 17. τῷ φυτῷ αὐτῆς ἡ γῆ κομᾷ. *Herodes Att.* in Inscr. T. II. p. 300. λειμώνων τε κόμας ἀπαλοτρεφέων ἐφέπουσαι. *Horatius* IV. Carm. VII. 1. *Diffugere nives, redeunt jam gramina campis Arboribusque comae.* — Pro πετάλοις vitiose πετίλοις Vat. Cod. — V. 6. ἀνοιγομένοιο. *Nec flos ullus hiat pratis. Propert.* IV. 2. 45. Vide *Burmann.* ad Lotich. p. 103. — V. 10. ἀπημάντῳ. πρηΰγελως Ζέφυρος dicitur *Marco Argent.* Ep. XXIV. πρηΰτατος *Dioscoridi* Ep. VI. et *Philodemo* Ep. XXV. Pro ζεφύρου Vaticanae membr. ζεφύρῳ. male. — Mox *Huetius* p. 14. κολπώσαντος conjicit. Vulgata elegantior. — V. 13. τευχθέντα et μελίσσαις. Cod. Vat. —

pellem nunc fudit in artus. *Appulejus* Metam. L. VI. p. 402. *Oves ibi nitentes — Inde de coma pretiosi velleris floccum mihi confestim, quoquo modo quaesitum, afferas.* Ubi vid. Intpp. — ¶. 32.] V. 21. καὶ νεῦται δὲ πλάνωσιν Διόνυσος. Vat. Cod. — Idem sequ. vers. πετεινά. — αὐδήεσσαν de apibus *Christodor.* in Ecphr. 343. Πιερικὴ δὲ μέλισσα περὶ στόμα θεῖον ἐλᾶτο Κήριον ὠδίνουσα μελισταγές.

CXI. Vat. Cod. p. 235. sq. Planud. p. 265. St. 381. W. (*Manso* nr. CVII. p. 45.) Cicadam rogat, ut dulci cantu suo somnum ipsi conciliet. Elegans epigramma, et in fine praesertim caloris plenum. — V. 1. Laudat hoc distichon *Suidas* v. ἐγγενόμενοι T. I. p. 39. unde *Br.* ἠχήεις arripuit pro ἀχήεις, quod Planud. et Cod. Vat. habet. — Cicadam rore, non minus quam vino, ebriam duxit *Meleager* ex *Anacr.* Od. XLIII. quae tota conferri meretur. *Antipater Thess.* Ep. XXX. ἀγροῖ τέττιγας μεθύοντας δρόσοις. Quod incalescente sole vehementius canunt, *Theophyl.* Simoc. Ep. I. τέττιξ, ait, ἐκπίνων ὥσπερ ἡλιακὴν μεθυσκόμενος τερετίζει. Cicadas rore vesci, primus dixit *Hesiodus* in Scuto 395. ᾧ πόσις καὶ βρῶσις θῆλυς ἐέρση. *Aristoteles* H. An. IV. 7. ὁ δὲ τέττιξ μόνον τῶν τοιούτων στόμα οὐκ ἔχει — δι' οὗ τῇ δρόσῳ τρέφεται μόνον. Cf. *Athen.* L. II. p. 46. E. et *Virgil.* V. Ecl. 77. Lepide *Philostratus* poëtam, quem cicadae comparat, amico commendans Epist. XVII. p. 921. ᾄδει δ' οὐ μὴ δρόσῳ, inquit, ἀλλὰ σιτίοις τραφείς; πεπίστευκά σοι μελίζειν. — ἐρημοβλάλος *Toupius* emendavit ad Suid. T. I. p. 14. pro ἐρημόβλαλον, quod in Planud. Vat. Cod. et ap. *Suidam* habetur. Epigr. inter ἀδέσπ. CCCCXVI. τίπτε με τὸν φιλέρημον τέττιγα δροσοπότην ἥλκυσ' ἀπ' ἀκρεμόνων. — V. 3. πτίλλοις corrigit *Jos. Scaliger.* — κώλοις Aldina princeps. Reliquae κώλοις. *pedes serratos* intellige. Quomodo cantum edant locustae, docere studuit *Aristoteles* H. A. IV. 9. *Swammerdamus* in Bibl. Nat. p. 504. Elegans est nescio cujus locus ap. *Demetrium* de Elocutione c. CXLII. p. 61. qui

vulgo depravatissime legitur sic: πτερύγων δ' ὑποκαταχέει λιγυρὰν ἀοιδὰν, ὅ τι ποτ' ἂν φλόγιον καθέταν ἐπιπταμένοιο καταυλεῖν. Quae si comparaveris cum verbis *Aristophanis* in Av. 1095. ἡνίκ' ἂν ὁ θεσπέσιος ὀξυμελὴς ἀχέτας θάλπεσι μεσημβρινοῖς ἡλιομανὴς βοᾷ — et magis etiam cum his ap. *Alexandr. Clementem* Cohort. p. 2. ὥρα καύματος, ὁπηνίκα οἱ τέττιγες ὑπὸ τοῖς πετάλοις ᾖδον ἀνὰ τὰ ὄρη θερόμενοι ἡλίῳ —; sic forte constituenda existimabis mecum: πτερύγων δ' ἄπο καταχέει λιγυρὰν ἀοιδὰν, ὅτε ποτ' ἂν φλόγιον καῦμ' ἀχέτας ὑπὸ πετάλοις καταυλεῖν. *Ab alis sonorum cantum fundis, quando ardens solis aestus eam sub foliis latentem uris.* φλόγιον καῦμα καταφαίνει, ut ap. *Archiloch.* fr. XLII. πολλοὺς μὲν αὐτῶν Σείριος καταυανεῖ. ubi vide notata. — V. 3. 4. Profert *Suidas* v. κῶλα. — λύρης Vat. superscripto α. — πλάζεις μέλισμα λύρης, cantum lyrae sonis similem edis.

tamen et ipsum conjecturae debetur. Codex enim ἀνάθημα habet. — παραμύθιον ὕπνου. cujus cantus ad somnum invitat, sive somnum leniorem et jucundiorem reddit. Ap. *Eustath.* de H. et H. L. II. p. 36. hortus jucundus τέρψις ὀφθαλμῶν, καρδίας παρηψυχὴ, παραμύθιον ψυχῆς. Lenimentum amoris παραμύθιον ἔρωτος, idem L. IX. p. 240. et *Lucian.* Dial. Mer. T. III. p. 282. καμάτων παραμύθιον *Sophocl.* Electr. 129. Vide de hoc verbo et de παραμυθεῖσθαι disputantem *Wassium* ad Thucyd. V. p. 371. et *T. Hemsterh.* ad Xenoph. Ephes. p. 153. quibus doctissimus *Locella* quaedam de suis addidit. — Vix notatu dignum, quod in Vat. Cod. παρὰ μύθιον legitur. — V. 3. αὐτοφυές. Facultatem cicadae ab ipsa natura tributam significat. αὐτουργῷ μέλει κατωργάνιζε dixit *Apollonid.* Ep. XXV. *Quintus Maecius* Ep. V. φρουρητὸν κήρυκ' αὐτοφυεῖ σκόλοπι. *Thucyd.* L. 93. λιμένας ἔχων τρεῖς αὐτοφυεῖς. οὐ χειροποιητούς. *Schol.* — Sq. versu ἐκκρούουσα φίλας Planud. et Cod. Vat. *Opsopoeus* φίλη conj. *Brodaeus* φίλοις. *Dorvillius* ad Charit. p. 518. tentabat: ἐκκρούουσα φίλοις ποσσὶ λ. π. — V. 5. 6. Laudat *Suidas* v. μέτος T. II. p. 567. — φθέγγευ ἐρωτοπλάνον de cantu amoris cruciatum leniente accipio, ὅστις πλανᾷ τὸν ἔρωτα. — V. 7. 8. Excitat *Suidas* in γήτειον T. I. p. 481. τὸ γήτειον, quod locustae promittit poëta, est caepae vel porri genus. Passim commemoratur apud *Aristophanem*, tanquam ἥδυσμα cibi. Vide Schol. ad Ranas 635. et ad Vesp. 496. Attigit hoc verbum *Casaubon.* ad Athen. p. 142. sq. *Bodaeus a Stapel* ad Theophr. VII. p. 786. Quid vero sit, quod poëta hanc plantam, tanquam munus locustae inprimis gratum, commemoret, nemo dixit; nec ego dicere possum. — Versu sq. Vat. Cod. στόμασι σχαψανάδας. Prius etiam in Planudea est et ap. *Suidam*, ψακάς attica est pronuntiatio pro ψεκάς. Vide *Pierson.* ad Moer. p. 419.

[redacted]

CXIII. Vat. Cod. p. 412. Planudea p. 82. St. 120. W. (*Manso* nr. CXI. p. 47.) Vinum, nisi aqua dilutum et temperatum, ignis naturam habet; secundum *Eratosthenem* ap. Athen. II. p. 36. F. οἶνός τοι πυρὶ ἴσον ἔχει μένος. Hanc ejus naturam ex fabula explicaturus, antiquam esse, ait, Baccho cum Nymphis consuetudinem, jam eo tempore contractam, quo recens natus puer flammam effugerit. Optime hanc fabulam illustravit *Brodaeus*, laudato *Eurip*. Bacch. v. 520.:

Ἀχελῴου θύγατερ,
Πότνι' εὐπάρθενε Δίρκα,
Σὺ γὰρ ἐν σαῖς ποτε παγαῖς
Τὸ Διὸς βρέφος ἔλαβες,
ὅτε μηρῷ πυρὸς ἐξ ἀθανάτου Ζεὺς
ὁ τεκὼν ἥρπασέ νιν.

Vide *Valckenar*. ad Phoeniss. 651. et *Burmann*. ad An-

[redacted]

Posterior syllaba in novissimo verbo producta in hoc poëta lectorem non magis offendet, quam elisio in pentametro neglecta. Hanc licentiam sequioris aevi versificatores, cum Graeci tum Latini, frequenter sibi sumserunt. — V. 2. κυλιόμενον. Planud. et Vat. Cod. Correctionis et auctor et causa latet. Idem κυλίεσθαι et κυλίνδεσθαι auctore *Hesychio*; eadem metrica ratio. Vid. *Theocr.* Eid. XXIV. 18. — Vers. seq. legendum puto:

τοὔνεκα νῦν Νύμφαις Βρόμιος φίλος.

Mox Flor. ed. ἴργης, Aldi filiorum ἔργης exhibent. Genuina lectio in Aldina principe et secunda, et in Ascensiana habetur.

¶. 33.] *CXIV.* Vat. Cod. p. 169. Edidit *Reiske* in Anth. p. 16. nr. 443. (*Manso* nr. CIX. p. 46.) Lucernam Veneri dedicat. Pro συμπαίκτορα Cod. praebet συμπαίστορα. Eandem formam *Brunckius* restituit *Leonidae Tar.* Ep. XXX. ubi vulgarem συμπαίστορα etiam *Suidas* et Vat. Cod. tuetur. In *Orphei* Hymn. XLII. 7. Horae Περσεφόνης συμπαίκτορες. — μύστην. Vide ad Epigr. LXXI. Fortasse huc respexit *Pompejus* Ep. II. T. II. p. 105. τὰ ποθεύντων κνίσματα καὶ μύστην λύχνον ἀπειπαμένη. — Pro σῶν apogr. Lips. σόν.

CXV. Vat. Cod. p. 169. Planud. p. 444. St. 577. W. (*Manso* nr. CX. p. 46.) Scriptum in arma nova et splendida, quae Mars in templo suo suspensa esse indignatur. Expressum est ex *Leonid. Tar.* Ep. XLVII. Cf. etiam *Antip. Sidon.* Ep. XXIX. Anthologia Lat. II. Ep. CCXXXI. *Grandia qui exiguis deducit facta figuris, Ad Venerem* [*binc*] *abeat; nos tuba saeva juvat. Sanguine quae rubeant, Gradivum carmina placent.* — V. 1. „Θνητὰ est ex emendatione, quam vir quidam doctus „*Scaligeri* codici adlevit, et *Huetius* p. 42. probat. At „mihi valde displicet, cum sit prorsus inutile; integra „enim esse arma, splendentia, pulcra, satis declaratur

„in sequ. disticho. θνατῶν habent Codd. omnes et Suidas „in θριγκός. Mallem fere, quod ibi Kusterus habet, iste„dem ex conjectura, licet sic in Anthologia legi dicat: „θνατῶν περὶ τοῖς θριγκοῖσι, quod metrum in tuto ponit; „sed hoc non magis est genuinum. Περὶ in hoc versu „vacat, et non est in Suidae edit. pr. ubi locus sic scri„ptus: τίς τάδε μοι θνατῶν θριγκοῖσιν ἀνῆψε ὅπλα. Illic „mihi epitheton quoddam voci θριγκοῖς congruum deesse „videtur." Brunckii verba sunt in Lectt. p. 51. H. Stephanus verbum θνατῶν pro supposititio habebat, sine causa idonea. Vitium est in περὶ, quod jam antiquitus depravatum fuisse inde apparet, quod a Suida praeteritur. Vide, an corrigendum sit:

τίς τάδε μοι θνατῶν ἱεροῖς θριγκοῖσιν ἀνῆψε.

Parum profecto discriminis est inter ΠΕΡΙ et ΙΕΡΟΙΣ; error autem ex compendio scribendi ἱερ' ortus est. Vat. [redacted]

ne haec pronuntiat deus, muliebria haec ornamenta esse significans. Respicitur autem ad morem veterum aedes et loca publica armis ornandi. In curia quidem Eleorum, Λαλίχμιον vocata, ubi oratores eloquentiae certamina habebant, scuta erant suspensa, θέας εἵνεκα καὶ οὐκ ἐς ἔργον πολέμου πεποιημένα. *Pausan.* VI. 23. p. 513. Etiam in pulcherrimo illo et ad ostentationem exstructo Ptolemaei tentorio, quod *Callixenus Rhodius* describit ap. *Athen.* V. p. 196. F. inter reliqua ornamenta θυρεοὶ περιέκειντο ἐναλλὰξ ἀργυροῖ τε καὶ χρυσοῖ.

CXVI. Vat. Cod. p. 436. Planud. p. 33. St. 49. W. cum lemmate: τίνας ἂν εἴποι λόγους Μελέαγρος βοὸς μέλλοντος θύεσθαι τῷ Διὶ καὶ μυκωμένου. (*Manso* nr. CXIV. p. 47.) Acumen, in quo desinit poëta, debet *Moscho* T. I. p. 411. — V. 3. τὸν ἀροτρέα. Bovem aratorem immolare nefas putabatur. Vide notata ad *Addaeum* Ep. III.

CXVII. Planud. p. 317. St. 457. W. (*Manso* nr. CXV. p. 48.) Poëta se, conspecta filiorum Niobes caede, ad eorum matrem properare fingit, quo ei rem nuntiet. Vix autem filios interfectos nuntiaverat, quum, ecce, in alteram partem conversus, filias quoque Dianae sagittis pereuntes videt. Confer *Antipatr. Sidon.* Ep. XLII. et XLIII. *Theodorid.* Ep. VII. Septem puellarum diversum habitum Meleager adumbrat, quot filias, totidemque filios Niobe habuisse dicitur ap. *Eurip.* in Cresphonte. Vide *Schol.* ad Phoeniss. v. 162. ubi diversae aliorum traditiones docte recensentur. Disputavit de hac fabula *Cuperus* in Obss. L. III. 17. p. 338. sqq. Cf. *Heynium* ad Apollodor. p. 590. — V. 3. λῦε κόμας ἀνάδεσμον. De ritu comas in luctu solvendi vide *Spanhem.* ad Callim. H. in Cerer. 5. p. 746. sq. — V. 6. πλημμύρει. Jam caedes in puellas redundat. φόνος de loco, ubi caedes peragitur, accipi, quod *Manso* fecit, usus dicendi vix patitur. — Pro αἱ, αἳ veteres editt. quas

consului omnes αἰ, αἰ exhibent, secundum praeceptum *Suidae* P. I. p. 639. σκυθρωπὸς δὲ καὶ ὑπόδρα [illegible] [illegible] καὶ [illegible]. — V. 7. [illegible] Planud. — Haec cum carminis initio non satis congruunt. Ibi nuntius caedis ad Nioben properans auditur; hic caedes matre praesente peragitur. — §. 34.] V. 8. ἀτυζομένη. Haec ad telum, in se directum, stupet; illa pavet capite demisso et averso, quo lateat, quaerens. πτώσσουσα ἑαυτὸν καταπτήσσουσα. πτωσσάζουσα, κρύπτεσθαι. *Hesych.* unde πτώξ. Idem est πτήσσειν, quod illustravimus in Exercit. crit. T. I. p. 125. — Mater ipsa, λάλον στόμα, i. e. λάλον στόμα (cf. Epigr. L. 8.), olim loquacissima, jam prae stupore obmutuit in saxum mutata. Noster fortasse *Theodoridam* expressit l. c. ἃ δὲ λίθῳ καὶ σαρκὶ μεμιγμένον εἶδος ἔχουσα πετροῦται.

CXVIII. Vat. Cod. p. 219. Edidit *Reiske* in An-

[redacted]

omnia ſcire, nihil ab aliis didiciſſe dicebat; ap. eundem ſect. 5. — V. 2. Si recte video, Heraclitus ſua in patriam merita extollit, ea dicendi brevitate uſus, quae ipſi σκοτεινοῦ nomen meruit; unde *Timon* in Sillis Heraclitum κοκκυστὴν, ὀχλολοίδορον, αἰνικτὴν appellabat; ap. *Diogenem* l. c. 6. p. 551. Videtur autem ſcribendum eſſe:

φαμὶ τά γ' ἐς πάτραν κρέσσονα καὶ σοφίης.

Ea, quae patriae cauſa feci, majora etiam eſſe et praeſtantiora quam ſapientiam meam. Eum per aliquod tempus bene de Epheſiorum rep. meritum fuiſſe, inde colligere licet, quod in ſummi magiſtratus locum eligebatur. Hoc autem loco, ni fallor, acrem et perpetuam in patriae hoſtes inimicitiam jactat. In hunc ſenſum equidem accipio verba, Ἀσίᾳ δύσφρονας ἄνδρας ὑλάκτευν, *allatrabam Aſiae adverſarios*, fortaſſe eos, qui Perſarum partibus favebant. Haeremus in verbis, λὰξ γὰρ καὶ τοκέων· ſic enim apogr. Spall. exhibet, non, ut *Br.* in Vat. Cod. eſſe ait, λὰξ γὰρ ἐγὼ καὶ τὸ κέων, unde *Br.* emendandum putabat, λὰξ γὰρ ἐγὼ κοτέων Ἀσίᾳ, *ita Aſiae infenſus, ut eam calcibus petere paratus eſſem.* Minus etiam feliciter *Reiskius*, κλὰξ γὰρ καινοτόμων ἀστῶν, ξ. δ. ἄ. quod ſecundum ipſum ſignificat: *Sublata enim voce latravi adverſus civium quosdam novarum rerum ſtudioſos, ſcaevorum conſiliorum fautores.* Plura ſunt a *Reiskio* in hoc carmine parum feliciter novata. Mihi placet *Schneideri* emendatio: λὰξ γὰρ ἐγὼ πατέων, in hunc fortaſſe modum leniter immutanda:

λὰξ γὰρ ἀεὶ πατέων — —

Theognis: λὰξ ἐπίβα δήμῳ κενεόφρονι. *Bianor* Ep. XI. καὶ ἐν ποσὶ λὰξ πατέοντα τοίχους. Inter ἀδέσπ. DCLIII. λὰξ δὲ πατήσας λυσσώδη ζωήν. *Sophocles* in Phaedra ap. Stob. XLIII. p. 163. ἐν ᾗ τὰ μὲν δίκαια καὶ τὰ σώφρονα λάγδην πατεῖται. Hinc ductum verbum λακπατέειν, quod *Heſy-*

chius servavit; et, λαξευτῆρος in Antigone 1391. ubi vide Schol. Hanc igitur emendationem unice amplectendam existimarem, nisi me nonnihil retraheret locus ap. *Leonid. Tar.* Ep. XCVII. ubi de Hipponacte, ejusdem fere ingenii viro, agitur: ἄρτι γὰρ Ἱππώνακτος ὁ καὶ τοκέων καταβαΰξας Ἄρτι κεκοίμηται θυμὸς ἐν ἡσυχίῃ. Quae verba si *Meleager* ante oculos habuit, alia circumspicienda emendatio. — ὑλάκτευν Egregie ap *Theodorid* Ep. XVIII. ejusdem Heracliti cippus, ἀγγέλλω, ait, βροτοῖσι — θεῖον ὑλακτητὴν δήμου ἔχουσα κύνα. — Post versum quartum vix dubito, quin unum aut alterum distichon interciderit; tam subita enim τοῦ ἤθους conversio, ut praecedentibus vix et ne vix quidem conjungi posse videatur. Ira commotus Heraclitus invehitur nescio in quem, fortasse in unum τῶν δυσφρόνων, eumque abigit; cum contra Ephesio natum gaudere et valere jubeat. In

[redacted]

Nonne procul abhinc? Quam durus ille! fortasse dices. Sed cave, ne quid etiam durius patiaris. Color, ut in Ep. Philippi LVI. ὀργίλος ὡς ὁ Πρίηπος, ἐρεῖς. *Reiskius* hoc distichon sic constituit:

> οὐκ ἀπ' ἐμοῦ; μὴ πρόσχης. ἐπεὶ τάχα καί σύ τι πείσῃ
> τρηχύτερον πέτρας· χαῖρε σὺ δ' ἐξ Ἐφέσου.

Quod mire vertit sic: *Tune igitur jam te hinc non protinus tolles? Ne, quaeso. huc accedas. Nam fieri possit, ut ab hac mea patria tu multa quam ego acerbiora experiaris. Atqui salvere te jubeo ex Epheso.*

CXIX. Vat. Cod. p. 258. Planud. p. 227. St. 330. W. ubi ἄδηλον. *Meleagro* membranae vindicant. (*Manso* nr. CXVII. p. 49.) Lycambis filiae, Archilochi jambis ad restim adactae, apud inferos jurant, falsa esse et fictitia, quae poëta ille in eas evomuerit, simulque Musis exprobrant, quod ejus maledicentiae inservierint. Comparandum *Dioscoridis* Epigr. XXIII. et inter ἀδέσπ. CCCVII. De Neobule ejusque patre vid. Schol. ad *Horat.* I. Epist. XIX. 30. et ad Epod. VI. 13. — V. 2. Περσεφόνης. Cod. Vat. Qui seq. versu conspirat cum Planudea: παρθένοι ὡς ἔτυμον. Ex conjectura igitur fluxit, quod *Br.* dedit, sed ea et elegante et probabili. — ἔφλυσε. Ex *Dioscoride* l. c. ἀλλὰ καθ' ἡμετέρης γενεῆς ῥυπαρὴν ἐπίδος φήμην τε στυγερὴν ἔφλυσεν Ἀρχίλοχος. Vocabulum φλύος (pro φλυαρία), unde verbum fluxit, usurpavit ipse *Archilochus*, docente *Eustathio* ad Od. p. 523. Sensum verbi bene explicavit *Schol. Apollon. Rhod.* I. 275. φλύζειν κυρίως τοὺς λέβητας φαμὲν καιομένους ἀναβάλλειν θερμότητι τὸ ὕδωρ. Idem per ἐκφυσᾷν reddit ad L. III. 583. Est igitur *ebullire*, quo verbo simili ratione utitur *Cicero* de Fin. V. 27. *Dixerit hoc idem Epicurus, semper beatum esse sapientem; hoc enim solet ebullire nonnunquam.* Conf. *Schneiderum* ad Nicandri Alex. p. 144. — Vat. Cod. ἔφλυσε legit. — V. 6. Male *Brunckius* omisit δ' post

γυναικεῖον, quod et Planud. habet, et Cod. Vat. agnoſcit, in quo lineae ſuperſcriptum eſt. γυναικεῖος πόλεμος. *bellum in mulieres ſuſceptum.* Alio ſenſu *muliebre bellum* dixit *Cicero* Or. pro Coel. 28. — Mox Planud. ὀφρυβριστῆρας junctim. *Truces jambos* vocat *Catull.* XXXIV. *pugnaces Ovid* in Ibide 521. Ibidem v. 51. *Poſtmodo, ſi perges, in te mihi liber Iambus Tincta Lycambeo ſanguine tela dabit.*

CXX. Vat. Cod. p. 237. Planud. p. 267. St. 385. W. (*Manſo* nr. CXVI. p. 48.) In leporem pabuli copia enectum. Lepus loquitur. Primum diſtichon excitat *Suidas* v. λαγώς. T. II. 408. — V. 1. οὐν ἀρπασθέντα. Cod Vat. — οὐατόεντα. *auritos lepores*, ex Afranio ductum, uſurpavit *Virgil.* Georg. II. 308. Cf. *Macrob.* Saturn. VI. 5. p. 600. *Auritus* ap. Latinos ſimpliciter aſinum et leporem ſignificat. Vide Intpp. *Phaedri* in

[redacted]

coridis Ep. in vinoſam mulierem defunctam, XXXVII. ὀγγεῖον ἐντὸς ἔθηκεν, ἵν' ἡ φιλάκρητος ἐκείνη Καὶ φθιμένη ληνοῦ γείτονα τύμβον ἔχῃ. *Antipater Sidon.* Ep. CXI. in formicam in agro ſepultam — ὄφρα σε καὶ φθίμενον Δηοῦς σταχυοτρόφος αὖλαξ Θέλγῃ, ἀροτραίῃ κείμενον ἐν θαλάμῃ. Anthol. Lat. T. II. p. 269. CCCLV.:

Hoc mihi noſter herus ſacravit inane ſepulcrum,
Villae tecta ſuae propter ut adſpicerem.

CXXI. Vat. Cod. p. 279. Anth. Plan. p. 193. St. 281. W. (*Manſo* nr. CXX. p. 50.) Viro bono et probo, Aeſigeni, terram levem precatur; fere ut *Martial.* V. 34, 9. de puella: *Mollia nec rigidus ceſpes tegat oſſa, nec illi, Terra, gravis fueris; non fuit illa tibi.* Quod ex *Meleagro* expreſſum exiſtimabat *Leſſingius* in Opp. T. I. p. 296. ſq. In eodem voto, quo mortuis terram levem apprecari ſolebant, luſit *Martialis* VI. 51. de puero, tonſore peritiſſimo, agens: *Sis licet inde ſibi tellus placata leviſque, Artificis levior non potes eſſe manu.* — Pro Αἰσιγένην, quod habet Vat. et Codices Aldi, Αὐσιγένην legitur in Edit. Flor. Aldina pr. et Aſcenſiana. Vat. Cod. praeterea ἐνέχοις.

CXXII. Meleagro vindicavit Cod. Vat. p. 281. In Planud. p. 214. St. 312. W. *Antipatro* tribuitur. (*Manſo* nr. CXXII. p. 51.) Scriptum in Philaulum philoſophum, qui ſe ſponte ſua vita exuerat. — V. 2. Valde depravatum hunc verſum exhibent membranae Vatic. ſic: παῖς Εὐκρατίδεω [καὶ ſuperſcr.] ποδαπὸς δ' εὔχεαι, reliquis omiſſis. — Θριάσιος. Θρία. δῆμος τῆς Οἰνηΐδος φυλῆς. — Ὁ δημότης Θριάσιος. Fuit prope Eleuſin., ut apparet ex *Thucyd.* L. I. 115. et *Strabon.* L. IX. p. 605. A. — V. 6. κείνων κυλίκων. Philaulus veneno ſibi mortem contraxiſſe ſignificatur. Vide *Burmannum* ad haec *Propertii* L. II. 1. 53. *Seu mihi ſint tangenda novercae pocula Phaedrae, Pocula privigno non nocitura ſuo.* — Non ſatis ta-

[redacted]

men apparet, quo senſu κείνων accipiendum ſit. *Manſo* σοφῶν ſubaudiendum ratus, vertit: *poculis iſtorum philoſophorum, qui Zenonis dogmata et exemplum ſequuntur, guſtatis.* Quod an ferri poſſit, dubito. Retulerim equidem ad celeberrima illa Socratis pocula; niſi forte in ipſo Philauli cippo poculum exſtabat ſculptum, quo quaſi digitum intendit, qui hic loquitur. — V. 8. Laudatur in Philaulo, quod vitam philoſophiae praeceptis conſentaneam duxerit, cum in hac conditione haud pauci reperiantur, qui *pulcherrima dicta nec vita, nec moribus, nec re praeſtent: Juvenal.* Sat. XI. 56. eam videlicet excuſationem in promtu habentes, qua ille utitur ap. *Plutarchum* T. II. p. 172. D. τῶν μὲν λόγων κύριος εἶναι, dicens, τῶν δὲ πράξεων τὴν τύχην. Hinc *Quintilianus* Prooem. L. I. 15. *Ac veterum quidem ſapientiae profeſſorum multos et honeſta praecepiſſe, et, ut praeceperunt,*

[redacted]

Brunckius. Ex Lipsiensi cod. idem dederunt *Leichius* in Carm. sep. p. 16. et *Reiskius* in Anthol. p. 97. nr. 620. (*Manso* nr. CXXIV. p. 52.) Poëta, variis de columna sepulcrali, cui gallus gallinaceus sceptrum et palmam tenens una cum talo lusorio insculptus erat, conjecturis propositis, tandem Antipatri Sidonii monimentum esse intelligit. Comparandum est Ep. *Antipatri S.* XCIII. quod *Meleager* ante oculos habuit. — V. 1. ἁ στάλα. Attice nominativo pro vocativo utitur. Vide *Dorvill.* Eundem dicendi usum illustravit *L. Bos* ad Lucam c. XVIII. 13. — Sq. vers. Cod. Vat. ἔσταμι λαΐνα. In quinque ejusdem apographis *Dorvillius* reperit ἔστα καλλαΐνα, quod ex *Salmasii* emendationo videtur profectum, qui de colore callaïno, i. e. purpureo sive coeruleo, disputavit in Opere de Homon. H. I. p. 177. E. Conf. *Bochart.* in Hieroz. Tom. II. p. 730. sq. Facit huc inprimis *Etymol. M.* Κάλλαια. καλοῦνται τὰ κάτωθεν τῶν ἀλεκτρυόνων ὥσπερ γένεια, διὰ τὸ εἶναι ἀνθηρὰ καὶ πορφυρώδη· τὰ πορφυρᾶ γὰρ κάλλη ἐκαλοῦντο. Εὔπολις· βάπτειν τὰ κάλλη περίσεμνα τῷ θεῷ. καὶ Αἰσχύλος· ἐν ποικίλοις γὰρ θνητὸν ὄντα κάλλεσι. ἔνθα καὶ τὸ καλλάϊνον· ἔστι δὲ χρῶμα ἀνθηρὸν ἢ τὸ βένετον χρῶμα οὕτω λεγόμενον. *Aeschyli* locus est in Agam, v. 932. Argutatur *Reiskius*, dum in marmore sepulcrali de colore non cogitandum esse ait, quandoquidem veteres marmoribus colores illevisse non valde probabile sit. Quare corrigit ἕσταμι λαΐνα, prosodiastarum de voce λᾶϊνος praecepta mera somnia pronuntians. — At licuisse poëtae, coloris quamvis non expressi mentionem facere in ejusmodi descriptione, hodie non dubitatur. — V. 3. ὑφ' ἁρπάζων Vat. Cod. — νίκας κλάδος. palmae ramus, qui victoriae et victoris insigne. Ut gallus sceptrum inter alam insertum gerebat, sic palmam tenebat unguibus. In eodem autem monimento conspiciebatur praeterea talus in summitate crepidinis positus, ita ut cadere videretur. Sceptrum ad regem, palma ad victorem referri

poterat; ſed quid tum talus? Nec tam parvus tumulus regi conveniret, ſed potius pauperi cuidam. Ad pauperis conditionem etiam galli imago ſortaſſe reſpiceret. At reliqua non accinunt. Quare hanc quoque conjecturam rejicit. — Sic haec cohaerent. — V. 5. et 6. *Leichius* omiſit. Pro ἦ ῥα *Pauw* ἢ ῥα, interrogative accipiens, male. In marg. apogr. ſui νικάσαντα invenit, idque probat, quod νικάσαντα non *victorem*, ſed *victum* ſignificaret, graviter propterea vapulans *Dorvillio*. — V. 7. λίθος edidit *Leichius*. Alius habet πρὸς δ' ἔτι. Mox Vat. Cod. ἐπὶ πρέπει, ut fere ſolet. Facit huc *Pauſanias* VI. 26. p. 518. πεποίηται δὲ ἀλεκτρυὼν ἐπὶ τῷ κράνει, ὅτι οὗτοι προχειρότατα ἔχουσιν εἰς μάχας οἱ ἀλεκτρυόνες· δύναιτο δ' ἂν καὶ Ἀθηνᾶς τῆς Ἐργάνης ἱερὸς ὁ ὄρνις νομίζεσθαι. Conf. locum lepidiſſimum *Ariſtoph.* in Avibus 487. ſqq. — ¶. 36.] V. 9. σκῆπτρον. Sceptrum de paupere et mercenario cogitare non patitur. Sq. verſu Cod. Vat. αἰολο-

[redacted]

tium, quod *Dorvillio* suboluit, praeclare sustulit *Reiskius.* Idem doctus Britannus πολύπαιδα interpretatur de metropoli, multarum coloniarum matre. — V. 15. Gallus virum voce canora, fortasse etiam in Venere praecellentem; et poëtam significat. Mire hoc loco hallucinatur *Pauwius*, qui corrigit: ὄρνις δ', ὅττι γεγὼς ὅδ' ἀνὴρ καὶ τοῦ περὶ Κύπριν, Πρᾶτος ἦν Μούσαις κ. ὑ. Nulla profecto mutatione opus est. γεγωνὸς ἀνὴρ, *vir vocalis*, plurimis exemplis allatis illustratur a *Dorvillio.* Adde, quae de eadem voce monuit *Abresch.* in Dilucid. Thuc. p. 732. et *Valcken.* ad Hipp. p. 228. C. D. — In plurimis apogr. πρᾶτος ἦν legitur; idque in Vaticanis membranis haberi ait *Dorvillius*, qui κἠν restituit ex apogr. quod non ex Palatino cod. fluxisse existimat. In apogr. tamen Spall. κἠν legitur. ὑμνοθέταις ex *Pauwii* et *Dorvillii* est emendatione pro ὑμνοθέταις. — Pro καί του *Reiskius* dedit καὶ τοῦ. Male. Non sine causa idonea dubitanter locutus est poëta. — V. 17. σύνθημα. Sceptrum eloquentiam significat. *Eustathium* ad Il. α. p. 25. et Il. σ. p. 1158. laudavit *Manso.* — Talus pronus illum potando periisse significat. *Leonidas Tar.* Ep. LXXXIV.:

Τί στοχασώμεθά σου, Πεισίστρατε, χῖον ὁρῶντες
γλυπτὸν ὑπὲρ τύμβου κείμενον ἀστράγαλον;
ἦ ῥά γε μὴν ὅτι Χῖος; ἔοικε γάρ. ἦ ῥ' ὅτι παίκτας
ἦσθά τις, οὐ λίην δ', ὦ 'γαθὲ, πλειστοβόλος;
ἢ τὰ μὲν οὐδὲ σύνεγγυς, ἐν ἀκρήτῳ δὲ κατέσβης
Χίῳ; ναὶ δοκέω, τῷδε προσηγγίσαμεν.

Arbitratur autem *Dorvillius*, illum jactum, qui Χῖος vocatur, ipsa ossiculi positione cognosci, et hoc esse, unde *Meleager* Antipatrum οἰνοβρεχῆ periisse collegerit. Vide Vann. crit. p. 163. — V. 19. Haec igitur ex signis et figuris cognoscuntur; ipsum autem defuncti nomen literis exaratum legitur. — Versu ultimo Cod. Vat. φύντ' ἀμ' ἱερῷ. quod *Dorvill.* in ἀπ' mutavit, accedente

Reiskio. *Pauw* in marg. apogr. ſui φῶντα περιστεῖαν (περιαθεντίαν) invenit, ipſe φῶντά γ' ὀρισθ. corrigens.

CXXIV. Vat. Cod. p 281. Planudea p. 287[b]. St. 416. W. ubi ultimum diſtichon deeſt. (*Manſo* nr. CXXIII. p. 51.) Lugetur Charixenus, Spirogones filius, immatura morte exſtinctus. In Planudea ἄδηλον eſt hoc carmen. *Meleagro* Vat. codicis auctoritate tribuitur. — V. 2. ὀγδωκαιδεκέταν Vat. et ἐστόλισεν. In edit. pr. ἐστόλισαν. Chlamyde defunctum induit, quam epheborum eſſe geſtamen, docuimus ad Ep. IX eamque δῶρον εἰς ᾅδην vocat. — καὶ πέτρος. Conf. Epigr. inter ἀδέσπ. DCLVI. Elegia in Anth. Lat. IV. 13. p 7. *Me deſolatum, me deſertum ac ſpoliatum Clamarem, largis ſaxa movens lacrymis.* — Seq. verſu membranae οἰμωγῇ exhibent, et verbo ἀχθοφόρειν ſuperſcriptum ουν. — V. 5. ἀνωρύεσθαι de laeto clamore non minus quam de lugubri dicitur; ut ἀλαλάζειν, de quo *T. Hemſterh.* ad Luc. T. I. p. 7. et

Quo sensu autem vers. ult. ἐγγὺς sit positum, non video; certe eos, qui, cum Charixenum non novissent, de immatura ejus morte audiunt, ἐγγὺς πευθομένους dicere non potuit. An scribendum:

τοῖς δ' ἄλλως πευθομένοις ἐλεεῖν.

iis, qui tantum fando audiunt. ἄλλως, *nonnisi*, illustravit *Toup.* ad Longin. p. 289. *Callimach.* Ep. XLVIII. ἐγὼ δ' ἄλλως οὔνομα τύμβος ἔχων.

CXXV. Vat. Cod. p. 233. Planud. p. 224. St. 326. W. neglecto dorismo. (*Manso* nr. CXVIII. p. 49.) Clearista cum sponso in thalamum deducta, diem supremum obiit, domusque, quae modo tibiis et cantu resonuerat, lacrymis et luctu oppleta est. Meleager *Erinnae* Ep. III. expressit; ipsum imitatus est *Philipp. Thess.* Ep. LXXIX. Similis argumenti est Ep. inter ἀδέσπ. DCCX. Comparari possunt haec ap. *Achillem Tat.* L. I. 13. p. 35. τάφος μέν σοι, τέκνον, ὁ θάλαμος· γάμος δὲ ὁ θάνατος· θρῆνος ὁ ὑμεναῖος· ὁ δὲ κωκυτὸς τῶν γάμων οὗτος (fort. ὁ δὲ κωκυτὸς οὗτος, τῶν γάμων) ᾠδαί. ἄλλο σοι, τέκνον, προσεδόκων πῦρ ἀνάψαι· ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἔσβεσεν ἡ πονηρὰ τύχη μετὰ σοῦ, ἀνάπτει δέ σοι δᾷδας κακῶν. *Appulej.* Metam. IV. 86. *Cantusque laetus Hymenaei lugubri finitur ululatu, et puella nuptura deterget lacrymas ipso suo flammeo.* — Ἀΐδαν ἐπινυμφίδιον, Orcum sponsum sibi sumsisse dicitur Clearista, secundum *Sophoclem* in Antig. 810. ἀλλ' ἔμ' ὁ παγκοίτας Ἀΐδας ζῶσαν ἄγει τὰν Ἀχέροντος ἀκτάν, οὔθ' ὑμεναίων ἔγκληρον, οὔτ' ἐπινυμφίδιός πώ μέ τις ὕμνος ὕμνησεν, ἀλλ' Ἀχέροντι νυμφεύσω. — Cod. Vat. ἐπὶ νυμφίδιος Κλεαρίστη. — V. 3. 4. Laudat *Suidas* v. λωτὸς T. II. p. 463. qui λωτοὶ ἄχευν καὶ θ. ἑ. π. Deinde rectius, ut ap. *Brunck.* ἑσπέριοι legendum esse vidit *Stephanus*, quamvis *Suidae* locum ignorans, cujus verissimam lectionem Vat. Cod. confirmat. Planud. ἑσπερίοις. De λωτοῖς vide *Athen.* L. IV. p. 182. E. — ἐπαταγεῦντο

de saltantium ad fores strepitu accipiendum, qui proprie κρότος. Cf. *Theocrit.* Eid. XVIII. 7. et *Arnald.* in Spec. Anim. p. 21. — ¶. 37.] V. 5. ἠῷον δ' ὀλολυγμὸν ἀνέκραγον· ἐν δ' ὑ. Planud. Non multum discrepat Vat. Cod. nisi quod ἐκ δ' ὑμ. pro ἐν δ' exhibet. Idem praeterea ὑμεναίου et μεθ' ἡρμόσατο habet. Vitium non animadvertit *Dorvill.* ad Charit p. 126. ubi membranarum lectionem profert. Comparatio hujus loci cum *Erinnae* Ep. III. καὶ σὺ μὲν, ὦ ὑμέναιε, γάμων μολπαῖον ἀοιδὰν Ἐς θρήνων γοερὸν φθέγμα μεθηρμόσαο, *Schneiderum* commovit, ut emendaret: ἠῷος τ' ὀλολυγμὸς ἀνέκραγε· τὸν δ' ὑμέναιος ἄλγους εἰς γοερὸν φ. μ. (sic in margine emendavit; nec fere aliter in Bibl. philol. IV. p. 60.). *Manso* vero hanc conjecturam proposuit: — ἀνέκραγον· ἐνθ' ὑμ. Σιγῶν, εἰς γ. φ. Recte uterque εἰς, ad constructionem orationis pernecessarium, restituit; in reliquis autem vereor, ut suam *Meleagro* manum reddiderint. Nostrum locum si comparaveris

p. 104. De facibus, quae in nuptiis accendebantur, vide *Jungerm.* ad Polluc. III. 43. Cydippe ap. *Ovidium* Epist. XXI. p. 171. *Nostraque plorantes video super ora parentes, Et face pro thalami fax mihi mortis adest.* De eadem ap. *Aristaen.* l. X. p. 26. ηὐτρεπίζετο γάμος· καὶ πρὸ τῆς παστάδος τὸν ὑμέναιον ᾖδον αἱ μουσικώτεραι τῶν παρθένων — ἀλλ' ἄφνω νενόσηκεν ἡ παῖς καὶ πρὸς ἐκφορὰν ἀντὶ νυμφαγωγίας οἱ τεκόντες ἑώρων. *Heliodor.* II. p. 111. ὑμέναιον ᾀδόμενον ἔτι διεδέχετο θρῆνος· καὶ ἀπὸ τῶν παστάδων ἐπὶ τὸ μνῆμα παρεπέμπετο. — V. 8. φθιμένοις. *Suid.*

CXXVI. Vat. Cod. p. 270. Planudea p. 280. St. 405. W. cum lemmate: Εἰς Μελέαγρον. In Edit. Flor. duabus Aldinis et Ascensiana: Μελεάγρου. Vat. Codici adscriptum: Εἰς τὸν αὐτὸν τοῦ αὐτοῦ Μελεάγρου. et in sq. pagina ad v. 3. iterum: εἰς τὸν αὐτὸν Μελέαγρον τὸν ἀπὸ (pro 'Ατθίδος puto) ποιητὴν τὸν συναγωγέα τῶν ἐπιγραμμάτων. Mihi nondum persuasum est, hoc et epigramma CXXVIII. ipsius *Meleagri* esse. — V. 3. Laudatur poëta, quod Amorem cum Musis et Gratiis conjunxerit. Ἔρως ad carmina amatoria, Χάριτες ad opus hoc nomine inscriptum (vide vitam *Meleagri*) referendum. Expressus est locus, quod *Mansonem* non fugit, ex *Simonidis* Ep. LV. ὃς Χαρίτων πνείοντα μέλη, πνείοντα δ' Ἐρώτων Τὸν γλυκὺν ἐς παίδων ἵμερον ἡρμόσατο. Similiter de *Euripide* auctor Epigr. inter ἀδέσπ. DXXXV. κόσμον 'Αθηνῶν Τὸν σοφίῃ Μουσέων μιξάμενον χάριτα. — V. 7. Ad triplicem Meleagri patriam referenda verba. Cf. Epigr. Inc. DLXXII. Pro σέλομ in Planud. et Vat. Cod. σάλαμ legitur. Laudat *Brodaeus* d. *Hieronymum* in Eu. Matth. c. X. Hebraeo Syroque sermone verbo *Salomlach* Graecorum χαῖρε exprimitur. Conf *Tollium* in Fortuit. c. VI. p. 131. *Reinesius* in Epist. priore ad Vitum Vuolfium, subjecta τοῖς 'Ιστορουμένοις linguae Punicae, σέλαμ legendum censet; cui obloquitur *Majus* in Obss. sacr. T. IV. p. 150. et σέλομ corrigit. — Mox initio vers. sequ.

ναίδιος et Planud. et Cod. Vat. legit. Auctor emendationis a *Br.* in contextu positae est *Scaliger* in Append. Operis de Emend. Temp. p. 32. Hanno ap. *Plautum* in Poen. V. 2. 41. poenice salutans *Haudoni* dicit; quod Meleager in αὐδονίς mutavit, ut Graecae orationis analogiae magis accommodatum. *Scaligeri* sententiae subscribit *Huetius* in Not. p. 27.

CXXVII. Vat. Cod. p. 269. Planud. p. 208. St. 302. W. (*Manso* nr. CXXVI. p. 54.) Inscriptio tumuli Meleagri. — V. 1. νᾶσος Τύρος. Vide Ep. II, et *T. Hemsterh.* ad Lucian. T. I. p. 87. — Ἀτθίς. Vide disputata in *Meleagri* vita. *Scholiastes* ad h. l. ἐν Ἀσσυρίοις. ἀντὶ τοῦ ἐν Συρίοις. Γάδαρα γάρ, ὥς φησι Στέφανος, ἐστὶ πόλις Σύρας, ἥτις καὶ Ἀντιόχεια καὶ Σελεύκεια ἐκαλεῖτο. — V. 3. ὁ σὺν Μούσαις. *ille a Musis amatus;* fere ut ap. *Theocr.* Eid. VII. 12. καί τιν' ὁδίταν Ἐσθλὸν σὺν Μοίσαισι Κυδωνικὸν εὕρομες

[redacted]

Argutius etiam *Zenodotus* T. II. p. 78. Εἰ δὲ πάτρα Φοίνισσα, τίς ὁ φθόνος; ἦν γὰρ ὁ Κάδμος Κεῖνος, ἀφ' οὗ γραπτὰν Ἑλλὰς ἔχει σελίδα. Nos omnes mundi, tanquam unius civitatis, eſſe cives dixit Socrates, ſecundum *Muſonium* ap. Stob. XXXVIII. p 234. 28. τί δ'; οὐχὶ κοινὴ πατρὶς ἀνθρώπων ἁπάντων ὁ κόσμος ἐστὶν, ὥσπερ ἠξίου Σωκράτης. Similia collegit *Gatacker* ad M. Antonin. p. 298. ſq. — V. 8. γεῖτον. Planud. Sq. verſ. Cod. Vat. πρεσβύτην πρὸς εἰπών, — ἐς γῆρας. ut ap. *Leonid. Tar.* Ep. LXXI. καὶ ἐς βαθὺ γῆρας ἵκοιτο.

¶. 38.] *CXXVIII.* Vat. Cod. p. 270. cum lemmate: αἰνιγματῶδες καὶ ὅτι διὰ τὴν ὁμωνυμίαν τοῦ παλαιοῦ Μελεάγρου ἑαυτὸν οὕτως ἐσκεύασεν σιβύνῃ καὶ κάπρου δέρματι. Planud. p. 281. St. 406. W. (*Manſo* nr. CXXVII. p. 54.) Auctor hujus carminis, quisquis ille fuerit, *Meleagro* enim perperam tribui exiſtimo, fingit, ſe in tumulo collocatam juvenis alati ſtatuam videre; variisque conjecturis fruſtra tentatis, tandem intelligit, Meleagri Calydonii eſſe ſtatuam, eaque ſignificari, Meleagrum ſophiſtam ſub hoc tumulo eſſe conditum. Frigidum carmen, in quo manifeſta eſt imitatio Ep. CXXIII. Nihil in eo, corruptelis olim impedito, viderunt *Brodaeus* et *Opſopoeus*. — V. 1. σιβύνη ſive σιγύνη. Cypriorum vocem eſſe, qua ὅπλον δόρατι παραπλήσιον indicabant, tradit *Scholiaſt.* Apollon. Rhod. II. 99. et is, qui interpolavit *Herodotum* L. V. p. 375. Ejusmodi haſtam Dianam geſſiſſe, intelligitur ex *Ephippo* ap. Athen. XII. p. 537. E. Conf. *Weſſeling.* ad *Diodor. Sic.* T. II. p. 279. 2. Pro σιβύνῃ Cod. Vat. σιβύνης. — V. 3. Quamvis alatus puer, Cupidinem tamen eſſe negat, cum abſonum ſit, amoris deum tumulo imponi. Ex hoc etiam loco apparet, recte judicaſſe *Leſſingium*, pueros alatos, qui in monimentis crebro conſpiciuntur, temere pro Cupidinibus haberi, in Diſſ. *Wie die Alten den Tod gebildet?* p. 11. — Nec magis Cronum eſſe. χρόνον ed.

[redacted]

hibet edit. Flor. Aldina pr. et Aldi fil., et Ascensiana. Κρόνον est in Aldina sec. — τέθηλε μέλη. de eo, qui aetatis flore gaudet. *Philippus* Ep. XX. ἄνθεσιν ἀκμῆς αὐξόμενος θαλέθειν. *Archilochus* Ep. XXVII. θάλλεις ἁπαλὸν χρόα. — V. 7. ὁ γῆς ὕπερθε Vat. Cod. In ed. Flor. et tribus Aldinis ὕπερθε. in Ascens. γῆς ὕπερθε. — Sq. versu Vat. Cod. ἐστι et in fine versus λέγων. Utrumque etiam Planudeae habent editt. quas vidi omnes. In priore versu probo lectionem Stephani: ὁ γῆς ὑπένερθε, ex *Opsopoei* emendatione. Nam in hac verborum structura μὲν non videtur necessarium. In pentametro autem elegans est et vera *Brunckii* lectio, cujus auctorem non indicavit Editor. — V. 9. Versuum ordo turbatus videtur. Priore enim loco dicendum erat, quale nomen et quid illa imagine significetur; deinde quid in statuae attributis sit, quod ad virum significandum pertineat. Omnia,

[redacted]

Planudea autem ἐκλίῳ. Quare non dubito; quin nostra lectio *Brunckii* debeatur ingenio, Meleagrum sibi *projecta basta* fingentis. Quid sit ἐν προβολῇ εἶναι, nemo ignorat post ea, quae de hac locutione disputavit *Rubnken.* in Ep. crit. p. 70. Sed vides, quam longe haec lectio absit a vulgatae ductibus. In scriptura codicis ἀλίῳ αἰδ' ἀμφῆκες, haec latere dixeris:

ἁ λαιὰ δ' ἀμφῆκες ἔχει γέρας — —

sive:

ἐν λαιᾷ δ' — — — —

Laeva manu bastam tenet. Erunt fortasse, quos hasta in laeva manu offendat; nec immerito. Reperio tamen in Gemmis *Leonardi Agostini* nr. 108. *Ganymedem*, nr. 130. *Minervam*, nr. 165. *militem*; omnes hastam laeva tenentes; sed hoc fortasse sculptoris errore; certe autem *Meleagri* statua in Museo Pio-Clementino olim nitebatur hasta, quam laeva gerebat. Vide doctissimum *Visconti* Tom. II. p. 67. — ἐς γέλωτα καὶ σπουδὰν, ut *anceps* nimirum. Hoc ad Meleagri Χάριτας, quibus Menippum Cynicum imitatus est, referri debere, nemo dubitabit. — Quo sensu accipienda sint verba μέτρον ἐρωτογράφον, non dixerim; de *versibus argumenti amatorii* accipere contextus vetat. — Ultimum distichon expressum ex Ep. CXXVI. 3. 4.

CXXIX. Vat. Cod. p. 607. Integrum primus edidit *Reiskius* in Not. Poët. p. 244. Primum distichon laudat *Alberti* ad Hesych. in ὅρκοι. Vers. 3. 4. et partem 5ti *Dorvill.* in Vanno crit. p. 155. (*Manso* nr. CXXVIII. p. 55.) Tenet hoc carmen locum coronidis, in fine Anthologiae a *Meleagro* consarcinatae ponendae. Ipsa coronis loquens inducitur, poëtae mentem declarans. Paulo obscurius carmen, propter corruptelas, quibus inquinatum est; non tamen, si quid video, indignum *Meleagri* elegantia, ut censuit *Beckius*

[redacted]

in Comm. de Interpr. Vet. Scr. p. LIII. — V. 1. καμπτῆρα. Ducta metaphora ab iis, qui currendo certant; nam καμπτὴρ extremum ſtadium. *Julius Pollux* III. 147. περὶ δὲ ὃ κάμπτουσι, νύσσα καὶ καμπτήρ. Graeca voce uſus eſt inter Latinos *Pacuvius* ap. Nonium p. 64. *Extremum intra campterem ipſum jam praegreditur Parthenopaeum.* Solent poëtae laboris finem per metam ſignificare, ut *Manetho* VI. 738. αὐτὰρ νικητὴν ἐλάων περὶ νύσσαν ἀοιδήν. Ad quem locum ſimilia collegit *Dorvill.* ad Charit. p. 788. Cf. *Broukh.* ad Propert. IV. 2. 58. — V. 2. ὁρκοῦρος — σέλισιν Vat. Cod. Docente *Alberto* l. c. *Guyetus* (ſive potius *Salmaſius*) ad hunc locum notaverat haec: „*An* jurata cuſtos? *an vero potius* ὅρκος καὶ οὖρος, *i. e.* ὅρκος „καὶ φύλαξ. *vel* ἕρκος καὶ ὅρος. *ſeptum et finis?*" *Reiskius* οἰκοῦρος conjecit. Fortaſſe nihil mutandum erat; ab εἵργω deſcendit ὁρκάνη, ἕρκμον, ὅρκος· quae, ut ejusdem

[redacted]

δρακοντείοισιναυωτοις habet; quod *Reiskius* in δρακοντείοις ἀνὰ νώτοις mutavit, sensu impedito. De νώτοις etiam *Salmasius* cogitavit, qui in Exercit. Plin. p. 275. D. hunc versum respexit, ubi graecum quendam poëtam δρακοντείοις ἐπὶ νώτοις scripsisse ait. Valde hic locus interpretes exercuit. Videamus singula. Primum coronis se ipsa describens, οὔλα ἐγὼ καμφθεῖσα, inquit, ἴδρυμαι τ. ε. quae verba *Beckius* l. c. de coronide *prorsus* (ὅλως;) *incurvata*, accipit; jam vero coronidem in fine libri valde incurvari; *ultimam* igitur significari *coronidem*. Minus recte. οὔλα καμφθεῖσα est *leniter inflexa*. οὖλον· ποτὲ μὲν τὸ μαλακὸν καὶ ἁπαλόν. *Hesych.* τὸ καμπὰς ἔχον. *Schol. Theocr.* VII. 68. Hoc non fugit *Wakefieldium* in Silv. crit. T. II. p. 118. qui in reliquis argutatur. — Deinde nihili est *Brunckii* lectio δρακοντείοισιν αὐτοῖς, quae *Mansonem* induxit, ut de illustri illo Homeri codice cogitaret, quem draconis intestino aureis literis conscriptum narrat *Zonaras* Annal. L. XIV. 2. p. 41. Codicis Palatini scripturam, δρακοντείοισιναυωτοις, rimantibus, probabilis videbitur emendatio nostra:

— — δρακοντείοις ἶσα νώτοις.

molliter inflexa, ad similitudinem tergi draconis. Quod verum esse, sciunt, qui coronidem noverunt, cujus figura haec est ⸎. Adverbii ἶσα, hoc modo positi, exempla vide ap. *Berglr.* ad Alciphr. L. I. p. 55. — Tandem τέρμα dictum pro opere τέρματος pleno, in cujus fine, τέρμασι, coronis collocata.

ARCHILOCHI PARII FRAGMENTA.

¶. 40.] *I.* Servavit *Stobaeus* in Floril. CXXIII. p. 615. Gesn. 512. Grot. *Brunckius Grotii* lectiones exhibuit. Est pars Elegiae de calamitate nescio qua

[redacted]

patienter ferenda. Si verum est, quod *Schneiderus* suspicatus est, fragm. VII. ejusdem Elegiae particulam esse, agitur de sororis marito, qui in undis perierat. Periclem alloquitur, eundem, de quo accipiendus est locus *Athenaei* L. I. p. 7. F., ὅτι περὶ Περικλέους φησὶν Ἀρχίλοχος ὁ Πάριος ποιητὴς, ὡς ἀκλήτου ἐπεισπαίοντος εἰς τὰ συμπόσια Μυκονίων δίκην. Hunc Periclem, quo *Archilochus* cum hanc Elegiam scriberet, familiariter usus esse videtur, postea adversarium expertus est, ut apparet ex *Aristide* Or. T. 3. p. 487. ed. Cant. quem locum *Schneidero* debeo; nec in tantis veterum rerum procellis et tempestatibus, ejusmodi animorum commutationem quisquam mirabitur. Odii et inimicitiarum in Periclem vestigia sunt in his *Archilochi* versibus ap. *Athen.* p. 8. A. quos numeris suis sic restituo:

πολλὸν δὲ πίνων καὶ χαλίκρητον μέθυσσος

[redacted]

nobisque cum amicitiae, tum necessitudinis vinculis junctos viros. — οἰδαλέους ex marg. in textu posuit *Grotius* pro ὑδαλέους. *Cor tumidum*, οἰδαλέον, irati, tristes, superbi, cupidi habere dicuntur. *Homer*. Il. ι. 642. ἀλλά μοι οἰδάνεται κραδίη χόλῳ. Cf. *Triller*. Obss. p. 4. *Apollon. Rhod.* I. 477. ἦέ τοι εἰς ἄτην ζωρὸν μέθυ θαρσαλέον κῆρ Οἰδάνει ἐν στήθεσσι. De dolore et rebus ingratis. *Herodot*. VII. p. 529. ὁ θυμὸς χρηστὰ ἀκούσας, τέρψιος ἐμπιπλέει τὸ σῶμα· ὑπεναντία δὲ τουτέοισι ἀκούσας, ἀνοιδέει. Similis est metaphora in his *Aristoph*. Acharn. 525. οἱ Μεγαρεῖς ὀδύναις πεφυσιγγωμένοι. — V. 6. τλημοσύνην φάρμακον. Hunc locum, quod *Schneiderus* monuit, expressit *Philostrat*. Vit. Apollon. VII. 26. p. 306. ἐνθυμηθέντας τὸν τοῦ Ἀρχιλόχου τοῦ Παρίου λόγον, ὃς τὴν ἐπὶ τοῖς λυπηροῖς καρτερίαν τλημοσύνην καλῶν, θεῶν αὐτήν φησιν εὕρημα, ἀναφέρειν τῶν σχετλίων τούτων. Quae sequuntur, quamvis poëticis coloribus nitentia, non tamen *Archilochi*, sed *Apollonii* verba sunt. Hunc locum in animo habuisse videtur etiam *Horatius* I. Carm. XXIV. 19. *Durum: sed levius fit patientia, Quicquid corrigere est nefas. Philetas* apud *Stobaeum* CXXI. p. 524. χρόνος — ὃς ἐκ Διὸς ἄλγεα πέσσειν Ἔλλαχε καὶ πενθέων φάρμακα μοῦνος ἔχει. Quod ille patientiae, *Philetas* tempori tribuit, id rationi acceptum ferri ait *Plutarch*. T. II. p. 103. F. κράτιστον πρὸς ἀλυπίαν φάρμακον ὁ λόγος. — V. 7. ἄλλοτε. Obscurius haec sunt dicta. Grammaticae leges τόδε jubent referri ad φάρμακον, sed sensu invito et repugnante. Ex superioribus igitur κῦμα repetendum est. *Sinistra fortuna modo hunc, modo illum occupat. Nunc quidem in nos redundavit, mox ad alios convertetur.* Sententia est, ut ap. *Aeschyl*. in Prometh. 275. ταῦτά τοι πλανωμένη Πρὸς ἄλλοτ' ἄλλον πημονὴ προσιζάνει. — V. 9. Vulgo ἑτάρους, quod *Gesnerus* correxit. — Mox junge: τλῆτε τάχιστα ἀπωσάμενοι πένθος. *Animum inducite, ut muliebrem luctum quam celerrime fugetis.* Jungitur verbum τλῆναι et τολμᾷν parti-

cipio; ut ap. *Homer.* Od. α. 161. *αὐτὰρ ὁ τέως μὲν ἐτόλμα ἐνὶ μεγάροισιν ἑοῖσι βαλλόμενος καὶ ἐνισσόμενος.* *Simonides* CIV. 13. *ψυχῇ τῶν ἀγαθῶν τλῆθι χαριζόμενος.* De verbo *τλῆμι*, de re dura et difficili usurpato, vide *Gataek.* in Misc. Adv. II. 9. p. 318.

II. Habetur ap. *Athen.* XIV. p. 627. C. *Ἀρχίλοχος γοῦν ἀγαθὸς ὢν ποιητὴς, πρῶτον ἐκαυχήσατο τὸ δύνασθαι μετέχειν τῶν πολιτικῶν ἀγώνων· δεύτερον δὲ ἐμνήσθη τῶν περὶ τὴν ποιητικὴν ὑπαρχόντων αὐτῷ, λέγων· εἰμὶ — —* Apud *Plutarch.* in Vit. Phocionis c. VII. legitur: *ἀμφότερον, θεράπων μὲν Ἐ. θεοῖο καὶ Μ. ἐρατῶν.* *Themistius* in Or. de Virt. reg. XV. p. 185. B. *ἀλλὰ προσῆλθεν ἂν μὲν ἀνὴρ, εἰ μὴ λέληθε βουκολούμενος, ἀμφότερον, θ. μὲν Ἐ. θεοῖο καὶ Μουσέων ἐρατὸν δ. δ.* Hos versus suos fecisse dicitur Spartanus quidam, Hadriani Imper. jactantiam irridens. Anthol. Planud. p. 145. Wech. :

[redacted]

[redacted]

tum: — ἀσπὶς ἐκείνη Ἐῤῥέτω· ἐξαῦθις κτήσομαι οὐ κακίω. His locis inter se comparatis *Olearius* ad *Philostr.* Vit. Apoll. II. 7. p. 55. duo haec disticha ita concinnavit, ut v. 3. scriberet:

ψυχὴν δ' ἐξεσάωσα φυγὼν, ἀλλ' ἀσπὶς ἐκείνη.

quod ante eum fecerat *Muretus* in Var. Lect. IX. 2. p. 201. Aliud supplementum offert *Sextus Empiricus* Pyrrhon. Hypot. III. 24. p. 181. qui sic habet: αὐτὸς δ' ἐξέφυγον θανάτου τέλος. Quod *Br.* recepit. — Prius distichon bis laudavit *Strabo* L. X. p. 702. B. XII. p. 827. A. Ubique accentu perperam posito ἐντὸς, quod in ἔντος mutavit *Brunckius.* Vox in singulari parum usurpata: plurali ἔντεα nihil ap. poëtas frequentius. Idem ante *Br.* viderat *Reiskius* in Anth. nr. 421. p. 23. — V. 1. Codd. *Strabonis* priore loco θάμνον, altero περὶ θάμνον habent. — De Saïis, quos primos et antiquissimos Samothraciae incolas fuisse ait *Strabo*, Pelasgae originis populo, docte disputavit *Gatterer* in Comm. Soc. reg. Gott. de Herodoti et Thucyd. Thracia, Part. ult. p. 57. sqq. — V. 2. ἀμώμητον *Eustath.* ad Dionys. Perieg. v. 533. per ἄχραντον interpretatur, ubi scribit: οὗ (ἔθνους) μέμνηται καὶ Ἀρχίλοχος, ὁμολογῶν ἄχραντον τὴν αὐτοῦ ἀσπίδα ἐν τῇ φυγῇ πολέμου ῥίψαι παρ' αὐτοῖς. — V. 4. *Muretus* ἧς αὖθις legit; quae lectio fortasse nititur verbis *Philostrati* Vita Apoll. p. 55. καί τοι ἀσπίδος μὲν ἀποβληθείσης, ἑτέρα γένοιτ' ἂν τῷ ἀποβαλόντι κακίων οὐδὲν τῆς προτέρας, ὡς Ἀρχιλόχῳ δοκεῖ. Nec aliter hunc versiculum laudat *Schefferus* ad Aelian. V. H. X. 13. — Ceterum *Horatio* obversabatur hoc *Archilochi* carmen, cum se ῥιψάσπιδα fateretur L. II. Od. VII. 9. *Tecum Philippos et celerem fugam sensi, Relicta non bene parmula.* Nec tamen *Archilochi* tantum, sed *Alcaei* quoque exemplo Venusinus sese tueri poterat, ut constat ex *Herodoto* L. V. p. 425. De confessione ignaviae ap. *Horatium* quid judicandum sit, acute docuit *Lessingius* in *Vermischten Schriften* T. III. p. 68. sqq.

V. 41.] *IV.* Exstat ap. *Plutarchum* in vit. Thes. c. 5. ubi de Abantibus, antiquis Euboeae incolis, agens, οἱ δὲ Ἄβαντες, inquit, ἐκείραντο πρῶτοι τὸν τρόπον τοῦτον — ὄντες πολεμικοὶ καὶ ἀγχέμαχοι, καὶ μάλιστα δὴ πάντων εἰς χεῖρας ὠθεῖσθαι τοῖς ἐναντίοις μεμαθηκότες, ὡς μαρτυρεῖ καὶ Ἀρχίλοχος ἐν τούτοις· Οὔ τοι .... Faciunt huc inprimis observata *Strabonis* L. X. p. 448. sq. de Euboeae incolis, quos pugna stataria excelluisse docet ex *Homeri* Il. B. 542. τῷ δ' ἅμ' Ἄβαντες ἕποντο θοοὶ ὄπιθεν κομόωντες, αἰχμηταὶ μεμαῶτες ὀρεκτῇσι μελίῃσι. Adde *Eustathium* ad Il. p. 213. — V. 4. Vulgo δαήμονες, quod est glossema formae rarioris δαίμονες, quam *Bryantus* in Codd. invenit. Schol. *Homer.* Il. α. 222. δαίμονας καλεῖ τοὺς θεοὺς ὅτι δαήμονες. ἔμπειροι γὰρ καὶ ἴδριες πάντων αὐτοί εἰσι. *Hesych.* δαίμων, δαήμων. Ejusdem originis et significationis est αἵμων, quo *Homerus* utitur Il. E. 49. αἵμονα θήρης. ἐπιστήμονα κυνηγετικῆς. *Schol.*

crit. VII. 70. καὶ πίομαι μαλακῶς — αὐτέαισιν κυλίκεσσι καὶ ἐς τρύγα χεῖλος ἐρείδων.

VI. Plutarch. de Aud. Poët. T. II. p. 23. B. ὅταν δὲ (ὁ Ἀρχίλοχος) τὸν ἄνδρα τῆς ἀδελφῆς ἠφανισμένον ἐν τῇ θαλάττῃ καὶ μὴ τυχόντα νομίμου ταφῆς, λέγῃ, θρηνῶν, μετριώτερον ἂν τὴν συμφορὰν ἐνεγκεῖν· Εἰ κείνου — — — Pro ἀμφεπολήθη apud *Plutarchum*, etiam in edit. *Wyttenbach.* ἀμφεπονήθη legitur. Dubito, an idonea fuerit caufa vulgatae immutandae. Ceterum hi verfus ad eandem elegiam referendi videntur, unde Fr. I. et VII. ducta funt.

VII. Plutarch. l. c. T. II. p. 33. A. B. Πάλιν ὁ Ἀρχίλοχος οὐκ ἐπαινεῖται λυπούμενος μὲν ἐπὶ τῷ ἀνδρὶ τῆς ἀδελφῆς διεφθαρμένῳ κατὰ θάλασσαν, οἴνῳ δὲ καὶ παιδιᾷ πρὸς τὴν λύπην μάχεσθαι διανοούμενος. Αἰτίαν μέντοι λόγον ἔχουσαν εἴρηκεν· Οὔτε τι γὰρ . . . . Εἰ γὰρ ἐκεῖνος οὐδὲν ἐνόμιζεν ποιήσειν κάκιον τερπωλὰς καὶ θαλίας ἐφέπων, πῶς ἡμῖν τὰ παρόντα χεῖρον ἕξει φιλοσοφοῦσι; Haud fcio, an *Archilochus* in mente habuerit dictum Ulyffis ap. *Homer.* Il. τ. 225. γαστέρι δ' οὔπως ἔστι νέκυν πενθῆσαι Ἀχαιούς.

VIII. Cod. Vat. p. 165. *Reisk.* Anth. p. 12. nr. 422.

IX. Majorem partem hujus Epigr. laudat *Dio Chryfoft.* p. 399. (Tom. II. p. 8. 15. ed. *Reisk.*) Ὁ δὲ Ἀρχίλοχος περὶ στρατηγοῦ λέγων, οὕτω φησίν· Οὐ φιλέω μέγαν στρατηγὸν οὐδὲ διαπεπληγμένον ο. β. γ. ο. ὑ. Ἀλλά μοι, φησίν, εἴη ῥαιβὸς κ. β. κ. ἐ. δ. *Galenus* Opp. T. V. p. 618. et p. 630. ed. Bafil. nonnulla addit, alia omittit: Οὐ φ. μ. σ. οὐδὲ διαπεπηγμένον, ἀλλ' ὅς μοι, φησί, μακρὸς εἴη καὶ περὶ κνήμας ἰδεῖν ῥοικοὺς ἀσφαλέως βεβηκώς· καρδίας πλέως. Quae *Galenus* hic habet, περὶ κνήμας ἰδεῖν, tanquam Archilochea profert *Schol. Theocr.* Eid. IV. 49. ῥοικόν. τὸ καμπύλον. Ἀρχίλοχος· ἀλλά μοι ῥοικός τις εἴη κατὰ κνήμην ἰδεῖν. His locis inter fe comparatis, *Br.* totum hunc locum fic concinnandum exiftimabat:

Οὐ φιλέω μέγαν στρατηγὸν,
οὐδὲ διαπεπλεγμένον,
οὐδὲ βοστρύχοισι γαῦρον,
οὐδ᾽ ὑπεξυρημένον.
ἀλλὰ μικρός τις εἴη,
καὶ περὶ κνήμας ἰδεῖν
ῥαιβὸς, ἀσφαλέως βεβηκὼς
ποσσὶ, καρδίας τε πλέως,
καὶ ἀπειρίμασι δασύς.

Hic in plerisque lectores *Brunckio* assensum non negabunt; in versuum autem descriptione errasse videtur. Sunt enim tetrametri, facili opera restituendi in hunc modum:

Οὐ φιλέω μέγαν στρατηγὸν, οὐδὲ διαπεπλεγμένον,
οὐδὲ βοστρύχοισι γαῦρον, οὐδ᾽ ὑπεξυρημένον.
ἀλλά μοι μικρός τις εἴη, καὶ περὶ κνήμας ἰδεῖν

[redacted]

chis 235. ξανθοῖσι βοστρύχοισιν εὔκοσμος κόμην. — ῥαιβὸς, quod *Br.* ex *Dione* assumsit, idem est quod ῥοικός. Vide Intpp. *Hesychii* v. et *Eustath.* ad Il. p. 878. 37. Nostrum locum respexisse videtur, ut *Br.* animadvertit, *Pollux* p. 247. ῥαιβοὺς δὲ καλοῦσιν, οἷς καμπύλα εἰς τὸ ἔνδον τὰ σκέλη· βλαισοὺς δὲ, οἷς ἀπὸ τῶν γονάτων εἰς τὸ ἔξω ἀπέστραπται· καὶ τὸ μὲν Ἀρχίλοχος, τὸ δὲ Ξενοφῶν λέγει. Hunc versum attigit *Salmas.* ad Solin. p. 663. G. ubi ῥαιβὸς veram lectionem esse judicat. Vir fortis *Archilochi*, pedibus nonnihil incurvatis firmiter nixus, obversabatur fortasse *Herodi Attico* ap. *Philostrat.* in Vit. Soph. L. II. p. 552. in descriptione juvenis illius, qui Herodis Hercules appellabatur: καὶ κνήμην μικρὸν εἰς τὰ ἔξω κυρτουμένην (tibiis nonnihil incurvatis, i. e. ῥαιβὸς ὢν) καὶ παρέχουσαν τῇ βάσει τὸ εὖ βεβηκέναι. — δασὺς ἐπινοήμασι, corde pilis obducto et hirsuto, quod fortibus viris contingere arbitrabantur veteres. Nota sunt, quae de Aristomene Messenio narrat *Plin.* H. N. XI. 70. p. 626. et *Valer. Max.* L. I. 8. Si tamen vera est verborum Homericorum in Il. β. 850. Πυλαιμένεος λάσιον κῆρ, quae *Archilocho* obversata esse nullus dubito, interpretatio ap. *Eustath.* ad Il p. 273. 11. ψυχὴ πυκινὴ τοῖς νοήμασι, nostra quoque verba in hunc sensum accipi debent.

X. Sine auctoris nomine leguntur ap. *Plutarch.* de Animi Tranq. T. II. p. 470. B. *Archilocho* vindicantur ab *Aristotele* Rhet. III. 17. qui priora verba excitat. Ex eodem scriptore apparet, ductos esse hos versus ex carmine jambico, in quo poëta Χάρωνα τὸν τέκτονα loquentem fecerat, eosque illius carminis initium fuisse. Primum versum respexit auctor glossematis ap. *Herodot.* I. 12. p. 7. ubi vide *Wesseling.* eumque expressit auctor carminis inter Anacreontea Od. XV. Οὔ μοι μέλει Γύγαο Τοῦ Σαρδίων ἄνακτος. Celeberrimae inter Graecos erant Gygae divitiae, cujus munificentiam experti erant Apollinis Pythii sacerdotes. Cf. *Herodot.* l. c. et qui fere ea-

dem ex *Phania Eresio* et *Theopompo* narrat *Athen.* VI. p. 231. E. Hinc Gyges et Croesus passim junguntur, docente *Schradero* L. II. Em. VI. p. 130. *Burm.* ad Propert. II. 20. 23. — V. 3. Verba μεγάλης οὐκ ἐρῶ τυραννίδος laudat *Schol. Aeschyli* in Prom. 224. ubi nomen τυραννίδος antiquissimis temporibus ignotum fuisse docet. *Hippiae* Sophistae hanc observationem deberi, apparet ex argumento Oedipi Tyranni: ἴδιον δέ τι πεπόνθασιν οἱ μεθ' Ὅμηρον ποιηταί, τοὺς πρὸ τῶν Τρωϊκῶν βασιλεῖς τυράννους προσαγορεύοντες, ὀψέ ποτε τοῦδε τοῦ ὀνόματος εἰς τοὺς Ἕλληνας διαδοθέντος, κατὰ τοὺς Ἀρχιλόχου χρόνους, καθάπερ Ἱππίας ὁ σοφιστής φησιν.

XI. Sine auctoris nomine hos versus profert *Stobaeus* in Ecl. phys. I. Tit. III. p. 38. ed *Heeren.* qui eos ex *Theonis* Progymn. p. 8. ed. Heins. *Archilocho* vindicavit. Eidem tribuit *Diog. Laert.* IX. 71. p. 585. ubi νοῦς legitur pro θυμός, ut etiam *Suidas* legisse vide-

[redacted]

Quae *Cicero* vertit ap. *August.* de Civit. Dei V. 8. *Sunt hominum mentes, quali pater ipse deorum Jupiter auctiferas lustrabat lampade terras.* Similia collegit *Clarke* ad *Homer.* l. c. et *Gatacker.* qui *Euripidem* laudat in Suppl. 734. sqq. — Pro ὁκοίην *Heeren* ὁκοῖον dedit.

XII. Auctor Eryxiae in Opp. *Platonis* p. 397. E. (Tom. X. p. 255. ed. Bip.) Ἔχει δὲ καὶ τἆλλα πράγματα οὕτω πάντα· ὁποῖοι γὰρ ἄν τινες ὦσιν οἱ χρώμενοι, τοιαῦτα καὶ τὰ πράγματα αὐτοῖς ἀνάγκη εἶναι. Καλῶς δ', ἔφη, δοκεῖ μοι καὶ τὸ τοῦ Ἀρχιλόχου πεποιῆσθαι·

Καὶ φρονεῦσι τοῖα, ὁκοίοις ἐγκυρέωσιν ἔργμασι.

Apud *Stobaeum*, qui hunc locum ex Eryxia profert in Flor. Tit. XCII. p. 512. 51. etiam vitiosius legitur: καὶ φρονεῦσι τοι ἄοικοι οἷς ἐγκυρέωσιν ἔργμασι· ubi tamen verae lectionis vestigia facile agnoscis. *Valckenarius* ad Herodot. II. p. 141. 98. haec sic refingenda censet:

καὶ φρονεῦσι τοῖ' ὁκοίως ἐγκυρέωσιν ἔργματα.

i. e. καὶ τοιά εἰσι τὰ ἔργματα, ὁκοίως φρονεῦσι ἐγκυρέωσι. Rerum natura secundum hominum, in quos incidunt, mores mutatur. Paulo durior verborum structura; sed sensus plane is est, quem *Aeschinis* contextus flagitat, et quem desiderabat *Clericus* in not. ad *Aeschin.* p. 47.

XIII. Leguntur hi versus ap. *Heraclidem Pont.* de Alleg. Homer. C. IV. p. 12. ed. *Schow.* Καθάπερ Ἀρχίλοχος ἐν τοῖς Θρακικοῖς ἀπειλημμένος δεινοῖς (vide Epist. *Heynii* ad Editor. p. XVI.) τὸν πόλεμον εἰκάζει θαλαττίῳ κλύδωνι, λέγων ὧδέ πως· Γλαῦκε . . . . Iidem versus, ultimo hemistichio omisso, habentur ap. *Plutarch.* de Superstit. T. II. p. 169. B. oppresso auctoris nomine. In iis constituendis *Brunckio* praeivit *Jo. Pierson.* in Verisim. II. 10. p. 254. — V. 1. Omnia *Plutarchi* exemplaria ante *Stephanum* γλαυκοῤῥάβδοις exhibent, quod emendavit *Theod. Canterus* Var. Lect. II. 15. p. 94. Ad metri

normam rectius dedit *Pierson*: γλαῦκ' ὅρα. Sed scribendum γλαῦχ' ὅρα, ut fecit *Wakefield.* in Silv. crit. T. IV. p. 206. *Propertius* L. I. 17. 6. *Adspice, quam saevas increpet aura minas.* — V. 2. ἄκρα γύρων ὄρθον ἵ. ν. *Heraclid.* γυρεῦσιν ὀρθὸν *Plutarch.* et ἄκρᾳ. Hinc *Canterus*: ἀμφὶ δ' ἄκρᾳ γυρεὸν ὀρθὸν ἵ. ν. Quod *Brunckius* dedit, ὄρφνον, quo auctore nitatur, ignoro; sed verius est ὀρθὸν, quod *Theophrastus* tuetur in Opp. p. 438. ed. Heinsii: ἐὰν ἐπὶ κορυφῆς ὄρους νέφος ὀρθὸν στῇ, χειμῶνα σημαίνει· ὅθεν καὶ Ἀρχίλοχος· γλαῦχ' ..... Hinc *Wakefield.* l. c. corrigendum arbitratur:

πόντος, ἀμφὶ δ' ἄκρα τ' ὤρους ὀρθὸν ἵσταται νέφος.

Idem tamen de Γύρης vel Γύρους, montis nomine, cogitavit. — ἄκρα, quod *Heraclides* praestat, *Plutarchi* ἄκρᾳ praeferendum esse censet etiam *Hermann.* de Metr. p. 118. Nec tamen alterum plane rejiciendum. —

πολέεσσι περιφύρησαι χαλεποῖσι, θυμέ.' — V. 2. ἄνεχε est ex mera conjectura. In *Gesn.* ἐνάδευ, in *Grotii* Codd. ἀνὰ δὲ τὸ habetur. Aliud quid latere suspicor, quam quod *Stobaei* sospitator eruit. — V. 3. δοκοῖς est in contextu *Gesn.* In marg. δόκοισιν. Accentu mutato *Grotius* verum sensum restituit: *Imminentes inter hastas pone securum pedem.* — V. 4. ἀσφαλέως *Gesn.* in cujus marg. mox pro ἐμφανὴν notatur ἐμφάδην. Hinc fortasse expressa *Horatiana* II. Od. III. 1 - 4. *Aequam memento rebus in arduis Servare mentem, non secus in bonis Ab insolenti temperatam laetitia.* Homines male institutos ἐξίστησι μὲν εὐτυχία, συστέλλει δὲ δυστυχία· ταράττονται δὲ ὑπ' ἀμφοτέρων, μᾶλλον δὲ ὑφ' αὑτῶν ἐν ἀμφοτέροις, καὶ οὐχ ἧττον ἐν τοῖς λεγομένοις εὐτυχίαις, secundum *Plutarchum* T. II. p. 467. B. — ¶. 43.] V. 6. ἄσχαλλε vulgo. Vers. ult. in contextu Gesner. ῥυσμὸς habetur; in marg. ῥυθμός. i. e. τρόπος. *Anacreon* ap. Etymol. M. in ἀβακής· Μισέω δ' ἔγωγε πάντας, οἳ χθονίους ἔχουσι ῥυθμούς. Ubi fortasse σκολιοὺς corrigendum.

XV. Stobaei Flor. Tit. CIII. p. 559. Gesn. 437. Grot. — Sententiam *Archilochi*, τοῖς θεοῖς τίθει τὰ πάντα, reddidisse videtur *Horat.* I. Od. IX. 9. *Permitte divis cetera.* et III. Od. 6. 5. *Hinc* (a diis) *omne principium, huc refer exitum.* *Xenoph.* Exp. Cyr. II. p. 225: 12. πάντῃ γὰρ πάντα τοῖς θεοῖς ὕποχα, καὶ πανταχῇ πάντων ἴσον οἱ θεοὶ κρατοῦσιν. — τὰ ante πάντα vulgo omissum, inseruit *Grotius.* Sed articulus offendisse videtur *Valckenarium*, qui ad *Theocriti* Adoniaz. p. 246. C. τοῖς θεοῖσι πάντα τίθει corrigit; metro repugnante, quod jambum non patitur. — V. 3. μάλ' εὖ βεβηκότας. Cf. Fragm. IX. *Qui firmo certoque gradu nixi consistunt.* Illustrat hoc dicendi genus *T. Hemsterh.* ad *Lucian.* T. I. p. 278. et ad *Herodoti* verba, τὴν τυραννίδα εὖ βεβηκυῖαν, *Valckenarius* L. VII. p. 581. 12. quo loco κλίνουσι corrigit; ut et ad Phoeniss. p. 564. Eadem sententia utitur Jason

Thessalus ap. *Xenophontem* H. Gr. VI. p. 468. 24. ὁ θεὸς δὲ, ὡς ἔοικε, πολλάκις χαίρει τοὺς μὲν μικροὺς μεγάλους ποιῶν, τοὺς δὲ μεγάλους μικρούς. Quod inde sumsit *Aristides* T. II. p. 436. — V. 5. In contextu Gesn. βίου χρῆ μή. In marg. *Lege*: χρήζων. Hoc *Grotius* arripuit. Corruptae lectionis vestigiis insistens *Abreschius* in Diluc. Thucyd. p. 778. χρήμῃ legendum censebat; quod vocabulum unius *Suidae* testimonio nititur. Vide *Valcken.* l. c. p. 247. verba νέου παρήορος conferentem cum Homericis Il. ψ. 603. ἐπεὶ οὔτι παρήορος οὔτ' ἀεσίφρων Ἦσθα πάρος. Praetermisit vir doctissimus, ubi de voce παρήορος egregie disputat, versiculum *Archilochi*, quem, auctore non nominato, laudat *Schol. Hephaest.* p. 18. 70. Πάτερ Λυκάμβα, ποῖον ἐφράσω τόδε· τίς σὰς παρήειρε φρένας. Quae nostri poetae esse, cum ipsa res docet, tum manifestum fit ex *Demetrio* de Elocut. V. p. 4. qui verba, τίς σὰς

ex alio carmine desumta sunt; nam quae *Aristoteles* de caussa et occasione hujus carminis tradit, quomodo nostro loco conciliari possint, equidem non video. Quicquid sit, male ap. *Aristotelem* vertitur: *Nihil prorsus est, quod non fiat pecunia.* — Verbis ἄελπτον οὐδὲν et οὐδὲν ἀπώμοτον, praeeunte *Archilocho*, plures usi sunt. *Pseudo-Linus* ap. *Jamblich.* in Vit. Pyth. p. 131. ἔλπεσθαι χρὴ πάντ', ἐπεὶ οὐκ ἔστ' οὐδὲν ἄελπτον. *Sophocles* in Ajace 648. κοὐκ ἔστ' ἄελπτον οὐδέν. *Euripides* Ion. 1510. Antigone 388. βροτοῖσιν οὐδὲν ἔστ' ἀπώμοτον. Utrumque junxit *Aristides* I. p. 478. οὐδὲν ἀπώμοτον, οὔτε — ἀνέλπιστον. Cf. T. II. p. 84. — V. 4. Post exempla spondeorum in imparibus tetrametrorum sedibus, quae *Hermannus* etiam ex *Archilocho* protulit, de Metris p. 118. ubi hunc ipsum versum laudat, non facile offendemur his numeris — ἡλίου λάμποντος λυγρόν — qui tamen vitiosi videbantur *Valckenario* ad Phoeniss. p. 487. ὑγρὸν — δέος tentanti. — V. 5. οὐκ ἄπιστα πάντα, i. e. οὐδὲν ἄπιστον. Vide *Wakefield* in Silv. crit. T. II. p. 28. sq. Delenda videtur interrogandi nota post ἀνδράσι, quam nec *Gesner.* nec *Grotius* agnoscit. Quamvis sic dura est verborum structura et vix ferenda. *Valckenarius* l. c. corrigit:

ἐκ δὲ τοῦδ' ἄπιστα πάντα κἀπίελπτα γίνεται.

Ex illo tempore, quae olim incredibilia videbantur, sperare licet hominibus. Nescio, quid alii sentiant; me quidem offendit copula in ἐπίελπτα. Quare sic olim scriptum fuisse putaverim:

ἐκ δὲ τοῦδ' ἅπαντα πιστὰ κἀπίελπτα γίνεται.

V. 7. Quae sequuntur sunt ex genere τῶν ἀδυνάτων. Tale quid dixit *Horatius* I. Od. II. 7. *Omne quum Proteus pecus egit altos Visere montes.* Epod. XVI. 28. *quando Padus Matina laverit cacumina — Ametque salsa levis hircus aequora.* — Scribendum autem cum *Valckenario*, quod et metri ratio et sermonis proprietas postulat: μηδ'

ἐὰν δελφῖσι — et mox ἐνάλιον, quod etiam *Hermannus* vidit p. 118. — In fine tandem eruditiſſimus Criticus corrigebat, ποιεῖ δ' ἥδιόν γ' ὄρος. Quam elegantiſſimam correctionem nemo non amplecteretur, niſi metrum moleſto indigeret fulcro. Malim itaque:

— — ποιεῖν ἥδιον δ' ὄρος.

Particulam δὲ non ſemper ſecundo, ſed etiam pluribus vocabulis ſubjici, docuit *Abreſch.* ad Aeſchyl. L. II. p. 18. 392. et in Lectt. Ariſtaen. p. 252.

XVII. Leguntur ap. *Stobaeum* in Ecl. phyſ. I. p. 9. Canter. ubi in marg. αἰσχυλ. Codex tamen Pharneſii μὴ addit. Ibi ſic exhibentur:

ὦ Ζεῦ πάτερ, Ζεὺς μὲν οὐρανοῦ κράτος,
σὺ δ' ἔργ' ἐπ' ἀνθρώπων ὁρᾷς
λεωργὰ κἀθέμιστα· σὶ δὲ θηρίων

ἀγαθοῖς κακὸν θνητοῖσι φυτεύει Καὶ πόλεμον κρυόεντα καὶ ἄλγεα δακρυόεντα. Hinc apparet, ῥέπεις vix locum habere, nec ea, quae apud *Stobaeum* assuta leguntur. Duo loca diversae sententiae confusa sunt, vel ab ipso *Stobaeo* vel a librariis, in quorum altero de Jove, malorum inter homines auctore, in altero de eodem, male ab hominibus factorum vindice, agebatur. Sententiae, quam secundum *Clementem Archilochus* pronuntiare voluit, unice convenit — ἐπ' ἀνθρώπους ῥεῖς, i. e. *effundis*. Hanc veram esse lectionem, nec *Barthium* fugit in notis ad *Claudian*. Ep. I. ad Adrian. 10. p. 951. cujus tamen interpretationem non probo. Transitivum verbi ῥέω usum bene stabilivit exemplis *Musgravius* ad Eurip. Hec. 528. et *Ruhnkenius* in Ep. crit. II. p. 264. Exemplis ab his duumviris allatis adde *Theocrit*. Eid. V. 124. Ἱμέρα ἀνθ' ὕδατος ῥείτω γάλα. et v. 126. ῥείτω χἀ Συβαρῖτις ἐμὶν μέλι. *Mella fluant illi*. *Virgil*. Ecl. III. 89. *Macedon*. Ep. XVI. τὴν χάριν ἐξέῤῥευσας, ὅσην ἔχεις. *Joannes Nodell* in Notis crit. p. 59. verum horum verborum sensum vix intellexit, qui ea sic constituenda judicavit:

ὦ Ζεῦ, σὸ τ' ἐν οὐρανῷ κράτος,
σύ τ' ἔργ' ὑπουρανίων ὁρᾷς,
λέωργα καὶ κἄστι θέμις.

Hos versiculos nobis pro jambicis venditat emendationis auctor, qui, quod *Horatius* dixit, *Archilochum rabies proprio armasse jambo*, illum poëtam omnia metro jambico scripsisse existimat. Quid autem, quaeso, significant haec, καὶ κἄστι? Quis veterum unquam sic locutus est, aut loqui potuit? — In *Clementis* et *Eusebii* lectionibus, quamvis mutilum proferunt nostrum locum, depreliendere mihi videor manifesta tetrametrorum vestigia. Haec saltem,

— — σὸν μὲν οὐρανοῦ κράτος.
ῥεῖς λέωργα κἀθέμιστα — — —;

finem et initium tetrametri trochaici constituunt. — His scriptis vidi in libro perutili, cui titulus *Neues Magazin für Schullehrer* T. III. P. II. p. 28. sq. doctissimum virum, *Augustum Matthiae*, lectionem Brunckianam, id est eam, quam *Eusebius* praestat, hanc ob causam impugnare, quod sententia sit impia. Scribendum censet:

> ὦ Ζεῦ, σὸν μὲν οὐρανῷ κράτος, σὺ δ' ἔργα
> ἀνθρώπων ὁρῷς λεωργά τε καὶ θεμιστά.

Haec sententia procul dubio Jovis numine dignior; at hinc non sequitur, *Archilochum* sic scripsisse. Cum contextus verborum ap *Clementem*, tum *Eusebii* auctoritas prorsus efficit, ut lectio eruditior, quam *Brunckius* dedit, pro vera habenda sit.

XVIII. *Stobaei* Floril. T. CXXIV. p. 617. Gesn. 513. Grot. *Clemens Alexandrinus* Strom. VI. p. 738. 30. hunc *Archilochi* versum expressum putat ex *Homer.*

ἐκείνων ἐφαπτόμενοι τῇ ἐννοίᾳ, ποτὲ δὲ δυνάμεις τινὰς, ὧν θεοὶ δωτῆρές εἰσι καὶ καθηγεμόνες, ὁμωνύμως προσαγορεύοντες· οἷον εὐθὺς ὁ Ἀρχίλοχος, ὅταν μὲν εὐχόμενος λέγῃ· κλῦθι — — — Hic igitur, secundum *Plutarchum*, ipse deus intelligitur; fragmento autem VI. Ἥφαιστος ponitur pro ejus δυνάμει, ignemque significat.

XXI. Ap. *Plutarchum* de Exilio T. II. p. 604. C. ubi ea quoque verba leguntur, quae *Brunckius* Archilocheis praemisit. Pariis coloniam in Thasum deducentibus, *Archilochus*, qui in rerum civilium procellis fortunarum suarum naufragium fecerat, vitae sedes in eandem insulam transtulit; teste *Oenomao* ap. *Eusebium* in Praepar. Eu. VI. 7. Cf. inprimis *Holsten.* ad *Stephan. Byz.* p. 133. et *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. XI. 13. Insulam Thasum, quam alii propter divitias et fertilitatem laudant, (*Theocrit.* Ep. VIII. λιπαρὴν Θάσον vocat; cf. *Gatterer.* in Comment. de Thrac. P. II. p. 87.) despicatui tamen habuit *Archilochus*, ut, nostrum fragm. laudans, notavit *Valcken.* ad *Herodot.* VI. p. 458. 21. τρικοίζυρὴν πόλιν eam vocavit, teste *Eustath.* Il. Θ. p. 616. 46. eoque, *quicquid malorum et miseriarum in universa Graecia fuerit, commigrasse* dixit ap. *Strabonem* L. VIII. p. 370. ὡς Πανελλήνων ὀϊζὺς ἐς Θάσον συνέδραμεν, quem locum vulgo pessime interpretantur. — ὄνου ῥάχιν propter montium jugum appellasse videtur insulam. Plurimas partium corporis appellationes ad terrarum situm et conditionem significandam translatas diligenter collegit *Eustath.* ad Iliad. p. 233. sq. quaedam *Schol. Sophoclis* in Oedip. Col. 691. Cf. *Wesseling.* ad *Herodot.* I. p. 35. 86. Promontorium Laconiae ὄνου γνάθον appellatum commemorat *Pausan.* III. 22. p. 431. ed. *Facii.* Nec hoc, ὀνοῤῥάχις, tam *Archilocho* proprium fuisse puto, quam potius vulgarem montosarum regionum appellationem. Apud *Diodorum* certe T. II. p. 640. XIII. (ap. *Eustath.* Od. α. p. 1190. *Rom.*) ὄνου ῥάχιν, non οὐρανοῦ, olim lectum fuisse

arbitror, ubi ἄκραν τινὰ τῶν Ἄλπεων, κορυφὴν τοῦ σύμπαντος ὄρους δοκοῦσαν, ὄνου (vulgo οὐρανοῦ, sive per compendium οὐνοῦ) ῥάχιν παρὰ τῶν ἐγχωρίων καλεῖσθαι narrat.

XXII. *Athenaeus* L. XII. p. 523. D. καὶ Ἀρχίλοχος ὁ ποιητὴς ὑπερτεθαύμακε τὴν χώραν τῶν Σιριτῶν διὰ τὴν εὐδαιμονίαν. περὶ γοῦν τῆς Θάσου λέγων, ὡς ἥσσονος, φησίν· Οὐ γάρ — — ὠνομάσθη δὲ ἡ Σῖρις, ὡς μὲν Τίμαιός φησι, καὶ Εὐριπίδης ἐν Δεσμώτιδι ἢ Μελανίππῃ, ἀπὸ γυναικός τινος Σιρίδος· ὡς δὲ Ἀρχίλοχος, ἀπὸ ποταμοῦ. Quamvis hujus nominis fluvius alibi non commemoratur, urbem tamen novimus Σῖρις vocatam ex *Herodoto* VIII 115. et *Stephan. Byz.* v. p. 604. ad quem locum egregia notavit *L. Holsten.* p. 295. Quae urbs ne confunderetur cum alia ejusdem nominis, apud Lucanos in Italia sita, cavit *Herodotus* VIII. 62. p. 646. Idem memorat populum Thraciae, Σιριοπαίονας L. V. 15. p. 378. quos versus

[redacted]

ἑρπετὰ ἐν αὐτῷ εἱλεῖσθαι. Haec fuſius perſequutus eſt *Valcken.* in Adoniaz. p. 247. ſq. *Archilochi* verſum ante oculos habuiſſe puto *Apollonium Rh.* III. 281. Amor αὐτῷ ὑπὸ βαιὸς ἐλυσθεὶς Αἰσονίδῃ, γλυφίδας μέσσῃ ἐνικάτθετο νευρῇ. et 296.:

τοῖος ὑπὸ κραδίῃ εἰλυμένος αἴθετο λάθρῃ
οὖλος Ἔρως· ἁπαλὰς δὲ μετετρωπᾶτο παρειὰς
ἐς χλόον, ἄλλοτ' ἔρευθος, ἀκηδείῃσι νόοιο.

In ſqq. cupiditatis effectus iisdem coloribus adumbratus, ut ap. *Sappho* in loco celeberrimo: τό μοι 'μὰν καρδίαν ἐν στήθεσιν ἐπτόασεν — ὀππάτεσσιν οὐδὲν ὄρημι. et ap. *Apollon. Rhod.* III. 962. ἐκ δ' ἄρα οἱ κραδίη στηθέων πέσεν, ὄμματα δ' αὔτως ἤχλυσαν· θερμὸν δὲ παρηΐδας εἷλεν ἔρευθος. — Ceterum in *Stobaeo Gesneri* his verſibus aliud fragmentum jungitur:

δύστηνος ἔγκειμαι πόθῳ,
ἄψυχος, χαλεπῇσι θεῶν ὀδύνῃσιν ἕκητι
πεπαρμένος δι' ὀστέων.

Archilochi ingenio digniſſimum. Nec dubito, quin ei tribuendum ſit, non magis quam *Achilles Stat.* ad Catull. Ep. LI. et *Douſa* Not. in L. II. *Propertii* cap. X. quamvis in *Grotii Stobaeo* p. 263. ſine auctoris nomine proſtat. Metrum eſt, ut in *Horat.* Epod. XV. Expreſſit *Apollon. Rhod.* IV. 1066.:

ὣς τῆς ἰκμαίνοντο παρηΐδες· ἐν δέ οἱ ἦτορ
ὀξείῃς εἱλεῖτο πεπαρμένον ἀμφ' ὀδύνῃσι.

Orpheus de Lapid. XIII. 3. πιμπρῆσιν τότε γυῖα πεπαρμένος ἀμφ' ὀδύνῃσι. *Hymn. Homer.* in Apoll. 92. ὠδίνεσσι πέπαρτο. *Plutarch.* de Ser. N. V. p. 107. ed. *Wyttenb.* ἐν ταύταις φανῆναι τὴν Νέρωνος ψυχὴν τά τε ἄλλα κακῶς ἔχουσαν καὶ δὴ καὶ διαπεπαρμένην ἥλοις διαπύροις.

¶. 45.] *XXV.* Ex carminibus, quae *Archilochus* in Neobulen ejusque patrem et ſorores compoſuit, hunc

locum ſervavit *Plutarch.* T. II. p. 386. D. εἰ γὰρ ὤφελον, φησὶν ἕκαστος τῶν εὐχομένων· καὶ Ἀρχίλοχος· Εἰ γάρ — — — Recte *Wyttenbachius* tetrametrum ex his verbis conſtituit:

εἰ γὰρ ὣς ἐμοὶ γένοιτο χεῖρα Νεοβούλης θίγειν.

Reiskius εἰ γὰρ ἐξ ἐμοῦ conjecit. Quae ad *Archilochi* cum Neobule amores cognoſcendos faciunt, ea petenda ex animadverſione *Hemſterhuſii* ad *Heſych.* in ἐργάτης Tom. I. p. 1418.

XXVI. Laudat hunc verſum *Hephaeſtio* p. 51. tanquam exemplum aſynarteti ex penthemimere dactylica et jambico dimetro acatalectico, quo metri genere uſus eſt *Horat.* Epod. XI. *Scribere verſiculos* || *Amore percuſſum gravi.* λυσιμελὴς πόθος. ut in Fr. *Sapphus* X. Ἔρος δ' αὖτέ μ' ὁ λυσιμελὴς δονεῖ. Ex *Archilochi* carminibus in laudem Neobules, quae etiam Νεοβουλείνη vocatur, (vid. *Hemſterhuſ.* ad *Heſych.* v. ἀστράβης) eſſe videntur, quae *Syneſius* laudat in Encomio Calvit. p. 75. B. καὶ ὁ κάλ-

Ex illis jambis etiam petitum hemistichium ap. *Athen.* L. III. p. 122. B. πάντ' ἀνδρ' ἀποσκολύπτειν (f. ἀποσκολύπτει). Unde ductum est illud ap. *Catullum* LVIII. *Nunc in quadriviis et angiportis Glubit magnanimos Remi nepotes.* Lacera quaedam senariorum fragmenta profert *Schol.* in Eurip. Med. 679.:

— — — καὶ πεσεῖ
δρήστην ἐπ' ἀσκὸν — — —
μηρούς τε μηροῖς — — —

quae de meretrice κελητιζούσῃ dicta videntur. Cf. *Eustath.* ad Il. ψ. p. 1417. 34. *Anacreon* ap. *Phavorin.* in Γυναῖκας εἰλίποδας· Πλέξαντες μηροῖσι παρὰ μηρούς. Haec omnia congruunt in puellam, quam poëta propter immoderatam libidinem ἐργάτιν, δήμιον et παχεῖαν appellaverat. Vide *Suid.* in Μυσάχνη· unde senarium ap *Schol. Aristoph.* in Av. 1619.

περὶ σφυρὸν παχεῖα, μισήτη γυνή,

Archilocho tribuendum esse suspicor. In his carminibus denique locum habebant haec: κηδόνος νεοσσός . . . τὸ τῆς γυναικὸς αἰδοῖον. *Hesych.* γυμνὸν . . . ἀπεσκυθισμένον, ὡς Ἀρχίλοχος. *Idem.* et ap. *Nicetam* Histor. p. 150. τὸ τοῦ Ἀρχιλόχου·

ἀντικρὺς ἐκεραίνετο.

ὅ φησιν εἰς ἔντερον πόρνης πολλάκις μεταῤῥυίσκεσθαι τὰ χρόνῳ καὶ πόνῳ συλλεγέντα μακρῷ. Cum quibus comparanda sunt, quae *Aelianus* habet V. H. IV. 14.. πολλάκις τὰ κατ' ὀβολὸν μετὰ πόνων πολλῶν συναχθέντα χρήματα κατὰ τὸν Ἀρχίλοχον εἰς

πόρνης γυναικὸς ἔντερον καταίρουσιν·

ubi, vel invito *Perizonio* et *Kühnio*, *Schefferi* emendationem amplexus, lego:

— — πόρνης γυναικὸς ἔντερον
καταῤῥέουσιν — —

quod elegantissimum est, et *Nicetae* μεταῤῥυίσκεσθαι ad amussim respondet.

XXVII. Profert *Hephaestio* p. 19. 22. et 50. Metrum, ut Fr. XXIV. Pro κάρφεται *Mitscherlich.* in Specimine Horat. p. 25. elegantius judicat κάρφων. *Archilochum* imitatus est *Macedon.* Epigr. XVI. ὡς δὲ ῥόδον θαλέθεσκες ἐν εἴαρι· νῦν δ' ἐμαράνθης γήραος αὐχμηρῷ καρφομένη θέρει. *Apollon. Rhod.* IV. 1094. στευδέντι κάρφεται αὐτῷ. Senex ὑπέργηρως, φυλλάδος ἤδη κατακαρφομένης, τρίποδας μὲν ὁδοὺς στείχει. *Aeschyl.* Agam. 79.

XXVIII. Etymol. Magn. in Προίκτης. — — τινὲς δὲ παρὰ τὸ ἴζεσθαι, δωρεάν τινα λαμβάνειν, ὡς Ἀρχίλοχος·

ἐμεῦ δ' ἐκεῖνος οὐ καταπροΐξεται.

ζήτει εἰς τὴν κατα. Ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς, παρὰ τὸ ἴσσω, ὡς Ἀρχίλοχος·

Προτείνω χεῖρα προΐσσομαι.

Fere eadem habentur in *Scholiis Aristoph.* Equ. 433. et *Suida* in Καταπροΐξεται· ubi tamen male σὺ δ' ἐκεῖνος

XXIX. Servavit *Hephaest.* p. 48. 50. ubi non hi solum versus, sed et alii praeterea habentur:

Ἐρασμονίδη Χαρίλαε, χρῆμά τοι γελοῖον·
ἀστῶν δ' οἱ μὲν κατόπισθεν ἦσαν οἱ δὲ πολλοί·
ἐρέω, πολὺ, φίλταθ' ἑταίρων, τέρψεαι δ' ἀκούων·
φιλέειν στυγνόν περ ἐόντα μηδὲ διαλέγεσθαι.

Horum versuum primum et tertium recte, si quid video, junxit *Gisb. Koen.* ad Gregor. p. 10. ubi χρῆμα γελοῖον illustrat. Quartum vero versum a *Brunckio* non immerito cum versu 3. conjunctum esse, apparet ex eodem *Hephaestione* p. 27. Idem notavit parodiam *Cratini* ἐν τοῖς Ἀρχιλόχοις·

Ἐρασμονίδη Βάθιππε, τῶν ἀωρολείων.

De Charilao, cujus voracitatem *Archilochus* passim perstrinxit carminibus, consulendus *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. L. I. 27.

XXX. Hunc versum profert *Clemens Alexandr.* Strom. VI. p. 739. 2. eumque ex *Homero* derivatum censet Il. ι. 116. ἀασάμην, οὐδ' αὐτὸς ἀναίνομαι· ἀντί νυ πολλῶν. In *Archilochi* versu *Sylburgius* ἤμπλακον verius putabat; non tamen ignarus glossae ap. *Hesychium*: Ἤμβλακεν. ἡγνόησεν. — Ἀμβλακεῖν. ἁμαρτεῖν.

XXXI. *Clemens Al.* l. c. p. 739. 7. qui comparat *Homer.* Il. σ 309. ξυνὸς Ἐνυάλιος, καί τε κτανέοντα κατέκτα.

XXXII. Ap. eundem p. 739. 12. Dictum est secundum *Homer.* Il. ζ. 102. αὐτὰρ ὕπερθεν Νίκης πείρατ' ἔχονται ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσι. Simile est ap. *Meleagrum* XXI. 8. ἐν σοὶ καὶ ζωῆς πείρατα καὶ θανάτου.

XXXIII. Ap. eundem p. 739. 20. ubi comparatur Homericum Od. ξ. 228. ἄλλος γάρ ἄλλοισιν ἀνὴρ ἐπιτέρπεται ἔργοις. Eosdem inter se versus comparat *Sextus Empir.* adv. Mathem. XI. 3. p. 699. ubi habetur sic:

ἄλλος ἄλλῳ ἐπ' ἔργῳ καρδίην ἰαίνεται.

Hunc verſum attigit, ubi interiorem verbi λιπαίνεσθαι ſignificationem enucleavit, *T. Hemſterh.* ad Heſych. T. II. p. 4. Alia, quae huc faciunt, vide ap *Valckenar.* ad *Herodot.* I. 18. p. 22. 26. et, qui ſimilia comparavit, *Gatackerum* ad *M. Anton.* VIII. p. 253.

I. 46.] XXXIV. *Athenaeus* L. XIV. p. 688. C. τῷ δὲ τοῦ μύρου ὀνόματι πρῶτος Ἀρχίλοχος κέχρηται λέγων· οὐκ ἂν . . . καὶ ἀλλαχοῦ δ' ἔφη· ἐσμυρισμένας . . . . Hinc *Euſtath.* ad Il. ψ. p. 1413. 32. μύρου δέ, φασί, ὀνόματι πρῶτος Ἀρχίλοχος ἐχρήσατο. Hunc verſum Pericles ad Elpinicen, Cimonis ſororem, accommodaſſe narratur ap. *Plutarch.* T. I. p. 369. ed. Bry. Priſcis temporibus Graeci non μύροις, ſed ἐλαίῳ utebantur. Vide *Salmaſ.* ad Solin. p. 665. F. *Spanhem.* ad Callim. p. 611. — Sequens fragm. male reddidit *Athenaei* interpres. Senſus eſt: *Coma ejus et pectus ita unguentis erat delibutum, ut vel*

Idem vidit *Hermannus* de Metris p. 118. qui tamen initio verſ. I. ὁ; Διωνύσου ſcribit. ἐξάρξαι μέλος proprie dicebantur, qui choro praeibant. *Ariſtoteles* tragoediam originem duxiſſe ait ἀπὸ τῶν ἐξαρχόντων τὸν διθύραμβον. Vide *Tyrwhitt*. ad Poët. p. 130. — συγκεραυνωθεὶς οἴνῳ, *percuſſus*, *ſaucius mero*. Cf. *Taubm*. ad *Plauti* Caſin. III. 5. p. 346.

XXXVII. Discrimen inter ῥόδον, ῥοδωνιὰ et ῥοδῆ docens, hos verſiculos profert *Ammon*. de Diff. Verb. p. 123. *Etymol. Magn.* v. θάλλω priorem modo habet, pro μυρσίνης legens μυῤῥίνης. Uterque exhibet ἐτέρπετο. *Moſchopulus* autem et *Phavorinus* in ῥόδον legunt ἀφείπετο. Eandem lectionem ſequitur *Philenus* in Lex. Techn. ap. *Villoiſon*. ad *Apollon*. Lex. Hom. p. 704. quem locum *Schneiderus* mihi indicavit. Sub *Antilochi* nomine verba ῥοδῆς τε καλὸν ἄνθος profert *Athen*. L. II. p. 52. F. — Lucem hoc fragm. lucratur ex loco *Heſychii*, a *Valckenario* allato: Μυῤῥίνης κλάδον ἢ δάφνης παρὰ πότον διδόναι τοῖς κατακειμένοις ἐκ διαδοχῆς, ὑπὲρ τοῦ ᾄσαι, ἀντὶ τοῦ βαρβίτου.

XXXVIII. *Ammonius* de Diff. Voc. p. 6. in Αἶνος. Ubi vulgo ſic habetur: αἶνός τις ἀνθρώπων (ſive ἀνθρώπῳ) ὅδ', ὡς ἄρ' ἀλώπηξ τε κἀετὸς ξυνωνίην ἔθεντο. Alii ξυνωνίαν. Sic fere hunc locum exhibet etiam *Euſtath*. ad Il λ. p. 796. et ad Od. ξ. p. 556. ubi ὅδ', ὡς ἀ. ἠδ' ἀ ξ. ἔμιξαν, ἢ καθ' ἑτέραν γραφὴν ἔθεντο. Cf. *Schol*. ad Odyſſ. ξ. 508. Haec *Valckenarius*, paucis immutatis, ſic exhibuit, ut verſus evaderent jambici dimetri acatalectici:

αἶνός τις ἀνθρώπων ὅδε,
ὡς ἄρ' ἀλώπηξ κἀετὸς
ξυνωνίην ἔθεντο.

In Animadverſſ. p. 17. eosdem in trimetros mutavit, ſicut ap. *Br*. leguntur. Id eum ſine cauſa idonea feciſſe, recte judicavit *Sanxenius* ap. *Ruhnken*. ad Tim. p. 257. Certe *Brunckius* interpolatos *Archilochi* verſus

pro genuinis exhibere non debebat. Exstare hoc fragmentum cum varietate ap. *Scholiast. Hermog.* p. 404. notavit *Schneiderus.* Sed frustra adhuc hunc librum quaesivi, qui e rarissimis est. *Archilochi* de vulpe fabula passim a veteribus memoratur. *Hermogenes* in Progymn. quae edita sunt in Bibl. L. et Art. VIII. p. 5. de fabula agens: φαίνονται δὲ τούτῳ χρησάμενοι καὶ οἱ ἀρχαῖοι, Ἡσίοδος μὲν τὸν τῆς ἀηδόνος εἰπών, Ἀρχίλοχος δὲ τὸν τῆς ἀλώπεκος. ubi tamen incertum, auctor hanc de vulpe et aquila fabulam, an eam, cujus fragm sequitur loco proximo, respexerit. Sic quoque *Dio Chrysost.* Orat. LV. p. 560. 37. τὴν τοῦ Ἀρχιλόχου ἀλώπεκα simpliciter laudat. Nostram fabulam in mente habuit *Aristophan* in Av. 652. ὅρα νυν, ὡς ἐν Αἰσώπου λόγοις Ἐστὶν λεγόμενον δή τι· τὴν ἀλώπεχ᾽ ὡς φλαύρως ἐκοινώνησεν αἰετῷ ποτε. ubi *Schol.*: ὅτι σαφῶς ἀνετίθεσαν Αἰσώπῳ τοὺς λόγους καὶ τοῦτον τὸν παρὰ τῷ Ἀρχιλόχῳ λεγόμενον καίτοι πρεσβυτέρῳ ὄντι.

solitarium. Illustravit hanc vocem *Bergler* ad Alciphr. I. 26. *Hemsterhus.* ad Lucian. T. I. p. 394. *Toup.* ad Theocrit. T. II. p. 328. — V. 5. ἀλώπηξ κερδαλῆ. Ex hoc loco vulpi epitheton τῆς κερδαλῆς adhaesit. *Plato* Polit. II. p. 124. F. τὴν δὲ τοῦ σοφωτάτου Ἀρχιλόχου ἀλώπεκα ἑλκτέον ἐξόπισθεν κερδαλέαν καὶ ποικίλην. quem locum explicavit *Ruhnk.* ad Tim. p. 257. *Dio Chrysost.* Orat. LXXIV. T. II. p. 399. ed. Reisk. ἡ κερδαλῆ δὲ ἀλώπηξ ἑτέρα τίς ἐστι παρὰ Ἀρχιλόχῳ, ubi alii ἑταίρα τις ἦν legunt. *Aelian.* H. A. VI. 64. ἡ ἀλώπηξ πονηρὸν ζῶόν ἐστιν, ἔνθεν τοι καὶ κερδαλέην οἱ ποιηταὶ καλεῖν φιλοῦσιν αὐτήν. *Basilius* in Orat. de Leg. poët. p. 107. ed. Grot. κολακείας δὲ καὶ θωπείας διωξόμεθα καὶ τῆς Ἀρχιλόχου ἀλώπεκος τὸ κερδαλέον τε καὶ ποικίλον ζηλώσομεν. Vocem κερδώ, de vulpe usurpatam, a κέρδος derivabant Grammatici. Vide *Hesych.* in κερδαλεόφρων et *Ruhnken.* ad Hesych. T. II. p. VI. — Ceterum vix necesse est moneri, hanc et praecedentem fabulam ab *Archilocho* Lyricis intextas fuisse. In illa de vulpe et aquila suam cum Lycambe, doloso homine, societatem significasse videtur; ut suspicor ex *Philostrati* Icon. I. 3. p. 766. ubi cum fabulam ab *Homero* et *Hesiodo* neglectam esse negasset, addit — ἐμέλησε δὲ καὶ Ἀρχιλόχῳ πρὸς Λυκάμβην.

¶. 47.] XL. *Etymol. M.* v. κεραωνός. ὁ γαῦρος καὶ ὑψαύχην . . . Ἀρχίλοχος· βοῦς .... *Hesych.* κορωνός. πονηρός. ὀρθόκερως ταῦρος. Hinc derivatur verbum κορωνιᾷν, quo usus est *Philippus* Ep I.

XLI. *Etymol. M.* in Ἀκή. ἡ ὀξύτης. οὕτως Ὦρος (haec ex codd. accesserunt). παρὰ τὸ ἥκω ἠκή, ὃ σημαίνει τὴν ὀξύτητα. Ἀρχίλοχος· Ἵστη κατ' ἠκὴν κύματος κυανέου. et iterum in Ἠκή. ἡ ὀξύτης τοῦ σιδήρου. Ἀρχίλοχος· Ἵστη κατ' ἠκὴν κύματος κἀνέμου. Vide *Valckenar.* ad *Herodot.* IV. p. 367. 54. ἠκὴ κύματος de litore videtur dictum. Poëta jubet aliquem ad litus, in ipsos ventorum undarumque fines, accedere.

XLII. Plutarch. Sympos. L. III. Tom. II. p. 658. B. τὸν δὲ ἥλιον ἀναγκάζειν μᾶλλον ἐκ τῶν σωμάτων τὸ νοτερὸν διὰ τὴν πύρωσιν· πρὸς ὃ καὶ τὸν Ἀρχίλοχον εἰρηκέναι φυσικῶς· Ἔλπομαι.... Hunc locum respexit *Hesychius* v. Σείριος· ὁ ἥλιος, καὶ ὁ τοῦ κυνὸς ἀστήρ — Σειρίου κυνὸς δίκην. — Σείριον Σοφοκλῆς τὸν ἀστρῷον κύνα· ὁ δὲ Ἀρχίλοχος τὸν ἥλιον· Ἴβυκος δὲ πάντα τὰ ἄστρα. Sic hunc locum constituit *Toup.* in Emend in Hesych. P. II. p. 470. Idem in Fragmento *Callimachi* CXXIV. acute correxit πίλημά τι Σειρίου (vulgo πέτρου) ἔλλαμψ' ἔκειτο. Ex *Archilocho* profecit *Lycophron* de Ajacis cadavere: ἐκβεβρασμένον νέκυν ἀκτὶς Σειρίου καταυανεῖ, quem comparavit *Graevius* in Lect. Hesiod ad Ἔρ. κ. Ἡ. 417. De Sirio pro sole posito conf. *Eustath.* ad Od. p. 471. 25. *Salmas.* ad Solin. p. 305. Ut hic sirius dicitur καταυαίνειν, sic ap *Tibull.* I. 4. 42. *Canis arenti torret arva siti.* Cf. *Heyne* ad I. 1. 27. Versus autem non jambici, ut ex initio tertii versus apparet, sed tro-

καὶ ἄλλα ἔχειν ἐστὶν ἀλγεινὰ, ὁπόσα Ὅμηρος ἐπ' αὐτῷ πεποίηκεν, ἐπὶ δὲ αὐτοῖς πρόςεστιν οἱ καὶ τὸ ἐκ τοῦ ἐπηρτημένου λίθου δεῖμα. Πολύγνωτος μὲν δῆλός ἐστιν ἐπακολουθήσας τῷ Ἀρχιλόχου λόγῳ· Ἀρχίλοχος δ' οὐκ οἶδα εἴτε ἐδιδάχθη παρὰ ἄλλων τὰ ἐς τὸν λίθον, εἴτε αὐτὸς ἐς τὴν ποίησιν εἰςηνέγκατο. Eandem fabulam explicat *Athen.* L. VI. p. 281. B. C. ex Ἀτρειδῶν καθόδῳ narrans, Tantalum a Jove petiisse coenam deorum coenae similem. Tum Jovem id quidem fecisse: ὅπως δὲ μηδὲν ἀπολαύῃ τῶν παρακειμένων, ἀλλὰ διατελῇ ταραττόμενος, ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἐξήρτησεν αὐτῷ πέτρον, δι' ὧν (f. οὗ) οὐ δύναται τῶν παρακειμένων τυχεῖν οὐδενός. Ad Euripidis Orest. 5. Τάνταλος κορυφῆς ὑπερτέλλοντα δειμαίνων πέτρον, notavi veterum loca, in Animadvv. ad Eurip. p. 10. ubi Latinos poëtas hanc fabulam ignorasse perperam statui. Ejus meminit *Lucret.* III. 993. *Cicero* Tusc. Quaest. IV. 16. Eandem commemorat *Philostratus* in Vit. Apollon. p. 116. et *Suidas* v. Τάνταλος, ex *Nonno* in Gregor. Nazianz. in Stel. p. 171.

XLIV. Ex Lectt. p. 236. Servavit hos senarios *Athen.* L. X. p. 447. B. Τὸν δὲ κρίθινον οἶνον καὶ βρυτόν τινες καλοῦσιν· — καὶ Ἀρχίλοχος·

ὥςπερ αὐλῷ βρύτον ἢ Θρῆϊξ ἀνὴρ ἢ Φρὺξ
ἔβρυζε· κύβδ' ἦν πονευμένη.

Obscurum hunc locum sic corrigere conatus est *Casaubonus* p. 743. — ἔβλυζε κυβάβδ' ἡ πονευμένη· putans nimirum, significari a poëta, mulierem aegrotantem sic sanguinem rejecisse, ut cum bryti zythivi salientem ex ore mittit Thrax aut Phryx aliquis. αὐλὸν enim pro κρουνῷ esse positum, et αὐλῷ βλύζειν βρύτον poëtica elegantia esse dictum pro αὐλὸν βρύτου. Denique κυβάβδα ap. Amathusios pro αἵματι fuisse usurpatum docet *Hesych.* In his felix *Casauboni* ingenium prorsus desidero. *Scaliger* haec adscripserat: ὥςπερ γὰρ αὐλῷ βρύτον ἢ Θρήϊξ ἀνὴρ Ἢ Φρ. l. κύβδα γ' ἦν πονευμένη. *Conquiniscebat eo modo futu-*

gens mulier, quo siphone cerevisiam haurit Thrax aut Phryx, ipsa quoque sugens. Contortis his lectionibus nemo facile erit, quin lenem et elegantem *Toupii* emendationem praeferat, qua hos versus constituit in Em. ad Suid. P. I. p. 230.:

ἅπερ πρὸς αὐλὸν βρῦτον ἢ Θρήϊξ ἀνὴρ
ἢ Φρὺξ ἔβρυζε, κύβδ' ἦν πωλευμένη.

Ubicunque ad potandum convenissent barbari ibi prostabat illa muliercula. Cetera perspicua sunt et expedita; κύβδα autem est σχῆμα venereum; docente *Schol Aristoph.* Eqq. 364. unde *Toupius* etiam ap. *Hesych.* Κύβαβδα· σχῆμα, (vulgo αἷμα) corrigit. πωλεῖσθαι in hoc negotio usurpatur a *Plutarch.* in Solon. p. 91. πλὴν ὅσαι πεφασμένως πωλοῦνται, λέγω δὲ τὰς ἑταίρας. *Hesych.* πῶλος· ἑταίρα. Conf. *Fischer.* ad Anacr. Od. LXI. p. 227. *Brunckii*

ARIONIS METHYMNAEI

HYMNUS.

Ex Tom. III. p. 327.] *I.* Servavit hunc hymnum *Aelian.* de N. A. XII. 45. eumque ab *Arione*, e fluctibus servato, cantatum esse ait. Historiam de Arione post *Herodotum* L. I. 24. sqq. multi narrarunt, quos laudat *Harduinus* ad Plin. H. N. IX. 8. p. 502. Adde *Plutarchum* T. II. p. 161. Nostrum hymnum pro genuino *Arionis* foetu habendum esse negat *Schneiderus.* — V. 3. ἐγκυμονάλμαν habet *Gesner.* qui in altero Cod. distinctis vocibus scriptum reperit: ἔγκυμον ἅλμαν. Quod *Brunckius* habet, κυανοχαῖτα, ipsius conjectura esse videtur: quam certa, non dixerim. Sed totum hoc carmen curam medicam nec recipere, nec mereri judicat *Aeliani* sospitator. *Hymn. Homer.* XXIII. 6. Χαῖρε Ποσείδαον, γαιήοχε, κυανοχαῖτα. Ad depravatae scripturae ductus propius accederet: ἐγκυλομῆτα. At nec hoc pro vera lectione habuerim. — V. 4. βράγχιοι verbum a poëta fictum a βράγχια, quae piscibus propria sunt. Imago ducta ex *Homeri* Il. ν. 27. βῆ δ' ἐλάαν ἐπὶ κύματ'· ἄταλλε δὲ κήτε' ὑπ' αὐτῷ Πάντοθεν ἐκ κευθμῶν, οὐδ' ἠγνοίησεν ἄνακτα. Quae expressit *Virgil.* Aen. V. 822. — V. 5. Vulgo χορεύουσι, κύκλῳ. ἐν inserit Cod. Medic. Mox *Gesnerus* πτερύγων conjiciebat pro ποδῶν, invito *Schneidero*: ineptum enim auctorem delphino eadem audacia pedes appingere, qua antea branchias. — V. 8. Pro σιμοὶ *Gesnerus* σειστοί τε conjicit. — V. 9. σκύλακες. Haec fortasse obversabantur *Philippo Thess.* Ep. LXXII. νηὸς ἐπειγομένης αἰχὺν δρόμον ἀμφεχόρευον Δελφῖνες πελάγους ἰχθυφάγοι σκύλακες. — V. 10. φιλόμουσοι. φίλαυλος δελφὶς, *Aristoph.* Ran. 1352. De delphino, *non homini tantum amico animali, verum et*

musicae arti, quae *Plinii* verba sunt Tom. I. p. 501. fragmentum exstat *Pindari* ap. *Plutarch.* T. II. p. 704. E. ὁ Πίνδαρός φησι κεκινῆσθαι πρὸς ᾠδὴν ἁλίου δελφῖνος ὑπόκρισιν, τὸν μὲν ἀκύμονος ἐν πόντου πελάγει αὐλῶν ἐκίνησεν ἐρατὸν μέλος. Quae hic depravata sunt, non sincerius leguntur p. 984. C. nec *Reiskius*, qui totum locum immutavit, veram lectionem assecutus est. Scribe: ἀκύμονος ἐν πόντου πλακί, ut mox ap. nostrum v. 18. ἅλοκα Νηρείας πλακός. Ipse *Pindar.* Pyth. α. 45. ἐς βαθεῖαν πόντου πλάκα. *Oppian.* Hal. L. II. 186. ὄστρακον αὖ βυθίας μὲν ἔχει πλάκας. Ep. *adesp.* CCIII. κατ' Αἰγαίην πόντου πλάκα. *Aristoph.* Ran. 1486. πελαγίαν ὑπὲρ πλάκα. Qualia de delphini musices amore narrant veteres, recentiores de manato tradunt; quare *Linnaeus* delphinum veterum pro manato habendum esse censebat in Amoen. Acad. VII. p. 315. non assentiente *Beckmanno* ad *Antig. Car.* p. 110. Vide *Camus* Notes sur l'Hist des Animaux d'Aristote p. 284 sq. *Schneider*

ἀντλῇ. Vulgo. Cod. *Gesneri* offerebat ἐλισῶσι, ipse conjiciebat ἄλιοι sive ἐνίλεῳ. Utrumque posthabendum eleganti *Valckenarii* correctioni in Diatr. p. 289. C. δολίοις legentis. Reliqua *Brunckio* debentur. — V. 22. ἀλιπόρφυρον λίμνας. Vulgo. Quae lectio nulla emendatione indigebat.

Tom. III. p. 328.] *II.* Hoc distichon Arionis, delphini insidentis, statuae insculptum tradit *Aelian.* Hist. An. XII. 45. p. 407. Hujus monimenti mentionem facit *Herodotus* I. 24. p. 11. epigramma non commemorans, non magis ac *Pausan.* L. III. 25. p. 275. et *Dio Chrysost.* Orat. XXXVII. p. 455. 32. Cf. *Gellium* L. XVI. 19. *Solin.* p. 16. F. — Vulgo legebatur Κύκλωνος, quod emendavit *Salmas.* ad Solin. p. 98. A. Praeterea *Gesnerus* πομπαῖσιν malebat.

PISANDRI RHODII EPIGRAMMA.

T. II. p. 294.] *Brunckio* obsecutus (Lect. p. 197.) collocavi hoc epigramma ante fragmenta *Sapphus*, quam poëtriam *Pisander* aetate praecessit. Exstat in membranis Vatic. p. 251. cum lemmate: Πεισάνδρου Ῥοδίου· τούτου τοῦ ἐπιγράμματος μέμνηται Νικόλαος ὁ Δαμασκηνὸς ὡς ἀρίστου. Εἰς Ἱππαίμονα τὸν ἐκ Κρήτης Μάγνητα. Ultima inepta sunt. Anthol. Planud. p. 203. St. 296. W. Apud *Pollucem* L. V. 46. p. 501. prius distichon laudatur. *Pollucis* verba haec sunt: οὐ μὴν οὐδὲ ὁ Μάγνης ὁ κύων, τὸ Ἱππαίμονος κτῆμα, ᾧ Λήθαργος ἐπώνυμον, οὐκ ἀνώνυμος, ὃς τῷ δεσπότῃ συντέθαπται, καθάπερ μηνύει τοὐπίγραμμα. Versu enim secundo pro Θήραργος legit Λήθαργος, quae leλio etiam in Vat. Cod. notata. Nec aliter habet *Dio Chrysost.* Or. XXXVII. T. II. p. 121. 15. ed. Reisk. ubi postquam prius distichon protulit, scribit haec: τίς οὖν

οἶδεν Ἑλλήνων, οὐχ ὅτι τὸν ἵππον, ἀλλ' αὐτὸν τὸν Ἱππαίμονα. ἀκοῦμεν οὐδὲ Μαγνήτων [οὐδεὶς] ὅθεν ἦν Ἱππαίμων. οὗτος μὲν οὖν φροῦδος ἐξ ἀνθρώπων αὐτῷ Θάβητι καὶ Ποδάργῳ. Secundum *Pollucem* igitur Canis fuiſſet Magneſius; ſecundum *Chryſoſtomum* ipſe Hippaemon. Ab utroque diſcedit *Brunckius*, qui equum Theſſalum, canem Creticum, ſervum Magnetem fuiſſe pronuntiat. Sed ſic Hippaemonis patriam praeteriiſſet poëta, quod non admodum probabile eſt. De ipſo heri nomine dubitatur. Apud *Pollucem* Ἱππάμων legitur, quod *Caſaubonum* in Ἱππάμμων mutaſſe ait *Reiskius*. Ubi? quaeſo. Certe non in Diatriba in Dionem, ubi Ἱππαίμων legit. Ap. *Chryſoſtomum* olim erat: ὄνομα τῷ ἵππῳ ἦν.

SAPPHUS EPIGRAMMATA.

οὐ πρόπολος, δέσποινα γυναικῶν· ἃ σὺ χαρεῖσα,
πρόφρων ἀμετέραν εὐκλείσον γενεάν.

Statua ait, se vel mutam loqui posse; si quis inscriptionem, quatuor, qui sequuntur, versiculis constantem, legere velit, ante pedes in basi positam. καταστίθεσθαι, *aliquid literis mandare. Cornelius de Pauw*, qui hoc carmen repetivit in fragm. Anacr. XCVI. p. 308. quamvis recte intelligens, primum versiculum nondum persanatum esse, infeliciter ipse tentavit, παιδὸς ἀφώνω ἐοῖσα, quod sensu caret. Brunckiana lectio *Dorvillii* sagacitati debetur (in Vanno crit. p. 193. sqq.): παιδνὴ ἄφωνος ἐοῖσα τάδ' ἐννέπω. Esse enim infantis, recens nati statuam, a matre dedicatam Dianae, puerperarum tutelari numini. Ipsam puellam infantem induci loquentem. Idem *Dorvillius* tentat, si quis ἔτι necessario adesse velit: παῖς ἔτ' ἄφωνος ἐοῖσα τάδ' ἐννέπω, αἴ τις ἔρηται. Particulam αἰ in ἢν mutandam esse, *Br.* monuit. *Reiskius*, qui hoc Epigr. edidit in Anthol. p. 52. nr. 515. prius distichon sic exhibet: παιδνὴ ἄφωνος ἐοῦσα γέ τοι 'ννέπω, ἄν τις ἔρηται φωνὴν ἀκοιμάταν κ. τ. τ. quod nemo facile amplectetur. *Toup.* Epist. crit. p. 120. corrigendum censet:

Παιδὸς, ἄφωνος ἐοῖσά τ', ἔτ' ἐννέπω, αἴ τις ἔρηται —

Nimirum τὴν στήλην sive cippum hic loqui; esse autem antithesin: ipsa ἄφωνος non suis, sed παιδὸς verbis loquitur. Vereor, ne haec emendatio eleganti *Toupii* ingenio indigna sit. Profecto enim inepte arguta foret poëtria, discrimen inter στήλην et puellae ibidem collocatam statuam ponendo. Nec, hac interpretatione admissa, video, quem sensum habeat τ' post ἐοῖσα, ἔτι ante ἐννέπω collocatum; quamvis Bentlejana lectio eodem laborat incommodo. *Dorvillii* conjecturam si quis veram esse dubitaverit, elegantem tamen esse et probabilem non negabit. — V. 3. Αἰθοπία. Dianae cognomen. *Stephan. Byz.* Αἰθόπιον· χωρίον Λυδίας παρὰ Ὕλλῳ, πλησίον τοῦ Εὐρί-

που, ἀφ' οὗ ἡ Ἄρτεμις Αἰθοπία. οἱ δὲ, ὅτι παρὰ τοῖς Αἰθίοψι λέγουσιν, Ἀπόλλων ἤγαγεν αὐτήν· οἱ δὲ αὐτὴν τῇ Σελήνῃ διὰ τὸ αἴθειν· ὡς Καλλίμαχος. Vide Intpp. *Hesychii* in Αἰθιόπιδα. *Antipater Thess.* Ep. XXXIV. Αἰθοπίης Βραυρωνίδος ἴχνια νηοῦ. — V. 4. Etiam hunc versum *Br.* exhibuit secundum emendationem *Dorvillii*, qui τῷ Σαμαϊάδα cum *Guyeto* pro nomine patronymico habendum censebat. Cum *Bentlejus* ad Ἑρμοκλείδαο θυγατέρα subaudiendum existimasset, *Dorvillius* de *conjuge* Hermoclidae accipi malit, remittens lectores de hac ellipsi ad *Salmas.* in Inscr. Herod. p. 40. *Perizon.* in Diss. Triade p. 19. et *Burm.* ad Sueton. de Ill. Gramm. c. X. Nam cum mater Aristo hanc statuam dedicaverit, verisimilius esse, patrem pueri, quam ejusdem avum maternum, commemorari. Non acquiescens in lectionibus *Bentleji* et *Dorvillii*, Reiskius conjecit: Ἑρμοκλύτοιο, κάτω ὃς παρὰ νῦν Ἀΐδᾳ, σὸς πρόπολος. *Filia Hermoclyti, qui nunc infra est apud Plutonem, tuus olim famulus.* Omnino male. Ejus

legitur. Comparavit *Brodaeus Virgil.* Aen. VI. 232. *At pius Aeneas ingenti mole sepulcrum Imponit, suaque arma viro, remumque tubamque:* quod ductum ex *Homeri* Od. M. 14. τύμβον χεύαντες καὶ ἐπὶ στήλην ἐρύσαντες, Πήξαμεν ἀκροτάτῳ τύμβῳ εὐῆρες ἐρετμόν.

III. (IV.) Vat. Cod. p. 285. Planud. p. 229. St. 333. W. *Ursinus* et *Wolf.* l. c. In Timadis, puellae, immatura morte exstinctae tumulum. — V. 1. Vulgo et in Cod. Vat. θανοῦσαν. — V. 2. Proserpinae θάλαμος ex hoc fortasse loco ad plures manavit. *Simonidis* Ep. CIII. κατέβην τὸν ἄφυκτον – ξανθῆς Φερσεφόνης θάλαμον. Epigr. inter ἀδ. DCCXXXIV. 2. *Empedoclis* Ep. II. Similia collegit *Burmannus* ad Anthol. Lat. T. II. p. 222. sq. — V. 3. ἀπὸ φθιμένας. Vat. νεοθηγέϊ χαλκῷ Planud. Ursin. In Vat. Cod. νεαθᾶγει σιδήρῳ. Expressit hunc locum *Andronicus* T. II. p. 399. ἁ δὲ, σέθεν φθιμένας, πολιοὺς νεαθᾶγι σιδήρῳ Κείρατο γηραλέας ἐκ κεφαλᾶς πλοκάμους. *Archestratus* ap. Athen. VII. p. 306. B. κεντήσαντα δέμας νεοθῆγι μαχαίρᾳ.

ERINNAE EPIGRAMMATA.

T. 58.] I. Vat. Cod. p. 206. Planud. p. 301. St. 441. W. Quamvis editum, *Reiskius* tamen denuo exscribi jussit in Anth. p. 67. nr. 549. ut ex apographo suo emendatius daret. Ex mente *Dorvillii* constitutum edidit *Wolf.* in Fr. Poëtr. ubi *Erinnae* carmina exhibuit p. 10 – 25. Qui idem emendandi causa protulit in Epist. de Syrac. p. 334. *Toupius*, vix tamen quidquam habet novi, et ab ipsius ingenio profecti. Scriptum est hoc epigr. in Agatharchidis imaginem, puellae tam egregie similem, ut nihil ei nisi loquendi facultas deesse videt.

τετυr. — V. 1. „ἐξ ἀπαλᾶν. Cod. Hanc lectionem ex „Vatic. membrana notavit *Salmasius*, qui tamen δέξ' scri- „bebat, quae mutatio mihi necessaria non videtur. Hinc „est forte, quod in epigrammatum codice Bibl. Buhe- „rianae scriptum δέξο τάλαν χειρῶν.“ *Brunck.* In apographo Spallett. δέξα τάλαν legitur, idque in Codice ipso legi nullus dubito. Contra lectionem ἐξ ἀπαλᾶν ex *Salmasii* ingenio profectam existimo. *Reiskius* δέξο καλᾶν. Saltem scribendum:

δέξ' ἀπαλᾶν ἀπὸ χειρῶν.

Quae si sincera est lectio, Prometheo illam imaginem dedicari puta. Vulgo ἐξ ἀπαλῶν. ἀπαλαὶ χεῖρες sunt *scitae manus*; periti videlicet artificis opus. γλαφυρᾶς χερὸς Epigr. *Theocrit.* VII. Manus sculptoris, qui molle et ad unguem exactum opus expoliverit, recte *molles* appellari, nec *Huetium* fugit in Notis p. 29. ubi commemorat conjecturam viri docti in marg. *Scaligeri*, εὐπαλαμῶν χειρῶν

notavi in *Euripidis* Helenam v. 166. in Animadv. L. II. c. XI. p. 142. sqq. De lugubri Sirenum cantu vide inprimis *Spanhem.* de Usu et Praest. Num. T. I. p. 254. quocum conferas *Burmann.* ad Anthol. Lat. T. I. p. 113. — V. 2. Ἀΐδα *Reisk.* τὰν ὀ. σποδιὰν *Wolf.* et sic in Cod. esse videtur; sed corrigi debuit tam manifestum vitium. — V. 3. τοῖς ἐμὸν ἐρχ. Cod. Vat. et Wolf. In fine versus iidem et Jens. χαίρειν. — Versu sequ. vitiosissime Codex αἴτ' ἀστοὶ τελέθων τ' αἰθεραιστολιας. *Olearius* versus initio αἰταστοὶ exhibuit, idque ut sanum et sincerum explicare conatus est. Brunckiana lectio debetur *Heringae*, ante quem *Crozius* in eandem inciderat. *Reiskius* dedit αἴτ' ἀστοὶ τελέθοντ', αἴθ' ἑτέρας πόλιος. — V. 6. χ' ὤτι πατὴρ Cod. qui etiam Βαυκίδα exhibet. Ex sq. Epigrammate hoc emendavit *Heringa*, cujus emendationem *Reiskius* recepit. — Seq. vers. Vaticanae membr. τηνω δ' ἀπεσιδοντι, et sic fere *Jensius*: τηνίδας εἰδόντι; quod *R.* reti-

tivit *Wolf.* p. 26. Corrupta emendare tentavit *Heringa* in Obss. p. 197. *Toup.* in Em. ad Suid. p. 508. Exhibuit *Reiskius* in Anthol. p. 123. nr. 676. passim emendatum. Scriptum est in eandem Baucidem, quae in ipso nuptiarum apparatu morte exstincta est. Conf. hinc expressum Epigramma *Meleagri* CXXV. — V. 1. πολύκλαυτον, ut rectius, dedit *Reiske*; qui et εἰμὶ habet, ut est in membranis. Ad verba *Erinnae*, βάσκανός ἐσσ', Ἀΐδα, respexit *Leonid. Tar.* Ep. LXXXI. Plures deinde, poëtriae nostrae exemplum secuti, Mortem et Parcas βασκάνους appellavere. Conf. Ep. inter ἀδέσπ. DLXXXII. et DCLVI. φθονερὴ Μοῖρα. βάσκανε δαῖμον Ep. DCXCV. — Mox Codex τὰ δέ τοι καλὰ τὰ μεθ' ὁρῶντι Ὄμματα τὰ Β. ἀ. τύχα. Nec aliter *Olearius* et *Jensius*, qui tamen τὰ post καλὰ omittit. Parum feliciter hunc versum tentavit *Heringa*: τὰ δέ τοι καλὰ τῷ μ' ἐφορῶντι Ὄμματα τὰν Βαυκοῦς, hac interpretatione adjecta: *Bauces maritus fuit Baucidis: pulchri vero hi oculi (Baucidis nempe effigies in sepulcro expressa erat) cuicunque me intuenti ostendet grave Baucidis infortunium, qui puellam in miserando rogo iis cremavit taedis, quibus gavisus paulo ante fuerat Hymenaeus.* Minus etiam probabiliter *Reiskius*, τά γέ τοι καλὰ τῷ ποθορῶντι Ὄμματα τὰν — τύχαν. Partem depravati hujus loci *Brunckius* constituit ad *Toupii* mentem, reliqua ex suo ingenio dedisse videtur. Adscribam notam clarissimi editoris: „Βαυκὶς et Βαυκὼ *diversae sunt ejusdem* „*nominis formae; una eademque persona bis indigetatur.* „*In hoc sepulcrali epigrammate monumentum ipsum loqui-* „*tur: hoc autem symbolis erat ornatum, quibus sepultae* „*mulieris mors ipsas consecuta nuptias significabatur. Hinc* „*intelligendus versus tertius: pulcra haec mea ornamenta* „*inspicienti tibi crudelissimum Bauconis, sive Baucidis,* „*nuntiant casum. In cod. scriptum* ὄμματα τὰν Β." Haec *Brunckius*, qui quod in Cod. legi ait, id in suo apogr. ex *Salmasii* emendatione legi existimo. ὄμματα speciem

habet, fi comparaveris *Meleagr.* Ep. CXXV. 2. vix tamen in hoc contextu ferendum eft. Mihi antiquae fcripturae veftigia propius confideranti, *Erinna* fic fere fcripfiffe videtur:

— — τὰ δὲ ποικίλα γράμματ' ἔχοντα
ἀμφοτέρων Βαυκοῦς ἀγγέλλοντι τύχαν,

five:

— — τὰ δὲ ποικίλα μου πεδηγεῖτε
σήματα τὰν κ. λ. τ.

varia illa figna, quae miferandam Baucidis fortunam indicant. Idem, quoad fenfum, σήματα et γράμματα, ut apparet ex *Euftathio*, de Bellerophontis σήματι disputante, Il. ζ. p. 632. fqq. De ποικίλα vide dicta in Exercit. crit. T. II. p. 63. fq.— V. 5. Cod. Vat. ἐς τὸν π. τ. ἐφ' οἷς ὕδατο πνόαις. *Salmafius* ἐφ' ἃς correxit; in qua lectione ὑπὸ

[redacted]

ἔφλεγε τῇ αὐτῇ πεύκῃ, ὑφ' ἧς ὁ ὑμέναιος δόμον ἤγετο. Quum hac conjectura amplius inquirendi studium minime impediatur, liceat mihi doctorum virorum emendationibus meam quoque adjicere. *Erinnam* scripsisse puto:

> αἷς τὰν παῖδ' Ὑμέναιος ἐφέσπερος ἤγετο πεύκαις,
> ταῖσδ' ἐπὶ καδεστὰς ἔφλεγε πυρκαϊάς.

Quam lectionem, codicis scripturae tantum non inhaerentem, reliquis concinniorem esse mihi persuadeo. *Quibus facibus Hymenaeus puellam in sponsi domum duxerat, iisdem ejus sive pater sive sponsus rogum accendit.* Vocis ἐφέσπερος vestigia sunt satis manifesta in lectione codicis ἐφαίς...., quem codicem in vocabulis cum praepositione compositis jungenda saepissime divellere, multis jam exemplis docuimus. Idem αι cum ε crebro confundit; cujus confusionis exemplum vidimus in Ep. *Meleagri* LXXX. 6. ubi παιζονόμον exhibet pro πεζονόμον. Cf. *Dorvill.* ad Charit. p. 683. *Erinnae* ὑμέναιος ἐφέσπερος obversabatur *Meleagro* Ep. CXXV. ἄρτι γὰρ ἑσπέριοι νύμφας ἐπὶ δικλίσιν ἄχευν Λωτοί. Hymenaeus vero puellam ἤγετο, ut sponsus, qui mulierem ducit, ἄγεται. Vide *Valckenaer.* ad Herodot. IV. p. 317. 52. — Recte nos denique servata Cod. scriptura πεύκαις legimus, ut apparet ex *Meleagro*, qui inprimis comparandus est:

> αἱ δ' αὐταὶ καὶ φέγγος ἐδᾳδούχουν παρὰ παστῷ
> πεῦκαι, καὶ φθιμένᾳ νέρθεν ἔφαινον ὁδόν.

II. 59.] V. 7. In edit. Jens. lacuna est ante ἀοιδάν. Fallitur *Reiskius*, qui μολπαῖαν ex *Olearii* ingenio profectum putat. Ipsa est Cod. lectio; quae cum optima sit, conjecturis supersedendum est. — Vers. ult. Cod. γοερῶν, quod *R.* in γοερὸν mutavit. Idem hoc carmen in fine mutilum putat, quod particulae μὲν versu 7. nihil respondeat. Sed vide *Hoogeveen* de Part. Gr. p. 455. sqq. ed. *Schütz.*

SOLONIS SCOLION.

V. p. 75.] Servavit *Diogenes Laert.* L. I. 61. p. 38. ed. Meib. Saepius hinc repetitum. Versus aliter dispofuit *Br.* in Gnomicis p. 84. nr. XXXI. versum tertium in duos dividens:

κραδίῃ, φαιδρῷ
προσεννέπῃ προσώπῳ.

— Versu primo, qui logaoedicus est, scribe: ἄνδρ' ἕκαστον, quo et metrum juvatur, et hiatus tollitur. — V. 2. *Sambucus* ἔχθρος exhibet, et κραδίην *Casaubono* ἔχθος placebat, probante *Menagio*. — V. 3. φαιδρῷ. Ad sensum facit *Lucian.* T. III. p. 153. 20. προσίεται μὲν καὶ — προσμειδιᾷ τοῖς χείλεσιν ἄκροις, μισεῖ δὲ καὶ λάθρα τοὺς ὀδόντας διαπρίει. et mox: ἔνεκα μὲν κεύθοντα ἐν φρενὶ, ἄλλα δὲ λέγοντα καὶ

eum a regis filiis rogatum fecisse, ait *Auctor* certaminis Homeri et Hesiodi. Horum testium auctoritate nixus *Barnesius* ad Homeri Ep. XXXVI. T. II. p. 89. temere obloquitur *Diogeni Laërtio*, qui L. I. 89. p. 55. hoc epigramma Cleobulo vindicat, ad *Simonidis* testimonium provocans, quem vide Fr. X. p. 122. Contra eundem disputat *Buberius* in Diss. Herodot. c. VIII. p. 84. Praeter eos, quos diximus, proferunt hoc carmen *Dio Chrysostomus* Orat. XXXVII. p. 465. (T. II. p. 120. sq. *Reisk.*) qui nihil de ejus auctore statuit; non magis quam *Longinus* Π. 'Υ XXXVI. p. 132. ed. *Toup.* ubi v. 2. excitatur, et *Sextus Empiricus* L. II. Hypot. p. 75. et adv. Gramm. p. 221. Sub *Homeri* nomine legitur in Planudea p. 219. St. 319. W. — V. 1. χαλκέη est ex *Br.* emendatione. Vulgo χαλκῆ. Cod. Vat. χαλκή. — Mox alii Μίδου, alii Μίδεω habent, alii denique Μίδα, quod Vat. exhibet Cod. Imposita erat tumulo Midae aenea puellae statua, cui Epigrammatis auctor aeternitatem quandam promittit. — V. 2. pro ῥέῃ alii νάῃ legunt, interque eos Vat. Cod. Initio versus Planudea εὖτ' ἄν. Plato ὄφρ' ἄν. *Libanius* in Monodia Tom. I p. 519. ed. *Reisk.* ἐν τῷ πένθει κατέχων ἀνθρώπους καὶ κατασχήσων γε, ὄφρ' ἂν ὕδωρ τε νάῃ καὶ δένδρεα μακρὰ τεθήλῃ. Ceterum hinc expressa sunt Virgiliana in Aeneid I. 607. *In freta dum fluvii current, dum montibus umbrae Lustrabunt convexa, polus dum sidera pascet; Semper honos, nomenque tuum laudesque manebunt.* — V. 3. 4. omittunt membranae Vatic. *Plato*, *Dio Chrysost.* Tertium solum Planudea. *Herodotus* et *Diogenes* quartum ante tertium legunt, sic scriptos:

ἠέλιός τ' ἀνιὼν λάμπῃ, λαμπρά τε σελήνη,
καὶ ποταμοί γε ῥέωσιν, ἀνακλύζῃ δὲ θάλασσα.

Et in pluribus etiam *Herodoti* Codd. vers. tertius desideratur. Pro λάμπῃ veteres Anthol. editt. λάμπει prae-

bent. — V. 5. πολυκλαύτου ἐπὶ τύμβου. Plat. et Herodot. Reliqui, ut nos; nisi quod nonnulli πολυκλαύτῳ habent. — V. 6. Μίδας. Cod. Vat. Plato, Chrysost. Diogen. Anthol. Μίδης Herodot. Hunc et praec. vers. laudat *Suid.* v. *αὐτοῦ* T. I. p. 389. et in Μίδας T. II. p. 559.

II. Hoc de anno aenigma tanquam *Cleobuli Lindii* ex Παμφίλης ὑπομνήμασι profert *Diog. Laert.* L. I. 91. p. 56. et *Stobaeus* in Ecl. Phys. p. 240. ed. *Heeren.* Reliquerat Cleobulus ᾄσματα καὶ γρίφους εἰς ἔπη τρισχίλια, teste *Diogene.* Eodem genere scribendi ejus filia delectabatur, *Cleobuline,* cui hoc aenigma tribuit *Suidas* in Κλεοβουλίνη, T. II. 323. ubi v. 1. et partem secundi laudat. Simile in annum aenigma laudat *Athenaeus* L. X. p. 451. F. Εἰσὶ κασίγνηται διτταὶ, ὧν ἡ μία τίκτει τὴν ἑτέραν· αὐτὴ δὲ τεκοῦσα πάλιν γ' ὑπὸ ταύτης τεκνοῦται. Aliud Hermae incisum protulit *Visconti* in Museo Pio-Clement. T. VI.

[redacted]

attigiſſet, ſtatim eum Nemeſin experiri; nec tamen aliud eſſe effugium vitae, quam mortem, ceteris omnibus majus malum. — Nulla eſt in editt. diverſitas, niſi quod v. 5. Aldinae et Juntina ſimul cum *Stobaeo* τάλλα exhibent. — V. 4. κύκλα σεληναίης, ut ap. *Leonid. Tar.* Ep. XLIX. ἱερὰ κύκλα σελήνης, et λαμπρὸς ἡλίου κύκλος ap. *Sophocl.* Antig. 416.

PHOCYLIDIS FRAGMENTA.

¶. 77.] *I.* Planud. p. 117. St. 169. W. ubi ἄδηλον. Phocylidi vindicat Cod. Vat. p. 505. qui verſu tertio τιμάσω exhibet.

II Servavit *Stob.* Floril. T. IV. p. 52. 9. Geſn. p. 25. Grot. Vitioſe *Grotius* ἔχοντες.

III. Ap. *Stob.* Tit. LIV. p. 369. 6. Geſn. p. 215. Grot. ubi Ἀμαλθαίης et Ἀμαλθαίας legitur. Scribendum eſſe Ἀμαλθείας, *Brunckius* in Lect. monuit p. 13. Vide *Zenob.* Cent. II. 48. et *Callicter.* Epigr. III. T. II. p. 294.

IV. *Stob.* Floril. T. LXXI. p. 434. 29. Geſn. 312. Grot. De more *Phocylidis* ſententiis ſuis, quae paucis quibusdam verſibus abſolvuntur. nomen ſuum praefigendi, dedit quaedam *Dio Chryſoſt.* Or. XXXVI. p. 440. (T. II. p. 79. *Reisk.*) Noſtri carminis, ubi mulierum, in quatuor claſſes diviſarum, mores deſcribuntur, ἔννοια fortaſſe ducta eſt ex nobiliſſimo loco *Heſiodi* in Theog. 590. ſqq. Similitudo ejus cum carmine jambico in mulieres, quod *Simonidi* tribuitur, neminem fugit; idque ex noſtro expreſſum ejusque quaſi amplificationem eſſe puto; contra ac *Koelerus* in Praef. ad Simonid. p. 7. qui *Phocylidem Simonidis* carmen quaſi in compendium coëgiſſe exiſtimat. — V. 1. γένοντι. *Geſn.* — V. 4. εὔ-

φερος, ἡ δὲ ταχεῖα. Sic vulgo legitur et distinguitur. — V. 5. οὐδέ μεν *Gesn.* οὐδὲ μιν *Grot.* — ¶. 78.] V. 7. μελίσσης. *Simonides* v. 83.:

> τὴν δ' ἐκ μελίσσης· τήν τις εὐτυχεῖ λαβών·
> κείνῃ γὰρ οἴῃ μῶμος οὐ προσιζάνει·
> — — — — — —
> τοίας γυναῖκας ἀνδράσιν χαρίζεται
> Ζεὺς τὰς ἀρίστας καὶ πολυφραδεστάτας.

V. *Stobaei* Flor. T LXXXV. p. 496. 48. Gesn. p. 355. Grot. Constantiae causa hic et Fr. IX. X. Φωκυλίδεω scribendum. Multos genere nobiles esse ait, qui nihil nec dicant, nec faciant, quod gratiam mereatur. χάρις ἕπεται, ut ap. *Simm. Rhod.* Ep. II. καὶ φθονος οὐχ ἕπεται.

VI. *Clemens Alex.* Strom. L. V. p. 725. seq. de daemonibus agens, ἔτι πρὸς τοῖσδε, ait, Φωκυλίδης, τοὺς

ANACREONTIS EPIGRAMMATA.

¶. 116.] *I.* (*LXIX.*) Vatic. Cod. p. 608. Primus edidit *Barnesius* ex Mscto Hudson. (*Fischer.* nr. XIII. p. 481. ed. noviss.) Versus sunt trochaici tetrametri, in Aristoclidem, qui pro patria pugnans perierat. In Cod. δουλείην legitur.

II. (*LXX.*) Vat. Cod. p. 165. Edidit *Bentlej.* ad Callimach. p. 327. ed. *Ern.* ex codice *Bernardi.* Ex Lipsiensi apogr. *Reiskius* in Anth. nr. 424. p. 13. *Barnesius* ex apogr. Kusteri. (*Fischer.* nr. VIII. p. 476.) Scriptum in Phidolai equum, cujus aenea imago Jovi, post equestrem victoriam, dedicata est. Vidit hanc statuam *Pausanias*, quem cons. L. VI. 13. p. 484. Factum, quod Geographus commemorat, *Anacreontis* fere aetate accidisse docet *Reiskius* in Notit. Poët. p. 183. — Pro ἄγκειται Cod. Bentlej. ἔγκειται. πολλῶν ἀρετῆς. *Tyrtaeus* El. III. 2. *Pindar.* Pyth. ι. 36. χερσὶν ἢ ποδῶν ἀρετᾷ κρατήσαις.

¶. 117.] *III.* (*LXXI.*) Vat. Cod. p. 166. *Reiskius* Anth. nr. 425. p. 13. (*Fischer.* nr. XIV. p. 482.) Sine auctoris nomine protulit *Suidas* in εἷμα T. II. p. 25. Parvi momenti sunt, quae *R.* ad hunc locum monuit. Dedicatorium est Epigramma de veste, quam duae mulieres fecerant, ita ut altera ejus ornamenta adumbraret (ἐβούλευσεν), altera eam ad prioris mentem texeret. Recte *Toupius* in Em. ad Suid. P. II. p. 155. *Praxidice fecit*, *Dyseris invenit.* Idem nomen Δύσηρις, quod *Reiskio* suspectum fuit, vindicavit ex *Aristidis* Orat. in Eteon. p. 75. — Apud *Suidam* legitur ἀμφοτέροις σοφίη; In apogr. Lipsiensi φιλίη. Vera est scriptura Codicis. Laudat poëta peritiam in texendo illo vestimento ab utraque puella monstratam. Σοφία tribuitur poëtis, fabris,

cujuslibet denique generis artificibus. *Homerus* Il. ο. 412. τέκτων – ὅς ῥά τε πάσης εὖ εἰδῇ σοφίης. ubi *Scholia*: τὸ γὰρ παλαιὸν πᾶς τεχνίτης σοφὸς ἐκαλεῖτο. Qua obſervatione uſus *Heſychius* σοφίαν interpretatur πᾶσαν τέχνην καὶ ἐπιστήμην Verum de hac re, quantum ſatis eſt, disputavit *Cuperus* in Apoth. Homer. p. 115. et *Gataker* de Stilo N. T. p. 92. ſq. Exemplorum, ubi σοφὸς de artificibus uſurpatum occurrit, copiam congeſſit *Wetſten.* ad N. T. II. p. 110. Ut vero hic σοφίη de opere artis perfectae, ſic *Aelianus* H. A. VI. 57. de araneis, καὶ ὅτι ἂν διαῤῥήξῃς ἐκείνων τῆς εὐπήνου τε καὶ εὐμίτου σοφίας, αὖθις ἀνακοῦνται καὶ ἀπαθὲς καὶ ὁλόκληρον αὖθις ἀποδείκνυνται. — Pro ἀμφοτέρων *Toupius* probabat *Suidae* lectionem ἀμφοτέροις, ſaltem in ἀμφοτέραις mutandam, ut *Br.* monuit.

IV. (*LXXII.*) Vat. Cod. p. 166. *Reisk.* in Anth. gr. 426. p. 13. (*Fiſcher.* nr. IX. p. 477.) Tanquam

eodem habet, quem, post Mardonium devictum, Jovis simulacrum fecisse *Pausanias* narrat L. V. 23. p. 437. *Barnesius* in ionicae dialecti gratiam Πρηξαγόρης et Ἀναξαγόρης scripsit.

VII. (*LXXV.*) Vat. Cod. p. 166. *Reisk.* Anthol. p. 14. nr. 429. (*Fischer.* nr. XVI. p. 484.) Melanthus in memoriam victoriae, choro partae, Baccho donum, fortasse tripodem, offert. Pro φιλοστεφάνου *Barnesius* φιλοστεφάνῳ conjecit, probante *Fischero*, quod poëtae tragici victores Baccho coronas suspendere soliti sint.

VIII. (*LXXVI.*) Vat. Cod. p. 166. *Reisk.* Anth. p. 14. nr. 430. (*Fischer.* nr. XI. p. 479.) Laudatur a *Suida* in Δυσηχὴς Tom. I. p. 635. ubi ῥυσαμένη et δυσηχέος legitur, ut est ap. *Barnesium*. *Homer.* Il. β. 686. ἀλλ' οἵγ' οὐ πολέμοιο δυσηχέος ἐμνώοντο. Hoc *Anacreontis* distichon fortasse obversabatur *Mnasalcae* in Ep. IV. ἤδη τῇδε μένω πολέμου δίχα, καλὸν ἄνακτος στέρνον ἐμῷ νώτῳ πολλάκι ῥυσαμένα.

IX. (*LXXVII.*) Vat. Cod. p. 166. *Reiske* in Anthol. nr. 431. p. 14. (*Fischer.* nr. XVI. p. 485.) Post Διώνυσε in membranis legitur δίδου, sed inductum, et ἀγλαών. *Barnesius* doricae dialecti formas mutavit. — Ἐχεκρατίδας. „Sitne hic Echecratides, Thessaliae princeps, idem cum „illo Echecratida Larissaeo, de quo quae refert *Pausan.* „X. 16. p. 836. efficiunt, eum perantiquum esse, dixe„rint alii.“ *Reiske.* Echecratem, a Lapithis oriundum, commemorat *Herodot.* L. V. 19. p. 419. 86. Ejusdem nominis Thessalum inter Ptolemaei milites *Polyb.* V. 63. 11.

[p. 118.] X. (*LXXVIII.*) Vat. Cod. p. 166. Anth. *Reiskii* nr. 432. p. 14. (*Fischer.* nr. XVII. p. 486.) Timonax, artis palaestricae, ut videtur, magister, ante vestibulum aedium suarum in Mercurii honorem sive Hermam, i. e. quadratam columnam, sive aram collo-

caverat. Hoc monimentum praetereuntes alloquitur, eosque hortatur, ut Timonacti Mercurium apprecentur propitium. Simul Timonax palaeſtrae ſtudioſis operam ſuam promittit. Hoc memorabile. Inſerviebat illa columna eidem uſui, quem noſtris artificibus tabulae aedibus appenſae praeſtant. — V. 2. ἐς μ'. et ornamentum veſtibuli et Mercurio honorem. Perperam *Maittaire*, qui hoc Epigr. cum ceteris edidit, ὡς δ' ἑταροῖς legebat. — V. 3. κλείοντι *Reisk.* qui *janitori* vertit. Vitium ex eod. correxit *Valcken.* ad Hippol p. 287. E. Idem p. 166. A B. formam καθέεστο illuſtrans, prius diſtichon cum parte v. tertii excitavit.

XI. (*LXXIX.*) Vat. Cod. p. 205. *Reiskius* in Anth. nr. 543. p. 65. (*Fiſcher.* nr. XX. p. 488.) Tellias quidam ex Euonymorum tribu, Mercurio dona dedicans, ſuavem ſibi et tranquillam vitam precatur. — V. 1. Codex legit: πολλῶν ἱμερόεντα β. In ſchedis Dorvill. Τέλλιος

πόλεμος οὐδέν' ἄνδρ' ἑκὼν Αἴρει πονηρὸν, ἀλλὰ τοὺς χρηστοὺς ἀεί. et *Aeschylus* ap. *Stob.* p. 356. 28. ἀλλ' Ἄρης φιλεῖ γ' ἀεὶ τὰ λῷστα πάντ' ἀμᾶν στρατῷ. ut haec emendavit *Valckenar.* in Diatr. p. 225. B. quem vide.

XIII. (*LXXXI.*) Vat. Cod. p. 241. Planud. p. 197. St. 287. W. (*Fischer.* nr. II. p. 470.) In Agathonem, fortissimum virum, in pugnâ pro Abderis interfectum. Priorem distichon laudat *Suidas* in αἰνοβίας Tom. I. p. 653. Alterum in ἠνάρισεν T. II. p. 62. — V. 3. *Ursinus* p. 142. τοιόνδε νέκυν, male. Planudeae lectionem tuetur Cod. Vat. et *Suidas*, ap. quem recte ἠνάρισε. Vulgo ἠνάρισεν. — Στροφάλιγξ proprie de pulveris turbine. ἐν στροφάλιγγι κονίης *Homer.* Il. φ. 503. In Oraculo ap *Suidam* v. Ἰουλιανός· ἀμφὶ θυέλλῃσι κυκώμενον ἐν στροφάλιγξι. *Apollon. Rhod.* L. IV. 140. καπνοῖο στροφάλιγγες. — Ἄρης ἠνάρισε, ut ap. *Homer.* Il. ε. 844. τὸν μὲν Ἄρης ἐνάριξε μιαιφόνος. quem locus *Fischerus* comparavit.

XIV. (*LXXXII.*) Vat. Cod. p. 245. sq. Planud. p. 244. St. 355. W. (*Fischer.* p. 471. nr. III.) In Cleenoridam, qui naufragio perierat, dum patriae desiderio ductus navigationem tempore non satis opportuno susceperat. — V. 2. Cod. Vat. θαρσήσαντι. — Νότου λαίλαπι. *Homer.* Il. λ. 306. ἀργέσταο Νότοιο βαθείῃ λαίλαπι. — V. 3. Pro ὥρη *Casaub.* αὔρη conjicit in not. msc. — σ' ἐπέδησεν *Barnes.* Pro ἀνέγγυος Cod. Vat. ἀνέγκυος. Laudat hunc vers. ubi de voce ἀνέγγυος disputat *Wasse* ad Thucyd. III. c. 46. Commiserat ille, quem *Anacreon* hic celebravit, navigium Noto, quo vento in mediterraneo mari navigantibus nullus est periculosior. (*Horat.* I. Carm. XXVIII. 21. 22.) Hic tempestas orta eum *cohibuit*, πέδησεν, quominus iter institutum conficeret. Haud scio, an hunc locum expresserit *Isidorus Aeg.* Ep. IV. T. II. p. 474. — V. 4. ἀμφ' ἱμερτήν. Vulgo. ἀφ' ἧς quod conjectura assecutus est *Huetius* p. 23. Vatic. corr

firmat. *Barnesius* ἐφ' exhibuit, ex emend. *Stephani* ad Anacr. p. 110.

¶. 119.] *XV.* (*LXXXIII.*) Vat. Cod. p. 165. Planudea p. 301. St. 441. W. Alterum distichon *Reiskius* exhibet in Anth. nr. 423. p. 12. particulam epigrammatis esse non animadvertens. (*Fischer.* nr. IV. p. 472.) Subscripti fuisse videntur hi versiculi tabulae, in qua tres mulieres, Baccharum ornamenta gerentes, exhibitae erant. *Brunckius* expressit textum Planudeae. — V. 1. αὐτῷ *Barnesius.* — V. 2. Γλαύκη τ' εἰς χορὸν ἐρχόμεναι. Vat. Cod. Hoc elegantius. Saltantium speciem gerebant illae mulieres. — V. 3. χωροῦσι, Διονύσῳ τε. *Reisk.* — κισσὸς, ipse thyrsus, hedera circumdatus. κίσσινον βάκτρον vocat *Eurip.* in Bacch. 363. et Ion. 216. Βρόμιος ἄλλον Ἀπολέμοις κισσίνοις βάκτροις ἀναίρει.

XVI. (*LXXXIV.*) Servavit *Athen.* XI. p. 463. A. unde *Stephanus* retulit in Append. Anth. Plan. p. 519.

lestiis et periculis immunem egisse. *Antip. Sidon.* Ep. LXVII. de Orpheo agens: *τί φθιμένοις στοναχεῦμεν ἐφ' υἱάσιν, ἀνίκ' ἀλάλκειν τῶν παίδων Ἀΐδην οὐδὲ θεοῖς δύναμις.* Cf. *Callini* Eleg. v. 12. 13.

II. Ex *Simonidis* Threnis, unde etiam praecedens fragm. decerptum videtur, secundum *Stob.* Tit. XCIII. p. 558. Gesn. 433. Grot. Versus *Brunckius* aliter constituit in Gnomicis p. 100. et quaedam ex Codd. mutavit. Duos versus priores in tres divisit, qui anapaestici sunt:

ἄνθρωπος ἐὼν, μήποτε φήσῃς,
ὅ ττι γενήσεται,
μηδ' ἄνδρα ἰδὼν, ὅσον ἐσσεῖται
χρόνον — — —

V. 1. *Grotius γὰρ* inseruit, quod non agnoscit Cod. *Br.* unde *ἐσσεῖται* pro *ἔσσεται* sumtum. Pro *γενήσεται* vulgo *γίνεται* legitur. Hoc fragm. respexit *Phavorinus* ap. *Stobaeum* p. 562. 4. *ἄνθρωπος ὢν μηδέποτε φῇς, ὅ τι γίνεται αὔριον, μηδ' ἄνδρα ἰδὼν ὄλβιον, ὅσον χρόνον ἔσεται· ἀλλὰ μηδ' οἶκον, ὥσπερ ἐμέλλει* (*ἐν μέλει* emend. *P. Leopardus* Em. X. 10. p. 262.) *ὁ ποιητὴς τὴν τῶν Σκοπάδων ἀθρόαν ἀπώλειαν διεξέρχεται.* Hinc intelligimus, carmen, unde haec ducta sunt, scriptum fuisse in Scopadarum interitum, de quo *Cicero* II. de Orat. 86. *Quintil.* Instit. Or. XI. 2. *Scopam, nobilem Thessalum, periisse in eo convivio constat: adjicitur sororis filius: putant et ortos plerosque ab illo Scopa, qui major aetate fuerit.* Ex *Phavorini* autem loco fere suspiceris, olim lectum fuisse ap. *Simonidem*:

— — μήποτε φήσῃς,
αὔριον ὅ ττι γενήσεται — —

quo vis sententiae augetur. *Antiphil.* Ep. XLIII. *πάντα λέγων πεφύλαξο τὸν αὔριον.* — V. 4. *μυίας.* Frequenter poëtae fugam temporis comparant volucribus. *Philostrat.* Epist. LXIII. p. 944. *τὸ μὲν γὰρ ὀξὺ τῆς ὥρας παρελήλυθεν,*

ἴσον τε πτερὸν καὶ ἄνεμον. *Theognis* v. 963. αἶψα γὰρ ὥστε νόημα, παρέρχεται ἀγλαὸς ἥβη· Οὐδ' ἵππων ὁρμὴ γίγνεται ὠκυτέρη. Verbo μετάστασις in hac re utitur *Euripides* in Oedip. ap. *Stob.* p. 560. πολλὰς γὰρ ὁ δαίμων τοῦ βίου μεταστάσεις Ἔδωκεν ἡμῖν.

III. In *Stobaei* Floril. CXVII. p. 597. Gesn. 487. Grot. Junctim cum duobus hexametris, qui hoc fragmentum ap. *Stobaeum* praecedunt, sed *Simonidis* non sunt, illud exhibet *F. Ursin.* in Fr. Lyr. p. 168. Pro δασπλῆτα ante *Grotium* legebatur ἀσπλῆτα. Verbum δασπλής, quod de Furiis usurpavit *Homerus* Od. ο. 234. a serioribus poëtis ad quaecunque res infestas, atroces terribilesve traductum est. *Simonidis* locum, in quo de Orci faucibus agitur, attigit *Ruhnken.* in Ep. Crit. II. p. 155. sq. et *Interpp. Hesychii* v. δασπλῆτα.

IV. *Grotius Stob.* Flor. CXXII. p. 495. hoc fragmentum, quod in edit. Gesneriana desideratur, e Codice

[redacted]

„δείματι ἤειπεν ad Danaën refertur, cujus facta mentio „in proxime praecedentibus verfibus, qui defiderantur, „non ad λίμνα, quocum conjunxit interpres, qui hunc „locum male reddidit." *Brunckii* verba funt, qui hos verfus maximam partem ad *Schneideri* mentem conftituit. Danaë loquitur, quam Acrifius fimul cum Perfeo ciftae inclufam fluctibus tradiderat. Cf. *Schol. Apollon. Rhod.* L. IV. 1091. *Apollodor.* L. II. 4. 1. p. 94. — V. 1. λάρνακα ciftam Danaës etiam *Apollodorus* vocat. Cf. *Theocrit.* Eid. VII. 84. In ed. Aldina corruptiffime legitur: ὅτι λ. ἐ. δαιδαλαία ἄνεμός τ' ἐμῷ πνέων. Pro βρέμῃ Cod. Reg. et Colb. τε μήν. Mox *Urfinus* notavit, effe, qui κινηθεῖσά τε πρύμνα κύματι five κύμβα κύματι legeret. Nulla opus eft mutatione. Pro ἤειπεν alii ἔρειπεν, alii ἔρειπεν legunt. — Deinde οὔτ' ἀδίαν ταῖσι π. *Ald.* ἀδιάντοισι *Sylburg.* — V. 4. βάλλε φ. χέραν. *Ald.* Prius fervavit *Sylburg.* — V. 5. ὦ τέκνον. *Urfin.* — V. 6. οὐδ' αὐταῖς ἐγαλαθηνῶσεῖ δεικνοάσσεις ἐν ἀ. δούναντι. Aldin. σὺ δ' αὖτε γαλαθηνῷ ἤτορι κνώσσεις. *Sylburg.* et *Urfin.* Laudat hunc locum *Athen.* L. IX. p. 396. E. Σιμωνίδης δὲ ἐπὶ τοῦ Περσέως τὴν Δανάην ποιεῖ λέγουσαν· ὦ τέκος, οἷον ἔχω πόνον· σὺ δ' αὖτε εἰς γαλαθηνῷ δ' ἤτορι κνώσσεις. Quem locum *Cafaubonus* fic emendavit, ut ap. *Brunckium* habetur. ἀωτεῖς dictum ad imitationem *Homeri* Il. κ. 159. τί πάννυχον ὕπνον ἀωτεῖς; Vide *Hefych.* v. ἀωτεῖς. — V. 9. κυανέῳ τε δ. τὰ δὲ εἰς αὐαλ. Ald. τὸ δ' αὖ. *Sylb.* — V. 12. φθόγγον. Ald. — V. 13. πρόσωπον καλόν. Vocandi cafu accepit *Upton.* Vocem πρόσωπον bis pofuit *Aldus* et ante et poft καλόν. — V. 14. ἦ κέ κεν ἐ. β. λεπτῶν. Ald. λεπτῶν etiam eft in Codd. Reg. et Colbert. — *Schneiderus*, qui hoc fragmentum in linguam vernaculam transtulit ad calcem libri: *Verfuch über Pindars Leben*, p. 138. fq. acute conjecit ὑπήκουσας ἄν, κ. — V. 17. εὗδε τῷ δε π. εὗδε τῷ ἄ. Ald. *Alcman* ap. *Apollon. Soph.* v. Κνώδαλον· εὕδουσι δ' ὀρέων κορυφαί τε καὶ φάραγγες. *Theocrit.* Eid. II.

[redacted]

38. ὑνίδε, σιγᾷ μὲν πόντος, σιγῶντι δ' ἀῆται. — V. 18. ματαιοβουλία. *Consilia eorum, qui me in haec mala conjecerunt, per te, summe Jupiter, frustra cadant.* — V. 20. εὔχομαι κνοφιδίκας σύγγνωθί μοι. Ald. Δίκας σύγγνωθί μοι. Cod. reg. Verbum σύγγνωθι vulgo omittitur. Laborat hic versus. — Ceterum totum hoc fragmentum *Hermannus* de Metris p. 452. restituit sic:

ὅτε λάρνακι ἐν δαιδαλέᾳ ἄνεμος
βρέμῃ πνέων, κινηθεῖσά τε λίμνα,
δείματι ἔριπεν, οὔτ' ἀδιάντοισι παρειαῖς,
ἀμφί τε Περσεῖ βάλε φίλαν χέρα,
εἶπέν τε· ὦ τέκος,
οἷον ἔχω πόνον!
σὺ δ' ἀωτεῖς, γαλαθηνῷ τ' ἤτορι κνώσσεις
ἐν ἀτερπεῖ δώματι, χαλκεογόμφῳ τε,
νυκτιλαμπεῖ, κυανέῳ τε δνόφῳ·

[redacted]

μαλίαν. In his verbis miror *Wyttenbachium* non offendiſſe ad βίᾳ, quod mihi quidem delendum videtur, utpote ortum ex poſterioribus ſyllabis verbi φορβιᾷ. Eodem modo peccatum eſt ap. *Athen.* L. IX. p. 374. C. πολλαὶ τῶν ἀλεκτρυόνων Ὑπηνέμια βίᾳ τίκτουσιν ᾠὰ πολλάκις. Dele βίᾳ, et ſenarium numeris ſuis reſtitueris. — Noſtros autem verſus *Tzetza* vindicavit *Simonidi* in Chil. I. 373. Agitur in iis de φορβειᾷ ſive capiſtro, quo Marſyas ſibi, pro tibicinum more, os et genas ſolebat conſtringere. Illuſtravit hunc morem, noſtri loci non immemor, *Salmaſius* in Exerc. Plin. p. 585. B. et *Cuperus* in Obſſ. L. I. XII. p. 102. ſq. Notiſſimi ſunt verſus *Sophoclis* ap. *Ciceron.* ad Attic. L. II. 16.:

φυσᾷ γὰρ οὐ σμικροῖσιν αὐλίσκοις ἔτι,
ἀλλ' ἀγρίαις φύσαισι, φορβειᾶς ἄτερ.

Quos tractavit *Toupius* ad *Longin.* §. III. p. 277. ſq. — *Plutarchus* pro προσήρμοσεν legit συνήρμοσεν, idque verius eſſe videtur.

IX[a]. (Ex Lection. p. 18.) Hoc quoque ſervavit *Tzetza* in Chil. I. 310. *Urſinus* in Fr. Lyr. p. 171. De Orpheo agitur. *Simonidis* verſus obverſabantur *Apollonio Rhod.* L. I. 569. τοῖσι δὲ φορμίζων εὐθήμονι μέλπεν ἀοιδῇ Οἰάγροιο πάϊς — τῇδε βαθείης Ἰχθύες ἀίσσοντες ὕπερθ' ἁλὸς, ἄμμιγα παύροις Ἄπλετοι, ὑγρὰ κέλευθα διασκαίροντες ἕποντο. — V. 4. haud ſcio an melius legatur:

καλᾶς ὑπ' ἀοιδᾶς.

Vide ad *Erinnae* Ep. III. 5.

IX[b]. Ex *Athenaeo* L. IV. p. 172. E. recepit *Urſinus* in Fragm. Lyr. p. 174. Ductum videtur ex Hymnis in honorem victorum ſcriptis. Reſpexit *Simonides* ad locum *Steſichori*:

θρώσκων μὲν γὰρ Ἀμφιάραος,
ἄκοντι δὲ νίκασεν Μελέαγρος.

De quo disputavit *Suchfort* ad Fragm. Stesichori p IX. sqq. qui acute suspicatur, referendos esse hos versus ad ludos funebres in Peliae honorem ab Argonautis celebratos. Conf. Hygin. Fab. CCXXXVII. – Ἄναυρον. Fluvius prope Iolcum, de quo *Apollon. Rhod.* I. 9. Ἶξεν χειμερίοιο ῥέεθρα κιὼν διὰ ποσσὶν Ἀναύρου. Vide *Casaubon.* ad *Strabon.* L. IX. p. 667. A. Quod *Simonides* ad *Homeri* testimonium provocat, ad Meleagri in hasta jaculanda peritiam referri nequit; certe in loco celeberrimo de Meleagro Il. ι. 523. sqq. nihil ejusmodi commemoratur. Alia quaedam de eo praecessisse videntur in versibus, qui perierunt.

X. Ap. *Diogen. Laert.* L. I. p. 56. ed. Meib. *Ursinus* p. 170. Respicit *Simonides* versus *Cleobuli Lindii*, supra positos p. 76. eumque valde vituperat, quod monimentum, hominum manibus factum, cum rebus divi-

καταριθμοῦνται ᾄδοντες, ὅτι ὑγιαίνειν μὲν ἄριστόν ἐστι· τὸ δὲ δεύτερον, καλὸν γενέσθαι· τρίτον δὲ, ὥς φησιν ὁ ποιητὴς τοῦ σκολιοῦ, τὸ πλουτεῖν ἀδόλως. Non magis *Simonidem* nominavit idem de Legibus L. I. p. 631. C. et L. II. p. 661. A. ubi hujus Scolii argumentum breviter affert. Cf. *Suid.* v. Ἀρχίας. Ad *Simonidem* auctorem retulit *Clemens Alex.* Strom. IV. p. 573. 32. et qui eum sequitur *Theodoretus* Serm. II. p. 63. sq Huic accedit *Scholiast.* Luciani de Lapsu inter Sal. §. 6. T. III. p. 292. ed. Bip. — In singulorum verborum lectione admodum variatur. — V. 1. θνητῷ om. *Clemens* In Schol. *Luciani* θνητῷ ἀνδρί, ordine inverso. — Sententiam eandem et elegantius etiam extulit poëta ap *Sext. Empir.* adv. Math. XI. p. 700. Σιμωνίδης γὰρ ὁ μελοποιός φησι, μηδὲ καλᾶς σοφίας εἶναι χάριν, εἰ μή τις ἔχοι σεμνὴν ὑγίειαν. — V. 2. καλοφυᾶν *Athen.* φυὰν καλὸν Schol. *Luc.* εὐφυᾶ καλὸν *Clemens.* Apud *Stobaeum* uterque versus sic legitur, ut ap. *Br.* — ¶. 123.] V. 3. τὸ τρίτον δὲ πλουτεῖν ἀδόλως καὶ τὸ τέταρτον συνηβᾷν μετὰ τῶν φίλων. *Athen.* et *Schol. Platon.* τρίτον δὲ πλ. ἀδ. *Clemens*, reliquis omissis. Fere, ut *Athenaeus*, habet Schol. *Luc.* nisi quod omisso τὸ et δὲ legit πλουτέειν et ἡβᾷν. In *Stobaeo Gesneri*: τρίτον δὲ πλ. ἀ. εἶτα τ. ἡβᾷν μετὰ τ. φ. *Brunckius* secutus est *Grotium*, qui verba transposuit, ut versus efficeret Phalaecios. Sed facti poenituisse videtur *Brunckium*, qui ad calcem *Anacreontis* Argentor. 1786. Gesnerianam lectionem restituit. *Athenaei* lectiones reducendas esse, uno συνηβᾷν in ἡβᾷν mutato, demonstravit *Hermannus* de Metris p. 415.

XII. Servavit *Athen.* L. XII. p. 512. D. neglecto dorismo in θνητῶν et ζηλωτός. Doricas formas dedit *Ursinus* p. 173. His simillima sunt illa *Mimnermi*: Τίς δὲ βίος, τί δὲ τερπνὸν ἄτερ χρυσέης Ἀφροδίτης; Τεθναίην, ὅτ' ἐμοὶ μηκέτι ταῦτα μέλοι.

XIII. Exstat apud *Plutarchum* in Cons. ad Apollon. T. II. p. 107. B. *Ursinus* p. 172. — Hoc quoque fragmentum ex Threnis videtur desumtum. ἄπρακτοι μελεδῶνες dictum, ut πόνος ἄπρηκτος ap. *Apollon. Rhod.* I. 246. quod illustravit *Ruhnken.* Ep. crit. II. p. 194. — In Analectis *Br.* μελεδῶνας ex Ursino dederat; quod correxit in Lectt p. 18. — V. 3. αἰῶνι παύρῳ. Haec fortasse obversabantur *Luciano* Ep. XXVI. καὶ γὰρ βιότοιο μετέσχον παῦρον, καὶ παύρων τῶν βιότοιο κακῶν. — V. 4. ἄφυκτος ὑμᾶς est in plurimis *Plutarchi* Codd. Quidam et vett. editt. ἄφυκτ' ὁμῶς. Mors inevitabilis capitibus nostris impendet, ἐπικρέμαται, ut ap. *Mimnerm.* Fr. IV. γῆρας ὑπὲρ κεφαλῆς ἐπικρέμαται. *Apollon. Rhod.* III. 483. πάντεσσιν ἐπικρέμαθ' ἡμῖν ὄλεθρος. Hujus generis exempla collegit *Wesseling.* ad Diodor. Sic. T. II. p. 120. 60.

XIV. Legitur ap. *Clemens. Alex.* Strom. IV. p. 585.

cor. Inepta vero est lectio apud nostrum θεῶν, quod quem sensum habere possit, non video. Etiam νῦν videtur depravatum. Vide sis, an *Simonides* scripserit:

> *δυςαμβάτοις ἐπὶ πέτραις· ἔνθα δέ*
> *μιν φανόντα χῶρον ἁγνὸν ἀμφέπειν.*

Virtutem in rupibus aditu difficillimis habitare; ibi autem regionem luce collustratam tenere ait. φανόν. τὸ φαινόμενον. φωτεινὸν καὶ λαμπρόν. φανόντα. λάμποντα. *Hesych.* Locum, ubi omnes virtutes habitant, φωτὶ πολλῷ καταλαμπόμενον esse ait *Cebes* p. 28. *Lactant.* Div. Instit. VI. 3. *Et quidem philosophi alteram* (viam) *virtutum esse voluerunt, alteram vitiorum, eamque, quae sit assignata virtutibus, primo aditu esse arduam et confragosam; in qua si quis, difficultate superata, in summum evaserit, habere eum de cetero planum iter, lucidumque amoenumque campum, et omnium laborum suorum capere fructus uberes et jucundos.* Conf. etiam *Silium Ital.* XV. 101. sqq. et quos praeterea laudavit *Elsnerus* in Obss. sacris Tom. II. p. 469. sq. — Posteriores tres versus *Brunckius* in hunc modum emendandos esse censebat:

> *οὐ πάντων βλεφάροις θνατῶν ἔσοπτος·*
> *οὐδ' ᾧ μὴ δακέθυμος ἱδρὼς ἔνδοθεν*
> *μόλῃ, ἵκοιτ' εἰς ἄκρον ἀνδρείας.*

Vix tamen putaverim, *Simonidis* locum hac emendatione integrum praestari. Quid enim est, quaeso, sudor ἔνδοθεν μολών? Corrigendum suspicor:

> *— ᾧ μὴ δακέθυμος ἱδρὼς στήθοςδε*
> *μόλῃ — — —*

Cui non sudor creberrimus in pectus destillaverit. Hoc ne quis insolentius dictum existimet, eodem modo dixit *Leonidas Tarent.* Ep. XLVII. 5: αἰδοῖ πάντα πρόσωπ' ἐρυθαίνομαι· ἐκ δὲ μετώπου ἱδρὼς πίδυων στῆθος ἀποσταλάει. *Va-*

[redacted]

lerius Aedituus ap. *Gellium* N. A. XIX. 9. *Per pectus miserum manat subito mihi sudor.* — Jam vide, quomodo totum hoc fragmentum constituerit *Gilbertus Wakefield* in Silv. crit. T. II. p. 29.:

> Ἔστι τις λόγος, τὰν Ἀρετὰν ναίειν
> δυςαμβάτοις ἐπὶ πέτραις· νῦν τέ μιν
> θεῶν χῶρον ἁγνὸν ἀμφέπειν·
> οὐδ' ἔτι πάντων βλεφάροις θνατῶν
> ἔσοπτος, εἰ μὴ δακέθυμος ἱδρὼς ἔσθ' ὅταν
> πόνων ἵκητ' ἐς ἄκρον ἀνδρείας.

XV. Servavit *Diodor.* *Sic.* L. XI. 11. Tom. I. p. 412. unde *Stephanus* recepit in Fragm. Poët. p. 279. omissis tribus postremis versibus inde a μαρτυρεῖ. Integrum exhibet *Ursin.* p. 171. Est hoc fragmentum ex Hymno in eos, qui ad Thermopylas gloriosam mortem obierant.

[redacted]

θακρύων ἐπαθόντων, ἀλλ' ἀστείων [θείων] ἐπαρχῶν. Elegantem hanc correctionem quominus certam putem, efficiunt alia quaedam loca, in quibus non minus manifesta est *Simonidis* imitatio, quaeque suadere videntur, ut legas:

> ἀγήρως δὲ μνᾶστις, ὁ δ' οἶκτος
> ἔπαινος.

Immortalis est eorum memoria, nec luctus eos et lamentatio, sed laus et gloria sequitur. Loca, quibus huic conjecturae probabilitatem conciliari posse puto, haec sunt. *Lysias* in Epitaph. p. 130. *Reisk.* Καὶ τοίγαρ ἀγήρατοι μὲν αὐτῶν αἱ μνῆμαι, ζηλωταὶ δὲ ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων αἱ τιμαί· οἳ πενθοῦνται μὲν διὰ τὴν φύσιν, ὡς θνητοὶ, ὑμνοῦνται δὲ διὰ τὴν ἀρετὴν, ὡς ἀθάνατοι. *Hyperides* ap. *Stob.* Flor. CXXIV. p. 615. οὐ γὰρ θρήνων ἄξια πεπόνθασιν, ἀλλ' ἐπαίνων μεγάλων πεποιήκασιν. εἰ δὲ γήρως θνητοῦ μὴ μετέσχον, ἀλλ' εὐδοξίαν ἀγήρατον εἰλήφασιν. *Thucydides* L. II. 43. κοινῇ γὰρ τὰ σώματα διδόντες, ἰδίᾳ τὸν ἀγήρων ἔπαινον ἐλάμβανον, καὶ τὸν τάφον ἐπισημότατον, οὐκ ἐν ᾧ κεῖνται μᾶλλον, ἀλλ' ἐν ᾧ ἡ δόξα αὐτῶν παρὰ τῷ ἐντυχόντι ἀεὶ λόγου καὶ ἔργου καιρῷ ἀείμνηστος καταλείπεται. Priscorum oratorum loca obversabantur *Aeliano* V. H. L. III. 25. καὶ ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος εὖ καὶ καλῶς ἀγωνισάμενοι τέλους ἔτυχον εὐκλεοῦς καὶ δόξαν ἑαυτοῖς ἀθάνατον ἀπέλιπον καὶ φήμην ἀγαθὴν δι' αἰῶνος. *Themist.* Orat. II. p. 28. A. ἐπαίνου τυχεῖν ἀγήρω τε καὶ ἀθανάτου. — V. 5. ἐντάφιον. Ex plurimis locis, quae *Wesselingius* ad Diod. S. T. I. p. 412. collegit de translata hujus vocabuli potestate, maxime huc facit *Polybius* L. XV. 10. οἱ μὲν ἀποθανόντες εὐγενῶς ἐν τῇ μάχῃ κάλλιστον ἐντάφιον ἕξουσιν τὸν ὑπὲρ πατρίδος θάνατον. Certatim vocem ἐντάφιον illustrarunt *Cuperus* in Obss. L. II. 9. *Perizon.* ad Aelian. L. I. 16. 2. *Olearius* ad Philostr. V. Soph. I. 16. 3. *Dorville* ad Charit. p. 421. — Cum sqq. comparandus est *Pindarus*, qui de laude ex Hymnis in victores redundante similia dixit in Pyth. VI. 10. sqq. —

V. 8. *σηκὸς* est locus circumseptus et pro sancto habitus. De sepulturae loco *Euripid.* in Polyid. Fr. IX. *μικρὸν γ' ἔλαξας βασιλικοῦ σηκὸν τάφου* — Quod ad numeros hujus loci attinet, *Hermannus* l. c. versus in hunc modum dispescuit:

τῶν ἐν Θερμοπύλαις θανόντων
εὐκλεὴς μὲν ἁ τύχα, καλὸς δ' ὁ πότμος,
βωμὸς δ' ὁ τάφος, πρὸ χοᾶν δὲ μνᾶστις,
ὁ δ' οἶκτος ἔπαινος·
ἐντάφιον δὲ τοιοῦτον
οὔτ' εὐρὼς, οὔθ' ὁ πανδαμάτωρ
ἀμαυρώσει χρόνος, ἀνδρῶν ἀγαθῶν.
ὁ δὲ σηκὸς οἰκέταν
εὐδοξίαν Ἑλλάδος εἵλετο.
μαρτυρεῖ δὲ Λεωνίδας,
ὁ Σπάρτας βασιλεὺς, ἀρετᾶς μέγαν λελοιπὼς
κόσμον, ἀέναόν τε κλέος.

ken. Ep. crit. I. p. 38. corrigit τιτύσκῃ. ut ap. *Aratum.* Phaen. 418. πολλάκι γὰρ καὶ τοῦτο νότῳ ἐπὶ σῆμα τιτύσκει νὺξ αὐτή. Ad hos versus respicit *Mich. Apostol.* Proverb. II. 51. diversitatem sententiarum de diebus Halcyoniis persequens: Σιμωνίδης γὰρ ἐν Πεντάθλοις ἕνδεκά φησιν αὐτάς. Male. Legerat ap. auctorem, quem exscripsit, ΙΑ, cum esset, sive esse deberet ΙΔ.

II. *Ex Elegis.*

XVI. (*XXII.*) Sine auctoris nomine legitur in *Stob.* Excerpt. de Rer. Nat. Tit. III. p. 117. ed. Grot. *Simonidi* vindicant Codd. ap. *Heerenium* T. I. p. 28. In eadem pagina etiam aliud est ejusdem poëtae fragmentum, quod plenius protulit *Theophilus* ad Autol. II. p. 74.

XVII. (*XXIII.*) Servavit *Plutarch.* de Herodoti Malign. T. II. p. 872. D. E. ut, quem locum Corinthii in pugna ad Plataeas occupavissent, et quo eventu pugnassent, doceret. Addidit autem, quo gravius videretur testimonium: ταῦτα γὰρ οὐχ οἷον ἐν Κορίνθῳ διδάσκων, οὐδὲ ᾆσμα ποιῶν εἰς τὴν πόλιν, ἄλλως τε τὰς πράξεις ἐκείνας, ἐλεγεῖα γράφων, ἱστόρηκεν. Non semper tamen *Simonidem* tam bene sensisse de Corinthiis, apparet ex *Plutarchi* Themist. T. I. p. 252. ed. *Bry.* quos etiam contumelia affecisse putabatur poëta versu: Κορινθίοις δ' οὐ μέμφεται τὸ Ἴλιον, ap. *Aristotel.* Rhet. I. 6. 24. de quo loco vide inprimis *Vaterum* in Animadverss. p. 41. sqq.— V. 1. μέσσοι. *in media acie collocati erant. Simonides* Ephyraeos et Corinthios, tanquam diversarum urbium incolas, distinguit. Vide *Strabon.* VIII. p. 521. C. — γέφυραι *Ursinus* et v. 2. ἴδριες. — ¶. 130.] V. 3. πόλιν Γλαύκοιο. Corinthum a Glauco fuisse conditam, dicit *Stephanus Byz.* v. Ἐφύρα, loco obscuro et depravato. — Versu sq. „Lacuna est in *Plutarchi* textu οἳ . . . . κάλλιστον,

„quam *F. Urfinus* explevit inferendo καί. Sed voculae „δὲ καὶ prorfus fupervacuae funt, et fq. verfu χρυσοῦ non „habet, unde pendeat. Optima eft Cl. *Reiskii* conjectura „fcribentis: κρέσσονα καλλίστων μάρτυν ἔθεντο πόνων χρυ„σοῦ — Ordo eft: αὐτοὶ πόλιν Κ. νέμοντες, καλλίστων πόνων „ἔθεντο μάρτυν κρέσσονα χρυσοῦ. Sic *Ariftoteles* in Paeane: „καρπὸν φέρεις τ' ἀθάνατον, χρυσοῦ τε κρέσσω — — τιμάεντες „fi modo genuinum fit. Quo fenfu accipi debeat, mon„ftrat ipfe *Simonides* in fragm. quod auctori fuo afferit „Apollonii Lex. Homer.: ξανθόδομον δ' ἄριστος ὁ χρυσὸς ἐν „αἰθέρι λάμπων." *Brunck.* Vide *Reiskii* Anim. in Gr. Auctores Vol. II. p. 528.

III. *Epigrammata.*

XVIII. (*XXIV.*) Vat. Cod. p. 275. Planud. p. 205. St. 295. W. Scriptum eft in Tegeatas, fortiter pro pa-

[redacted]

L. IX. 35. — V. 3. πέλιος. Planud. Hoc emendavit *Urfin*. p. 160. — V. 4. Vat. Cod. κρατὸς ἐλευθερίαν. Senfus eft, eos mortem fervituti praetuliffe. Defunctos certe Lacedaemonii libertate privare non poterant. Ἑλλὰς de una civitate hoftili ad augendam rei magnitudinem pofitum videtur.

XIX. (*XXV.*) Planud. p. 204. St. 297. W. fine auctoris nomine, quod adfcripfit Vat. Cod. p. 288. ubi lemma: τοῦ αὐτοῦ· εἰς τοὺς Ἕλληνας τοὺς τὴν Τέγεαν ἐλεύθερον ποιήσαντας. — V. 2. δαιομένης. Horum virorum virtus prohibuit, ne Tegea incenderetur ab hoftibus ejusque fumus ad aërem furgeret. *Eurip.* Hec. 476. ὤ μοι — χθονὸς, Ἃ καπνῷ κατερείπεται τυφομένα. Ibid. 814. καπνὸν δὲ πόλεως τόνδ' ὑπερθρώσκοντ' ὁρῶ. — V. 3. Similiter de viro forti *Tyrt.* El. III. 23. αὐτὸς δ' ἐν προμάχοισι πεσὼν φίλον ὤλεσε θυμὸν, Ἄστυ τε καὶ λαοὺς καὶ πατέρ' εὐκλεΐσας.

XX. (*XXVI.*) Sine auctoris nomine Planud. p. 204. St. 297. W. In Vat. Cod. adfcribitur: ἄδηλον· οἱ δὲ Σιμωνίδου. Qui Othryadae nobiliffimum facinus enarravit *Herodotus* I. 82. p. 40. fq. nihil de tropaeo habet. *Pfeudo-Plutarchus* ex Chryfermo auctore, ut fingit, T. II. p. 306. A. B. inter alia: ὁ Ὀθρυάδης ἐπιζήσας καὶ ἡμικλάστοις δόρασιν ἐπερειδόμενος, τὰς τῶν νεκρῶν ἁρπάζων ἀσπίδας περιείλετο, καὶ τρόπαιον στήσας, ἐκ τοῦ ἰδίου αἵματος ἐπέγραψεν· Διὶ τροπαιούχῳ. Ad hoc carmen illuftrandum inprimis facit *Thefeus* ap. *Stob.* Tit. VII. p. 92. cujus haec funt: Ὀθρυάδης πολλοὺς σκυλεύσας τῶν πολεμίων τρόπαιον ἵστησι καὶ χρησάμενος τῷ τῶν τραυμάτων αἵματι, ἐπέγραψεν, Λακεδαιμόνιοι κατ' Ἀργείων· καὶ τοῦτο πράξας ἀπέθανε. Difputavit de Othryade *T. H.* ad Lucian. Contempl. c. 24. T. III. p. 412. ed. Bip. ubi tentat locum *Suidae* in Ὀθρυάδης, quem fic corrigendum puto: αὐτὸς σκυλεύσας τοὺς Ἀργείων νεκροὺς, καὶ τρόπαιον ἀναστήσας [ἐπιγράψας] τῷ αὐτὸ ἰδίῳ αἵματι (vulgo ἀνθρωπείῳ αἵματι) ἐτελεύτησεν εὐθύς. —

Poëta Spartanos, qui in celeberrima illa pugna perierant, loquentes inducit. — V: 2. Ἰναχίδας Cod. Vat. Vitium Aldinae pr. οὔρεαν, quamvis in Additamentis correctum, tamen Aldi filii repetiverunt. — V. 3. ὄπαι, i. e. ὄπᾳ, Cod. Vat. ut etiam edd vett. *Polybius* L. XV. 15. *ἐν αὐταῖς ταῖς χώραις ἐναποθνησκόντων τῶν ἀνδρῶν διὰ φιλοτιμίαν.* Hanc fortitudinis laudem Catilinae militibus tribuit *Sallust.* B. C. 57. *nam fere, quem quisque pugnando locum ceperat, eum amissa anima corpore tegebat*; quem locum expressit *Justinus* IX. 3. *adversis vulneribus omnes loca, quae tuenda a ducibus acceperant, morientes corporibus texerunt.* — V. 5. ὅπλον de scuto usurpatum illustr. *Cuperus* Obss. I. 7. p. 43. et *Reisk.* ad Const. Porph. de Cerem. p. 15. — V. 6. Haec verba pro ipsa inscriptione scuti habenda; ne cum *Huetio* p. 21. Θυρέαν emendandum censeas. — V. 7. ὡς κατ' Ἀδράστου. Adrastum, Argivorum regem, aemulatus est, qui, sex illis ducibus,

ἐμοῖς μὲν εἶπας δώμασι φάος μέγα Καὶ λευκὸν ἦμαρ νυκτὸς ἐκ μελαγχίμου.

XXII. (*XXVIII.*) Planud. p. 336. St. 476. W. *Urſinus* p. 165. Panis ſtatuae, a Miltiade poſt pugnam Marathoniam poſitae, inſcriptum. Hunc deum Athenienſibus in celeberrimo illo proelio opem promiſiſſe, narrat *Herodotus* VI. 105. p. 486. ubi vide *Valckenar.* Cf. *Solan.* ad *Lucian.* D. D. XXII. 3. *Meurſ.* in Athen. Att. II. 8. *Longum* Paſtor. II. p. 52. ed. *Vill* Propter illuſtre hoc facinus τροπαιοφόρος vocatur in Epigr. ἀδεσπ. CCLXIV.

XXIII. (*XXIX.*) Sine auctoris nomine profert *Herodotus* VII. p. 612. et *Diodor. Sicul.* XI. 33. p. 430. qui hanc inſcriptionem in omnium eorum, qui Thermopylis pugnando occubuiſſent, honorem compoſitam narrant. *Leonidae* cippo eandem fuiſſe inſculptam, tradit *Suidas* v. Λεωνίδης T. II. p. 428. Bene in Wech. p. 291. εἰς τοὺς ἐν Θερμοπύλαις θανόντας [τοῦτο κοινῇ ἐπεγέγραπτο]. Tria poſtrema verba in marg. ſunt adſcripta; Steph. p. 200. priorem tantum lemmatis partem habet. *Simonidi* hoc diſtichon vindicavit *Schol.* ad *Ariſtidis* Panath. T. II. p. 380. et Cod. Vat. p. 244. Hoc et ſeq. Epigr. in mente habuiſſe videtur *Pauſanias* L. IX. 2. p. 715. Λακεδαιμονίων δὲ καὶ Ἀθηναίων τοῖς πεσοῦσιν ἰδίᾳ τέ εἰσιν οἱ τάφοι, καὶ ἐλεγεῖά ἐστι Σιμωνίδου γεγραμμένα ἐπ' αὐτοῖς. — V. 1. τριηκοσίῃς *Ariſtid.* τριηκοσίαις reliqui omnes, praeter *Diodorum*, qui ſolus διηκοσίαις legit, improbante *Weſſelingio.* — V. 2. Πελοποννήσου omnes, excepto *Herodoto* et Cod. Vat. — τέτορες. Vulgo in Planud. Sed Flor. et Ald. pr. τέτορες.

XXIV. (*XXX.*) Spartanis ſolis hoc diſtichon fuit inſcriptum ſecundum *Herodotum* et *Diodorum* l. c. Idem tradit *Strabo* L. IX. p. 656. C. qui columnam cum inſcriptione ſuis temporibus exſtare ait; et *Lycurg.* in Leocrat. p. 163. (p. 215. *Reisk.*) Inepte *Suidas* l. c.

in duos fratres compositum ait. Exstat in Planud. p. 200. St. 291. W.. Horum nemo *Simonidem* auctorem indicat. Tribuit huic poëtae Vat. Cod. p. 244. et, cujus haud paulo major est auctoritas, *Cicero* in Tusc. Quaest. L. I. 42. ubi ita vertit:

Dic, hospes, Spartae, nos te hic vidisse jacentes,
Dum sanctis patriae legibus obsequimur.

— V. 1. ὦ ξεῖν', ἀγγέλλειν. Plurimi Codd. *Herodoti* et *Suid.* ὦ ξένε, ἄγγειλον. *Diodor.* ὦ ξεῖν', ἄγγειλον. Vat. Cod. Lycurg Planud. ἀπάγγειλον *Strabo.* Elegantior procul dubio lectio, quam *Br.* recepit. — Sq. versu *Strabo, Lycurgus* et *Diodorus* κείνων πειθόμενοι νομίμοις exhibent. Sic quoque habet Aldina sec. et Ald. fil. cum in Flor. Ald. pr. et Ascens. sit κείνων ῥήμασι πειθόμενοι, quae est *Herodoti* et *Suidae* lectio. Idem h. l. ῥήματα, quod ῥῆτρας in fragm. *Tyrtaei* ap. *Plutarch.* T. II. p. 43. εὐθείαις

[redacted]

ὁ Λεωπρέπεος ἐστι κατὰ ξενίην ὁ ἐπιγράψας. Quod si praecedentia duo disticha *Simonidi* recte tribuuntur, illa Amphictyonum auctoritate composuit; hoc autem in Megistiam epigramma privatus hospitis sui tumulo inscripsit. Ἐκ τῆς ἱστορίας Ἡροδότου, ut in margine notatur, venit in Cod. Vat. p. 313. in Schol. Anth. Planud. p. 291. Wech. et in Appendic. p. 511. St. *16. Wech. De Megistia vate, qui, postquam pugnae ad Thermopylas eventum praedixerat, a Leonida dimissus non abiit, sed filium, quem habebat unicum, dimisit, vide *Valcken.* ad *Herodot.* VII. 221. p. 609. 70. — Pro κλεινοῖο Codd. quidam *Herodoti* κλειτοῖο. Cod. Vat. Μεγιστίου. Idem v. 4. Σπάρτης.

XXVI (*XXXII*) In Planudea p. 200. St. 292. W. ἄδηλον. *Simonidi* tribuit Cod. Vat. p. 244. et *Schol. inedit.* ad Aristid. teste *Valckenario* ad Herodot. p. 612. 58. In Simonideis habetur ap. *Ursin.* p. 157. — V. 1. verbo ἀρετῆς superscr. ἀρετᾶς in Cod. Vat. *Per virtutem mori* maxime viris dignum judicat *Sallust.* in fragm. p. 940. ed. *Cort.* Mors gloriosa post hostes devictos hominum felicitati tanquam corona imponitur, ut Telli illius, quem felicissimum mortalium praedicat Solon ap. *Herodotum* I. 30. p. 14. 51. — V. 4. ἀγηρέτῳ Cod. Vat. solemni errore. Vide *Ruhnk.* ad Tim. p. 17. In περιθεῖναι ducta metaphora a corona, cui libertas comparatur ap. nostrum Ep. XLI. In Ep. ἀδεσπ. CLIV. αὐτῷ μὲν στέφανον περιθείς. Exempla vide ap. *Wetsten.* N. T. I. p. 634.

T. 132.] *XXVII.* (*XXXIII.*) Planud. p. 200. St. 292. W. ἄδηλον. Ut *Simonidis* Vat. Cod. p. 244. Non minus, quam praecedentia, εἰς τοὺς ἐν Θερμοπύλαις θανόντας videtur conscriptum. Prius distichon comparandum cum verss. *Tyrtaei* supra laudatis ad Ep. XIX. — V. 3. Vat. Cod. καθύπερθε. recte. — V. 4. ἴδε Planud. Bene *Horatii* Intrpp. hunc locum admoverunt III. Carm. II. 21.

In eos, qu

summis lau

Pausani

ente *Pausa*

Cod.

sole

veri qua

habent. M

Persa

Ursinus

In Pausid. p. 2

tribuitur,

p. 223. Al

in Floren

inter utr

posteriori autem

Ep. *Cui*

nudere.

[redacted]

Idem vero et aliis contigit, ut Teleutianti: cf. *Antip. Sid.* XCI.: iisque, qui in pugna adversus Philippum Macedonem perierant, secundum *Pausan.* IX. 40. p. 795. Fuit autem Leo, Leonidae avus, rex Spartae. *Pausan.* III. p. 210.

XXX. (*XXXVI.*) Ex *Athenaeo* L. XIII. p. 573. E. et *Plutarcho* de Malign. Herod. T. II. p. 871. B. qui id *Simonidi* asserunt, receptum est in Append. Anth. p. 512. St. * 17. W. *Ursin.* Fr. Lyr. P. p. 157. Laudatur etiam in *Schol.* ad *Pindar.* Ol. XIII. 32. p. 146. Ex Theopompo et Timaeo narrat *Athenaeus*, in bello Persico meretrices Corinthias pro Graeciae salute supplicationes in Veneris templo habuisse; bello autem profligato, Corinthios Veneri tabulam pictam dedicasse, hoc epigrammate addito. Quod de meretricibus *Athenaeus* narrat, *Plutarchus* et *Schol. Pindari*, et hic quidem *Theopompo* auctore, de matronis tradunt, quae deam orassent τὴν καλὴν ἐκείνην καὶ δαιμονίην εὐχὴν, ἔρωτα τοῖς ἀνδράσι τῆς πρὸς τοὺς βαρβάρους μάχης ἐμβαλεῖν τὴν θεὸν – nec tabulam pictam in hujus rei memoriam, sed statuas aeneas collocatas fuisse. — V. 1. Ἑλλήνων. *Athen.* ἀγχεμάχων πολιτᾶν. Sch. Pind. εὐθυμάχων. *Athen.* — V. 2. εὔχεσθαι Κύπριδι δαιμονίᾳ. *Athen.* ἔστασαν εὐχόμεναι Κ. δαιμονίᾳ. Schol. — V. 3. ἐμήδετο. *Plut.* ἐβούλετο. Schol. — V. 4. Πέρσαις. *Athen.* et *Ursin.* δόμεναι. Schol. Ἑλλάνων ἀκρόπολις ipsa Corinthus est, quam Ἑλλάδος ἄστρον vocat *Polystr.* Ep. II.

XXXI. (*XXXVII.*) Vat. Cod. p. 180. τῷ Λητοῖ παρὰ ναυτῶν. *Reisk.* Anthol. p. 28. nr. 468. Protulit *Plutarch.* T. II. p. 870. F. qui Diodorum, cujus hic fit mentio, unum ex Corinthiorum trierarchis fuisse docet. — V. 1. ἀπὸ δυσαμένων Vat. Cod. Junctim *Reisk.* a *Medis abjecta haec scuta* vertens. Non meminerat Vir doctus, meliorem lectionem ap. *Plutarchum* exstare.

[redacted]

XXXII. (XXXVIII.) Servavit *Plutarch.* T. II. p. 869. C. graviter in *Herodotum* invectus, qui, ubi Democriti Naxii, triremium praefecti, meminerit, (L. VIII. 46.) praeclarum ejus facinus, a *Simonide* hoc ipse epigrammate celebratum, praeterierit. — V. 4. *Plutarchus* et ex eo *Ursinus* p. 160. sic exhibent: *ἕκτην δ' ὑπὸ χεῖρα ῥύσατο βαρβαρικήν.* Quod interpres ita accepit, ut Persae sextam navem a Democrito occupatam, eidem eripuisse dicerentur. In Codd. *Turnebi* et *Vulcobii* autem legitur: *ἕ. δ' ἀπὸ χειρὸς ῥύσατο βαρβαρικῆς* Δ. quod eodem redit, quo Brunckiana. De sex navibus, quas Democritus ceperat, quinque Persarum erant; sextam vero graecam, a Persis paulo ante occupatam, iis iterum eripuit.

¶. 133.] *XXXIII. (XXXIX.)* *Plutarch.* T. II.

[redacted]

V. 4. Ἑλλάδ' ἐθρυσάμεθα. *Dio. Reiskius* conjecit, Ἑλλάδ' ἐρυσάμεθα. In Veneta est Ἑλλάδι ὀρυσάμεθα.

XXXIV. (*XL.*) Vat. Cod. p. 244. primum distichon habet, idque ad eos, qui in pugna ad Thermopylas perierant, refert. Nec aliter Planud. p. 200. St. 291. W. *Plutarchus* autem, qui nec ipse quidquam praeter primum distichon laudat, Corinthiorum, in pugna Salaminia occisorum, cenotaphio inscriptum fuisse ait. Reliqui quatuor versus accesserunt ex *Aristide* T. II. p. 380. ed. Oxon. — V. 1. ἀκμᾶς ἐπὶ ξυροῦ. Ductum ex *Homeri* Il. κ. 173. νῦν γὰρ δὴ πάντεσσιν ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς. *Herodot.* L. VI. 11. p. 443. ἐπὶ ξυροῦ γὰρ ἀκμῆς ἔχεται ἡμῖν τὰ πρήγματα. Vide *Tollium* ad Longin. π. Ὕ. XXII. 4. — V. 3. Persis nullam non calamitatem intulimus, ne pugnam navalem obliviscerentur, in qua a nobis superati sunt. — In sequentibus vulgo dorismus negligitur.

XXXV. (*XLI.*) Sine auctoris nomine profert *Plutarch.* T. II. p. 870. F. ut Adimantum summo apud Graecos honore fuisse doceat. Tanquam *Simonidis* laudat *Dio Chrysost.* Or. XXXVII. p. 459. 40. (T. II. p. 109. *Reisk.*) Eidem tribuit Cod. Vat. p. 257. *Reisk.* Anth. p. 81. nr. 590. quem loci ap. *Plutarchum* prorsus immemorem fuisse, apparet ex ejus nota p. 133. De Adimanto disputavit *Wesseling.* in Diss. Herodot. p. 128. *Valcken.* ad Herodot. p. 662. 79. — V. 1. κείνου vulgo omittitur ap. *Plutarch.* In Variet. Lect. ap. *Xylandr.* notatur lectio: Ἀ. τάφος, ὦ ξένε, ὅν. In Veneta *Dionis* διαβολάς. unde *R.* conjecit διὰ βωλάς. Ap. *Plutarchum* praeterea legitur ὃν διὰ πᾶσα Ἑλλάς — —. De translato usu v. στέφανος vide *Valcken.* ad Phoen. 1378.

XXXVI. (*XLII.*) Vat. Cod. p. 245. ἄδηλον· εἰς τοὺς Ἀθηναίων προμάχους. Etiam ap. Planud. p. 201. St. 292. W. ἀδέσποτον est. *Simonidi* tribuitur ab *Ursino* p. 158. ad fidem Schol. msc. *Aristidis* in Panathen. — V. 2. Planud. δουλοσύνην.

[redacted]

XXXVII. (*XLIII.*) *Simonidi* vindicavit Vat. Cod. p. 175. *Reiskii* Anth. p. 21. nr. 453. Poëta non nominato hoc diſtichon laudat *Thucyd.* L. I. 132. qui illud tripodi, a Graecis ex manubiarum primitiis Apollini dedicato, *Pauſaniae* juſſu inſculptum fuiſſe narrat: τὸ μὲν οὖν ἐλεγεῖον οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐξεκόλαψαν εὐθὺς τότε ἀπὸ τοῦ τρίποδος τοῦτο· καὶ ἐπέγραψαν ὀνομαστὶ τὰς πόλεις, ὅσαι συγκαθελοῦσαι τὸν βάρβαρον, ἐστήσαντο ἀνάθημα. Iisdem fere verbis *Suidas* v. Παυσανίας T. III. p. 62. Protulit etiam *Plutarch.* T. II. p. 873. C. Vertit *Cornel. Nepos* in Vit. Pauſ. c. 1. *Sed primum in eo eſt reprehenſus, quod ex praeda tripodem aureum Delphis poſuiſſet, epigrammate ſcripto, in quo erat haec ſententia: Suo ductu Barbaros apud Plataeas eſſe deletos, ejusque victoriae ergo Apollini donum dediſſe.* Ad hoc diſtichon reſpexit *Ariſtides* T. II. p. 175. ed. Jebb. Aliud Epigr. in hujus lo-

[redacted]

[redacted]

Wesseling. ad haec *Herodoti* V. 72. p. 408. τοῦ ἔργα χειρῶν καὶ λήματος ἔχοιμ' ἂν μέγιστα καταλέξαι. — V. 3. ἐξολέσαντες *Ursin.* — ἐλεύθερον Ἑλλάδι κόσμον Planud. et Vat. Cod. *Plutarchi* lectionem quodammodo firmant haec ap *Pausaniam* L. IX. 2. p. 715. οὐ πόῤῥω δὲ ἀπὸ τοῦ ΚΟΙΝΟΥ τῶν Ἑλλήνων Διός ἐστιν ἐλευθερίου βωμός. De Jove ἐλευθερίῳ vide *Begerum* T. I. Thes. Brandenb. p. 383. et *Burm.* in Comm. ad Numm. Sic. T. II. p. 328.

XXXIX. (XLV.) Duo priora hujus carminis disticha servavit Cod. Vat. p. 180. et ex eo *Leo Allatius* in Diatr. de Simeon. p. 214. *Kuster.* ad Suidam v. Δαρετίου T. I. p. 509. *Scholiastes Pindari* Pyth. I. p. 176. a. profert v. 1. 2. 5. 6. medio disticho omisso. Hinc *Bentlej.* in Diss. de Phalar. p. 259. suspicatus est, mutilum esse Epigr. in Vat. Cod. eique distichon ex *Pindari* Scholiis addi debere; cui conjecturae calculum adjecit *Wesseling.* ad Diodor. Sic. T. I. p. 425. *Reiskius* in Not. ad Anth. nr. 467. p. 51. et *Toup.* in Ep. crit p. 73. cujus textum *Brunckius* exhibuit. Hoc si recte est positum, Epigr. nostrum inscriptum debet videri ei tripodi, quem Gelon, victoria de Carthaginiensibus parta, una cum fratribus Apollini dedicavit. Hunc autem tripodem, quem poëta plus quam quinquaginta talentorum suisse ait, *Diodorus* XVI talentorum pondus habuisse narrat. Quae insignis ponderis diversitas *Wesselingium* adduxit, ut de aliis tripodibus in Epigrammate, aliis ap. *Diodorum* agi suspicaretur. *Joseph. Scaliger*, cui quatuor verss. priores ex Cod. Vat. apographo innotuerunt, ad *Hieronymi* Chron. p. 100. eos ad tripodem referendos existimat, a Gelone propter victoriam Olympiacam dedicatum. Sed in loco *Pausaniae*, quo hanc suspicionem firmavit. L. VI. p. 473. non de tripode, sed de curru a Gelone dedicato agitur. Dona propter Carthaginienses superatos a Gelone et Syracusanis Olympiam missa, commemorat *Pausan.* VI. p. 499. Hieronis tripodem et Victoriam ex

P 2

[redacted]

auro Delphis positam novimus ex *Theopompo* ap. Athen. L. VI. p. 232. A. B. et ejusmodi donum ibidem a Gelone dedicatum ex *Phania* l. c. p. 231. F. — V. 2. Δεινομένευς. Vat. Cod. et Allat. Δεινομένεος reliqui. Hoc nomine pater Gelonis vocabatur secundum *Pausan.* VI. 12. p. 479. — τοὺς τρίποδας θέμεναι *Schol.* Pind. Codicis Vat. lect. tuetur *Suidas*, qui v. Δαρετίου T. I. p. 509. haec verba cum versu seq. et parte quarti laudat. — De *litra* disputavit *Bentl.* l. c. p. 259. qui pro Δαρετίου, quod Cod. Vat. cum *Suida* habet, Δαμαρετίου corrigit; poëtam, necessitate coactum, paeone pro dactylo usum esse putans. νόμισμα Δημαρέτιον commemorat *Diodor. Sic.* XI. 26. p. 429. et *Pollux* L. IX. 85. ubi vid. *Hemsterh.* Diversam uterque hujus appellationis causam affert. Hanc conjecturam, quam *Bentlejo* placuisse miror, cupide arripuit *Reiskius.* *Wesselingius* Δαρεῖον in quibusdam apo-

[redacted]

XL. (*XLVI.*) Ex Cod. Vat. p. 250. edidit *Leo Allatius* in Diatr. de Sim. p. 215. nr. X. Σιμωνίδου τοῦ Κήου εἰς τοὺς μετὰ Κίμωνος στρατευσαμένους ἐν Κύπρῳ Ἀθηναίους, ὅτε τὰς ρ ναῦς τῶν Φοινίκων ἔλαβον. Legitur hoc carmen ap. *Diodor. Sicul.* L. XI. 62. T. I. p. 451. et *Aristidem* T. III. p. 260. et iterum p. 646. cum insigni diversitate. Optime de eo meruit *Dorvillius* ad Charit. p. 628. Scriptum est in memoriam pugnae ad Cyprum a Cimone feliciter pugnatae. In qua cum ille Persarum navales copias fregisset, statim perrexit in Pamphyliam, ubi terrestres copiae stationem habebant ad Eurymedontem fluvium, ibique eodem successu pugnavit. *Plutarch.* Vit. Cim. p. 486. Juniori *Simonidi* tribuit *Goens* in Dissert. de Simonide Ceo p. 33. quod pugna ad Cyprum pugnata sit post *Simonidis* mortem. Vide Vitam Simonidis. — V. 1. τ' Εὐρώπ. *Aristid.* et *F. Ursinus*, qui hoc carmen dedit in Lyricis p. 158. Εὐρώπην omnes praeter Vat. Cod. qui tamen, parum sibi constans, Ἀσίης praebet. — ἔκρινε *Aristid.* quod glossam redolet. Sensus est: *Ab omni aevo nullum tam memorabile bellum fuisse gestum.* An *Simonidem* de diluvio illo, quo undis per Cyanearum ostium irrumpentibus, Asia primum ab Europa disjuncta est, (vide *Diodor. Sic.* V. 47. p. 369. *Strab.* I. 85. B.) cogitasse putemus? Non credo. — V. 2. πόλεμον λαῶν. Cod. Vat. πολέας θνητῶν - ἐπέχει. *Diodor.* πόλιας - ἐφέπει. *Aristid.* *Brunckius* recepit emendationem *Dorvillii*, qui commutationis verborum πόλεμον et πόλεων exempla dedit p. 702. sq. — V. 3. οὐδέν πω τοιοῦτον. *Diodor.* οὐδενί πω κάλλιον. *Aristid.* Nostrum est in Vat. Cod. nisi quod ibi κάλλιον et ἐπὶ χθονίων legitur. — Simili ratione laudatur *Scipio Africanus* in Anth. Lat. T. I. p. 212. XLV. *A sole exoriente supra Maeoti' paludes Nemo est, qui factis me aequiparare queat.* — In fine vers. quarti *Aristid:* ὁμοῦ habet. Vat. et *Diodor.* ἅμα. — V. 5. ἐν γαίῃ unus habet *Aristides*; sed procul dubio verior est

in duos fratres compositum sit. Exstat in Planud. p. 200. St. 291. W. Horum nemo *Simonidem* auctorem indicat. Tribuit huic poetae Vat. Cod. p. 244. et, cujus haud paulo major est auctoritas, *Cicero* in Tusc. Quaest. L. I. 42. ubi ita vertit:

Dic, hospes, Spartae, nos te hic vidisse jacentes,
Dum sanctis patriae legibus obsequimur.

— V. 1. ὦ ξεῖν', ἀγγέλλειν. Plurimi Codd. *Herodoti* et *Suid.* ὦ ξένε, ἄγγειλον. *Diodor.* ὦ ξεῖν', ἄγγειλον. Vat. Cod. Lycurg Planud. ἀπάγγειλον *Strabo.* Elegantior procul dubio lectio, quam *Br.* recepit. — Sq. versu *Strabo, Lycurgus* et *Diodorus* κείνων πειθόμενοι νομίμοις exhibent. Sic quoque habet Aldina sec. et Ald. fil. cum in Flor. Ald. pr. et Ascens. sit κείνων ῥήμασι πειθόμενοι, quae est *Herodoti* et *Suidae* lectio. Idem h. l. ῥήματα, quod ῥήτρας in fragm. *Tyrtaei* ap. *Plutarch.* T. II. p. 42. εὐθείαισι

ὁ Λεωπρέπιδος ἐστι κατὰ ξενίην ὁ ἐπιγράψας. Quod si praecedentia duo disticha *Simonidi* recte tribuuntur, illa Amphictyonum auctoritate composuit; hoc autem in Megistiam epigramma privatus hospitis sui tumulo inscripsit. Ἐκ τῆς ἱστορίας Ἡροδότου, ut in margine notatur, venit in Cod. Vat. p. 313. in Schol. Anth. Planud. p. 291. Wech. et in Appendic. p. 511. St. *16. Wech. De Megistia vate, qui, postquam pugnae ad Thermopylas eventum praedixerat, a Leonida dimissus non abiit, sed filium, quem habebat unicum, dimisit, vide *Valcken.* ad *Herodot.* VII. 221. p. 609. 70. — Pro κλεινοῖο Codd. quidam *Herodoti* κλειτοῖο. Cod. Vat. Μεγιστίου. Idem v. 4. Σπάρτης.

XXVI (*XXXII*) In Planudea p. 200. St. 292. W. ἄδηλον. *Simonidi* tribuit Cod. Vat. p. 244. et *Schol. inedit.* ad Aristid. teste *Valckenario* ad Herodot. p. 612. 58. In Simonideis habetur ap. *Ursin.* p. 157. — V. 1. verbo ἀρετῆς superscr. ἀρετᾶς in Cod. Vat. *Per virtutem mori* maxime viris dignum judicat *Sallust.* in fragm. p. 940. ed. *Cort.* Mors gloriosa post hostes devictos hominum felicitati tanquam corona imponitur, ut Telli illius, quem felicissimum mortalium praedicat Solon ap. *Herodotum* I. 30. p. 14. 51. — V. 4. ἐγηρέστῳ Cod. Vat. solemni errore. Vide *Ruhnk.* ad Tim. p. 17. In περιθεῖναι ducta metaphora a corona, cui libertas comparatur ap. nostrum Ep. XLI. In Ep. ἀδεσπ. CLIV. αὐτῷ μὲν στέφανον περιθείς. Exempla vide ap. *Wetsten.* N. T. I. p. 634.

¶. 132.] *XXVII.* (*XXXIII.*) Planud. p. 200. St. 292. W. ἄδηλον. Ut *Simonidis* Vat. Cod. p. 244. Non minus, quam praecedentia, εἰς τοὺς ἐν Θερμοπύλαις θανόντας videtur conscriptum. Prius distichon comparandum cum versf. *Tyrtaei* supra laudatis ad Ep. XIX. — V. 3. Vat. Cod. καθύπερθε. recte. — V. 4. αἴδῃ Planud. Bene *Horatii* Intrpp. hunc locum admoverunt III. Carm. II. 21.

[redacted]

Virtus recludens immeritis mori Coelum, negata tentat iter via. Quibus similia dixit Hercules ap. *Senecam* in Herc. Oet. 1941. *Virtus mihi in astra et ipsos fecit ad superos iter.* Talia collegit *Burmannus* ad Anthol. T. II. p. 155.

XXVIII. (*XXXIV.*) Planud. p. 205. St. 299. W. Σιμωνίδου. Vat. Cod. p. 251. In eos, qui cum Leonida per erant. Ipsum regem, summis laudibus dignum, nemo poëtarum antiquorum versibus decoravit; nec ullus alius regum Spartanorum, Pausania excepto, carminibus laudatus est, monente *Pausania* L. III. 8. p. 360. — V. 1. Vat. Cod. εὐαλεῖ γαίᾳ, et vers. seq. Σπάρτης, ut etiam ed. Flor. εὐρυχόρου solemni errore Ald. pr. — βασιλεῖς Cod Vat. cui vers quarto debetur πολέμῳ, cum Planud. πόλεμον habeat. Mihi vulgata fere exquisitior videtur. Verba πλείστων τόξων respiciunt ad

[redacted]

Idem vero et aliis contigit, ut Teleutianti: cf. *Antip. Sid.* XCI.: iisque, qui in pugna adverſus Philippum Macedonem perierant, ſecundum *Pauſan.* IX. 40. p. 795. Fuit autem Leo, Leonidae avus, rex Spartae. *Pauſan.* III. p. 210.

XXX. (*XXXVI.*) Ex *Athenaeo* L. XIII. p. 573. E. et *Plutarcho* de Malign. Herod. T. II. p. 871. B. qui id *Simonidi* aſſerunt, receptum eſt in Append. Anth. p. 512. St. * 17. W. *Urſin.* Fr. Lyr. P. p. 157. Laudatur etiam in *Schol.* ad *Pindar.* Ol. XIII. 32. p. 146. Ex Theopompo et Timaeo narrat *Athenaeus*, in bello Perſico meretrices Corinthias pro Graeciae ſalute ſupplicationes in Veneris templo habuiſſe; bello autem profligato, Corinthios Veneri tabulam pictam dedicaſſe, hoc epigrammate addito. Quod de meretricibus *Athenaeus* narrat, *Plutarchus* et *Schol. Pindari*, et hic quidem *Theopompo* auctore, de matronis tradunt, quae deam oraſſent τὴν καλὴν ἐκείνην καὶ δαιμονίαν εὐχὴν, ἔρωτα τοῖς ἀνδράσι τῆς πρὸς τοὺς βαρβάρους μάχης ἐμβαλεῖν τὴν θεὸν — nec tabulam pictam in hujus rei memoriam, ſed ſtatuas aeneas collocatas fuiſſe. — V. 1. Ἑλλήνων. *Athen.* ἀγχεμάχων πολιτᾶν. Sch. Pind. εὐθυμάχων. *Athen.* — V. 2. εὔχεσθαι Κύπριδι δαιμονίᾳ. *Athen.* ἔστασαν εὐχόμεναι Κ. δαιμονίᾳ. Schol. — V. 3. ἐμήδετο. *Plut.* ἐβούλετο. Schol. — V. 4. Πέρσαις. *Athen.* et *Urſin.* δόμεναι. Schol. Ἑλλάνων ἀκρόπολις ipſa Corinthus eſt, quam Ἑλλάδος ἄστρον vocat *Polyſtr.* Ep. II.

XXXI. (*XXXVII.*) Vat. Cod. p. 180. τῷ Ἀντεῖ παρὰ ναυτῶν. *Reisk.* Anthol. p. 28. nr. 468. Protulit *Plutarch.* T. II. p. 870. F. qui Diodorum, cujus hic ſit mentio, unum ex Corinthiorum trierarchis fuiſſe docet. — V. 1. ἀπὸ δυσαμένων Vat. Cod. Junctim *Reisk.* *a Medis abjecta haec ſcuta* vertens. Non meminerat Vir doctus, meliorem lectionem ap. *Plutarchum* extare.

[redacted]

XXXII. (XXXVIII.) Servavit *Plutarch.* T. II. p. 869. C. graviter in *Herodotum* invectus, qui, ubi Democriti Naxii, triremium praefecti, meminerit, (L. VIII. 46.) praeclarum ejus facinus, a *Simonide* hoc ipse epigrammate celebratum, praeterierit. — V. 4. *Plutarchus* et ex eo *Ursinus* p. 160. sic exhibent: ἕκτην δ' ὑπὸ χεῖρα ῥύσατο βαρβαρικόν. Quod interpres ita accepit, ut Persae sextam navem a Democrito occupatam, eidem eripuisse dicerentur. In Codd. *Turnebi* et *Vulcobii* autem legitur: ἕ. δ' ἀπὸ χειρὸς ῥύσατο βαρβαρικῆς Δ. quod eodem redit, quo Brunckiana. De sex navibus, quas Democritus ceperat, quinque Persarum erant; sextam vero graecam, a Persis paulo ante occupatam, iis iterum eripuit.

¶. 133.] XXXIII. (XXXIX.) *Plutarch.* T. II.

[redacted]

[redacted]

V. 4. Ἑλλάδ' ἱδρυσάμεθα. *Dio. Reiskius* conjecit, Ἑλλάδ' ἐρυσάμεθα. In Veneta eſt Ἑλλάδι δρυσάμεθα.

XXXIV. (*XL.*) Vat. Cod. p. 244. primum diſtichon habet, idque ad eos, qui in pugna ad Thermopylas perierant, refert. Nec aliter Planud. p. 200. St. 291. W. *Plutarchus* autem, qui nec ipſe quidquam praeter primum diſtichon laudat, Corinthiorum, in pugna Salaminia occiſorum, cenotaphio inſcriptum fuiſſe ait. Reliqui quatuor verſus acceſſerunt ex *Ariſtide* T. II. p. 380. ed. Oxon. — V. 1. ἀκμᾶς ἐπὶ ξυροῦ. Ductum ex *Homeri* Il. κ. 173. νῦν γὰρ δὴ πάντεσσιν ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς. *Herodot.* L. VI. 11. p. 443. ἐπὶ ξυροῦ γὰρ ἀκμῆς ἔχεται ἡμῖν τὰ πρήγματα. Vide *Tollium* ad Longin. Π. Ὑ. XXII. 4. — V. 3. Perſis nullam non calamitatem intulimus, ne pugnam navalem obliviſcerentur, in qua a nobis ſuperati ſunt. — In ſequentibus vulgo dorismus negligitur.

XXXV. (*XLI.*) Sine auctoris nomine profert *Plutarch.* T. II. p. 870. F. ut Adimantum ſummo apud Graecos honore fuiſſe doceat. Tanquam *Simonidis* laudat *Dio Chryſoſt.* Or. XXXVII. p. 459. 40. (T. II. p. 109. *Reisk.*) Eidem tribuit Cod. Vat. p. 257. *Reisk.* Anth. p. 81. nr. 590. quem loci ap. *Plutarchum* prorſus immemorem fuiſſe, apparet ex ejus nota p. 133. De Adimanto disputavit *Weſſeling.* in Diſſ. Herodot. p. 128. *Valcken.* ad Herodot. p. 662. 79. — V. 1. κεῖνον vulgo omittitur ap. *Plutarch.* In Variet. Lectt. ap. *Xylandr.* notatur lectio: Ἀ. τάφος, ὦ ξένε, ὅν. In Veneta *Dionis* διαβολάς. unde *R.* conjecit διὰ βουλάς. Ap. *Plutarchum* praeterea legitur ὃν διὰ πᾶσα Ἑλλάς — —. De translato uſu v. στέφανος vide *Valcken.* ad Phoen. 1378.

XXXVI. (*XLII.*) Vat. Cod. p. 245. ἄδηλον· εἰς τοὺς Ἀθηναίων προμάχους. Etiam ap. Planud. p. 201. St. 292. W. ἀδέσποτον eſt. *Simonidi* tribuitur ab *Urſino* p. 158. ad fidem Schol. mſc. *Ariſtidis* in Panathen. — V. 2. Planud. δουλοσύνην.

XXXVII. (XLIII.) *Simonidi* vindicavit Vat. Cod. p. 175. *Reiskii* Anth. p. 21. nr. 453. Poëta non nominato hoc distichon laudat *Thucyd.* L. I. 132. qui illud tripodi, a Graecis ex manubiarum primitiis Apollini dedicato, *Pausaniae* jussu insculptum fuisse narrat: τὸ μὲν οὖν ἐλεγεῖον οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐξεκόλαψαν εὐθὺς τότε ἀπὸ τοῦ τρίποδος τοῦτο· καὶ ἐπέγραψαν ὀνομαστὶ τὰς πόλεις, ὅσαι συγκαθελοῦσαι τὸν βάρβαρον, ἐστήσαντο τὸ ἀνάθημα. Iisdem fere verbis *Suidas* v. Παυσανίας T. III. p. 62. Protulit etiam *Plutarch.* T. II. p. 873. C. Vertit *Cornel. Nepos* in Vit. Pauf. c. 1. *Sed primum in eo est reprehensus, quod ex praeda tripodem aureum Delphis posuisset, epigrammate scripto, in quo erat haec sententia: Suo ductu Barbaros apud Plataeas esse deletos, ejusque victoriae ergo Apollini donum dedisse.* Ad hoc distichon respexit *Aristides* T. II. p. 175. ed. Jebb. Aliud Epigr. in hujus lo-

Wesseling. ad haec *Herodoti* V. 72. p. 408. τοῦ ἔργα χειρῶν καὶ λήματος ἔχοιμ' ἂν μέγιστα καταλέξαι. — V. 3. ἐξολέσαντες *Ursin.* — ἐλεύθερον Ἑλλάδι κόσμον Planud. et Vat. Cod. *Plutarchi* lectionem quodammodo firmant haec ap *Pausaniam* L. IX. 2. p. 715. οὐ πόῤῥω δὲ ἀπὸ τοῦ ΚΟΙΝΟΥ τῶν Ἑλλήνων Διός ἐστιν ἐλευθερίου βωμός. De Jove ἐλευθερίῳ vide *Begerum* T. I. Thes. Brandenb. p. 383. et *Burm.* in Comm. ad Numm. Sic. T. II. p. 328.

XXXIX. (*XLV.*) Duo priora hujus carminis disticha servavit Cod. Vat. p. 180. et ex eo *Leo Allatius* in Diatr. de Simeon. p. 214. *Kuster.* ad Suidam v. Δαρετίου T. I. p. 509. *Scholiastes Pindari* Pyth. I. p. 176. a. profert v. 1. 2. 5. 6. medio disticho omisso. Hinc *Bentlej.* in Diss. de Phalar. p. 259. suspicatus est, mutilum esse Epigr. in Vat. Cod. eique distichon ex *Pindari* Scholiis addi debere; cui conjecturae calculum adjecit *Wesseling.* ad Diodor. Sic. T. I. p. 425. *Reiskius* in Not. ad Anth. nr. 467. p. 51. et *Toup.* in Ep. crit p. 73. cujus textum *Brunckius* exhibuit. Hoc si recte est positum, Epigr. nostrum inscriptum debet videri ei tripodi, quem Gelon, victoria de Carthaginiensibus parta, una cum fratribus Apollini dedicavit. Hunc autem tripodem, quem poëta plus quam quinquaginta talentorum fuisse ait, *Diodorus* XVI talentorum pondus habuisse narrat. Quae insignis ponderis diversitas *Wesselingium* adduxit, ut de aliis tripodibus in Epigrammate, aliis ap. *Diodorum* agi suspicaretur. *Joseph. Scaliger*, cui quatuor verss. priores ex Cod. Vat. apographo innotuerunt, ad *Hieronymi* Chron. p. 100. eos ad tripodem referendos existimat, a Gelone propter victoriam Olympiacam dedicatum. Sed in loco *Pausaniae*, quo hanc suspicionem firmavit, L. VI. p. 473. non de tripode, sed de curru a Gelone dedicato agitur. Dona propter Carthaginienses superatos a Gelone et Syracusanis Olympiam missa, commemorat *Pausan.* VI. p. 499. Hieronis tripodem et Victoriam ex

auro Delphis positam novimus ex *Theopompo* ap. Athen. L. VI. p. 232. A. B. et ejusmodi donum ibidem a Gelone dedicatum ex *Phania* l. c. p. 231. F. — V. 2. Διομένευς. Vat. Cod. et Allat. Δεινομένευς reliqui. Hoc nomine pater Gelonis vocabatur secundum *Pausan.* VI. 12. p. 479. — τοὺς τρίποδας θέμεναι *Schol.* Pind. Codicis Vat. lect tuetur *Suidas*, qui v. Δαρετίου T. I. p. 509. haec verba cum versu seq. et parte quarti laudat. — De *litra* disputavit *Bentl.* l. c. p. 259. qui pro Δαρετίου, quod Cod. Vat. cum *Suida* habet, Δαμαρετίου corrigit; poëtam, necessitate coactum, paeone pro dactylo usum esse putans. νόμισμα Δημαρέτιον commemorat *Diodor. Sic.* XI. 26. p. 429. et *Pollux* L. IX. 85. ubi vid. *Hemsterh.* Diversam uterque hujus appellationis causam affert. Hanc conjecturam, quam *Bentlejo* placuisse miror, cupide arripuit *Reiskius.* *Wesselingius* Δαρείου, in quibusdam apo-

[redacted]

XL. (*XLVI.*) Ex Cod. Vat. p. 250. edidit *Leo Allatius* in Diatr. de Sim. p. 215. nr. X. Σιμωνίδου τοῦ Κήου εἰς τοὺς μετὰ Κίμωνος στρατευσαμένους ἐν Κύπρῳ Ἀθηναίους, ὅτε τὰς ρ ναῦς τῶν Φοινίκων ἔλαβον. Legitur hoc carmen ap. *Diodor. Sicul.* L. XI. 62. T. I. p. 451. et *Aristidem* T. III. p. 260. et iterum p. 646. cum insigni diversitate. Optime de eo meruit *Dorvillius* ad Charit. p. 628. Scriptum est in memoriam pugnae ad Cyprum a Cimone feliciter pugnatae. In qua cum ille Persarum navales copias fregisset, statim perrexit in Pamphyliam, ubi terrestres copiae stationem habebant ad Eurymedontem fluvium, ibique eodem successu pugnavit. *Plutarch.* Vit. Cim. p. 486. Juniori *Simonidi* tribuit *Goens* in Dissert. de Simonide Ceo p. 33. quod pugna ad Cyprum pugnata sit post *Simonidis* mortem. Vide Vitam Simonidis. — V. 1. τ' Εὐρώπ. *Aristid.* et *F. Ursinus*, qui hoc carmen dedit in Lyricis p. 158. Εὐρώπην omnes praeter Vat. Cod. qui tamen, parum sibi constans, Ἀσίης praebet. — ἔκρινε *Aristid.* quod glossam redolet. Sensus est: *Ab omni aevo nullum tam memorabile bellum fuisse gestum.* An *Simonidem* de diluvio illo, quo undis per Cyanearum ostium irrumpentibus, Asia primum ab Europa disjuncta est, (vide *Diodor. Sic.* V. 47. p. 369. *Strab.* I. 85. B.) cogitasse putemus? Non credo. — V. 2. πόλεμον λαῶν. Cod. Vat. πολίας θνητῶν — ἐπέχει. *Diodor.* πόλιας — ἐφέπει. *Aristid.* *Brunckius* recepit emendationem *Dorvillii*, qui commutationis verborum πόλεμον et πόλεων exempla dedit p. 702. sq. — V. 3. οὐδέν πω τοιοῦτον. *Diodor.* οὐδενί πω κάλλιον. *Aristid.* Nostrum est in Vat. Cod. nisi quod ibi καλλίων et ἐπὶ χθονίων legitur. — Simili ratione laudatur *Scipio Africanus* in Anth. Lat. T. I. p. 212. XLV. *A sole exoriente supra Maeoti' paludes Nemo est, qui factis me aequiparare queat.* — In fine vers. quarti *Aristid.* ὁμοῦ habet. Vat. et *Diodor.* ἅμα. — V. 5. ἐν γαίῃ unus habet *Aristides*; sed procul dubio verior est

lectio, quam ἐν Κύπρῳ ap. *Diodor.* et in Cod. Vat. Manifestum glossema. *Dorvillio* tamen prae altero placuit. Non opus est exempla advocare, in quibus ἐν γῇ et ἐν πόντῳ sive ἐν πελάγει sibi invicem opponuntur; ubique sunt obvia, et res per se patet. Pro ὀλέσαντες in nonnullis *Diodori* Codd. ἑλόντες legitur. Apud eundem Μήδους exstat. — ἑκατὸν ναῦς. De hac expeditione agens *Thucydid.* I. 100. καὶ εἷλον, inquit, τριήρεις Φοινίκων καὶ διέφθειραν τὰς πάσας εἰς διακοσίας. Praeter naves Phoenicias aderant conducta ex Cypro et Cilicia navigia. *Diodorus Sic.* X 60. — V. 7. *Br.* recepit lectionem *Aristid.* et *Diodori*, ap. quem ante *Stephanum* vitiose legebatur μέγα δὲ ξυγγενέας ὑπ' αὐτῶν, quod unde ortum sit, apparet ex lectione antiqui Codicis μεγαδεξυγενειασις ὑπ' αὐτῶν. Sed hoc spernens *Dorvillius* ex Cod. Heidelbergensi, ut ipse ait, reponit: μέγα δ' ἔστενεν Ἐννοσίγαιος Πληγείς —

[redacted]

[redacted]

„epigrammatis referri debet. *Magnum autem ingemuit* „*Asia*, *ab illis utraque manu percussa*; id est, a terre„stribus et maritimis copiis. Hic est verus et optimus „sensus, multoque major est Codicum Diodori et Ari„stidis auctoritas, in quibus habetur nostra lectio.“ Pro πολέμου *Dorv.* corr. πολέμω, ut accuratior dorismi forma etiam hic reperiretur. Pro ἀμφοτέραις Cod. Vat. et Allat. habet ἀμφοτέρας. *Ursinus* ἀμφοτέρᾳ χειρί. *Aristides* loco pr. hanc lectionem, loco secundo habet: ἀμφοτέραις χερσί.

XLI. (*XLVII.*) Vat. Cod. p. 245. Anth. Plan. p. 201. St. 293. W. Scriptum in eos, qui in expeditione Cimonis contra Persas ad Eurymedontem perierant. Horum sepulcrum prope Athenas, extra urbem, vidit *Pausan.* L. I. 29. p. 74. — V. 1. Εὐρυμέδοντι Cod. Vat. et Plan. — V. 3. αἰχμηταῖς Vat. — πεζοί τε. *Thucydid.* I. p. 66. ἐγένετο μετὰ ταῦτα καὶ ἐπ' Εὐρυμέδοντι ποταμῷ ἐν Παμφυλίᾳ πεζομαχία καὶ ναυμαχία Ἀθηναίων καὶ τῶν ξυμμάχων πρὸς Μήδους.

¶. 135.] *XLII.* (*XLVIII.*) Vat. Cod. p. 275. *Brunckius* hoc Epigr. edidit, ut legitur ap. *Allatium* in Diatr. de Sim. p. 215. idque medicam manum exspectare putat. Pro inepti sophistae foetu habendum censet *Schneiderus.* Lemma est in Codice: Εἰς τοὺς πεσόντας παρ' Εὐρυμέδοντα ποταμὸν Ἕλληνας. — V. 2. in verbis φοινίσσᾳ ψεκάδι non cogitandum de Phoenicibus; sed *sanguinem*, *rorem purpureum*, significant. (Vide *Gatacker.* in Misc. Adv. Posth. XL. p. 847. sq.) De sanguine *Aeschylus* in Agam. 1544. δέδοικα δ' ὄμβρου κτύπον δομοσφαλῆ τὸν αἱματηρόν· ψεκὰς δὲ λήγει. *Eurip.* Iphig. in T. 443. δρόσον αἱματηράν. Cod. Vat. ψακάς. quae est antiquior vocabuli forma apud veteres Iones et Atticos usurpata. Vide *Valcken.* ad Herodot. II. 10. p. 198. 64. — Tres priores hujus carminis versus *Simonidis* ingenio non indignos puto; quartus vero a versificatore aliquo adsutus videtur. Certe ineptus est, nec sensum habet tolerabilem.

[redacted]

XLIII. (*XLIX.*) Vat. Cod. p. 141. Planud. p. 441. St. 575. W. Lemma est: ἐπὶ τόξοις ἀνατεθεῖσιν ἐν ναῷ τῆς Ἀθηνᾶς. — V. 2. ναῷ ὑπ' Ἀθ. Planud. — ὑπωρόφιον. ὑπόστεγον. *Hesych.* παρθένος ὑπωρόφιος dixit *Apollon. Rhod.* IV. 168. In Ep. *Hegesippi* III. ex nostro fortasse expresso: ἀσπὶς ἀπὸ βροτέων ὤμων Τιμάνορος ἧμαι Ναῷ ὑπωροφίας Παλλάδος ἀλκιμάχας. ubi ὑπωροφία scribendum esse, plures viderunt. Utroque loco Vat. Cod. ὑπωῤῥοφία. In

ης

nostro etiam Ἀθηναίῃ. ὑπωρόφια Ald. pr. κεῖνται ed. Flor. — V. 4. αἵματι λουσάμενα. ut Ep. (XLVIII.) οἷστος λοῦσεν φοινίσσᾳ Ἄρης ψεκάδι. Sic locutus est *Callim.* H. in Del. 95. αἵματι λούσων τόξον ἐμόν. *Oppian.* Π. κ. IV. 201. ἔστη μὲν πρώτιστα λελουμένος αἵματι λάβρῳ. *Lucian.* Dial. Mer. XIII. T. III. p. 316. *Alciphron* L. III. Ep. 48. p. 382. *Lavit ater corpora sanguis. Virgil.* Georg. III. 221.

[redacted]

scriptum putat in Atheniensium juvenes, qui sub initium belli Peloponnesiaci occubuerunt; quod si verum est, male *Simonidi Ceio* tribuitur, qui ante initia illius belli obiit. Sed non satis expeditum hujus carminis argumentum. — V. 4. Vat. Cod. *μαχόμενοι* habet; in marg. *μαρνάμενοι*. Hoc vulgo et ap. *Ursin.* p. 158.

XLVI. (*LII.*) Planud. p. 205. St. 298. W. *Ursin.* p. 162. Compositum videtur hoc carmen in Athenienses, quibus, cum in Euboea pugnantes periissent, sepulcrum publicis sumtibus exstructum est. Horum *Aeschinem* c. Ctesiphontem mentionem facere, notavit *Opsopoeus.* Annis sedecim ante bellum Peloponnesiacum Euboea ab Atheniensibus defecerat. Hinc bellum ortum, a Pericle profligatum. Vide *Thucyd.* I. 114. *Plutarch.* Vit. Per. T. I. p. 363. ed. Bry. Ad hanc expeditionem si nostrum carmen spectat, seniori *Simonidi* abjudicandum est. Vide *Vitam Simonidis.* Longe etiam posterior, nempe Ol. XCII., fuit defectio insulae Euboeae, de qua *Thucyd.* L. VIII. 95. *Diodor.* XIII. p. 355. — V. 1. Δίρφυος. Veteres habent. Hunc Euboeae montem *Stephan. Byz.* Δίρφυς vocat ex *Euphorione.* Vide *Musgr.* ad Eurip. Herc. fur. 185. et *Koen.* ad Gregor. de Dial. p. 146. — V. 2. εὐδρύπου Flor. et Aldinae. — V. 3. ἀπωλεσάμενος Wechel. operarum vitio. — V. 4. τρηχείῃ. Sic *Pindarus* Isthm. IV. 26. ἁμέρᾳ γὰρ ἐν μιᾷ τραχεῖα νιφὰς πολέμοιο Τεσσάρων ἀνδρῶν ἐρήμωσεν μάκαιραν ἑστίαν. *Plutarch.* Vita Marii T. I. p. 414. C. νέφος τοσοῦτον πολέμου καὶ σκηπτὸν ὠσάμενοι· quod partim ductum ex *Herodoto* VIII. 109. p. 670. De usu translato verbi νέφος quaedam collegit *Klotz* ad Tyrt. p. 86.

¶. 136.] *XLVII.* (*LIII.*) Servavit hoc Epigr. *Thucydides* L. VI. 59. ubi de Hippia, Athenarum tyranno, agens, Ἱπποκλου γοῦν, inquit, τοῦ Λαμψακηνοῦ τυράννου Αἰαντίδῃ τῷ παιδὶ θυγατέρα ἑαυτοῦ Ἀρχεδίκην ἔδωκεν, αἰσθανόμενος

[redacted]

αὐτοὺς μέγα παρὰ βασιλεῖ Δαρείῳ δύνασθαι· καὶ αὐτῆς σῆμα ἐν Λαμψάκῳ ἐστὶν, ἐπίγραμμα ἔχον τόδε· Ἀνδρὸς – –. Hinc a *Stephano* relatum est in Append. Anth. p. 511. St. *16. W. ubi recte *Simonidi* tribuitur, fide et auctoritate *Aristotelis* qui verf. 3. excitat in Rhetor. I. 9. 31. monente *Casaubono* in Epist. ad Rittershuf. nr. CCCCIX. p. 470. Inter Simonidea legitur etiam in Fragm. Lyr. *Ursini* p. 157.

XLVIII. (LIV.) Vat. Cod. p. 211. Εἰς Ἀνακρέοντα τὸν Τήϊον Σιμωνίδου· ὅτι καὶ αὐτὸς Σιμωνίδης Τήϊος ἦν, ὅθεν καὶ Ἀνακρέων. Inepte. Planud. p. 276. St. 399. W. *Ursinus* p. 165. Vitem Anacreontis tumulo impositam fingit, poëtae cineres nunquam non vini latice conspergentem. — V. 1. *Suid.* in Ἡμερὶς T. II. p. 59. ὀπώρης exhibet. ὀπώρα, quod de omni fructuum genere usurpatur, nonnunquam *uvam* κατ᾽ ἐξοχὴν significat. *Macedon.* Ep.

[redacted]

p. 416. et in *γεραιὸς* T. I. p. 477. ubi *οἷς ὁ γ.* habetur. — Membranae Vat. *καί σφιν ἀ. τέγγει.* Cantum Anacreontis ipso vino dulciorem fuisse, ait *Simonides*.

XLIX. (*LV.*) Vat. Cod. p. 211. sq. Planud. p. 276. St. 399. W. *Ursin.* p. 164. Laudatur Anacreon, etiam ap. inferos Musas et amores colens. Cf. Ep. *Antip. Sid.* LXXIII. sqq. — V. 1. *τὸν ἄφθιτον*: quem Musae perire non patiuntur. — Sq. vers. Cod. Vat. *ὑμνοπόλων*. In Aldinis Planudeae editt. *ὑπνοπόλον* legitur. — V. 3. Carmina venustatis et amoris plena, *πνείοντα*, ad puerorum amores celebrandos adhibuit. — V. 5. Color idem est, qui in Ep. *Leonidae Tar.* LXXXVII.:

στένει δὲ καὶ γᾶς νέρθεν, οὐχ ὑπὲρ τέκνων,
οὐκ ἀνδρὸς, οὓς λέλοιπεν ἐνδεεῖς βίου,
ἓν δ' ἀντὶ πάντων, οὕνεχ' ἡ κύλιξ κενή.

Megistes commemoratur ap. *Athen.* L. XV. p. 673. E. ubi versus exstant *Anacreontis* relata inter fragmenta nr. XII. p. 343. De Smerdie praeclarus locus est ap. *Maximum Tyrium* Or. XXVI. p. 15. ed. *Reisk.* ubi vide *Davisium*. et Orat. XXIV. p. 481. *Ἡ δὲ τοῦ Τηΐου σοφιστοῦ τέχνη τοῦ αὐτοῦ ἤθους καὶ τρόπου· καὶ γὰρ πάντων ἐρᾷ τῶν καλῶν καὶ ἐπαινεῖ πάντας· μεστὰ δὲ αὐτοῦ τὰ ᾄσματα τῆς Σμέρδιος κόμης* (hoc quo referendum sit, docet *Aelian.* V. H. IX. 4.), *καὶ τῶν Κλεοβούλου ὀφθαλμῶν, καὶ τῆς Βαθύλλου ὥρας.* — V. 6. *δόμῳ.* *Planud. Ursin.* — V. 9. laudans *Suidas* in *μολπὴ* T. II. p. 571. *οὐ λήγει* habet. Vulgo in Planud. *λήθη.* Duo Codd. regii ap. *Br.* et Vat. Cod. *λήθει.* — *ἐκεῖνον* Vat. Cod. Hinc duxit, quod de ipso *Simonide* canit *Christodorus* in *ἐκφρ.* v. 44. *οὐδὲ σὺ μολπῆς Εὔνασας ἁβρὸν ἔρωτα, Σιμωνίδες.*

¶. 137.] *L.* (*LVI.*) Servavit *Aristides* Tom. III. Or. p. 645. ed. *Canter.* ubi *Simonidis* modestiam laudans, hoc Epigr. affert, ut appareat, modestiam non impedire, quominus virtutes nostras interdum comme-

moremus. Hinc relatum in Append. Planud. p. 513. St. *18. W. Hoc distichon respexit *Philostratus* in Vita Apoll. I. 14. p. 16. ubi de Apollonio: τὸ τοι μνημονικὸν καὶ ὑπὲρ τὸν Σιμωνίδην ἔῤῥωτο, ἑκατοντούτης γενόμενος. Idem de Proclo in Vitis Soph. II. 21. 3. p. 604. τὸ δὲ μνημονικὸν, ἐννενηκοντούτης ἤδη γηράσκων, καὶ ὑπὲρ τὸν Σιμωνίδην ἔῤῥωτο. Attigit hoc carmen, ubi de hominibus, memoria excellente praeditis, multa narrat, *Muretus* Var. Lectt. L. III. 1. — V. 1. μνήμην. *Ursin.* et *Aristid.*

LI. (*LVII.*) Ex Cod. Vat. p. 179. edidit *Leo Allatius* in Diatr. de Sim. p. 214. *Bentlejus* de Epist. Phal. p. 169. *Reiskius* in Anth. p. 27. nr. 466. Ex hoc Epigrammate conflatum est illud, quod *Br.* laudat in Lectt. p. 21. ex *Tzetzae* Chil. I. 636. ap. *Ursinum* in Lyr. p. 153.:

ὑπόγραμμα, καὶ ἄρσενα ταῦρον ἱερέσσας Διπλᾶ θῆκεν ἄεθλα. — V. 2. pro πίνακα *Allatius* τρίποδα dedit; schedae *Dorvill.* καὶ πίνακας πρὶν τόνδ' ἤ. πίνακα. Mirus error. In Cod. enim fic eft, ut *Br.* edidit. — πίναξ tabula cum infcriptione. *Plutarch.* Vit. Them. T. I. p. 251. Themiftocles ἐνίκησε δὲ καὶ χορηγῶν τραγῳδοῖς — — καὶ πίνακα τῆς νίκης ἀνέθηκε, τοιαύτην ἐπιγραφὴν ἔχοντα. — V. 3. διδαξάμενος aberat a *Bentleji* apographo. Verbum proprium de poëta lyrico, qui chorum carminis verba docet. *Paufanias* IV. 4. p. 287. Μεσσήνιοι τότε τῷ Ἀπόλλωνι ἐς Δῆλον θυσίαν καὶ ἀνδρῶν χορὸν ἀποστέλλουσι· τὸ δέ σφισιν ᾆσμα προσόδιον ἐς τὸν θεὸν ἐδίδαξεν Εὔμηλος. Qui locus non fugit diligentiam *Böttigeri* in docta Prolufs. *Quid fit docere fabulam?* p. 6.— V. 4. Νίκας ἅρμ' ἐπέβης. *victoriam reportafti.* Infra Ep. LXXVI. Hipponicus tibicen ἐν Χαρίτων ἅρμασιν φορηθῆναι dicitur. Poëtae ap. *Pindarum* Ifthm. II. 2. οἳ χρυσαμπύκων Ἐς δίφρον Μοισᾶν ἔβαινον. Idem Ifthm. VIII. 133. ἔσσυται Μοισαῖον ἅρμα. Victorem vero ipfum modo Νίκας ἐν ἀγκώνεσσι, Nemea ε. 76. modo χρυσέας ἐν γούνασι Νίκας πιτνεῖν dicit, Ifthm. II. 39.

LII. (*LVIII.*) Integrum carmen fervavit *Schol.* in *Hermogenem* p. 410. unde *Bentlejus* edidit in Diff. de Ep. Phal. p. 20. et ad *Callimachi* Ep. L. p. 318. ed. *Ernest.* Habetur etiam ap. *F. Urfinum* p. 164. fine fontis, unde fumtum eft, indicio. Poftremum ejus difftichon profert *Plutarch.* T. II. p. 785. A. idque refpexit *Valer. Max.* VIII. 7. 13. *Simonides vero poëta octogefimo anno et docuiffe fe carmina et in eorum certamen defcendiffe, ipfe gloriatur.* Victoriam, hoc carmine celebratam, commemorat Marmor Arundel. in Ol. LXXV. 3. Σιμωνίδης ὁ Λεωπρέπους, ὁ Κεῖος, ὁ τὸ μνημονικὸν εὑρών, ἐνίκησεν Ἀθήνησιν διδάσκων, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀδειμάντου. Eodem Adimanto archonte Phrynichus tragicam reportavit victoriam, tabulamque fixit Themiftocles, cui haec infcripta: Θεμιστοκλῆς Φρεάρριος ἐχορήγει, Φρύνιχος ἐδίδασκεν,

[redacted]

Ἀδείμαντος ἦρχεν. *Plutarch.* Vit. Them. T. I. p. 251. ed. *Br.* Similes inſcriptiones collegit *Taylor* in Lect. Lyſiac. c. XI. p. 323. ed. *Reisk.* Eadem tribus, cui tum temporis *Simonides* carmen pepigerat, eodem Ariſtide ſumtus praebente, victoriam ex alio certamine reportavit, ſecundum *Plutarch.* Vit. Ariſtid. T. II. p. 289. ed. Bry. qui tripodis, in templo Bacchi dedicati inſcriptionem commemorat: Ἀντιοχὶς ἐνίκα, Ἀριστείδης ἐχορήγει, Ἀρχέστρατος ἐδίδασκε. Ceterum vix opus eſt monere, Ariſtidem hunc diverſum eſſe ab illo, cujus juſtitia non minus ac paupertas illuſtris fuit. — V. 1. ἦρχεν Ἀδείμ. μέν. *Urſin* — V. 2. φυλὴ Ἀντιοχίς. *Urſin.* — V. 4. πεντήκοντ' ἀνδρῶν. Totidem hominibus etiam tragicus chorus antiquis temporibus conſtabat, ſecundum *Pollucem* L. IV. 110. — V. 5. δὲ omittit *Plutarch.* et ſq. verſu ὀγδωκονταέτῃ legit.

[redacted]

Anthol. p. 72. nr. 559. Antequam hoc diſtichon ex Palatinis membranis erutum eſſet, innotuit *Opſopoeo* ex *Schol. Ariſtidis* I. p. 160. ubi in hunc modum habetur:

Οὗτος ὁ Χίου (Κείου *Urſin.*) Σιμωνίδεώ ἐστι σαωτὴρ,
ὃς καὶ τεθνηὼς ζῶντι παρέσχε χάριν.

Laudat etiam *Tzetza* in Chil. I. 24. p. 632. Quae ad hiſtoriam hujus carminis faciunt, adſcribam ex *Cicerone* de Divin. I 27. *Simonides cum ignotum quendam projectum mortuum vidiſſet, eumque humaviſſet, haberetque in animo navem conſcendere, moneri viſus eſt, ne id faceret, ab eo, quem ſepultura affecerat: ſi navigaſſet, eum naufragio eſſe periturum: itaque Simonidem rediiſſe; periiſſe ceteros, qui tum navigaſſent.* Eandem rem narrat *Valer. Maxim.* I. c. VII. his additis: *Memor beneficii elegantiſſimo eum carmine aeternitati conſecravit, melius ei et diuturnius in animis hominum ſepulcrum conſtituens, quam in deſertis arenis ſtruxerat.* — Pro ὃς, quod eſt in membranis, *Reiskius*, cum in ſchedis *Dorvill.* ὡς inveniſſet, ᾧ edidit. Deinde *Tzetza*, ſicut *Schol. Ariſtidis*, ζῶντι παρέσχε χάριν habet; quam lectionem altera non deteriorem eſſe, judicat *Br.*

LV. (*LXI.*) Vat. Cod. p. 257. Planud. p. 212. St. 308. W. *Urſinus* p. 163. *Athenaeus* L. X. p. 415. F. Τιμοκρέων ὁ Ῥόδιος ποιητὴς καὶ ἀθλητὴς πένταθλος ἐνέφαγεν καὶ ἔπιεν, ὡς τὸ ἐπὶ τοῦ τάφου αὐτοῦ ἐπίγραμμα δηλοῖ. Inter voraciſſimos homines recenſetur *Timocreon* ap. *Aelian.* V. H. I. 27. Contentionem fuiſſe inter eum et Simonidem, narrat *Diogen. Laërt.* L. II. 46. p. 108. et *Suidas* in Τιμοκρέων. — *Br.* exhibuit lectiones Planudeae. In Cod. Vat. et ap. *Athen.* legitur: πολλὰ πιὼν καὶ π. φαγών. — κάκ' εἰπών. Ad ejus dicteria referendum, quibus vel ſummos in rep. viros laceſſebat. Nonnulla eorum refert *Athenaeus* l. c. p. 416. A. B. Memorabile carmen *Timocreontis* in Themiſtoclem ſervavit *Plutarch.* in Vit. T. I.

p. 122. ed. Br. *Ariſtides* T. II. p. 294. ed. Jebb. μὴ τοίνυν ἡμεῖς ὑπερβαλλώμεθα (Archilochum) μηδὲ Τιμοκρέοντος τοῦ σχετλίου πρᾶγμα ποιῶμεν, ἀλλ᾿ εἰδῶμεν εὐφημεῖν. — V. 2. ἀνθρώποις Cod. Vat. Parodia hujus diſtichi eſt inter Ep. ἀδέσπ. DCXXXVIII.:

Βαιὰ φαγὼν καὶ βαιὰ πιὼν καὶ πολλὰ νοσήσας,
ὀψὲ μὲν, ἀλλ᾿ ἔθανον· ἔῤῥετε πάντες ὁμοῦ.

¶. 138.] *LVI.* (*LXII.*) Planud. p. 373. St. 512. W. Σιμωνίδου. *Urſin.* p. 166. Non *Simonidi*, ſed *Antagorae Rhodio* hoc Epigr. tribuit Cod. Vat. p. 379. De ponte, quem Xenocles Lindius, in Cephiſſo, ut videtur, exſtruxerat. — Xenoclis, de quo nihil aliunde conſtat, patria probabile reddit, *Antagoram Rhodium* verum hujus carminis auctorem eſſe. Cephiſus, quem myſtae in Cereris pompa transire debebant, paulo violentior non-

Cod. τοῖον γὰρ Ξενοκλῆς ὁ Λ. ἀσφαλὲς ὕμμιν. Prius recte. ι enim producitur sequente λ, quod in pronuntiatione duplicatur. ὕμμιν habetur etiam in ed. Flor. — V. 4. ποταμοῖο Cod. Vat.

LVII. (*LXIII.*) Vat. Cod. p. 110. Planud. p. 450. St. 583. W. Hoc et seq. Epigramma ejusdem auctoris esse, dubitari nequit. Jam Ep. LXIV. incerti est auctoris; nam non *Simonidi* solum, sed etiam *Hedylo* et *Asclepiadi* tribuitur. Recte igitur *Schneiderus* dubitat, an nostrum sit *Simonidis*. Agitur in eo de donariis, quae meretriculae, mercatoribus et nautis probe emunctis, nescio ubi dedicaverant. Hinc suspiceris, *Hedyli* Epigramma esse, quem donaria, quae in Arsinoës templo sua aetate visebantur, descripsisse constat. Vide *Casaub.* ad Athen. XI. 13. p. 817. In maritima urbe autem Pythiam nostram et Boïdium habitasse, ipsa res docet. — V. 1. Βοΐδιον αὐλητρίς. Planud. Recte Vat. Cod. articulum servavit. Pro αἵ ποτ' ἐρασταὶ *Brunck.*, quod ἐραστὴς masculini est generis, corrigit: αἵ ποθ' ἑταῖραι. Aliud quid latere suspicor. — V. 3. ἔμποροι καὶ φορτηγοί. *Horat.* III. Carm. VI. 30. *Seu vocat institor, seu navis Hispanae magister, Dedecorum pretiosus emtor.* Plura similia ex poëtis Latinis collegit *Huetius* in Not. p. 43. — βαλάντιον. Vulgo. In ed. Flor. et Cod. Vat. βαλλάντιον. Grammaticorum loca, qui voc. βαλλάντιον explicaverunt, collegit *Wetsten.* ad N. T. I. p. 719. *Criton* ap. *Athenaeum* L. IV. p. 173. C. Φοίνικα μεγάλου κύριον βαλλαντίου Ναύκληρον. Apud *Alciphr.* L. III. 65. parasita mercatorem laudat, qui, cum Athenas venisset, τοὺς πλουσίους τοὺς Ἀθήνησι κίμβικας καὶ μικροπρεπεῖς ἀπέφηνεν, οὕτως κεχυμένως πρὸς τὰς δόσεις κέχρηται τῷ βαλαντίῳ. *Pseudo-Plutarch.* T. II. p. 5. D. ὁ πολὺς πλοῦτος σκοπὸς ἵκνειται τοῖς βουλομένοις βαλλάντια τοξεύειν.

LVIII. (*LXIV.*) Planud. p. 104. St. 153. W. Σιμωνίδου. *Ursin.* p. 163. Bis legitur in Vat. Cod. p. 110.

Ἡδύλου· οἱ δὲ Ἀσκληπιάδου· et p. 508. Σιμωνίδου. In tres meretrices, nautis et mercatoribus ipsis Sirenibus infestiores. — αἱ Διομήδεος γραῖαι. De meretriculis insigni rapacitate famosis accipiendum. *Schol. Aristoph.* in Eccles. 1021. Διομήδεια ἀνάγκη· ὅτι Διομήδης ὁ Θρᾷξ, πόρνας ἔχων θυγατέρας, τοὺς παριόντας ξένους ἐβιάζετο αὐταῖς ξυνεῖναι, ἕως οὗ κόρον σχῶσι καὶ ἀπεκάμωσιν οἱ ἄνδρες· ὡς καὶ ὁ μῦθος ἵππους ἀνδροφάγους εἶπεν. Similia tradunt *Suidas* et *Hesych.* in Διομήδειος ἀνάγκη. Aliam hujus paroemiae caussam reddit *Zenob.* Cent, III. 8. — νεωλκέων ἀκάτοι. Meretrices navigiis, amantes remigibus comparantur. Vide ad *Antiphil. Byz.* Ep. I. An poëta in εἰκόσοροι ad amantium, quos admiserint, numerum respexerit, ut *Brod.* existimat, non dixerim. — V. 3. Vat. Cod. loco priore Ἀντ. Ἄνις συμμάχος occurrit ap. *Lucill.* Ep. XIV. T. II. p. 320. Hos naucleros ita omnibus suis bonis exue-

[redacted]

grammata dedit *Burm.* in Anth. Lat. T. II. p. 291. sqq. — V. 1. corruptissimus ap. *Pollucem* et *Ursinum* p. 160.: ἧς αὖ καὶ φθιμένας λευκοστεάτῳ ἐνὶ τύμβῳ. Hic ἢ σεῦ legendum esse, non fugit *Stephanum* in fine Annott. Totum versum sic, ut *Br.* dedit, emendavit *Salmasius* in Plin. p. 223. B. nisi quod ἃ σεῦ voluit: *Lycas nomen canis venaticae, quae* ἀγρεῦσα *dicitur ab ardore et aviditate venandi, ut* φονῶσα χεὶρ, *caedis avida ac sitiens.* Hanc *Salmasii* emendationem et interpretationem assensu suo probare videtur *Br.*, qui merito dubitat, an ἀγρώστης cum substantivo feminini generis construi possit. *Schneiderus* ἀγρεῦστι suspicabatur; idque verum. Ut ab ἀγρότης formatur ἀγρώστης, (vide *Schol. Apollon. Rhod.* IV. 175.) sic ab ἀγρέτις (ἀγροτέρα. κυνηγός. *Hesychius.*) descendit ἀγρεῦστις. — *Reines.* in Var. Lect. p. 689. λευκοστίκτῳ ἐνὶ τ. legit, idque de marmoreo tumulo interpretatur. Male.

LX. (*LXVI.*) Vat. Cod. p. 610. ἀδέσποτον. ἐπὶ τρισὶν ἐξαμέτροις πεντάμετρον. Edidit *Valcken.* in Adon. p. 199. C. et *Klotz.* inter carmina Musae Strat. nr. XLV. *Brunckius* haec notavit: „Perperam hoc Epigr. tribui *Simonidi*, cujus nec est, nec esse potest. Obiit enim hic „poëta ineunte Olymp. LXXVIII. Cyniscae autem victo„ria, quam demum mortuo patre Archidamo obtinuit, „post Ol. LXXXVII. obtigit. *Xenophon* in Agesilao re„fert, Lacedaemonium hunc regem Κυνίσκαν ἀδελφὴν οὖσαν „πεῖσαι ἁρματοτροφεῖν, καὶ ἐπιδεῖξαι, νικώσης αὐτῆς, ὅτι τὸ „θρέμμα τοῦτο οὐκ ἀνδραγαθίας, ἀλλὰ πλούτου ἐπίδειγμά ἐστι. „(Cum his conf. *Plutarch.* T. II. p. 222. B.) Epigr. hoc „innuit *Pausan.* p. 222. cujus olim cursim a me lecti, „prava interpunctio mihi fraudi fuit. Editorum notae „rem bene declarant.“ Haec ille. Ex loco *Pausaniae*, a *Br.* commemorato, L. III. 8. p. 360. ed. *Facii*, auctorem hujus Epigr. aut plane ignotum aut saltem incertum fuisse apparet: ὅτι γὰρ μὴ τῇ Κυνίσκᾳ τὸ ἐπίγραμμα ἐποίησεν ὅστις δή —. Multa in Analectis non suis auctori-

[redacted]

bus tributa leguntur, quae in hoc commentario nostro diligenter notabimus. Futurus Anthologiae editor, ordine, qui *Brunckio* placuit, plane relicto, Vaticani codicis ope, multos hujus generis errores emendabit. — Non omittendus locus *Pausaniae* L. VI. 1. p. 453. ubi narratur, fuisse Olympiae Κυνίσκας εἰκόνα, Ἀπελλοῦ τέχνην· γέγραπται δὲ καὶ ἐπιγράμματα ἐς τὴν Κυνίσκαν ἔχοντα. — ¶. 139.] V. 3. τὴν δ' ἔστησε Cod. Vat. quod emendavit *Valcken.* l. c. — μόναν. Prima mulierum, quae in Olympicis certaminibus equorum celeritate certaverunt, Cynisca fuit. Post illam plures idem tentarunt. *Pausan.* III. 8. p. 222. Κυνίσκας δὲ ὕστερον, γυναιξὶ καὶ ἄλλαις καὶ μάλιστα ταῖς ἐκ Μακεδονίας γεγόνασιν Ὀλυμπιακαὶ νῖκαι, ὧν ἡ ἐπιφανεστέρα εἰς τὰς νίκας ἐστὶν αὐτῆς. Hic *Heynius* in Comment. Soc. reg. Tom. X. p. 102. corrigit: ἐκ Λακεδαιμονίας et αὐτή. *Inter quas mulieres victoriis maxime insignis*

[redacted]

monidi. Hinc factum, ut *Leo Allatius* illud ederet inter *Simonidis* reliquias p. 215. *Barnesius* autem inter *Anacreontis* fragmenta referret p. 324. (*Fischer.* p. 480.) Eidem tribuit *Kusterus* T. I. p. 35. Sine auctoris nomine *Reisk.* Anth. p. 15. nr. 433. — V. 1. Στοίβου παῖ. Vat. loco pr. (*Barn. Kust.* qui praeterea καὶ exhibet.) Στρόμβου loco altero. (*Reisk.* Στρόμβον *Allat.*) Jam *Brunckium* audiamus: „In Vat. Cod. aut saltem in apogr. Buheriano „scriptum Στοίβου καὶ — illud καὶ explicat Salmasius, „*quod scilicet alias statuas posuisset Leocrates eidem Stoebo.* „At verum est παῖ, quod ex eodem cod. dedit *Leo Allatius* — *Reiskius*, quem sequitur *Toup.* Ep. crit. p. 13. „(11. ed. Lipf.) e pravo apogr. Στρόμβου. Verum hujus „viri nomen in *Thucydide* deprehendit et mihi monstravit amicissimus studiorum meorum socius, qui mihi in „edenda horum analectorum dimidia parte egregiam „navavit operam, *Joh. Gottlob Schneider* .... Scribendum autem Στροίβου. Verba *Thucydidis* haec sunt p. 68. „μετὰ ταῦτα ναυμαχία γίγνεται ἐπ' Αἰγίνῃ μεγάλη Ἀθηναίων „καὶ Αἰγινητῶν· καὶ οἱ ξύμμαχοι ἑκατέροις παρῆσαν· καὶ ἐνίκων „Ἀθηναῖοι, καὶ ναῦς ἑβδομήκοντα λαβόντες, ἐς τὴν γῆν ἀπέβησαν, καὶ ἐπολιόρκουν Λεωκράτους τοῦ Στροίβου στρατηγοῦντος. Bellum „hoc cum Aeginetis paulo fusius persequitur *Diodor.* „*Sic.* T. I. p. 463. quod Leocrate duce gestum ait, sed „quem πατρόθεν non indigetat. Incidit autem haec „Aeginetarum clades in Ol. LXXX. 2. Statuam autem „Mercurio dedicasse Leocratem adolescentem probabile „est, qua aetate palaestram frequentabat, et *Simonidi* „innotuit." Hactenus ille. — ἄγαλμα, quod Leocrates Mercurio dedicasse dicitur, Hermam fuisse, suspicatur *Reiskius*; hoc autem donum deo gratum esse, indicant verba, οὐκ ἔλαθες Χάριτας. καλλικόμους easdem Gratias vocavit *Stesichorus* in Orestia ap. *Schol.* in Arist. Pac. 797. — V. 3. Ἀκαδημείαν. Cod. Vat. *Allat. Reisk. Suidas* in ἀγοστῷ T. I. p. 35. τῷ ἀγκῶνι· ἐν Ἐπιγρ. Οὐκ ἔλαθε Χάριτας

[redacted]

Οὐδ' Ἀκαδημίαν πολεῦ. τὴν ἐν ἀγοστῷ κ. τ. λ. Hanc *Suidae* lectionem τήνδ' ἐν ἀγοστῷ genuinam censebat *Kusterus*, qui sensum eliciebat hunc: *Sed beneficium hoc tuum, quod cubito inscriptum gero, omnibus accedentibus narro.* Merito *Reiskius* de hujus interpretationis sinceritate dubitans, correxit: τῆσιν ἀγοστὴν σήν — —. Perperam. Unice probanda est interpretatio *Toupii* in Epist. crit. p. 11. qui hanc statuam Mercurio a Leocrate in *sinu* sive *loco interiore* Academiae positam fuisse arbitratur: hoc ἐν ἀγοστῷ Ἀκαδημίας, *in ulnis almae matris*, poëtam vocare. ἀγοστὸς, ἀγκῶνες, ἀγκάλαι tribuuntur iis rebus, quae aliquid intra se continent et complectuntur. *Aeschyl.* Prom. 1018. πετραία δ' ἀγκάλη σε βαστάζει. *Aristides* T. I. p. 458. ὦ λιμένες ποθοῦντες τὰς τῆς φιλτάτης πόλεως ἀγκάλας. *Oppian.* Hal. L. III. 33. εἰσδύειν ἅλμης Μητρὸς ἐν ἀγκοίνῃσι ἑλισσόμενοι δονέωνται. *Sallust.* Catil. 52. *alii intra*

[redacted]

LXIV. (*LXX*) Ex *Hephaestione* de Metr. p. 64. et 66. venit in Fr. Lyr. *Urſini* p. 161. et Appendic. Planud. p. 513. St. *17. W. ubi ſic exhibetur:

Ἴσθμια, δὶς Νεμέα, δὶς Ὀλύμπια ἐστεφανώθην,
οὐ πλάτει νικῶν σώματος, ἀλλὰ τέχνᾳ·
Ἀριστοδάμας, θρασὺς, ἀλεῖος, πάλᾳ.

Hos verſus *Joſ. Scaliger* ad Euſebii Chron. p. 266. comparavit cum *Pauſania* L. VI. 3. p. 457. ἀνάκειται δὲ καὶ ἐξ αὐτῆς Ἤλιδος παλαιστὴς ἀνὴρ Ἀριστόδημος Θράσιδος· γεγόνασιν δὲ αὐτῷ καὶ Πυθοῖ δύο νῖκαι· ἡ δὲ εἰκών ἐστι τοῦ Ἀριστοδήμου τέχνη Δαιδάλου καὶ Σικυωνίου. unde ei enata eſt elegans v. tertii emendatio, quam *Br.* exhibuit. De veritate lectionis Ἀλεῖος dubitavit *Corſinus*, qui hoc Epigr. in Catal. Olymp. proferens, Ἄλεος ſcribendum cenſet, quoniam Eleus eſſe, et victoriam ex Iſthmiis referre non poterat Ariſtodamus. Elei enim ab Iſthmiis prohibebantur. Cf. *Pauſan.* V. 2. p. 378. et *Corſin.* Diſſ. IV. nr. 2. *Alea* vero eſt Arcadiae oppidum. Vid. *Pauſan.* p. 642. At hanc emendationem *Pauſaniae* locus, paulo ante adſcriptus, falſam eſſe arguit. Quare *Brunckius*, ex ingenio, ut arbitror, pro Ἴσθμια ſcripſit Πύθια, recepta diſtinctione *Dorvillii* in Vanno crit. p. 204. quem vide. *Cornelii de Pauw*, qui *Scaligeri* correctionem ignorabat, conjecturas memorare ſuperſedeo. Ceterum Ariſtodamus luctae palmam reportavit Olympia Ol. XCIII. (vid. *Corſin.* p. 116.) unde apparet, hoc carmen junioris eſſe *Simonidis.* — οὐ πλάτει. Theſeus Cercyonem ſuperans κατεπάλαισεν αὐτὸν σοφίᾳ τὸ πλέον· παλαιστικὴν γὰρ εὗρε τέχνην Θησεὺς πρῶτος καὶ πάλης κατέστη ὕστερον ἀπ᾽ ἐκείνου διδασκαλεῖα· πρότερον δὲ ἐχρῶντο μεγέθει μόνον καὶ ῥώμῃ πρὸς τὰς πάλας. *Pauſan.*, I. 39. p. 94. Artis de immani robore victoriam cecinit *Theocritus* in Pollucis cum Amyco pugna, Eid. XXII. 80. ſqq.

[redacted]

LXV. (*LXXI.*) Vat. Cod. p. 610. ἐπὶ ἐξαμέτρῳ πεντάμετρον, καὶ δύο τρίμετροι, εἶτα ἐξάμετρον. Edidit *Leo Allatius* p. 216. Scriptum in Dandem, Argivum, quem Olympia viciſſe conſtat Ol. LXXVII. ex *Euſebii* Chron. p. 40. ubi vide *Scaliger.* p. 428. *Diodor. Sicul.* XI. 53. p. 443. — V. 1. Δάνδις membranae et *Allat.* — V. 2. ἱππόβοτον Vat. Cod. et *Allat.* In apogr. Lipſ. ἱππόμετον. Cauſa non erat, cur a lectione membranarum recederetur. Ἄργος ἱππόβοτον ſatis tuetur *Homer.* Il. β. 287. γ. 75. 258. Odyſſ. δ. 562. — T. 140.] V. 4. δύο *Allat.* Νεμαίᾳ Vat. et *Allat.* — V. 5. ἐστί. *Allat.*

LXVI. (*LXXII.*) *Pauſan.* VI. 9. p. 474. Παρά γε τοῦ Γέλωνος τὸ ἅρμα ἀνάκειται Φίλων, τέχνη τοῦ Αἰγινήτου Γλαυκίου. τούτῳ τῷ Φίλωνι Σιμωνίδης ὁ Λεωπρέπους ἐλεγεῖον δεξιώτατον ἐποίησε· Πατρὶς — —. Hinc receptum in *Urſini* Fr. Lyr. p. 160. et Append. Planud p. 513. St. *17. W.

[redacted]

nibus reportatae. — V. 1. ἐν νίκᾳ Cod. quod tacite correxit *Allat.* Νικολάδας idem. Alias hoc nomen Νικολαΐδας scribi, notavit *Brunck.* Ap. *Pausan.* VI. 10. p. 476. commemoratur Ἴκκος ὁ Νικολαΐδα Ταραντῖνος, qui quinquertio vicerat. — V. 3. „Scriptum in Cod. ἑξήκοντ' „ἀμφορεῖς ἐλαίου. Absurde. In Panathenaeis singulae olei „amphorae singulis dabantur victoribus. Vide *Meurs.* „de hoc festo c. XI. Hanc tamen lectionem tuetur *Salmas.* „in notis ad dedicat. statuae Regillae p. 87. scribens ob „metrum ἑξήκοντ' ἀφορεῖς, immemor correctionis, quam „ipse margini alleverat hujus epigr. ἑξῆς δ' ἀμφιφορεῖς." Haec *Brunckius*; qui fallitur, cum lectionem in cod. esse ait, quae *Salmasio* debetur. Is enim h. v. sic laudat in Homon. H. I. p. 171. A. In Vat. membranis legitur ἑξήκοντ' ἀμφιφορεῖς ἐλαίου. ut et Lips. habet apogr. et *Scaliger*, qui hoc distichon profert, ad *Hieronym.* Chron. p. 92. Ἀμφιφορεύς· ὁ ἀμφοτέρωθεν κατὰ τὰ ὦτα δυνάμενος φέρεσθαι. *Athen.* XI. p. 501. Idem quod ἀμφορεύς. Vide *Schol. Apoll. Rh.* IV. 1770. et *Schol. Pindari* Nem. X. p. 414ª. In pompa Dionysiaca Ptolemaei circumferebantur ἀμφορεῖς Παναθηναϊκοὶ δεκαέξ. ap. *Athen.* V. p. 199. unde colligas, formam has amphoras habuisse peculiarem. *Brunckii* lectioni cum res ipsa, tum ea, quae sequuntur, probabilitatem conciliant: τρὶς ἐπισχερώ. — V. 6. corruptissimus; in quo sanando *Br.* se frustra laborasse fatetur. Mihi varia tentanti haec emendatio sese obtulit;

Ἰσθμῷ δ' ἐν ζαθέῳ τρὶς ἐπισχερώ, ἧχι πένονται
Ἀκτῇ Ποντομέδοντος ἄεθλοι.

In his a Cod. scriptura proxime absunt saltem haec: ἀκτηποντομεδοντεσαθλοι. In fine hexametri alius fortasse, me acutior, melius quid invenerit. Facit huc *Pindarus* Isthm. A. 44. ἐγὼ δὲ Ποσειδάωνι, Ἰσθμῷ τε ζαθέᾳ — περιστέλλων ἀοιδάν. Neptuno Isthmia sacra fuisse, nemo ignorat. — In Cod. Lips. ζαθέῳ legitur et ποτ' ἄθλοι. in marg. ἀεθλοι.

— V. 8. Πελλάνᾳ. De gymnicis certaminibus Pellanae celebratis, ubi victores χλαῖνας accipiebant, conf. *Schol. Pindar.* Ol. IX. 148. XIII. 155. Nemea X. 82. — ἐν Λυκαίῳ. Lycaon in monte Lycaeo certamina in Jovis honorem instituisse dicitur, de quibus vide *Pausan.* VII. 2. p. 600. Idem stadium, quod prope Panis lucum erat, describit VIII. 38. p. 678. — V. 9. καὶ Τεγέᾳ *Brunck.* ex conjectura dedit. In cod. legitur καὶ Νεμέᾳ, quod e praecedente hexametro repetitum est. De certaminibus Tegeae celebratis vid. *Schol. Pindar.* Nem. X. 87. In Aegina erant τὰ Αἰάκεια, Aeaci festum, ubi victoribus amphora erat proposita, unde ἀγὼν ἀμφορίτης. Originem certaminis narrat *Apollon. Rh.* IV. 1765. sqq. — Ἐπιδαύρῳ. in Aesculapii festo. *Schol. Pindari* Nem. V. 96. — Ludos solemnes Megarensium, Διόκλεια appellatos (vid. *Schol. Theocr.* XII. 29.) et Πύθια commemorat *Schol.*

[redacted]

p. 334. et in *Addendis* ad *Lucian.* T. I. p. 82. laudans testem idoneum *Stephanum Byz.* v. Ἀκαμάντιον — ἐκαλεῖτο καὶ φυλὴ Ἀκαμαντὶς τῆς Ἀττικῆς, ὡς Σιμωνίδης. Fefellit nimirum viros doctos lemma Codicis, cujus pars prior, Καλλιμάχου ἐπὶ τῷ αὐτῷ τετραμέτρῳ ἑνδεκασύλλαβον, ad *Callimachi* Epigr. pertinuit, quod in Cod. deest. Ad nostrum autem faciunt verba Βακχυλίδου ἢ Σιμωνίδου. Metrum est, ut in *Archiloch.* fr. XXIV. et XXVII. tetrameter dactylicus cum ithyphallico; hunc excipit versus asynartetus, compositus ex penthemimere jambica, et dactylico logaoedico; cujus haec est ratio:

⏑ – ⏑ – – | – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – –

Scriptum est hoc carmen in victoriam, a tribu Acamantide ex Dionysiis reportatam, Antigene chorum docente, Aristone Argivo tibiis canente, Hipponico sumtus praebente. — V. 1. Cod. ἀφυλῆς, quod *Andreas Dacierius* in δὴ φ. mutabat, metro repugnante. *Jam saepe Horae in choris tribus Acamantidis ad dithyrambos acclamarunt.* *Schneiderus* in Vita Pindari p. 25. Ὧραι Διονυσιάδες interpretatur de festo, solenni tempore redeunte, comparatque Διὸς ὥρας ap. *Pindar.* Ol. IV. 3., *cyclum Olympiadum*: et Pyth. II. 34. κάρυκες ὡρᾶν, *praecones in sacris certaminibus.* Sensum igitur esse, eandem tribum jam saepe in certaminibus cyclicis vicisse. Haud scio tamen, an poëta ipsas deas significare voluerit. Certe Baccho, sicuti simul cum Gratiis colebatur, (cf. *Pausan.* V. 14. p. 413.) ita cum Horis quoque magna fuit conjunctio. *Philochorus* ap. *Athen.* II. p. 38. C. D. Amphictyonem narrat ἱδρύσασθαι βωμὸν ὀρθοῦ Διονύσου ἐν τῷ τῶν Ὡρῶν ἱερῷ. Idem Athenienses narrat Horas singulari honore affecisse, ap. *Athen.* XIV. p. 656. A. — V. 2. ἀνώλυξαν in Cod. esse ait *Dorvill.* ad Charit. p. 278. quod verum esse dubito. In apogr. Goth. certe ἀνωλουξαν. — V. 3. μίτραισι δὲ ipsa est Cod. lectio, recte ab *Ernesto* restituta pro τεμίτραι. nihil diversae a ταινίαις, quibus victorum in cer-

[redacted]

taminibus tempora ornabantur, ut praeter alios docuit *Wesseling.* ad *Diodor. Sic.* XVII. p. 101. et *Rubnk.* ad Tim. p. 246. Non igitur opus est conjectura *Koeleri*, qui in Not. ad *Simonidis* Carmen de Mulier. p. 72. μύρτοισι tentat. — V. 5. βακχίων Cod. et mox ἔθηκαν, quod *Bentl.* metri causa in θήκαντο mutavit. In apogr. *Rubnk.* vir doctus pro κείνους emendavit οἷς δ' —, quod non intelligo. Pro ἐδίδαξαν, quod in Cod. habetur, alii ἐδίδαξεν legunt. 'Αντιγένης dithyrambi, quo ille chorus vicerat, auctor non fabulae scriptor, ut *Bentlejus* ait. — V. 7. In Codice εὖ δ' ἐπίθην εἰ τό. quod *Salmasius* inter describendum emendasse videtur. Sensus est, Aristonem, tibiis Doricis usum, choro accinuisse, ejusque adeo cantum juvisse. Nihil hic vidit *Anna Fabri.* quae Δωρίων ἀρίστοις inepte corrigit. τιθηνευόμενος. τρεφόμενος. ἀναζῶν. *Hesych. Sophocl.* in Oed. Col. 1049. οὗ πότνιαι σεμνὰ

[redacted]

ἅρμα Χαρίτων. — V. 11. 12. abest ab edit. *Annae Fabri*; addidit *Bentl.* ἀνθρώπους et ὄνομα καὐτόν. Cod. — Versu postr. Cod. θῆκαν ἰοστεφάνων θεᾶν ἕ. Μ. quae *Bentlejus* sic transposuit. Qua transpositione quid metrum juvetur, non video. Μοισᾶν prorsus abundare suspicor; quo omisso versus exit dactylicus logaoedicus ex dipodia dactylica, et dimetro trochaico brachycatalectico (vide *Hermann.* de Metr. p. 286.):

θῆκαν ἰοστεφάνων θεᾶν ἕκατι.

His interpretationis causa Μουσᾶν est additum.

LXXI. (*LXXVII.*) Cod. Vat. p. 609. unde dedit *Leo Allatius* p. 216. Hic notavit *Brunckius*: „Quae hic „Simonidea leguntur, non sunt omnia ejusdem homi„nis: cognomines enim fuere plures .... Nescio cujus „sit hoc Epigramma. Non profecto *Simonidis* avi, qui „ex vivis abierat, antequam natus esset Dorieus; nec „nepotis fuerit, si verum est, quod ait *Suidas*, illum „ante Peloponnesiacum bellum vixisse. Nam Dorieus „Olymp. LXXXVIII. secundam ex tribus Olympicam „palmam adeptus est, et Ol. XCII. 1. qui erat Pelo„ponnesiaci belli XX. Thuriis navibus praefectus fuit „contra Athenienses.“ Haec ille. Ad Dorieum cognoscendum facit inprimis *Pausanias* VI. 7. p. 469. Δωριεῖ τῷ Διαγόρου παρεξῆς Ὀλυμπικάσιν Ἰσθμίων μὲν γεγόνασιν ὀκτὼ νῖκαι, Νεμείων δὲ ἀποδέουσαι μιᾶς ἐς τὰς ὀκτώ. λέγεται δὲ καὶ ὡς Πύθια ἀνέλοιτο ἀκονιτί. ἀνηγορεύοντο δὲ οὗτός τε καὶ ὁ Πεισίδωρος Θούριοι, διωχθέντες ὑπὸ τῶν ἀντιστασιωτῶν ἐκ τῆς Ῥόδου καὶ ἐς Ἰταλίαν παρὰ Θουρίους ἀπελθόντες. χρόνῳ δὲ ὕστερον κατῆλθεν ὁ Δωριεὺς ἐς Ῥόδον. Quae sequuntur, quamvis memoratu dignissima, ad nostrum tamen carmen illustrandum nihil faciunt. Cf. *Thucyd.* L. VIII. 35. et *Wesseling.* ad *Diodor. Sic.* XIII. 38. p. 570. et 45. p. 575. *Meurs.* Lectt. Att. L. III. c. 13. *Victor.* ad Aristot. Rhetor. I. 2. p. 49. — In lemmate legitur, metrum esse

[redacted]

γραφῆς, inquit, καὶ ἐλεγεῖόν ἐστι Σιμωνίδου· Γράφε .... Huc pertinere glossam *Hesychii*, Θάσιος παῖς Ἀγλαοφῶντος, ibique γένος scribendum esse, putavit *Wasse* ad *Thucyd.* L. I. 100. p. 377. ed. Bip. non assentiente *Hemsterhusio*. In Cod. Vat. p. 474. unde illud tanquam ineditum protulit *Luc. Holsten.* ad Steph. Byz. p. 133. insigni cum varietate legitur: Γράψεν Ἀρίγνωτος —. Sq. versu autem ἥλιον. Mira lectio, cujus origo non tam facilis est intellectu. Polygnotum Trojae excidium pinxisse in porticu, satis constat. Arignotus quidam occurrit ap. *Pausan.* II. 27. p. 172. Thrasymedis Parii sculptoris pater, qui ipse an sculptor pictorve fuerit, non constat.

LXXVII. (*LXXXIII.*) Planud. p. 302. St. 442. W. Vulgo ἄδηλον. In Florentina nihil superscriptum. Praecedit autem Epigr. *Simonidis*. Huic *Br.* tribuisse videtur propter Ep. (LXXXIV.) quod nostri esse Planudea [redacted]

LXXX. (*LXXXVI.*) Vat. Cod. p. 480. Planud. p. 302. St. 442. W. [1]*Urfin.* p. 166.

LXXXI. (*LXXXVII.*) Hoc diftichon unde fumferit *Brunckius*, lectores non monuit. In Anthologia Vat. Codicis non magis habetur, quam in Planudea. Fortaffe alii ejus fedem, quam fruftra quaefivi, indagabunt.

¶. 143.] *LXXXII.* (*LXXXVIII.*) Vat. Cod. p. 179. Hinc edidit *Leo Allatius* p. 214. *Reisk.* in Anthol. p. 27. nr. 465. In Cytonem, Corinthium, ut videtur, qui victoria quadam parta Phoebo dona dedicaverat. Obfcurius eft epigramma nec valde felicis venae. *Reiskius* e titulo δέσποτα, qui Cytoni tribuitur, apparere judicat, non veteris, fed recentioris cujusdam poëtae effe. Veteres enim nonnifi numina hac appellatione ornabant. Cf. *Eurip.* Hipp. 88. ubi *Valckenarius* p. 175. E. notavit, Graecos ne deos quidem, quamvis dominos effe omnium rerum ac moderatores agnofcerent, libenter δεσπότας appellaffe. — V. 1. τεῖ Cod. τοῖς in Cod. Menag. corrigitur. *Allatius* et δέρει exhibet, et verba ὧδε χαρῖον omittit. Idem vitiofe καλυχέρον. Non fatis video, cur *Reiskius* ἀγορὴν de panegyri Deliaca interpretetur. Dedicaverat Cyton, in victoriae fuae memoriam, dona quaedam in Apollinis templo, in foro exftructo, unde ipfe deus τῆς ἀγορῆς πρύτανις vocatur. Tale quid de Diana *Sophocles* in Oedip. Tyr. 161. Ἄρτεμιν, ἃ κυκλόεντ' ἀγορᾶς θρόνον εὐκλέα θάσσει. Corinthi, ubi haec donaria forte funt pofita, Apollinis ftatua ex aere fuit in foro, Ἀπόλλων ἐπίκλησιν Κλάριος. *Paufan.* II. 2. p. 116. — V. 3. Κόρινθον. Cod. Senfus effe videtur, *et peregrini et cives Corinthi te propter beneficium, quo civitatem victoriae reportando mactafti, laudant.* Molefta tamen verba, δέσποτα τοῖς στεφάνοις, ab interpolatoris, mutilum verfum explere conantis, prava fedulitate profecta fufpicor.

LXXXIII. (*LXXXIX.*) Planud. p. 302. St. 442. W. ubi *Simonidi* tribuitur. Veteris effe non patiuntur ra-

[redacted]

tiones chronologicae, cum Colossum positum esse constet Ol. CXXIV. Cf. *Polyb.* V. 88. et *Scaligerum* ad Hieron. Chron. p. 137. Hoc nostrum distichon Colosso insculptum fuisse, tradit *Constant. Porphyrog.* de Adm. Imp. p. 172. ed. *Bandur.* quod verum esse negat *Maffei* in Crit. Lapid. p. 31. sq. cum illa statua basin non habuerit. Ineptum quoque esse additamentum ἐν Ῥόδῳ, cum quisque videret, ubi posita esset statua. Pro ὀκτάκις δέκα *Strabo* XIV. p. 964. B. ἑπτάκις δέκα legit; in qua mensura *Straboni* convenit cum *Plinio* XXXIV. 18. T. II. p. 647. *Solis colossus Rhodi, quem fecerat Chares Lindius, Lysippi supradicti discipulus. Septuaginta cubitorum altitudinis fuit.* Quod nostra lectio *Lacheti*, alia *Chareti* tribuit. Nam ap. *Strabon.* l. c. Χάρης ἐποίει legitur; unde *Eustath.* ad *Dionys.* Perieg. 505. p. 72. *Brunckius* cum *Harduino*, Charetem hoc opus inchoasse,

[redacted]

ciem ad exemplum, ſuo animo impreſſum, adumbraret. Hanc ſententiam expreſſit *Julian.* Ep. XII. *αὐτὸν γὰρ τὸν Ἔρωτα τὸν ἔνδοθι κευθόμενόν με Χαλκώσας, Φρύνη δῶκε γέρας φιλίης.* Phryne ipſi viciſſim pro Amore amorem rependit. *μισθὸν ἐμοῖο Athen.* Ipſe deus loquitur. — *φίλτρα δὲ βάλλω Οὐκέτ' ὀϊστεύων — Athen.* quod alteri lectioni praeferendum non videtur. Amor deſiderio et cupidine implet pectora intuentium. *ἀτενιζόμενος.* Qui rectis oculis aliquid intuentur, *ἀτενίζειν* dicuntur. *Poſidippus* Anal. T. II. p. 528. *τὰς ἀτενιζούσας οὐκ ἐμόγησε κόρας.* *Syneſius* Epiſt. I. *ὥσπερ ἀγάλμασιν ἐνατενίζειν τοῖς βλέφαρσιν, ἀγαμένας τοῦ κάλλους.* *Lucian.* T. III. p. 370. *οὐκ ἀτενίσει τοῖς ὀφθαλμοῖς καθορᾷν δυνάμενον, ἀλλ' οἷον λημῶντες.*

LXXXV. (*XCI.*) Ex Cod. Vat. p. 612. edidit *Leo Allatius* p. 216. cum lemmate: *ἐπὶ τῷ τετραμέτρῳ τρίμετρον.* Metrum prioris verſus eſt, ut in Epigr. (LXXVI.) tetrameter dactylicus cum ithyphallico, quem excipit verſus jambicus trimeter catalecticus. — Scriptum in Xanthippen, Archenautis conjugem, ex Periandri, tyranni, genere ortam. — V. 1. *Allatius* contra Cod. fidem *ἄρχειν αὐθέω.* De hoc homine nihil mihi compertum eſt, nec de ejus uxore. De Periandro omnia nota. — V. 3. *Allatius* vitioſe: *Περιάνδρου κ. ὑπὸ δ' ὑψιπύργου Σ. λαθέρμ' ἔχων κ.* In Codice *τέρμ' ἔχων* legitur. Vera videtur emendatio, *ἕρμ' ἔχων*, cujuscunque ſit. *Homerus* principarum ſive principes urbis *ἕρμα πόληος* appellat in Od. ψ. 121. *ἡμεῖς δ' ἕρμα πόληος ἀπέκταμεν, οἳ μέγ' ἄριστοι Κούρων εἰν Ἰθάκῃ.* ubi *Euſtath.* p. 806. 34. *τὰ στηρίγματα ὡς ἀπὸ τῶν κατὰ τὰς νῆας ἑρμάτων — ἢ καὶ ἄλλως τὰ κατὰ τοὺς στύλους καὶ κίονας ἐδράσματα.* Sarpedonem a Patroclo interemtum plorabant Trojani — *ἐπεί σφισιν ἕρμα πόληος Ἔσκεν.* Il. π. 549. Comparant *Scholia* Pindaricum *ἔρεισμ' Ἀκράγαντος* Olymp. II. 12. Qui maxime pervulgatam vocis *ἕρμα* ſignificationem, de *ſaburra* uſurpatae, meminerint, tyrannum civitatis imperium fortibus manibus tenen-

tem, caventemque, ne civiles procellae remp. ſubvertant, non ineleganter ἕρμα πόληος appellatum fatebuntur. *Phanias* regulam, quae manum, quo minus a recta linea aberret, impedit, ἕρμα παρείας σαμόθετα vocat in Ep. III. T. II. p. 52.

LXXXVI. (*XCII.*) Ex Cod. Vat. p. 286. primus hoc carmen edidit *Leo Allatius* p. 215. cum lemmate: εἴς τινα ναυηγὸν ἐν Γερανείᾳ καὶ ταῖς Σκειρωνίσι πέτραις ναυηγήσαντα. *Holſten.* ad Stephan. Byz. p. 83. *Heringa* in Obſſ. crit. p. 266. *Reiske* in Anth. p. 134. nr. 703. qui hujus carminis emendationem infelici ſucceſſu tentavit. Dubitari non poteſt, quin poëta primo diſticho rupem Geraneam alloquatur, quam inter Megaram et Corinthum ſitam eſſe tradit *Stephanus.* Prominebat autem in mare, ut ex Inus fabula apparet, quae Athamantem fugiens inde cum Melicerta deſiluit. Hic igitur naufragium

[redacted]

vibus pressas. — ἄγκεα. *Salmas.* emendavit et *Heringa*, Gravius vitium, nomini proprio in fine versus inhaerens, feliciter emendavit *T. Hemsterh.* ad Lucian. T. I. p. 307. ἀμφὶ Μολουριάδος: Cujus veritatem evincit *Schol. Pindari* p. 428. Ἰνὼ — διὰ Γερανείας τοῦ ὄρους τοῦ Μεγαρικοῦ φυγοῦσα, καὶ στᾶσα ἐπὶ τῆς καλουμένης Μελουρίδος (scr. Μολουρίδος ex *Tzetza* in *Lycophr.* v. 229.) ἥλλετο σὺν τῷ βρέφει εἰς τὴν ὑποκειμένην θάλασσαν. Praeter *Strabonem*, cujus loca *Hemsterhusius* collegit, harum rupium situm descripsit *Pausan.* I. 44. p. 108. — V. 5. βορείαν *Allat.* Βαρεῖαν *Holsten.* Initio versus *Reiskius*, qui poëtam cum naufrago loqui temere arbitrabatur, scripsit, νῦν δέ σε μὲν πόντῳ — — —.

¶. 144.] *LXXXVII.* (*XCIII.*) Ex Vat. Cod. p. 288. protulit *Allatius* p. 215. *Reiske* in Jensianis p. 135. nr. 705. — V. 1. Σινώπεος Cod. Σινώπεως *Allat.* et *Reisk.* — Deinde ὑπέθηκεν *Jens.* quem errorem *R.* correxit.

LXXXVIII. (*XCIV.*) Codex Vat. p. 288. *Allatius* p. 215. *Reiskius* inter Jensiana nr. 746. p. 153. Megaclis nomen inter Athenienses illustrissimum. Vide *Herodot.* I. 59. 60. VI. 125. 127. et 131. Non minus illustre nomen Calliae; quo item plures usi sunt, quos enumeravit *Palmerius* in Exerc. crit. p. 754. et in nota, eruditionis plena, *Perizon.* ad Aelian. V. H. XIV. 16. Cum his conf. *Wesseling.* ad Diodor. Sic. T. I. p. 480. Ad quod factum hoc distichon referendum sit, mihi quidem non constat. Megaclem, cujus mortem poëta commemorat, *Reiskius* pro Calliae filio habet; quod certe non necesse est.

LXXXIX. (*XCV.*) Planud. p. 256. St. 370. W. *Ursinus* p. 162. Inter *Jensiana* repetivit *Reiske* p. 135. nr. 706. In Vat. Cod. legitur p. 288. In Clisthenem, qui in ponto Euxino perierat. Inscriptum cenotaphio;

[redacted]

unde: σῶμα μὲν ἀλλοδ. κ. κ. ut quidem in Planudea scribitur. In Vat. Cod. σῆμα legitur. Hoc arripuit *Reiske*, qui praeterea ἀμοδαπὰ corrigit. In sensu argutatur, cum κεύθει per ἔχει explicat. Fatendum tamen est, parum concinnam esse antithesin in hoc disticho: Corpus tuum peregrina quidem condit terra, periisti autem in mari nigro. Auxilium feres poëtae, verba ἐν δὲ — πλαζόμενον uncinis coërcendo; quo facto sensus evadet melior. Hóc tibi quidem contigit, ut humareris; reditum in patriam autem fatum negavit. — V. 2. κῆρ et κὴρ in Planud. μοῖρα praebuit Vat. Cod. — V. 4. ἤμβροτες. Planud. Quod cur *Reiskius* membranarum lectioni ἤμπλακες praetulerit, ignoro. — ἐπ᾽ Vat. ἐς Planud.

XC. (XCVI.) Cod. Vat. p. 288. Primus edidit *Allatius* p. 215. *Reiskius* in Jens. nr. 747. p. 153. Hinc, [redacted]

v. 1. diversitas. Planudea et Vat. Cod. priore loco τούςδε ποτ' ἐκ Σπάρτας legunt. Brunckiana lectio habetur in altero Vat. loco et ap. *Allat.* *Schneiderus* suspicabatur, hoc distichon scriptum esse in puerorum Messeniacorum gregem, qui Rhegium missi, in mari Siculo s. Tyrrhenico perierunt. Vide de hoc casu *Pausan.* V. 25. p. 442. et notata ad *Hippiae Elei* Epigr. in Anal. T. II. p. 57. — ἀκροθίνια Φοῖβ' ἀγάγοντας. Vat. pr. loco. — V. 2. ἐν σκάφος. Planud.

XCII. (*XCVIII*) Vat. Cod. p. 251. Planud. p. 194. St. 282. W. *Ursin.* p. 163. „In Planud. Νικόδικον — πόλις ἥδε „κλάει. contra metrum. Scribere poterat Monachus ποθεῖ. „At vera lectio est Πόλη. Scriptum in Vat. Cod. a prima „manu πολὴ et supra correctum πολλή. Vide *Dorvill.* ad „Charit. p. 288." *Brunck.* In Cod. Vat. a pr. manu fuit πολλὴ, sed alterum λ erasum. *Salmasio* debetur hujus loci emendatio. Fortasse olim scriptum fuit ΠΟΛΑΙ, quo numero hujus urbis nomen effert *Tzetza* ad *Lycophr.* p. 141. et, qui paulo gravior est auctor, *Callimach.* ap. *Strabon.* I. p. 46. — τὸ μὲν φυγάδων τις ἐνίσποι Γραικὸς, ἀτὰρ κείνων γλῶσσ' ὀνόμηνε Πόλας. — Ceterum Νικόδικον est etiam in Cod. Vat. *Ursin.* Νικόδημον. quo versus vitium insigniter augetur.

T. 145.] *XCIII.* (*XCIX.*) Vat. Cod. p. 505. Σημωνίδου. In Planud. p. 52. St. 74. W. ἄδηλον. — In Aldina sec. θάνων. — χαίρει τις. haeres, puta. *Nunc ager Umbreni sub nomine, nuper Ofelli dictus, erit nulli proprius; sed cedet in usum Nunc mihi, nunc alii. Horat.* II. Serm. II. 133. — θανάτῳ ὀφειλόμεθα. *Debemur morti nos nostraque.* Idem in Ep. ad Pison. 63. Morientes debitum persolvere existimantur. Vide, quae notavimus ad *Theodorid.* Ep. X. T. II. p. 43.

XCIV. (C.) Vat. Cod. p. 288. Planud. p. 256. St. 371. W. *Ursin.* p. 162. Timarchi cujusdam morituri

[redacted]

ad patrem verba. Simile eſt carmen *Anytes* XVIII. et *Samii* III. In Cod. Vat. nomen viri eſt Πρόμαχος, quod metrum non patitur. Inepte lemma: εἰς Πρόμαχον υἱὸν Τιμάνορος. Timarchi pater filius erat Timanoris; hinc Τιμηνορίδης. — V. 2. ἀμφ' vulgo. Veram lectionem, quam membranae praeſtant, vidit *Scaliger* et *Huetius* p. 24. ἀφ' ἱμερτὴν ἔπνευσ' ἡλικίην dictum, ut ap. *Pindar.* Iſthm. z. 47. εὐανθέ' ἀπέπνευσας ἁλικίαν. — V. 3. οὔποτε λήγῃ — ποθέων. *Semper memineris filii tui virtutem et modeſtiam deſiderare.* In Edit. Flor. et Ald. pr. λόγῃ.

XCV. (CI.) Vat. Cod. p. 289. Planud. p. 261. St. 376. W. *Urſin.* p. 162. In eundem Timarchum. — ψυχαῖσι μένειν. ut in Epigr. ἀδεσπ. DCCXX. Parca — ἣ θνητοῖς ψυχὴν πεῖσαν' ἐπὶ σώμασιν ἐλθεῖν Αὐτὴν τοῖς μελέοις οὐκ ἀνέπεισε μένειν. Pro ἐρατῷ Cod. Vat. ἀρετῷ habet. — V. 4. κουριδίαν Planud.

[redacted]

proſtat, ſub *Alexandri* nomine. Poſterius primus edidit *Burmann.* ad Anth. Lat. T. II. p. 222. ex Excerptis *Sylburg.* Mihi nondum perſuaſum eſt, duo haec diſticha unum carmen conſtituere; certe ſi disjunxeris, utrumque perfectum et integrum videbitur. — Alterum diſtichon comparandum cum Ep. *Sapphus* IV. in puellam — *τὰν δὴ πρὸ γάμοιο θανοῖσαν Δέξατο Φερσεφόνας κυάνεος θάλαμος.* — V. 3. Cod. *ἐπιδῶν.* et in fine *θάλαμος.* *Burmannus* Περσεφόνης. *Φερσεφόνας θάλαμοι* *Empedocl.* Ep. II. Ep. inter *ἀδέσπ.* DCCXXXIV. *τὸν ἀεὶ νυκτὸς ἔχων θάλαμον.*

XCVIII. (*CIV.*) Exſtat in *Stob.* Flor. XCVI. p. 528. Gesn. 407. Grot. et primo verſu, qui ap. *Stobaeum* deſideratur, addito apud *Urſinum* p. 167. et in Appendice Planud. p. 511. St. *16. W. Elegiae videtur particula. Vituperat mortales, qui rerum humanarum mutabilitatem non reputent. — ¶. 146.] *Homeri* verſus, quem *Simonides* laudat, eſt in Il. Z. 146. Eundem in mente habuit *Mimnermus* ap. *Stob.* p. 526.:

ἡμεῖς δ' οἷά τε φύλλα φύει πολυάνθεμος ὥρη
ἦρος, ὅτ' ἄψ αὐγῇ αὔξεται ἠελίου,
τοῖς ἴκελοι, πήχυιον ἐπὶ χρόνον ἄνθεσιν ἥβης
τερπόμεθα — — — —

et is, qui *Muſaei* nomen mentitus eſt, ap. *Clement. Alex.* Strom. VI. p. 738. 18. *Horatius* Epiſt. ad Piſon. 60. ad ſermonis mutabilitatem ſignificandam eadem imagine utitur: *Ut ſylvae foliis pronos mutantur in annos, Prima cadunt, ita verborum vetus interit aetas, Et juvenum ritu florent modo nata vigentque: Debemur morti nos noſtraque.* Plura vide ap. *Gatackerum* in M. Anton. X. p. 312. — *Χῖος ἀνήρ.* *Theocrit.* Eid. VII. 47. *Χῖον ἀοιδόν.* *Homerum.* Vide *Leon. Allat.* de Patr. Hom. p. 240. — V. 7. *ἔχει* ex *Urſino* in Analect. edidit *Br.* Sed *ἔχῃ* ſcribendum monuit in Lectt. p. 24. et ſic ap. *Stobaeum* legitur.

Dum juventutis flore fruimur, mentis levitas multa designat non habitura exitum. Qui, quae humilem mortalium sortem exsuperant, dicit, cogitatve, quo deorum vindictam in se excitet, κοῦφα λέγειν et φρονεῖν dicitur. Nautam, qui sibi certum reditus tempus animo finxerat, — κατέτρυχε τοῦτο τὸ κοῦφον ἔπος, ap. *Antiphil.* Ep. XLIII. Hinc Nemesis τὰ κοῦφα φρυάγματα θνατῶν freno cohibere dicitur ap. *Mesomed.* I. T. II. p. 292. Dedit huc pertinentia *Munker* ad *Antonin. Liber.* XI. p. 72.— V. 9. ἐλπίδα. Nec senectutem cogitat juvenis, nec morbum sanus. ἐλπὶς pro *cogitatione*, ἐλπίζειν pro φροντίζειν illustrat *Abresch.* ad Aesch. T. I. p. 363. — V. 11. νηπίοις ταύτῃ *Stob.* et mox οὐδὲ ἴσασιν. — ταῦτα μαθών. Haec apud animum tuum reputans, usque ad vitae terminum indulge genio animumque bonorum fructu impertire ne dubites.

XCIX (CV.) Athen. L. III. p. 125. C. D. καλλι-

[redacted]

χειμερίοις αὔραισι δονῶν βαθὺν ἤερα κόσμον, Κρυμοπαγὴς Βορέα, χιονώδεος ἦλθ' ἀπὸ Θρᾴκης. De Thracia, ventorum sede, veterum loca collegit *Klotz.* ad Tyrt. p. 70. — Pro ἐκρύφθη ap. *Athen.* legitur ἐκάμφθη. Hoc contra *Dalechampii* conjecturam ἐπέμφθη tueri conatus est *Casaubonus* p. 239. antithesin statuens inter ἔδακε et ἐκάμφθη. *olim biemis tempore mordebat nix, nunc emollita est.* Hanc interpretationem adoptavit interpres Franco-gallus, qui vertit: *mais elle s'est enfin relâchée de sa rigueur, étant enfouie dans la terre de Pieris.* Idem defendit vulgatam τὴν δὲ — primum distichon hoc sensu accipiens: *Le vent soufflant avec violence, avait jetté cette neige dans les flancs de l'Olympe.* Male. *Brunckii* lectio accipienda de nive in terram defossa. χιὼν ζωὴ, *viva nix*, opponitur *nivi aestatis calore solutae.* Eleganter et ingeniose poëta de nive ut de homine loquitur, γῆν ἐπιεσσάμενος. Vide Intpp. *Hesychii* T. I. p. 1352.

C. (*CVI.*) Ap. *Athen.* X. p. 456. C. et in Append. Anthol. p. 512. St. *17. W. Ex *Athenaeo*, qui *Simonidi* hoc aenigma tribuit ex auctoritate *Chamaeleontis Heracleotae* ἐν τῷ περὶ Σιμωνίδου, apparet, jam veteres de horum verborum sensu vehementer dubitasse. Alii ea donario, hircum et delphinum insculptos habenti, inscripta fuisse putabant; alii earundem bestiarum imagines in psalterio fuisse dicebant, et verba, βουφόνον ac Διωνύσοιο θεράποντα, de dithyrambo accipienda esse. (Cf. ad Ep. LVII. 2.). Alii totam rem in hunc modum explicabant: Morem obtinuisse in Iulide, ut, cum sacra fierent, juvenis bovem securi feriret. Quod officium cum quondam *Simonidi* delatum fuisset, isque, instante festo, securim ad fabri aerarii officinam tulisset, illum quidem dormientem, in terra autem utrem et forcipem, sibi invicem obversa, offendisse. Tunc itaque poëtam, domum reversum, familiaribus suis hoc aenigma proposuisse. Verbis πατὴρ ἐρίφου *utrem* significari; τὸν σχέτλιον

[redacted]

ἰχθὺν esse forcipem, qui καρκῖνος vocatur; ὕπνος παῖδα de somno, quo faber oppressus fuerit; τὸν βουφόνον denique de securi accipiendum esse. — V. 1. πατήρ τ' ἐμ. Vulgo. et v. 2. ἠρίσαντο.

CI. (CVII.) *Athen.* L. X. p. 456. E. F. Πεποίηκε δὲ καὶ ἕτερον ἐπίγραμμα Σιμωνίδης, ὃ παρέχει τοῖς ἀπείροις τῆς ἱστορίας ἀπορίαν· φημὶ — — —. Relatum in Append. Anth. p. 513. St. *17. W. Distichon hoc aenigmaticum ita interpretatur *Athenaeus*, ut τέττιγος ἄεθλος sit *cantus certamen*, ad quod *Simonides* discipulos convocabat. Qui eorum condicta hora non adessent, asino, quo magister ad aquam advehendam utebatur, semimodium hordei (μέγα δεῖπνον) dare jubebantur. Asinum vero *Athenaeus* judicat Epeum vocari, quod Epeus, secundum fabularum traditionem, Atridis aquam praebuerit; idque facientem eum in tabula picta conspici. Πανοπηϊάδης.

[redacted]

vallo a nostro sejunctum, auctoris nomen non adscriptum habet. In nota *Salmasii*, quam exhibet *Ernest.* ad Callimach. p. 331. nr. LXXI. omnia perperam confusa. Erroris fons et causa patebit consulentibus notas ad Ep. *Simonidis* XXXV. — V. 1. ἡ γρηῦς ͑Η νικῶ. Sic Vatic. loco pr. Poëta Plutoni injustitiam exprobrat, quod, naturae legibus turbatis, puellam filiam ante vetulam matrem ad inferos devocaverit.

CIII. (*CIX.*) Ex Cod. Vat. p. 614. edidit *Leo Allatius* p. 216. cum lemmate: Σιμωνίδου. καὶ μέτρον καὶ τοῦτο τροχαϊκὸν πεντάμετρον κατὰ μετάθεσιν τῆς λέξεως. Qui reliqua mutavit *Brunckius*, etiam τετράμετρον pro πενταμέτρῳ debuisset scribere. Pro καλλισφύρου Cod. in utroque versu καλλίσφυρον praebet; idque repetivit *Allatius*.

CIV. (*CX.*) Ap. *Stobaeum* in Eclog. Phys. I. Tit. IX. p. 232. ed. Heeren. p. 143. Grot. *Brunckius* exhibuit emendationem *Piersoni* in Verisim. p. 132. Vulgo: καὶ π. ψυχὴ καὶ τὰ βιότατα. *Grotius* dederat: καὶ π. σμύχει καὶ τὰ βιαιότατα. Quum Codices lectionem βιαιότατα confirmarent, *Heeren* recepit *Grotii* lectiones: ὅτι (ex Codd. ap. *Canter.* οὗτοι) χρόνος ὀξὺς ὀδόντας Καὶ πάντα σμύχει καὶ τὰ βιαιότατα. Non tamen dubitaverim ψήχει praeferre, quod a ψυχὴ proxime abest. Firmatur etiam imitatione nescio cujus in Epigr. ἀδεσπ. DCXV. ψήχει καὶ πέτρην ὁ πολὺς χρόνος. ubi similia notabimus. De permutatione vocabulorum ψύχειν et ψήχειν vide quae dedit *Ernesti* ad *Callim.* H. in Cerer. 46. p. 242. βαιὰ et βίαια confusa in *Sophocl.* Oedip. Colon. 1199. ubi vide *Brunck.* — Ad sententiam facit *Tibull.* I. 4. 18. *Longa dies molli saxa peredit aqua.*

CV. (*CXI.*) Planud. p. 274. St. 396. W. In Cod. Vat. bis exstat, p. 210. et 213. in calce paginae, alia, sed antiqua, manu scriptum. Protulit *Suidas* v. εἰνακόσ.

[redacted]

ubi male ἐρεπτόμενοι habetur. De *Sophoclis* tragici morte duplex est veterum traditio. Sunt, qui eum, *accepto tragicae victoriae nuntio*, exspirasse dicant. *Plinius* H. N. VII. 54. p. 408. et alii, quos *Harduinus* laudat. Alii eundem uvae acino suffocatum narrant. Hoc *Istro* et *Neanthe* auctoribus diserte tradit *Biogr. Anonymus* p. XI. Καλλιππίδην ὑποκριτὴν ἀπὸ ἐργασίας ἐξ Ὀποῦντος ἥκοντα περὶ τοὺς χόας, πέμψαι αὐτῷ σταφυλήν· τὸν δὲ Σοφοκλέα λαβόντα καὶ βαλόντα εἰς τὸ στόμα ῥᾶγα ἔτι ὀμφακίζουσαν, ὑπὸ τοῦ ἄγαν γήρως ἀποπνιγέντα τελευτῆσαι. Idem secutus est *Sotades* ap. *Stob.* Tit. XCVI. p. 526. 18.:

Σοφοκλῆς ῥᾶγα φαγὼν σταφυλῆς πνιγεὶς τέθνηκε.

Et *Lucian.* de Macrob. T. III. p. 226. 30. Diversas has traditiones conciliare conatus est *Harduinus*, dicens, *Sophoclem*, in illa laetitia, quam ex nuntio de victoria tragica cepisset, vinum bibisse acinique haustu strangulatum

[redacted]

Reisk. p. 28. nr. 470. Non veteris illius *Simonidis* carmen esse constat; sed nec illius nepoti cum *Reiskio* tribui potest. Sacra Gallorum post Ol. CXXV. in Graeciam penetrarunt. Jam *Antiocho M.* regnante, i. e. post Ol. CXXXIX. 2. vixit *Simonides Magnesius*, *Sipyli* filius, quem *Suidas* Antiochi res gestas scripsisse tradit. Vide *Allatium* p. 217. *van Goens* Dissert. de Sim. p. 33. Hic fortasse hoc Epigr. conscripsit, in quo Gallus, vi tempestatis sub rupem compulsus, leonem tympani sono in fugam compulisse narratur. Idem argumentum tractarunt *Alcaeus Messen.* Ep. VIII. *Dioscorid.* Ep. XI. *Antip. Sidon.* XXVII. quod, ni fallor, totum e nostro expressum est. — V. 1. 2. *Suidas* in κατήλυσιν sic profert: Χειμερίην νιφετοῖο κατήλυσιν ἐρημαίην ἦλθεν ὑπὸ σπιλάδα. *Reiskius* ἦλθεν dedit, contra Cod. fidem; quam secutus est *Kuster*. — V. 3. ἐπ' ἐμόρξατο. Cod. Seq. versu εἰς κοίην. operarum fortasse vitio. κοίλην ἀτραπὸν poëta dixit, ubi Gallus effugium non habebat. — Pro ἵκτο λέων apogr. Lips. ἦλθε λ. male. — V. 5. 6. habet *Suidas* v. ἤρασσε sic: αὐτὰρ ὁ πεπταμένῃ μ. τ. ἔσχετο χ. Hic in *Suidae* edit. p. ὃ legi, distinctione in fine versus posita, monuit *Brunckius*; nec aliter hunc versum scribendum censebat *Toup.* in Cur. nov. p. 216. In cod. est ὃ πεπταμένῃ et ἔσχεθε. In marg. γρ. ὃ σχέθε. Idque una cum lect. contextus exhibet *Allatius*. Poteramus igitur supersedere conjectura *Reiskii*, αὐτὰρ ὁ πεπταμένον μ. τ. ἔσχε τὸ χειρί. — V. 7. νόμον est in apogr. Lips. et ap. *Kuster*. In Cod. ipso et ap. *Allatium* legitur βρόμον. *Dioscorid.* Epigr. XI. τὸν βαρὺν οὐ μείνας ἀκοῆς ψόφον. *Antip. Sid.* XXVII. αὐτὰρ ὁ θαμβήσας φθόγγον βαρύν. Non erat, cur a Codicis scriptura recederetur, quae altera longe est gravior. De sonitu vehemente et terribili *Eurip.* in Hippol. 1201. ἠχὼ, χθόνιος ὡς βροντὴ Διὸς, βαρὺν βρόμον μεθῆκε. De ipso tonitru *Pindar.* Ol. II. 45. Semele ἀποθανοῖσα βρόμῳ κεραυνοῦ. Et βρονταὶ βαρύβρομοι *Euripid.* in Phoen. 190.

Quo vero epitheto graviſſimum tonitru ſonitum pinxit, idem graviter ſonanti tympano tribuit in Bacch. 156. βαρυβρόμων ὑπὸ τυμπάνων. Idem in Helena 1363. junxit τύμπανα βυρσοτενῆ et βαρύβρομον αὐλόν. Jam confer *Aeſchyl.* ap. *Strabon.* X. p. 721. C. τυμπάνου δ' ἠχὼ, ὡς ὑπογαίου βροντῆς φέρεται βαρυταρβής. — V. 8. ἔθνων omnes, etiam *Allatius.* — ἡμιγύναικα. ad rei miraculum augendum. *Antip. Sidon.* l. c. ἴθρις ἀνήρ, ut praeclare correxit Cl. *Huſchke.* — V. 9. 10. laudat *Suidas* in λάτρις et ὄρεια, qui utroque loco ὃς τάδ' ὄρεια habet. *Allat.* τάδ' ἐρείᾳ. In apogr. Gothano ταδερεια, eraſo ι, quod in fine vocis appictum fuerat. — Cincinnos Gallus dedicat ap. *Antiſtium* Ep. I. et Ep. inter ἀδέσπ. CLXXIV. σοὶ τάδε θῆλυς Ἄλεξις — φάρεα καὶ ξανθὰς τὰς πρὶν ἔσεισε κόμας.

Ex Lect. p. 25.] *CVII.* (*CXIII.*) Servavit *Ariſtoteles* Rhetor. I. VII. 32. unde in Olympionicam ſcriptum

[redacted]

των servavit *Stobaeus* in Ecl. phys. L. I. IX. p. 230. ed. *Heeren*. Vid. *Ursin.* Carm. IX. ill. Fem. p. 168.:

Οὐκ ἔστι μείζων βάσανος χρόνου οὐδενὸς ἔργου,
ὃς καὶ ὑπὸ στέρνοις ἀνδρὸς ἔδειξε νόον.

Ap. *Grotium* p. 143. in marg. lemma est: *Incertus Caco.* In Codd. *Heerenii* Λακώνων. fortasse pro Ἀγάθωνος.

In Cod. Vatic. *Simonidi* tribuitur Epigr. quod *Brunckius*, auctore *Diogene Laërtio*, *Empedocli* tribuit T. I. p. 163. nr. II. — Ejusdem *Empedoclis* Ep. I. *Leo Allatius* p. 216. ad *Simonidem* auctorem refert. Vide *Suidam* v. ἄκρων.

PHILIADAE MEGARENSIS.

Ex Tom. III. p. 329.] Legitur hoc distichon ap. *Stephan. Byz.* in Θέσπεια. unde sumsit *Eustath.* Il. β. p. 201. 40. Utroque loco θ' οἵ legitur pro τοί. — V. 2. in *Holsten.* Cod. ἄρχει pro αὐχεῖ. Scriptum videtur in eos, qui a Persis, versus Athenas proficiscentibus, in Thespiarum incendio et vastatione interfecti sunt. Probabile est, eos, qui Thespiis relicti erant, cives urbem contra hostium impetum defendisse, quamvis hoc diserte non traditur ap. *Herodot.* VIII. 50. p. 651.

TIMOCREON RHODIUS.

I. Hoc scolion servavit *Scholiast. Aristoph.* Acharn. v. 532. ubi Comicus Periclem νόμους dedisse ait

— — ὥσπερ σκολιὰ γεγραμμένους,
ὡς χρὴ Μεγαρέας μήτ' ἐν γῇ, μήτ' ἐν ἀγορᾷ,
μήτ' ἐν θαλάττῃ, μήτ' ἐν ἠπείρῳ μένειν.

[redacted]

μιμούμενος τὸν Σκολιῶν ποιητήν· Τιμοκρέων δὲ ὁ Ῥόδιος, μελοποιὸς, τοιοῦτον ἔγραψε σκολιὸν κατὰ τοῦ πλούτου, οὗ ἡ ἀρχή· ὄφελες — —. Quae *Suidas* habet v. Σκολιὸν T. III. p. 334. ſumta ex *Scholiis* ad Ran. 1337. ubi antiquius illud ad Acharnenſes Scholion exſcriptum eſt. Noſtrum carmen *Stephanus* retulit in Fragm. Lyric. p. 396. Sic, ut *Br.* dedit, diſtinxit *Alberti* Obſſ. phil. in N. T. p. 401. Initium Scolii laudat *Iſidor. Peluſ.* L. II. Epiſt. CXLVI. — V. 2. μήτε ἐν γῇ. *Suidas*, et ſq. verſ. φανήμεναι. — V. 6. πάντ' ἐν ἀνθρώποις κακά. omiſſo ἐστί. *Suid.* et *Schol.* — *Brunck.* in Notis ad Ariſtoph. Acharn. 533. ſcribendum cenſet:

ὤφελές γ', ὦ τυφλὲ Πλοῦτε,
μήτε γῇ — — —

omnes enim hujus ſcolii verſus eſſe dimetros trochaicos acatalecticos, praeter penultimum, qui catalectus eſt. Paulo aliter hos verſus laudat *Iſidor. Peluſiota* L. II. Ep. [redacted]

tetrametri dactylus est, a quo tamen tetrametrorum scriptores non penitus abhorruisse, inde patet, quod *Hephaestio* dactylum imparibus sedibus concessum dixit. Vide *Hermann.* de Metr. p. 115. — De simultatibus inter *Timocreontem* et *Simonidem* quaedam notavimus ad *Simonid.* Ep. LXI. p. 137.

AESCHYLUS.

I. Anthol. Planud. p. 201. St. 292. W. »Tetra»stichon hoc fragmentum esse elegiae, quam scripsit in »eos, qui ad Marathonem occubuerant, credit *Stanlei* »Comment. in vit. Aesch. p. 707. ut et *Simonidis* Car»men LI. particulam esse elegiae, quam in idem argu»mentum scripsit *Simonides*.« *Brunck.* Idem, sed dubitanter, dixit *Leo Allatius* p. 212. Verum haec intelligi nequeunt, nisi lectis, quae ap. *Biographum Aeschyli* habentur: ἀπῆρε δὲ (Aeschylus) ὡς Ἱέρωνα τὸν Σικελίας τύραννον, κατά τινας μὲν, ὡς ὑπ' Ἀθηναίων κατασπουδασθεὶς, καὶ ἡσσηθεὶς νέῳ ὄντι τῷ Σοφοκλεῖ· κατὰ δὲ ἐνίους ἐν τῷ εἰς τοὺς ἐν Μαραθῶνι τεθνηκότας ἐλεγείῳ ἡσσηθεὶς Σιμωνίδῃ. At in hoc tetrasticho non de iis agitur, qui in pugna Marathonia, sed de aliis, qui ad Ossam perierant. Hoc probe vidit *Heathius*, qui in Addend. ad Aeschyl. in fin. non antiquiori illi, sed recentiori cuidam *Aeschylo*, fortasse Alexandrino, tribuendum censet hoc Epigramma. In Cod. Vat. p. 245. lemma est: εἰς ἑτέρους προμάχους Θεσσαλῶν. *Opsopoeus* in Thessalos putabat scriptum, qui in pugna contra Philippum caesi, in suo agro sepulti sint. Qui si Philippum, Amyntae filium, intellexit, fallitur; is enim Thessalos sibi amicos habuit. Equidem in tanta rei obscuritate vanis conjecturis indulgere nolim. — V. 3. ζῶον Vat. Cod. — V. 4. ἀμφιέσαντο κόνιν. De fra-

[redacted]

tribus *Agathias* LXXXIX. ξυνὴν ἀμφεβάλοντο κόνιν. Eleganter de Plataeensibus, urbe eversa, occisis — σῶμ' ἐρατὰν πάτραν Κείμεθ' ἀφεσσάμενοι. *Nicomed.* T. II. p. 283.

II. Ex Tom. II. p. 523.] Servavit *Auctor Vitae Aeschyli*: ἀποθανόντα Γελῷοι πολυτελῶς ἐν τοῖς δημοσίοις μνήμασι θάψαντες ἐτίμησαν μεγαλοπρεπῶς, ἐπιγράψαντες οὕτως· Αἰσχύλος .... Ipsi *Aeschylo* tribuit, alterum distichon laudans, *Athen.* XIV. p. 627. D. Αἰσχύλος, τηλικαύτην δόξαν ἔχων διὰ τὴν ποιητικὴν, οὐδὲν ἧττον ἐπὶ τοῦ τάφου ἐπιγραφῆναι ἠξίωσε μᾶλλον τὴν ἀνδρείαν, ποιήσας· ἀλκὴν .... Prius distichon excitavit *Plutarchus* de Exsil. T. II. p. 604. E. Non dubitari debet cum *Harlesio* (ad *Fabricii* Bibl. Gr. T. II. p. 172. z.) loci apud *Athenaeum* non memori, quin hoc ipsum Epigr. respexerit *Pausanias* L. I. 14. p. 35. ubi Athenienses de nulla unquam victoria magis gloriatos esse ait, quam Marathonia: καὶ

[redacted]

P I N D A R U S.

Tom. II. p. 523.] Legitur ap. *Suidam* v. τὸ Ἡσιόδειον γῆρας T. II. p. 483. quod ductum esse ex *Aristotelis* Republ. tradunt Proverbia ex Cod. Vat. Cent. IV. 3. p. 315. Ἀριστοτέλης ἐν Ὀρχομενίων πολιτείᾳ δὶς τεθάφθαι φησὶ τὸν Ἡσίοδον καὶ ἐπιγράμματος τοῦδε τυχεῖν· χαῖρε — —. Ex schedis Barberinis protulit *Wasse* ad Thucyd. L. III. p. 226. Cf. *Fabretti* p. 675. *Tzetzen* ad Hesiodum p. 3. In his omnibus locis legitur μέτρον ἔχων. Merito haec displicuerunt *Graevio* in Lect. Hesiod. c. VII. p. 34. ubi ex Msto Vossiano corrigit — μέτρα χέων σοφίης. *Hominibus tradens sapientiam* sive *praecepta sapientiae.* Sed μέτρον σοφίης non est simpliciter sapientia, sed sapientiae summum, ipsa ejus mensura et perfectio; ut et ap. *Homer.* Il. λ. 226. ἥβης μέτρον non *juventus*, ut vulgo interpretantur, sed *flos juventutis;* quod indigetat *Eustath.* ad Il. p. 776. 28. Qui praestantissimum cognitionis genus colit, eum ἱμερτῆς σοφίης μέτρον ἐπιστάμενον dicit *Solon* Fr. V. 52. Jam quis veterum dixit χέειν τινὶ σοφίην, sive μέτρα σοφίης, pro *tradere?* Nec in verbis μέτρον ἔχειν vitii sedes quaerenda est; (quamvis et *Gilb. Wakefield* in Silva crit. T. III. p. 97. μέτρον ἱκὼν sive μέτρα κιχὼν tentavit, quibus conjecturis difficultas minime tollitur) sed in ἀνθρώποις. Vide, an corrigendum sit:

Ἡσίοδ', ἀμβροσίης μέτρον ἔχων σοφίης.

μέτρον ἔχων, ut Epigr. Inc. DCCXXXV. γηραλέου τέρματ' ἔχοντα βίου. *Archestratus* ap. *Athen.* VII. p. 302. B. ἔχουσι δὲ τέρματα νίκης. — Sapientiam vero eximiam ἀμβροσίην vocavit *Pindarus*, tanquam ex deorum fontibus haustam ipsamque immortalitate dignissimam. Idem Pyth. Δ. 531. εὗρε παγὰν ἀμβροσίων ἐπέων. Inter alia translati usus

[redacted]

τοῦ ἀμβρόσιος exempla ἀμβρόσιος λόγος laudatur ab *Eustathio* ad Il. p. 333. 13. — Quod si quis opposuerit tot testium in eadem lectione conspirationem, primum idem de *Graeviana* lectione valere dicam, deinde hos omnes testes pro uno habendos esse. Fons, unde Paroemiographi hauserunt, *Aristoteles* fuit; quo forte turbato, corruptela ad omnes permanavit. Unus exscripsit alterum. Marmor autem, cui idem distichon insculptum esse dicitur, nihil equidem moror, talia permulta a fraudulentis hominibus conficta, nonnunquam etiam ab eruditae antiquitatis amatoribus facta esse probe gnarus. Certe versui a nobis concinnato,

ἀμβροσίης μέτρον ἔχων σοφίης

ad amussim respondet versus *Solonis:*

ἱμερτῆς σοφίης μέτρον ἐπιστάμενος.

[redacted]

que in Codd. suis invenit. Ap. *Hesych.* reperitur: Δεισιάδα, τὴν μοῖραν. De Fortuna agi apparet, quocunque tandem nomine *Bacchylides* illam appellaverit. Fortuna modo huc, modo illuc admovet νέφος· *tempestatem* interpretatur *Heerenius.* Miror, nihil a poëta additum esse, quo rem accuratius definiret, ut ap. *Plutarch.* in Vit. Mar. T. I. p. 414. νέφος τοσοῦτον πολέμου καὶ σκηπτὸν ὠσάμενοι. Quod ex *Herodoto* videtur derivatum L. VIII. 109. p. 670. *Homer.* Il. ρ. 243. ἐπεὶ πολέμοιο νέφος περὶ πάντα καλύπτει. *Pindar.* Isthm. δ. 26. τραχεῖα νιφὰς πολέμοιο. Quod convenit cum *Simonideis* Ep. LII. νεφέλη πολέμου τρηχείη. — Neque νέφος calamitatem in universum significare videtur, cum h. l. non solum de calamitatibus agatur, quas Fatum admoveat, sed de quavis fortuna, secunda adversave. His fere adducor, ut νέφος depravatum suspicer. Quid, si scriptum fuerit:

ἀλλ' ἐπιχρίμπτει λαῖφος
ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλαν γᾶν
ἁ πάνδωρος Αἶσα.

Haec nobis gubernatoris imaginem subjiciunt, qui navem, prout res postulat, modo ad hanc, modo ad illam terram convertit. Jam haec ipsa imago obversabatur *Pindaro* ap. *Plutarch.* de Fort. Tom. II. p. 318. A. qui Divam, ubi Romam ingressa fuerit, non amplius mutabilem fuisse ait, οὐκ ἀπειθὴς, κατὰ Πίνδαρον, οὐδὲ δίδυμον στρέφουσα πηδάλιον, ἀλλὰ μᾶλλον Εὐνομίας καὶ Πειθοῦς ἀδελφή. *Dio Chrysost.* Orat. LXIII. p. 591. Fortunam alii ἐπὶ ξυροῦ ἔστησαν, οἱ δὲ ἐπὶ σφαίρας, οἱ δὲ πηδάλιον ἔδωκαν κρατεῖν· — τὸ δὲ πηδάλιον δηλοῖ, ὅτι κυβερνᾷ τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον ἡ τύχη. Idem Orat. LXIV. p. 593. τῇ μὲν δεξιᾷ χειρὶ πηδάλιον κατέχει — διότι τὸν βίον ἡμῖν ὥς τινα μεγάλην ναῦν κυβερνᾷ. *Vela* autem, τὸ λαῖφος, pro navi simpliciter; plane ut ap. *Horatium* L. V. Carm. 16. 59. *non huc Sidonii torserunt cornua nautae.* ubi *cornua* antennarum sunt

[redacted]

pars, *τὰ κέρατα.* — Nec male etiam tibi Fortunam finxeris aura mutabili *vela* implentem, qualis imago est in *Eurip.* Oreste 340. *Ὁ μέγας ὄλβος οὐ μόνιμος ἐν βροτοῖς· Ἀνὰ δὲ λαῖφος ὥς τις ἀκάτου θοᾶς Τινάξας δαίμων, κατέκλυσε.* Similiter in Rheso 322. *ἁνίκ' ὀξύστης Ἄρης Ἔθραυσε λαίφη τῆσδε γῆς μέγας πνέων.*

II. Stobaei Flor. CVI. p. 567. Gesn. p. 451. Grot. *Ursinus* p. 202. V. 1. et 2. leguntur etiam Tit. I. p. 1. 28. Gesn. p. 5. Grot. Omnem felicitatem in animo tranquillo positam esse ait; quam sententiam plurimis locis egregie tractavit *Horatius* II. Carm. XVI. 25 *Laetus in praesens animus, quod ultra est, Oderit curare, et amara lento temperat risu: nihil est ab omni Parte beatum.* I. Epist. XI. 28. *navibus atque Quadrigis petimus bene vivere: quod petis, hic est, Est Ulubris, animus si te non deficit aequus.* — V. 2. pro *διατελεῖν* fortasse non male

[redacted]

βαρεῖῃ νειόθεν ἄτῃ θυμὸν ἔδων. *Sappho* in Schol. Pind. Pyth. δ. 408. Διὸς παῖς ὁ χρυσὸς, κεῖνον οὐ σὴς, οὐδὲ κὶς, δάπτει δὲ βροτέαν φρένα κράτιστον ἀφένων. Sic haec ſcribenda videntur, quae aliter tractavit *Valcken.* ad Amm. p. 102.

III. Servatum in Flor. *Stobaei* Tit. CVI. p. 568. Gesn. 457. Grot. ἄπρακτ' e codicibus reſtituit *Grotius.* — δονεῖν κραδίαν. *Sappho* Fr. X. ἔρος δ' αὖτέ μ' ὁ λυσιμελὴς δονεῖ. Exempla verbi δονεῖν, ad affectus translati, collegi in Animadv. ad Theocrit. p. XXII.

IV. Apud *Stobaeum* Tit. XI. p. 136. Gesn. p. 77. Grot. *Urſin.* p. 201. Haec *Bacchylidis* verba veteri lapidi inſculpta reperit *Caylus Recueil d' Antiq.* Tom. V. p. 134. — V. 3. σοφία τε vulgo. σοφίαν emendavit *Salmaſius.* Lapis Lydius, quo aurum probatur, etiam χρυσῖτις vocabatur. χρυσῖτις λίθος ἡ λεγομένη βάσανος ἢ Λυδία. *Heſych.* *Theocrit.* Eid. XII. 36. Λυδίῃ ἶσον ἔχειν πέτρῃ στόμα, χρυσὸν ὁποίῃ Πεύθονται — ἀργυραμοιβοί. Similis color in his *Theognidis* 491. ἐν πυρὶ μὲν χρυσόν τε καὶ ἄργυρον ἴδριες ἄνδρες Γιγνώσκουσ', ἀνδρὸς δ' οἶνος ἔδειξε νόον. Vide *Salm.* ad Solin. p. 776. — Poſt παγκρατής vulgo τ' inſeritur.

¶. 150.] *V.* Apud *Stob.* Tit. X. p. 127. Gesn. 69. Grot. *Urſin.* p. 202. — Vulgo ἀνθρώπῳ. In marg. *Gesn.* ἀνθρώπων notavit. *Grotius* tacite recepit ἀνθρώπῳ, quod vel ſine codicis auctoritate fieri poterat.

VI. et *VII.* Ap. *Stob.* Tit. XCVI. p. 528. Gesn. 405. Grot. — Alterius fragmenti ſententiam expreſſit *Poſidipp.* Ep. XVI. ἦν ἄρα τοῖνδε δυοῖν ἑνὸς αἵρεσις, ἢ τὸ γενέσθαι Μηδέποτ', ἢ τὸ θανεῖν αὐτίκα τικτόμενον. *Plin.* H. N. VII. 1. p. 369. *Itaque multi exſtitere, qui non naſci optimum cenſerent, aut quam ocyſſime aboleri.* Plane contrario ſenſu *Urſinus* p. 205. ex Codice *Stobaei* edidit: θνατοῖς μὲν φῦναι φέριστον, καὶ δ' ἀελίου φάος Ἔρος προςιδεῖν.

VIII. Ap. *Stob.* T. CI. p. 549. Gesn. 425. Grot. Verſum quartum ſolum laudat idem Tit. XCVI. p. 528.

[redacted]

Gesn. 405. Grot. — *Ursinus* p. 201. Similia comparavit *Barthius* ad *Claudian.* De Laud. Stilic. I. 24. p. 188.

IX. Ap. *Stob.* Tit. LIII. p. 367. Gesn. 209. Grot. ex Paeanibus. *Ursinus* p. 200. Pacis bona recensentur. — V. 1. δέ τε θ. *Ursin.* — τίκτει Εἰρήνη πλοῦτον. *Pausan.* I. 8. p. 19. Ἀμφιάραος καὶ Εἰρήνη φέρουσα Πλοῦτον παῖδα. ut egregie emendavit *Facius* pro Πλούτωνα. *Pindar.* Ol. XIII. 8. Δίκα — καὶ ὁμότροπος Εἰράνα, ταμίαι ἀνδράσι πλούτου. Per pacem laetitia floret et cantus. *Hesiodus* urbem pace florentem describens, primo loco ponit viros — ἐν ἀγλαΐαις τε χοροῖς τε τέρψιν ἔχοντας, in Scuto Herc. 272. Cf. *Homeri* Il. XVIII. 490. sqq. — V. 3. δαιδαλεόν τ' ἐ. β. θ. τίθενται β. *Gesner.*, qui in marg. τίθεσθαι conjecit: parum feliciter. *Grotius* δαιδαλέων dedit, reliquis servans. *Brunckius* recepit emendationes *P. Leo-*

[redacted]

ἀραχνᾶν βρίθει. quamvis haec verba omnino locum parum frequentatum describunt. Facetus est senarius *Cratini* ap. *Suidam* l. c. de homine famelico: ἀραχνίων μεστὴν ἔχεις τὴν γαστέρα. Cui similis ille ap. *Catullum* XIII. *nam tui Catulli plenus sacculus est aranearum.* Conf. *Bocharti* Hieroz. L. IV. 7. p. 1084. — Magis ad *Bacchylidem* nostrum faciunt haec ap. *Plutarchum* in Vit. Nic. Tom. III. p. 217. Athenienses longis bellis attriti ἡδέως μὲν ᾄδοντων τὰ τοιαῦτα χορῶν ἀκούοντες· κείσθω δόρυ μοι μίτον ἀμφιπλέκειν ἀράχναις· ἡδέως δὲ μεμνημένοι τοῦ εἰπόντος, ὅτι τοὺς ἐν εἰρήνῃ καθεύδοντας οὐ σάλπιγγες, ἀλλ' ἀλεκτρυόνες ἀφυπνίζουσι. — ¶. 151.] V. 9. σαλπίγγων κτύπος. Comparat *Bern. Martin.* Var. Lect. II. 26. p. 50. *Horat.* in Epod. II. 5. *nec excitatur classico miles truci.* *Tibull.* L. 1. 4. *Martia cui somnos classica pulsa fugent.* ubi *Heynius* *Bacchylidis* versus sic constituit:

χαλκέων δ' οὐκέτι σαλπίγγων κτύπος· οὔτε
συλᾶται μελίφρων ὕπνος ἀπὸ βλεφά-
ρων, ἀμὸν ὃς θάλπει κέαρ.

— V. 11. ἄμος ὃς θάλπει. *Gesn.* in marg. θάλπει. Hoc recepit *Grotius*, qui praeterea ἆμαρ ex ingenio dedit, improbante *Koenio* ad Gregor. de Dial. p. 168. Servata vulgari lectione sensus est: Qui tum, pacis tempore scilicet, pectus mulcet. Sed cum *Heynio* scribendum ἀμὸν, i. e. ἡμέτερον, quod *Br.* quoque verum esse censuit. — V. 13. ὕμνοι φλέγονται. *Sophocl.* in Oed. Tyr. 187. παιὰν δὲ λάμπει στονόεσσά τε γῆρυς ὅμαυλος.

X. Ap. *Stob.* Tit. CXXI. p. 610. Gesn. 503. Grot. *Ursin.* p. 203. — μεῖζον ἢ πενθεῖν. Cf. *Wasse* ad *Thucyd.* L. VII. 75. p. 518. ed. Bip. *Herodot.* L. III. p. 200. 60. τὰ μὲν οἰκήϊα ἦν μέζω κακὰ ἢ ὥστε ἀνακλαίειν. ubi *Valckenarius* similia dedit, nostro loco non omisso. — ἀφθέγκτοισιν ἴσον nihil aliud est quam ἄφθεγκτον. Locutio similis ei, qua *Herodotus*, quique eum imitati sunt, passim

[redacted]

utuntur, ὅμοια τοῖς πρώτοις, τοῖς μάλιστα ὁμοίως δόκιμος, quae cum similibus illustrat *T. Hemsterb.* ad Luciam Tom. I. p. 3. sqq.

XI. Servavit *Athen.* L. II. p. 39. F. Οὐ γὰρ ἀπὸ πάσης εὐθυμίας καὶ πληρώσεως τὸ καυχᾶσθαι καὶ σκώπτειν καὶ γελοιάζειν· ἀπὸ δὲ τῆς ἀλλοιούσης τὴν γνώμην, καὶ πρὸς τὸ ψευδὲς τρεπούσης, ἣ γίνεται κατὰ τὴν μέθην. διὸ Βακχυλίδης φησί· γλυκεῖ' ἀνάγκα κ. τ. λ. *Ursin.* in Fr. Lyr. p. 200. sq. — Ad vers. 1. ubi vulgo γενομένα legitur, *Casaubonus* haec notavit: „In primo versu Bacchylidis σευομένα habent „etiam membranae antiquitatis venerandae. Non pos„sum interpretari, nisi praepositionem ἐκ vel ἀπὸ adjicias. „*O dulcis necessitas, quae venis et oreris ex poculis.* Nam „σευομένη nihil aliud, quam πορευομένη et ὁρμῶσα. Acce„dam lubens ad libros alios, ubi γενομένα. Sed eligant „doctiores. Ἀνάγκαν vocat mellitissimus poëta τὴν φρενῶν

[redacted]

ad Hipp. p. 262. A. B. Cum in toto hoc carmine suaves illusiones, quae bene potorum animos mulcent, describantur, alienus videtur ab h. l. sensus, quem secutus est *Villebrunius*. Aut fallor, aut depravatum est hujus fragmenti initium, quod in hunc fere modum corrigendum esse suspicor:

γλυκεῖ' ἀνάγκα σευομένα κυλίκων
θάλπησι θυμὸν Κύπριδος
ἐλπίδι· αἰθύσσει δὲ φρένας,
χαρὰ μιγνυμένα Διονυσίοισι δώροις.

Blanda illa potandi necessitas, ubi exoritur, animum mulcet grata spe Veneris, et laetitia, Bacchi donis commista, pectus suaviter commovet. Haec expressisse dixeris *Ovidium* in A. A. L. I. 237. *Vina parant animos, faciuntque caloribus aptos: Cura fugit multo diluiturque mero. Tunc veniunt risus, tunc pauper cornua sumit: Tunc dolor et curae, rugaque frontis abit. — Illic saepe animos juvenum rapuere puellae: Et Venus in vinis ignis in igne fuit.* *Horat.* IV. Carm. XII. 19. *cadus — Spes donare novas largus amaraque Curarum eluere efficax.* Vinum, quod Veneri favet, *Ion Chius* ap. Athen. L. II. p. 35. E. ἥδιστον πρόπολον βαρυγδούπων ἐρώτων vocat. *Euripid.* in Bacch. 272. οἴνου δὲ μηκέτ' ὄντος οὐκ ἔστιν Κύπρις. θάλπειν verbum in re venerea inprimis aptum. *Aeschyl.* Prom. 592. Ἰναχείῃ θάλπει κέαρ Ἔρωτι. 650. ἱμέρου βέλει πρὸς σοῦ τέθαλπται. Spes autem dicitur σαίνεσθαι, ut ap. *Aeschyl.* in Choëph. 192. modo θάλπειν. *Charito* L. V. p. 80. 6. καὶ ἄλλη δέ τις ἐλπὶς ἔθαλπε τοὺς βαρβάρους. Ex *Josepho* τοὺς δὲ ὑποθαλπομένους ἐλπίσι laudat *Suidas* in θαλπόμενοι. *Eustath.* ad Odyss. α. 167. ἰστέον δὲ, ὅτι τὴν χαροποιὸν ἐλπίδα θαλπωρὴν λέγει, ἐπεὶ θάλπει τοὺς πολλοὺς ἡ τῶν ἀγαθῶν ἐλπίς. — Denique Κύπριδος ἐλπὶς comparandum cum verbis *Pauli Sil.* LXIII. de balneo, in quo viri mulieresque separatim lavabantur: ἄγχι μὲν ἐλπὶς ἔρωτος. —

[redacted]

V. 3. αἰθύσσει. ῥιπίζει. αἰθύσσειν. ἀναπείθειν. Σινώνι Σοφοκλῆς. αἰθύσσοντος. ὁρμῶντος. *Hesych.* — V. 5. ὑψοτάτω πέμπει μερίμνας. curas mortalium elevat, κουφίζει. *Hermesianax* Eleg. v. 91. ἐκ δὲ βαθείης ψυχῆς κουφοτέρας ἐξεσόβησ' ἀνίας —. ut hunc locum restituit *Ilgen* et *Heinrich*. in Obsf. p. 48. *Panyasis* ap. Athen. L. II. p. 37. πάσας δ' ἐκ κραδίας ἀνίας ἀνδρῶν ἀλαπάζει. — V. 7. αὐτὸς, si sincerum est, pro μόνος accipi debet. Qui vino se proluerit, is se solum urbium expugnatorem, se regem et dominum putat. *Horat.* Epist. I. 5. 19. *Quid non ebrietas designat? operta recludit: Spes jubet esse ratas: in proelia trudit inermem. Sollicitis animis onus eximit: addocet artes. Foecundi calices quem non fecere disertum? Contracta quem non in paupertate solutum?* — V. 8. λύει. Ex *Homero* Il. π. 100. ὄφρ' οἶοι Τροίης ἱερὰ κρήδεμνα λύοιμεν. et passim. — V. 10. μοναρχήσειν δοκεῖ. *Plato* de Rep. IX. p. 573. C. καὶ μὴν ὅγε (ὁ μεθυσθεὶς) μαινόμενος καὶ ὑποκεκινηκὼς οὐ μόνον ἀνθρώπων,

[redacted]

In noſtro fragmento Hercules loquitur ad Ceycem, Trachinis regem, veniens, ut apparet ex *Zenobio* Prov. Cent. II. 19. qui, poſito proverbio, haec ſcribit: οὕτως Ἡράκλειτος ἐχρήσατο τῇ παροιμίᾳ, ὡς Ἡρακλέους ἐπιφοιτήσαντος ἐπὶ τὴν οἰκίαν Κήτους (l. Κήϋκος. cf. *Apollodor.* II. 7. 6.) τοῦ Τραχινίου καὶ οὕτως εἰπόντος. Hinc diſcimus, parodiam illius verſiculi, quam *Athenaeus* profert, αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ δειλῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασιν, *Eupolidi* deberi. — εὐόχθους· bene inſtructas epulas. εὐοχθεῖν. εὖ ἔχειν. εὐθυμεῖν. πλήρη εἶναι. *Heſych.* ubi vide Intpp.

XIII. *Urſinus* p. 200. ex *Athen.* L. XI. p. 500. A. B. Μνημονεύει δὲ τῶν Βοιωτικῶν σκύφων Βακχυλίδης ἐν τούτοις, ποιούμενος τὸν λόγον πρὸς τοὺς Διοσκούρους, καλῶν αὐτοὺς ἐπὶ ξενίᾳ· οὐ βοῶν — —. Illi ſcyphi Boeotici etiam Ἡρακλεωτικοὶ appellabantur, ut *Athenaeus* vult, ab Hercule, cui adverſatur *Bentlejus*, qui eosdem ab urbe Heraclea, ubi conficiebantur, appellatos dicit, in Diſſ. de Phal. p. 64.

XIV. Servavit *Dionyſ. Hal.* de Compoſ. T. V. p. 30. ed. *Reisk.* Primum verſum excitat, *Athen.* L. XIV. p. 631. C. et ſeriores ſophiſtae paſſim. *Urſin.* p. 202. *Aelianus* de animalibus agens, quae ſe ad pugnam excitant, οὐ δέονται, inquit, τοῦ προςᾴσοντος καὶ ἐροῦντος· οὐχ ἕδρας ἔργον οὐδ' ἀμβολᾶς· in H. An. VI. 1. Male quidam de *Simonide* cogitarunt ap. *Lucian.* in Scytha §. 11. οὐχ ἕδρας τοίνυν, οὐδ' ἀμβολᾶς ἔργον, ὡς ὁ Κεῖός φησιν. Omiſſo ἔργον, ut in proverbiali locutione, *Achilles Tat.* V. 12. p. 207. κάλλος γὰρ καὶ πλοῦτος καὶ ἔρως εἰ συνῆλθεν ἐπί σε, οὐχ ἕδρας οὐδ' ἀναβολῆς. ubi vide *Salmaſ.* — οὐχ ἕδρας ἀκμὴ dixit *Sophocl.* in Aj. 811. οὐχ ἕδρας ἀγών, *Euripides* in Oreſt. 1292. quae attigit *Valcken.* ad Phoeniſſ. 591. p. 221. — V. 2. Ἰτωνίας. Minervae nomen apud Boeotios, *Pauſan.* L. III. 9. p. 228. IX. 34. p. 778. et Theſſalos, vide *Alberti* ad Heſych. v. Ἰτωνία. Eodem cognomine deam appellat *Leonid. Tar.* Ep. XXI.

[redacted]

XV. Ap. *Plutarch.* T. II. p. 36. C. ubi similes sententias vide. *Ursin.* p. 203. δειλοὶ sunt ignavi, nullius pretii homines, ut in Scolio *Praxillae* XIII. τοὺς ἀγαθοὺς φίλει τῶν δειλῶν δ' ἀπέχου. et frequenter ap. *Theognidem.* Cf. *Valcken.* ad Phoeniss. p. 365.

XVI. *Clemens Alex.* Strom. V. p. 715. 9. ubi pessime legitur κεὶ καὶ λίαν, quod dedit *Ursin.* p. 204. Veram lectionem servavit *Eusebius*, qui hoc fragmentum ex *Clemente* laudat in Praep. Evang. XIII. 15. p. 678. Quo sensu dii ἀναίτιοι dicantur, equidem ignoro; sed de sinceritate lectionis dubito. Quid, si *Bacchylides* cogitaverit de loco Homerico Il. ε. 341. οὐ γὰρ σῖτον ἔδουσ', οὐ πίνουσ' αἴθοπα οἶνον· τοὔνεκ' ἀναίμονές εἰσι καὶ ἀθάνατοι καλέονται? Nonne probabiliter correxeris:

καὶ ἄναιμοι, κοὐδὲν ἀνθρώποις ἴκελοι.

Cicadam diis assimilans *Anacreon* Od. XLIII. 17. ἀπαθὴς, [redacted]

nova nec ante dicta reperire, sive, tanquam per portas quasdam, ad ea, quae nondum reperta sint, accedere. Longe diverso sensu λόγοι ἄῤῥητοι apud tragicos dicuntur.

T. 153.] *XVIII. Clemens Alex.* Strom. VI. p. 745. 3. ubi corrupte legitur παρ' οἶσι, quod *Ursinus* et *Stephanus* emendaverunt. — V. 2. τῷ δαίμονι δῶκε πρήσσοντα *Clem.* qui in fine δυσὶς exhibet. *Sophocles* Antig. 1311. δειλαίᾳ δὲ συγκέκραμαι δύᾳ. ἐγκέρσαι δύαις, ut *Archiloch.* fr. XII. ὀκοίοις ἐγκυρέωσιν ἔργμασι.

XIX. Cod. Vat. p. 201. Edidit *Reisk.* in Anth. p. 62. nr. 538. Victoriam deam poëta invocat, ut sibi in certamine musico palmam impertiat. — V. 1. Νίκα est in Cod. idque *Br.* restitui jussit pro Νίκη, quod in contextu dederat. Victoria Πάλλαντος vocatur filia secundum *Hesiodum* in Theog. 383. qui Pallantem ex Styge Ζῆλον, Νίκην, Κράτος καὶ Βίην progenuisse auctor est. Cf. *Apollodor.* I. 2. p. 6. Victoria etiam *Jovis filia* vocatur, tum nihil diversa a Minerva. Vide *Aristid.* Hymn. in Min. p. 29. et *Wernsdorf.* ad Himer. p. 717. sq. Aurora ut Pallantis filia *Pallantias* dicta ap. *Ovid.* Met. IX. 420. et Luna Πάλλαντος θυγάτηρ, μεγαθυμήταο ἄνακτος, in Hym. Homer. in Merc. 101. ut probabiliter emendavit Cl. *Ilgen*, quem inprimis vide p. 387. sqq. — V. 2. Κραναίων. Cod. Cranaa δῆμος Atticae. *Steph.* [illegible] Κρανάη. — Τὸ ἐθνικὸν, εἰ μὲν τῆς Λακωνικῆς, Κραναάτης [illegible] Καρυάτης· εἰ δὲ τῆς Ἀττικῆς, Κραναῖος, ὡς Ἀθηναῖος. Vide *Luc. Holsten.* p. 172. et *Alberti* ad Hesych. T. II. p. 338. — V. 3. ἐπ' ἀπτεύοις Cod. — In Anal. ἀθύρματι contra cod. fidem, qui ἀθύρμασι habet, quod reponendum. — Μοῦσαν Cod. — V. 4. Κηθρω κ. Βακχυλίδης. Cod. Prius *Reiskius* tueri conatur. Alterum in marg. apogr. Lips. emendatur.

XX. Cod. Vat. p. 150. Planud. p. 419. St. 554. W. *Ursinus* p. 205. Eudemus Zephyro, qui ei grana purganti secundus fuerat, sacellum dedicat. V. 1. 2.

[redacted]

Suidas laudat in πιότατος, i. e. θρεπτικὰς, αὐξητικὰς. *Casaubonus* in Lectt. Theocr. c. XI. comparat hoc Epigramma cum Theocriteis Eid. X. 47. ut frumenta dicantur per Zephyrum *incrementum accipere, si tempestiva fuerint decisa.* quae *Columellae* verba sunt L. II. c. 20. Apud eundem haec sunt: *At ubi paleis immista sunt frumenta, vento separentur: ad eam rem Favonius habetur eximius, qui lenis aequalisque aestivis mensibus perflat.* ubi *Schneiderus* p. 123. in nostro Epigrammate πρωϊοτάτῳ corrigit. Facit huc *Homer.* Il. ε. 499. sqq. Il. ν. 590. θρώσκωσι κύαμοι μελανόχροες ἢ ἐρέβινθοι, Πνοιῇ ὕπο λιγυρῇ καὶ λικμητῆρος ἐρωῇ. — βοάθοος Cod. In Anal. βοήθοος.

TIMONIS MISANTHROPI

EPIGRAMMA.

[redacted]

S C O L I A.

Athenaeus, ubi multa Scolia, a vetustissimis poëtis composita, laudat, L. XV. p. 694. A. inter varias de horum carminum nomine sententias maxime probat eam, quam secutus est *Artemon Cassandreus*, qui σκολιὸν appellatum ait, quod non ab omnibus convivis, nec certo ordine servato caneretur; quicum conspirabat *Dicaearchus* ἐν τῷ περὶ μουσικῶν ἀγώνων, cujus locum, sed mutilum, profert *Suidas* in Σκολιὸν Tom. III. p. 334. (Vide *Burette* in *Plutarchi* Tract. de Musica, Mémoires de l'Academ. des Inscr. T. XXIII. p. 95. qui loca veterum diligenter collegit.) Alii opinabantur, σκολιὰ vocari κατὰ τὸν τῆς μελοποιίας τρόπον, ὅστις σκολιὸς ἦν· λέγουσι γὰρ, τὰ ἐν ταῖς ἀνειμέναις εἶναι σκολιά. quae *Athenaei* verba sunt l. c. ab *Eustath.* ad Od. η. p. 276. sic exposita: κατά τινα μελοποιίας νόμον, ὃς, οἷα εἰκὸς, οὐ πρὸς εὐθὺ ἐμέλπετο ἁπλοϊκώτερον, ἀλλὰ ποικίλως ἐσκολιοῦτο. Haec fortasse ducta sunt ex *Didymo*, quem scimus in tertio τῶν συμποσιακῶν libro varias hujus vocabuli etymologias dedisse, ex *Etymol. M.* v. ubi *Hori* sententia expromitur, minime vera, ἀπὸ τοῦ μεθύουσι καὶ σκολιῶς ἔχουσι τὰ αἰσθητήρια ᾄδεσθαι. Plura vide ap. *Interpp. Pollucis* VI. 108. ad *Hesych.* v. σκολιὸν, et *Andr. Schottum* ad Procli Chrestom. p. 48. sq. *Cludius*, qui Scolia, ap. *Athenaeum* servata, interpretatus est in Bibl. Lit. et Art. Fasc. I. p. 54. sqq. et Fasc. III. p. 32. sq. carmina, certo metro conscripta, ὀρθὰ fuisse nuncupata contendit, quae vero numeros haberent ἀτάκτους, σκολιά. Ejusmodi carmina cum in conviviis praecipue usurparentur, factum esse, ut σκολιὰ synonyma fierent τοῖς παροινίοις μέλεσι. *Proclus* in Chrest. p. 10. τὸ δὲ σκολιὸν μέλος ᾔδετο παρὰ τοὺς πότους· διὸ καὶ παροίνιον ἔσθ' ὅτε καλοῦσιν. *Schol. Aristoph.* ad Vesp. 1231. σκολιὰ τὰ παροίνια μέλη. *Santenius*, ex cujus ineditis

[redacted]

Obff. in Terentianum Maurum particula decerpta legitur in Bibl. L. et A. Fafc. V. p. 21. fqq. Scolia nomen accepiffe putat a pede *Scolio*, i. e. Amphibrachy, in illis carminibus admodum frequenti, ut animadverterunt Intpp. *Procli* l. c. Cognominis caufam inde repetit, quod omnes reliquae partitiones, praeter folam Amphibrachi triplam, recti five ὀρθοὶ vocentur rhythmi. Vid. *Etym. M.* in Δοχμιακός. Illis igitur oppofitum rhythmum appellatum effe σκολιόν. — Ceterum illa Scolia maxime probabantur veteribus, quae five exhortationem haberent, five fententiam aliquam vitae utilem. *Athen.* p. 694. C. Vide, quae de his carminibus dixit *Klotz.* ad Tyrt. Differt. II. p. 237. fqq.

¶. 154.] *I. Pittaci Mitylenaei* fervatum a *Diog. Laert.* I. p. 49. τῶν δὲ ᾀδομένων αὐτοῦ μάλιστα εὐδοκίμησε τάδε· Ἔχοντα — — —. Repetivit *Brunckius* cum reliquis

[redacted]

tur *Cratinus* — *ἄνδρας σοφοὺς χρὴ, τό γε παρὸν πρᾶγμ', ὡς καλὸν, Εἰς δύναμιν εὖ τίθεσθαι* — quae laudat, ubi formulam, *τὸ παρὸν εὖ θέσθαι*, illustrat, *Gatacker* ad *M. Anton.* VI. p. 171. B. Vide praeterea *T. Hemsterb.* ad Lucian. Tom. I. p. 485. sq. et *Valcken.* in Hippol. p. 241.

III. Ap. *Diogen. Laërt.* L. I. 85. p. 53. in Vita *Biantis*: *τῶν δὲ ᾀδομένων αὐτοῦ εὐδοκίμησε τάδε· ἀστοῖσιν* — —. In vulgata scriptura *αἴκε μένῃς* offendit *Is. Casaubonus*, qui *ᾇ κε μένῃς* corrigit, improbante *Marquardo Gudio*, qui in literis ad *Menagium* datis legit *ἐν πόλει κακῇ μένῃς*, *in civitate deformata et afflicta maneas.* Male. Sensus esse videtur: Civitas si displicuerit, eam relinques; si vero in ea manere volueris, omnibus placere et ad reliquorum civium mores vivere studeas. Hoc tibi multum gratiae apud eos conciliabit. At hoc fieri posse, ut unus omnibus placeat, negat *Theognis* v. 24. *ἀστοῖσιν δ' οὔπω πᾶσιν ἁδεῖν δύναμαι. — οὐδὲ γὰρ ὁ Ζεὺς Οὔθ' ὕων πάντας ἁνδάνει, οὔτ' ἀνέχων.* Cf. 779. sqq. Hoc ipsum Scolion expressit veteris sapientiae studiosissimus *Euripides* in Medea v. 222. *χρὴ δὲ ξένον μὲν κάρτα προσχωρεῖν πόλει· Οὐδ' ἀστὸν ᾔνεσ', ὅστις αὐθάδης γεγὼς Πικρὸς πολίταις ἐστὶν ἀμαθίας ὕπο.* quod nemo interpretum animadvertit. Eadem fortasse obversabantur Tragico, cum in *Alcmena* scriberet: *καὶ δ' ἀρέσκειν τοῖς κρατοῦσι· ταῦτα γὰρ Δούλοις ἄριστα.* ap. *Stob.* Tit. LXII. p. 235. *Grot.* — V. 3. *ἐξέλαμψεν ἄταν.* Mores superbi, quales eorum esse existimantur, qui *τὰ κοινὰ νόμιμα* non curantes, suo more vivunt, saepe gravissimam noxam acceperunt. *ἐξέλαμψε*, ut ap. *Herodot.* I. 80. p. 40. *ἐλλάμψεσθαι.* VII. 39. p. 529. *ἀξίην οὐ λάμψεαι.* Vide *Maittaire* de Dial. p. 119. C.

IV. Servavit *Athen.* XV. p. 695. A. Pro fragmento longioris carminis, *Alcaei* fortasse, habuit *Bernard. Martin.* in Var. Lectt. III. 12. p. 65. ubi horum ver-

[redacted]

ſuum ſenſum explanat. Metrum eſt Alcaicum; in primo autem verſu poſt ἐκ γᾶς omiſſum vocabulum triſyllabum, proprium fortaſſe nomen. Sententia eadem, quae in Scolio *Pittaci* II. ſed magis exornata. Hinc profecit auctor incertus ſenariorum ap. *Stobaeum* Tit. LIX. p. 227. qui certe non *Callimachi* ſunt: Ὡς ἡδὺ μὲν θάλατταν ἀπὸ τῆς γῆς ὁρᾷν, ὦ μῆτερ, ἐστι, μὴ πλέοντα μηδαμοῦ. *Oppian.* Hal. V. 348. *Lucretius* II. 1. *Suave, mari magno turbantibus aequora ventis, E terra magnum alterius ſpectare laborem.* Cf. Tibull. I. El. I. 44. ſqq. Verba, καὶ παλάμην ἔχοι, *ſi quis poſſit*, repetunt praecedentia, εἴ τις δύναιτο. παλάμη. ἡ δύναμις. ἡ τέχνη. ratio, qua quid efficitur. Hoc ſenſu vocabulum paſſim occurrit ap *Pindarum*. *Ariſtoph.* in Veſp 643. δεῖ δέ σε παντοίας πλέκειν Εἰς ἀπόφευξιν παλάμας. Quod vero in hoc verſiculo eadem res bis dicitur, non valde mirabitur, qui ſynonymorum ap. *Homerum* tragicosque poëtas

[redacted]

V. Habet *Athenaeus* L. XV. p. 694. E. et hinc *Eustathius* ad Od. η. p. 277. 5. — V. 3. γνῶναι a *Br.* additum est. — V. 4. εἰσιδόντα κλείσαντα πάλιν *Athen.* ἰδόντα *Eustath.* *Hermannus* de Metris L. III. p. 415. versus ita distinxit, ut systema exsisteret, in septem minimum Scoliis obvium:

εἴθ' ἐξῆν, ὁποῖός τις ἦν ἕκαστος,
τὸ στῆθος διελόντ', ἔπειτα τὸν νοῦν
εἰσιδόντα, κλείσαντα πάλιν
ἄνδρα φίλον νομίζειν ἀδόλῳ φρενί.

Illa, ὁποῖός τις ἦν ἕκαστος, *ad* εἰσιδόντα *pertinent, sed ita, ut quasi eorum oblitus, rem repetas his verbis,* τὸν νοῦν. *Neque a vetere Latino sermone alienum est, ista sic verti: utinam, qualis quisque esset, postquam pectus aperuisses, tum demum mentem liceret cognoscere.* Quod ad metrum attinet, duo priores versus Phalaecei sunt hendecasyllabi:

‒ ‒ ‒ ⏑ ⏑ ‒ ⏑ ‒ ⏑ ‒ ⏑

Tertius est choriambicus dimeter, cujus in primo ordine anapaestus est cum jambo

⏑ ⏑ ‒ ⏑ ‒ | ‒ ⏑ ⏑ ‒

Quartus denique duos ordines habet, primum logaoedicum, qui tertia arsi finitur, alterum dactylicum duplicem:

‒ ⏑ ⏑ ‒ ⏑ ‒ | ‒ ⏑ ⏑ ‒ ⏑ ⏑

Sententiam *Eustathius* comparat cum fabula de Momo, qui Prometheum reprehenderit, ὅτι πλάσας ἄνθρωπον, μὴ προσέπλασε τῷ στήθει καὶ πύλας, ὥστε ἀνοιγομένων αὐτῶν βλέπεσθαι τὰς φρένας αὐτοῦ, ἀλλ' ἀφῆκε κρυψίφρονα εἶναι. *Scaliger* hoc Scolion admovit *Propert.* L. III. 4. *O prima infelix fingenti terra Prometheo! Ille parum cauti pectoris egit opus. Corpora disponens mentem non vidit in arte. Recta animi primum debuit esse via.*

VI. Athen. L. XV. p. 695. E. Hic *Hermannus* προδιαφθείρειν corrigit p. 416. ut metri ratio postulat.

Idem ſyſtema, quod in praecedente Scolio, niſi quod ultimus verſus non in duos dactylos, ſed in ordinem logaoedicam triplicem exit:

$- \smile \smile - \smile - \smile | - \smile \smile - \smile - \smile$

Hujus Scolii ſenſum explicat *Suidas* v. ἐπὶ Λειψυδρίου μάχη. Erat enim Leipſydrion locus in monte Parnetho, quem, Hippia Athenis regnante, Alcmaeonidae cum aliis exſulibus communiverant. Ibi cum pugna ſuperati eſſent, hoc in eos Scolion cani coeptum. Eadem narrat *Euſtath.* ad Il. p. 351. 12. omiſſo ultimo Scolii verſu, et *Heſych.* ἐπὶ Λειψυδρίῳ. *Etymol. M.* in Ἐπιλειψυδρίῳ μάχη Conf. etiam *Herodotum* L. V. 62. p. 401. — V. 1. προςαδίστεςεν *Etym. M.* — V. 4. Idem: ὅτετ' ἔδειξαν ο. π. ἴσαν *Suidas*: ὅτετ' ἔ. ο. π. ἦσαν. *Athenaei* lectio elegantior eſt.

VII. Nobiliſſimum hoc carmen legitur ap. *Athenaeum* L. XV. p. 695. B. ſine auctoris nomine. *Calliſtrato* aſſe-

ἀναστάσαντες τὸν τύραννον κατέβαλον. Idem suspicatur, hinc fortasse ductum morem, ut, qui in convivio cantaret Scolion, myrti ramum manu teneret. *Plutarch.* T. II. p. 615. B. C. De forma κλαδὶ pro κλάδῳ usurpata vide *Salmas.* ad Stat. Regill. p. 115. — V. 3. Vulgo κατεκτάνετην. Genuinam lectionem, una litera deleta restitutam, habet *Lowth.* — V. 5. οὔτι που τέθνηκας. *Athen.* Lectio a *Br.* post *Lowthium* recepta, debetur *Schol. Aristoph.* in Acharn. 977. Haec respexit *Aristides* T. I. p. 80. ed. Oxon. καλὸν δὲ καὶ ἐν σκολιοῖς ὥστε Ἁρμόδιον ᾄδειν, οὔτι που τέθνηκας λέγοντας. Ex hoc loco colorem duxit auctor Epigr. inter ἀδέσπ. DCCXXXVII. οὐκ ἔθανες, Πρώτη, μετέβης δ' ἐς ἀμείνονα χῶρον, Καὶ ναίεις μακάρων νήσους θαλίῃ ἐνὶ πολλῇ. — V. 8. φασὶν τὸν ἐσθλὸν Διομήδεα *Athen.* Otiosum epitheton omisit *Lowthius*, quem *Br.* sequitur. De Achille in beatorum insulas delato vide *Platon.* in Conv. p. 179. E. cui praeivit *Pindarus* Ol. β. 143. Idem Nem. ι. 12. Diomedem a Minerva inter immortales relatum narrat, ubi vide doctum Scholion. Hinc in insula Diomedea pro deo colebatur, nec non ap. Thurios et Metapontinos. — V. 11. ἐν θυσίαις. in Panathenaeis, secundum *Thucyd.* l. c. Vide *Perizon.* ad Aelian. V. H. XI. 8. — ¶. 156.] V. 14. Ἀριστογείτων. Vulgo et vers. sqq. κτανέτην, et ἰσονόμους ἐποιησάτην. quae *Lowthius* emendavit.

VIII. Athen. l. c. p. 694. D. »Videtur canticum »esse ἐπινίκιον cujusdam poëtae, cui victoria obtigit in Pa»nathenaicis ludis, in quibus praemium victoribus daba»tur corona oleagina. Decerpebantur autem rami ex »moriis illis, quae in arce erant, et quidem in Pandrosi »templo. Vide Meursii Cecrop. c. XXII. Sic Scolii »verba intelligo, νίκην: ἴδοσαν οἱ θεοὶ, φέροντες παρὰ Παν»δρόσου. Si quis alius eorum est sensus, hunc non asse»quor. Certissimum saltem mihi videtur hic neque de »Marathonia pugna, nec de Pane Phidippidi hemero-

„dromo obviam facto, quam rem Herodotus narrat „p. 486. agi. Schol. Pindari Pyth. III. 138. haec ha„bet: πάρεδρος γὰρ ὁ Πὰν τῇ Ῥέᾳ, ὡς αὐτὸς ὁ Πίνδαρος ἐν τοῖς „κεχαρισμένοις τῶν παρθένιων φησίν· ὦ Πὰν Ἀρκαδίας μεδέων, „ἴως τοῦ, ματρὸς μεγάλας ὀπαδὲ, σεμνᾶν Χαρίτων μέλημα τερ„πνόν. Quod quatuor primae voces hujus scolii seu „paeanis in Pindari quodam cantico eodem quo hic „ordine fuerint, inde non sequitur, Pindarum hujusce „paeanis auctorem esse, quod, qui eum toties laudat, „Athenaeus non ignorasset, et si carmen hoc in Pindari „melicis legisset, illius non suppressisset nomen, sicut „nec Hybriae nec Ariphronis. In deorum compellatio„nibus religiosae quaedam erant formulae, solennia „verba, a quorum ritu discedere nefas. Nullum credi„derim Pani cantatum fuisse hymnum, a quo abfuerint „haec verba: Πὰν Ἀρκαδίας μεδέων. Orphici hymni alius

Quatuor priores ap. *Brunckium* verſus in duos Phalaeceos hendecaſyllabos diſpeſcendos eſſe, jam *Valckenarius* perſpexerat ad Phoeniſſ. 84. p. 30. qui etiam γελάσειας, *hilaris nobis adſis*, reſtituit. ὀρχηστὰ eſt ex emendatione *Caſauboni*, cum vulgo ὄρχηστρα legatur. Illo epitheto Apollinem ornavit *Pindarus* ap. Athen. L. II. p. 22. B. Ὀρχηστὰ, ἀγλαΐας ἀνάσσων, εὐρυφάρετρ' Ἄπολλον. Qui hic ὀρχηστὴς vocatur Arcadiae deus, ap. alios eſt σκιρτητὴς, ap. *Orpheum* Hymn. X. — V. 6. ap. *Athenaeum* corrupte legitur: ἐπ' ἡμαῖς εὐφρ. ἀοιδαῖς εἴκειδε. Noviſſimam vocem nihil aliud eſſe, quam depravatam praecedentis lectionem, ſtatim apparet. Ea omiſſa et metrum ſalvum eſt et ſenſus optime procedit. — Alterum Scolion ex *Hermanni* mente ſic reſtitue:

ἐνικήσαμεν, ὡς ἐβουλόμεσθα,
καὶ νίκην ἔδοσαν θεοὶ, φέροντες
παρὰ Πανδρόσου ὡς φίλην Ἀθηνᾶν.

Verſus ſunt Phalaecei. ἐνικήσαμεν eſt ap. *Athenaeum*. Ultimi verſus ſenſus mihi quidem obſcurus eſt. Ceterum duo haec Scolia jam recte diſtinxit *de la Nauze* dans les Mémoires de l'Acad. des Inſcr. T. XIII. p. 514. Et nuper Cl. *Ilgen* in Opuſc. variis Philolog. T. II. p. 75. qui in diſtinguendis et emendandis verſibus nihil fere ab *Hermanno* discrepat. V. 4. et 5. legit: γελάσαι, ἰὼ Πάν.

IX. Athen. l. c. p. 694. C. Hujus carminis metrum, pauciſſimis immutatis, reſtitutum eſt ab *Hermanno* p. 414. — V. 1. ubi vulgo ἄνασσα legitur, non hujus tantum vocabuli ultima ſyllaba elidenda, ſed etiam praecedentis, Τριτογένει' ἄνασσ' Ἀθάνα. Vocem Ἀθάνα omittit *P. Leopard.* qui in Emend. L. XII. c. 8. hoc Scolion cum ſequ. ex Cod. profert. V. 4. et 5. vero jungendi ſunt:

καὶ θανάτων ἀώρων, σύ τε καὶ πατήρ.

— V. 3. denique τε post ἀλγέων delendum est. — Pro ἀώρων Excerpta Hoescheliana ἀώρων habent. ὁ ἄωρος θάνατος *Plutarch.* T. II. p. 110. E. ὅτι νήπιος ὢν ὁ παῖς καὶ ἄγαν ἄωρος ἐτελεύτησε. Ibid. p. 110. F. Iis malis, ad quae sapiens animum bene praeparatum habere debeat, *Euripides* annumerat — φυγὰς πάτρας ἐμᾶς θανάτους τ' ἀώρους καὶ κακῶν ἄλλας ὁδούς. ap. *Plutarch.* l. c p. 112. D. Cf. *Orestem* 1030.

X. *Athen.* p. 694. C. Quod ap. *Brunckium* legitur, Ὀμπνίαν, *Casauboni* correctio est. Vide *Hesychii* Interp. v. ὀμπνία. Hac lectione Hendecasyllabum corrumpi, animadvertit *Valcken.* ad Phoeniss. p. 295. ubi comparat *Plutarch.* T. II. p. 993. E. ἤγαγεν αὖθις ὀπίσω καρποφόροισιν ἐπιστρέψας κάλυκος στεφάνοισιν ὥραις. ubi tamen non καλλιστεφάνοισιν, ut ille suspicatur, sed καλυκοστεφάνοισιν legendum est. — V. 1. *P. Leopardus* l. c. μῆτερ ὀλυμπία ἀείδων Δημήτερας exhibet: et mox τε ante καὶ inserit. —

- ¶. 157.] XI. *Athen.* p. 694. D. Hujus Scolii metrum unius literae abjectione restituendum esse monet *Hermannus* p. 414. ut nimirum Ἀπόλλων' ἐλαφηβόλον legatur. Vulgo v. 2. ἄνακτα habetur. Dianam ἀγροτέραν colebant Athenienses, caprarum ei sacrificium stato die peragentes. Vide *Perizon.* ad Aelian. V. H. II. 25. Hoc Dianae cognomen, cum similibus, illustrat *Munkerus* ad Anton. Lib. c. IV. p. 26. et *Ruhnk.* ad Tim. p. 223.

XII. *Athen.* p. 695. C. Tres priores versus laudat *Eustath.* ad Odyss. λ. p. 454. 41. Ad hoc Scolion fortasse respexit *Hesych.* v. Ἀιδεῖν. Αἴαν παῖ Τελαμῶνος ἦν τι σκολιὸν γεγραμμένον εἰς Αἴαντα. *Theopompus* ap. *Athen.* I. p. 23. E. Τελαμῶνος οἰμώζοντες ἀλλήλοις μέλη. *Antiphanes* ap. eund. L. XI. p. 503. E. cantionem postulat, non antiquam tamen — τόν τε Τελαμῶνα, μὴ δὲ τὸν Παιῶνα, μηδ' Ἁρμόδιον. Sententia expressa ex *Homero* Il. β. 768. ἀνδρῶν δ' αὖ μέγ' ἄριστος ἔην Τελαμώνιος Αἴας, Ὄφρ' Ἀχιλεὺς μήνιεν· ὃ γὰρ πολὺ φέρτατος ἦεν. Unde *Sophocles* de eodem, in fabula cognomine 1358. ἕν' ἄνδρ' ἄριστον Ἀργείων, ὅσοι Τροίαν ἀφικόμεσθα, πλὴν Ἀχιλλέως. — V. 1. παῖ τε Τελ. Αἴας αἰχμητά. *Eustath.* — V. 3. Δ. καὶ Ἀχ. *Athenaeus* et *Eust.* et sic etiam v. 7. Recte emendatum esse μετὰ, cum ipsa sententia docet, tum versus *Alcaei* ap. Hephaest. p. 35. Κρονίδα βασιλῆος γένος Αἴαν, τὸν ἄριστον πέδ' Ἀχιλλέα. Depravatissimum esse hoc Scolion, judicat *Hermannus* p. 415. idque aliis resectis, aliis transpositis, sic emendat:

Χαῖρε, παῖ Τελαμῶνος, Αἶαν αἰχμή-
τ'· ἐς Τροίαν σε λέγουσ' ἄριστον ἐλθεῖν
μετ' Ἀχιλλέα τῶν Δαναῶν·
τὸν Τελαμῶνα πρῶτον, σὲ δὲ δεύτερον.

Primam vocem χαῖρε a praecedentis Scolii ultimo vocabulo χάρις absorptum esse putat. Vereor, ut vir doctissimus hoc paulo violentius remedium omnibus probaturus sit.

XIII. *Athen.* p. 695. B. Auctor hujus Scolii incertus est, ut apparet ex *Pausaniae* verbis ap. *Eustath.* ad Il. β. p. 247. 20. Ἀπὸ δὲ τοῦ ῥηθέντος Ἀδμήτου σκολιόν τι ἐν Ἀθήναις ἦν ᾀδόμενον, ὡς καὶ Παυσανίας φησὶ ἐν τῷ οἰκείῳ λεξικῷ, λέγων, ὡς οἱ μὲν Ἀλκαίου φασὶν αὐτὸ, οἱ δὲ Σαπφοῦς, οἱ δὲ Πραξίλλης τῆς Σικυωνίας· ἀρχὴ δὲ τοῦ μέλους αὕτη· Ἀδμήτου — — —. ἔοικε δὲ διὰ μὲν τῶν ἀγαθῶν τὴν γενναίαν καὶ φίλανδρον ὑποδηλοῦν Ἄλκηστιν, διὰ δὲ τῶν δειλῶν τὸν Ἀδμήτου πατέρα, ὃς ὤκνησε θανεῖν ὑπὲρ τοῦ παιδός. Haec iisdem verbis habet *Eudocia* p. 21. *Eustathii* locus latebat *Brunckium*, cum *Praxillae* hos versus tribuebat, fide *Schol.* ad *Aristoph.* Vesp. 1231. Ἀδμήτου λόγον, ὦ 'ταῖρε, μαθὼν τοὺς ἀγαθοὺς φίλει. Τούτῳ τὸ λέξεις σκολιόν; *Schol.*: καὶ τοῦτο ἀρχὴ σκολιοῦ· ἑξῆς δέ ἐστι· Τῶν δειλῶν ἀπέχου, ποιοῦσ', ὅτι δειλῶν ὀλίγα χάρις. καὶ ἐν Πελαργοῖς·

ὁ μὲν ᾖδεν Ἀδμήτου λόγον πρὸς μυῤῥίνην.

ὀλίγη χάρις ἐστί. — V. 3. ὀλίγα χάρις. *Eustath.* Pro γνεὺς in Schol. Aristoph. ποιοῦσ'. Ad sensum facit *Theognis* v. 107. δειλοὺς δ' εὖ ἔρδοντι ματαιοτάτη χάρις ἐστίν· ἶσον γὰρ σπείρειν πόντον ἁλὸς πολιῆς. *Nicol. Damasc.* in Thes. Gron. T. VI. p. 3855. αἰσχρὸν δέ ἐστι δειλῶν σύσκηνον ἢ συγγυμναστὴν ἢ φίλον γενέσθαι.

XIV. Athen. p. 695. A. atque ex eo *Eustath.* ad Odyss. p. 277. 3. *Brunckius* repraesentavit lectiones *Valckenarii* ad Phoen. p. 304. nec ab iis discessit in editione *Anacreontis* p. 91. — V. 1. Excerpt. *Athen.* praebent χηλῇ. Inepte *Casaubonus* legit χάλα — primum hoc praeceptum esse dicens, ut serpente prehenso laxemus manum; nam poëtam monere, ut, si quando cum homine improbo amicitiam contraxerimus, statim eam dissolvamus. Haec nullius sunt pretii, ut apparet ex *Aesopi* Fabula LXX. ἐπιτηρήσας δ' ὁ καρκίνος αὐτὸν ὑπνοῦντα, καὶ τοῦ φάρυγγος τῇ χηλῇ λαβόμενος — φονεύει· τοῦ δὲ ὄφεως μετὰ τὸν θάνατον ἐκταθέντος, ἐκεῖνος εἶπεν· οὕτως ἔδει καὶ πρόσθεν εὐθὺν καὶ ἁπλοῦν εἶναι. *Aelian.* H. A. XVI. 38. serpentibus quibusdam, Ephesi in antro nutritis, exituris ἐλλοχᾶν καρκίνους μεγάλους, οἵπερ οὖν ἀνατείναντες τὰς χηλὰς συλλαμβάνουσιν ἐς πνίγμα αὐτοὺς καὶ ἀναιροῦσι. Vocem καρκῖνος pro poëtae nomine habuit, totumque carmen inepte interpretatur *De la Nauze* dans les Mémoires de l'Acad. des Inscr. T. XIII. p. 512. sq. — V. 3. et 4. vulgo sic leguntur: εὐθέα χρὴ τὸν ἑταῖρον μὴ σκολιὰ φρονεῖν. Nostra lectio est in Excerptis. In quibusdam Codd. quibus *Casaubonus* usus est, legebatur: εὐθὺν χρὴ τὸν ἑ. ἐν μὲν καὶ μ. σ. φ. *Bentlejus* in Diss. de Aesopi Fab. p. 104. haec sic scribenda esse censebat:

Ὁ Καρκῖνος ὧδε ἔφα, χαλᾷ τὸν ὄφιν λαβών·
Εὐθὺν χρὴ ἑταῖρον ἔμεν καὶ μὴ σκολιὰ φρονεῖν.

Quae licet aliquam metri speciem habeant, vereor tamen, ut ad certas leges revocari queant. Non nisi ad-

[redacted]

jectis nonnullis metri rationem restitui posse putabat *Hermannus* p. 415. qui versus choriambicos cum basi esse sibi persuasum habens, sic legit:

Ὁ δὲ καρκῖνος ὧς φης' ἄρα χαλᾷ τὸν ὄφιν λαβών·
Εὐθέα χρὴ τὸν ἑταῖρόν μοι ἔμεν, μὴ σκολιὰ φρονεῖν.

In hac correctione mihi displicet ἄρα, versui primo, metri fulciendi causa, insertum. Quid si poëta scripserit:

Ὁ δὲ καρκῖνος ἠδ' ἔννεπε χηλῇ τὸν ὄφιν λαβών·
Εὐθέα χρὴ ἕταρον νοῦν θέμενον, μὴ σκολιὰ φρονεῖν.

Haec mihi satis probabilia esse videntur, nec elegantiæ carent. Scriptum hoc carmen dialecto ionica, cujus vestigium in lectione Cod. χηλῇ. Facilis autem et lenis mutatio τοῦ ἔμεν καί, sive, ut in Codd. est, ἐν μὲν καί, in θέμεναι. *Scolion* XIX. καλὴ γυνή — καθαρὸν θεμένη νόον. Prometh. *Aeschyli* 163. θέμενος ἄγναμπτον νόον. ubi vide

[redacted]

in ed. *Anacr.* p. 92. Color hujus ſententiae fere eſt, ut in illo ap. *Terentium* dicto in Phorm. I. 1. 5. *Praeſertim ut nunc ſunt mores: adeo res redit: Si quis quid reddit, magna habenda eſt gratia.*

XVII. Athen. p. 695. E. De cothone vide ad *Archilochi* Fr. V. 1. Vocem κώθωνι pro nomine proprio habuit *de la Nauze* dans les Mémoir. de l'Acad. des Inſcr. T. XIII. p. 534. Pro διάκονε ſcribendum puto διάκονε, ut pocillatorem alloquatur poëta. *Xenarchus* ap. *Athen.* XI. p. 475. A. παιδάριον, ἔγχει, νὴ Δία, νὴ τὸν κάνθαρον. Nec aliter legit *Adr. Junius* Anim. III. 7., quem *P. Leopardus* exagitat in Em. L. XII. c. 8. *Infunde, miniſter, in vas.*

XVIII. Athen. p. 695. C. Hinc *Euſtath.* Od. η. p. 277. 10. — Pro συνήβα, quod ap. *Euſtath.* eſt, vulgo συνῆκα legitur. — V. 4. *Hoeſchelius* in Appendice Emend. ad Damaſc. p. 92. συσωφρόνει corrigit, quod ap. *Euſtathium* legitur. Ap. eundem pro συστεφανηφόρει legitur συγκανηφόρει. Quam lectionem inde protulit *P. Leopard.* Emend. XII. c. 8. *Valckenarius* ad Phoeniſſ. p. 146. veterem ſcripturam fuiſſe putat hanc: σύμμοι μ. μ. Συσσώφρονι σωφρόνει. Quod ex parte probat *Hermannus*, qui etiam hic metrum choriambicum agnoſcens, p. 319. corrigit:

σύν μοι πῖνε, συνήβα, συνέρα, συστεφανηφόρει·
σύν μοι μαινομένῳ μαίνεο, σὺν σώφρονι σωφρόνει.

Theognis v. 306. ἐν μὲν μαινομένοις μάλα μαίνομαι, ἐν δὲ δικαίοις Ἀνθρώπων πάντων εἰμὶ δικαιότατος.

XIX. Athen. XV. p. 695. C. Ut Scolion Atticum hoc carmen profert, ultimo verſiculo omiſſo, *Dio Chryſoſt.* Or. II. p. 32. (Tom. I. p. 95. *Reisk.*) apud quem verſus aliter distribuuntur. — V. 1. γενοίμαν ἐλεφαντία. *Dio.* In cod. tamen Pariſin. ἐλεφαντίνα. — V. 2. φορέοιεν. *Dio*, qui et v. 6. γυνὴ καλὴ φορέοι legit. Verſus fortaſſe ſic conſtituendi ſunt:

[redacted]

εἴθε λύρα καλὴ
γενοίμαν ἐλεφαντίνη
καί με καλοὶ παῖδες φοροῖεν
    Διονύσιον ἐς χορόν.
εἴθ' ἄπυρον καλὸν
γενοίμην μέγα χρυσίον
καί με καλὴ γυνὴ φοροίη
    καθαρὸν θεμένη νόον.

Haec duas ſtrophas efficiunt, quae ſibi ad amuſſim reſpondent. Poëta ſe in rem quandam pulchram, ſplendidam, jucundam mutari optat, ut venuſti pueri pulchraeque puellae eum in pompis et feſtis ferant. χρυσίον pro χρυσὸς eſt ap. *Ariſtoph.* Plut. 809. Ran. 732. χρυσία, ὁ χρυσός. *Heſych.* ἄπυρον ad *Homeri* imitationem videtur dictum, qui Il. ι. 122. inter ea, quae Agamemnon Achilli redituro promittit munera, ἀπύρους τρίποδας nu-

[redacted]

τὸν συνεμβαίνοντά σοι εἰς τὴν μάκτραν. Hinc apparere videtur, πύελον pro *lacu* apud eos, qui *Eupolin* aetate praecederent, ap. seriores autem μάκτραν usurpatum esse. Nec tamen recentiores ab illo vocabulo abstinuerunt. *Lucian.* Tom. III. p. 72. 17. τρεῖς καὶ οὗτος θερμὰς πυέλους παρέχεται λουσαμένῳ. Disputavit de hac voce, nostro loco non omisso, *Salmas.* ad Solin. p. 847. — De meretricibus similiter *Alciphron* L. III. 58. p. 420. ὅνπερ οὖν τρόπον τοῖς λουτροῖς καὶ τοῖς σκεύεσι κοινοῖς κεχρήμεθα καὶ (f. καὶ οὐχ) ἑνὸς εἶναι δοκεῖ, οὕτω καὶ ταῖς εἰς τοῦτον ἀπογεγραμμέναις τὸν βίον.

XXII. *Athen.* p. 695. F. Σκόλιον δέ φασί τινες καὶ τὸ ὑπὸ Ὑβρίου τοῦ Κρητὸς ποιηθέν· ἔχει δὲ οὕτως· Ἔστι μοι . . . . Hinc protulit *Eustath.* ad Odyss. p. 276. 47. *Klotz.* ad Tyrt. Dissert. II. p. 238. Illustravit hoc carmen *Koeppen* in Anth. gr. T. II. p. 107. *Cludius* de Scoliis Graec. in Bibl. Lit. et Art. Fasc. III. p. 54. — V. 1. μέγας ap. *Athen.* μέγα *Eustath.* Vir fortis et generosus, qui hic loquitur, omnes suas divitias in armis positas esse ait, quibus sibi omnia, quae ad vitam sustentandam opus sint, comparet. *Maximus Tyr.* Diss. XXIX. 2. Tom. II. p. 75. ubi milites agricolis anteponendos esse ait, quia nemo eorum, qui e Spartanis ad insignem gloriam pervenissent, agriculturae operam dedisset: Θητικὰ ταῦτα, ait, Εἱλωτικὰ ταῦτα ὑπὸ ἀσπίδων σώζεται, τούτων δόρατα ὑπερμαχεῖ, ταῦτα δουλεύει τοῖς κρατοῦσι. et p. 77. μενούσης γὰρ τῆς ἐλευθερίας ἡ γῆ μένει, τὰ φυτὰ μένει, τὰ λήϊα. — λαισήϊα secundum *Eustathium* ad Il. μ. p. 874. 47. ex pellibus non mollitis, ἐξ ἀκατεργάστων βυρσῶν, fiunt. *Herodot.* VII. 91. p. 547. 71. λαισήϊα εἶχον ἀντὶ ἀσπίδων, ὠμοβοίης πεποιημένα. Vide *Hesych.* v. ibique Intpp. — πρόβλημα χρωτός. *Homer.* Il. ν. 288. σάκος, τό οἱ ἤρκεσε λυγρὸν ὄλεθρον. *Paul. Silent.* Ep. XLVI. ἀσπίδα ταυρείην, ἔρυμα χροός. — τούτῳ ἀρῶ. Horum armorum praesidio tutus, quae alii labore parant, ipse possideo. His igitur

[redacted]

aro, meſſem facio, vinum torqueo. In eundem ſenſum, ni fallor, *Archilochus* ap. *Athen.* L. I. p. 30. F. ἐν δορὶ μέν μοι μᾶζα μεμαγμένη, ἐν δορὶ δ' οἶνος Ἰσμαρικός, πίνω δ' ἐν δορὶ κεκλιμένος. ἐν δορὶ eſt *haſta armatus.* — V. 4. οἶνον ἀπ' ἀμπέλου. Recte interpretatur *Cludius.* Sic *Hermeſianax* El. 36. καὶ μαλακοῦ πνεῦμ' ἀπὸ πενταμέτρου. quem locum a criticorum correctionibus vindicavit *Heinrich.* ad Muſae. p. 52. et nuper *Ilgen* p. 293. — πατεῖν οἶνον pro λυνοῦν ſive βότρυας πατεῖν, ut eſt ap. *Liban.* T. I. p. 138. A. — Pro ἀμπέλω ap. *Athen.* ἀμπέλων· rectius ap. *Euſtathium* ἀμπέλου. — V. 5. μνοίας. οἰκεταίας. *Heſych.* *Soſicrates* ap. *Athen.* L. VI. p. 263. F. τὴν μὲν κοινήν, φησί, δουλείαν οἱ Κρῆτες καλοῦσι μνοίαν, τὴν δὲ ἰδίαν ἀφαμιώτας, τοὺς δὲ περιοίκους ὑπηκόους. *Hermon* in gloſſis creticis ap. eund. p. 267. C. μνῶτας τοὺς εὐγενεῖς οἰκέτας. Vocem μνοίας *Euſtathius* omittit, quam tamen alibi ex *Soſicrate* explicavit [redacted]

Lucian. T. I. p. 499. *Maxim. Tyr.* XIII. p. 229. Ex recentioribus multi hoc Scolion repetiverunt, quos vide ap. *Fabric.* in Bibl. Gr. T. II. p. 111. ed. *Harl.* Interpretatus eſt *Cludius* l. c. p. 50. qui recte comparavit Hymnum *Licymnii* in Sanitatem, ſervatum ap. *Sextum Empir.* adv. Mathem. p. 447. C. — V. 2. σοῦ vulgo. ναίοιμι. Idem Gratias rogat *Theocrit.* Eid. XVI. 108. τί γὰρ Χαρίτων ἀγαπατὸν Ἀνθρώποις ἀπάνευθεν; ἀεὶ Χαρίτεσσιν ἅμ' εἴην. — V. 4. Tu mecum propitia habites. *Pindar.* Iſth. δ. 73. Προφρόνων Μοισᾶν τύχοιμεν. — σύνοικον. Lyricus ap. *Clem. Alex.* Strom. V. p. 731. de Juſtitia ait: ὀλβίων παῖδες οἵ νιν εὑρόντες σύνοικον. quem ſecutus *Oppianus* Hal. II. 680. νῦν γάρ σε, ait, Δίκη, θρέπτειρα πολήων, Γινώσκω μερόπεσσι συνέστιον ἠδὲ σύνοικον. — V. 5. Nihil ſine ſanitate gratiam habet. *Licymnius* l. c.:

Τίς γὰρ πλούτου χάρις ἢ τοκήων,
ἢ τᾶς ἰσοδαίμονος ἀνθρώπου (f. ἀνθρώποις)
βασιληΐδος ἀρχᾶς;
σέθεν δὲ χωρὶς οὔτις εὐδαίμων ἔφυ.

Haec ejusmodi ſunt, ut, niſi alterum poëtarum turpiſſimum plagium admiſiſſe credas, vix dubitari poſſit, quin *Sextus* memoriae lapſu *Licymnio* tribuerit, quae *Ariphronis* ſunt. *Orpheus* Hymn. LXVII. 9. de eadem dea, οὔτε γὰρ ὀλβοδότης Πλοῦτος γλυκερὸς θαλίῃσιν, Οὔτε γέρων πολύμοχθος ἄτερ σέο γίνεται ἀνήρ. — V. 6. εὐδαίμονος vulgo. Noſtrum in Excerpt. eſt; nec de hujus lectionis veritate dubitare nos ſinit cum ejus elegantia, tum *Sexti* auctoritas, tum denique locus ap. *Plutarchum*, cui haec obverſabantur T. II. p. 479. A. τὴν ἀρίστην καὶ ἡδίστην κρᾶσιν καὶ ἁρμονίαν, ἧς χωρὶς οὐδὲ πλούτου φασὶν οὐδὲ τᾶς ἰσοδαίμονος ἀνθρώποις βασιληΐδος ἀρχᾶς εἶναί τινα χάριν καὶ ὄνησιν. — ¶. 160.] V. 7. πόθων. furtiva voluptas, quam adeo furtivis Veneris retibus venamur. Puellae Veneres et illecebras σπλάγχνων δίκτυα καὶ παγίδας vocat *Soſipater* Ep. III. Cf. ad *Meleagr.* Ep. IV. 1. — θηρεύειν in re

[redacted]

Venerea admodum frequens. Vide Intpp. ad *Phaedr.* IV. 4. *Dorvill.* ad Charit. p. 555. — V. 12. Qui tuis muneribus gaudent, iis omnia *instar veris affulgent.* *Horat.* IV. Carm. V. 6. Suavitatis et amoenitatis notio, quae inest verbis ἔαρ λάμπει, ea augetur etiam apposito Χαρίτων, quae veri venustatem suam tribuunt, quibusque adeo ver ipsum sacrum est. De puella, pulcritudinis eximiae, immatura morte exstincta *Julian. Aeg.* Ep. LI. Χαρίτων ἐξανέθηλεν ἔαρ. *Anacreontis* deliciae τὸ Πόθων ἔαρ, ap. *Antip. Sid.* Ep. LXXV. *Meleager* ad puerum, te, inquit, ubi hilarem video, ἁδὺ τέθηλεν ἔαρ, Ep. XLIV.

A S T Y D A M A S.

Ex Tom. III. p. 329.] *Suidas* T. III. p. 291. in [redacted]

tur, vitam ageret. πρῶτα φέρειν. Qui hoc dicendi genus illustrarunt *T. Hemsterhus.* ad *Luciani* Tim. 35. T. I. p. 400. sq. ed. Bip. *Wesseling.* et *Valcken.* ad *Herodot.* IX. p. 727. 21. φέρεσθαι dicendum esse contendunt, non φέρειν. *Astydamas* tamen, cujus locum nemo eorum meminerat, non dubitavit activa forma uti. — V. 3. ἐπ' ἀληθείης. ut ap. *Theocrit.* Eid. VII. 44. πᾶν ἐπ' ἀλαθείᾳ πεπλασμένον ἐκ Διὸς ἔρνος. — ἀφεθεὶς παράμιλλος. superior evaderem, omnes pone me reliquisse judicarer. Verbo παραμιλλᾶσθαι superandi sensu, vel potius sic, ut superandi conatum significet, usus est *Polybius* XII. 11. 4.

IONIS CHII FRAGMENTA.

T. I. p. 161.] *I.* Servavit insigne hoc Elegiae fragmentum *Athen.* L. X. p. 447. D. F. In Analectis primus versus est ἑπτάμετρος· οἶνος θυρσοφόροισι φίλος. ut etiam ap. *Casaubonum* p. 744. 65. In contextu *Athenaei* legitur: τῷ δ' ἡμετέρῳ χρόνῳ οἶνος φίλος ὢν θυρσοφόρος μέγα πρεσβεύων Διόνυσος, φησὶ Ἴων ὁ Χῖος ἐν τοῖς ἐλεγείοις. In sqq. poëta exponit, quot bona vini inventio hominibus procreaverit. Primum sermonis voluptatem auxit. Poëta ap. *Athenaeum* L. I. p. 32. C. ἦ γὰρ ἔπος τόδ' ἀληθὲς, ὅτ' οὐ μόνον ὕδατος αἶσαν, Ἀλλά τι καὶ λέσχης οἶνος ἔχειν ἐθέλει. Scriptura versus secundi mihi depravata videtur. *Ionem* scripsisse existimo:

Θυρσοφόροισι φίλος, μέγα πρεσβεύων Διόνυσος,
ἀρχὴ καὶ πρόφασις παντοδαπῶν λογίων.

Vinum, unde hilares sermones originem ducunt, eorum ἀρχὴ recte dicetur. ἀρχὴ καὶ πηγή. *Plato* in Phaedro p. 245. C. οἷαν ἀρχὴν καὶ σπέρμα λαβόντες. *Plutarch.* T. II. p. 48. C. σπέρμα τῶν πράξεων οὖσαν τὴν διάθεσιν καὶ τὸ ἦθος ἀρχὴν καὶ πηγὴν τοῦ βίου. Vocem ἀρχὴ hoc sensu usur-

[redacted]

patam tractavit *Valcken.* ad Herodot. p. 426. 98. — V. 3. fortaſſe αἶγε Π. corrigendum eſt. Graecorum conventus, regum beatorumque convivia ex eo inde tempore celebrari coeperunt, quo vini cultura inventa eſt. *Varro* in Anth. Lat. T. I. p. 538. LXXXIII.:

Vino nihil quicquam jucundius cluit.
Hoc aegritudinem ad medendum invenerunt.
Hoc bilaritatis dulce ſeminarium.
Hoc continet coagulum convivia.

ἀνάκτων de diis accipit *Caſaubonus.* Vix recte. Nulla certe cauſa, quae nos propriam hujus vocabuli ſignificationem hoc loco relinquere cogat. — V. 5. vulgo ἐπτήξατο legitur, quod *Caſaubonus* in ἐπτύξατο mutavit; non explicato ſenſu, quem ex hac emendatione emergere putaverit. Quum vitis *ulnae,* πήχεις, commemorentur, admodum probabile eſt, poëtam admirabilem illam vitium facultatem, claviculis ſuis proximas arbores com-

[redacted]

p. 608. E. Cf. *Philippi* Epigr. XLV. ἄγχεις τὴν Βρομίου βοτρυόπαιδα χάριν. Hanc interpretationem non dubito quin magis probaturi sint viri docti, quam *Westonis* Britanni conjecturam, qui in Hermesianacte p. 37. αἰθέρος ὀφθαλμοῦ corrigendum dicit, idque pro *solis* circumlocutione habet, ut ap. *Aristoph.* Nub. 284. uvas vero *solis filias* appellari. — φωνήεντες vocantur uvae, quod in torcular conjectae, strepitum edunt. *Calpurnius* Ecl. I. 2. *Quamvis et madidis incumbant prela racemis, Et spument rauco ferventia musta susurro.* — V. 9. νέκταρ ἀμέλγονται. nectareus inde latex exprimitur. Hinc fortasse *Macedon.* Epigr. XXXII. οἰνὰς ὀπώρη οὔθατος ἐκ βοτρύων ξανθὸν ἄμελξε γάνος. Miror, neminem in μόνον haesisse, nec epithetorum, quibus hi versus onerantur, abundantiam vitii suspicionem movisse. Legendum puto:

νέκταρ ἀμέλγονται, ποτὸν ὄλβιον, ἀνθρώποισι
ξυνὸν τοῦ χαίρειν φάρμακον αὐτοφυές.

Vide, an hunc locum expresserit *Nonnus* in Dionys. XII. p. 346. Λαρὸν ἐϋρραθάμιγγος ἀμέλγετο νέκταρ ὀπώρης· Καὶ βλοσυραῖς γεννῆσι ποτὸν βακχεῖον ἀμέλξας — —. Vinum vero τοῦ χαίρειν φάρμακον, *laetitia sator*, ut ap. *Clem. Alex.* Paedag. II. p. 179. ubi senibus meraciorem potionem permittit οἷον ἀναζωπυροῦσι τῷ τῆς ἀμπέλου φαρμάκῳ. ubi imitationem *Platonis* agnoscis, qui ap. *Athen.* X. p. 440. C. ἐπίκουρον τῆς τοῦ γήρως αὐστηρότητος ἐδωρήσατο τὸν οἶνον φάρμακον, ὥστε ἀνηβᾶν ἡμᾶς καὶ δυσθυμίας λήθην γίγνεσθαι. *Tibull.* I. 7. 37.:

Hic liquor docuit, voces inflectere cantu,
Movit et ad certos nescia membra modos.
Bacchus et agricolae multo confecta labore
Pectora tristitiae dissoluenda dedit.

Nonnus Dionys. XII. p. 342. Ἀνὴρ πένθος ἔχων, ὅτε γεύσεται ἡδέος οἴνου, Στυγνὸν ἀεξομένης ἀποσείσεται ὄγκον ἀνίης. Quaedam hujus generis collegit *Gataker* in Misc. Adv.

[redacted]

p. 558. — V. 12. χορεί. Nam, ut *Nonnus* cecinit L. XII. p. 342. οἴνου μὴ παρεόντος, ἀθελγέες εἰσὶ χορεῖαι· secundum vetus proverbium, quod vinum dicit πείθειν χορεύειν οὐκ ἐθέλοντας· quae *Eriphi* sunt ap. *Athen.* IV. p. 134. C. *Anacreon* Od. XLI. 2. ἀναμέλψομεν δὲ Βάκχον, τὸν ἐφευρετὰν χορείας — δι' ὃν ἀμπαύεται λύπα, δι' ὃν εὐνάζετ' ἀνία. — In seq. versu copula desideratur; nec video, cur vinum bonorum pectora magis quam malorum dicatur recludere. *Ion* scripsisse videtur:

τῶν δ' ἀνδρῶν βασιλεὺς οἶνος ἔδειξε φρένας.

Eratosthen. Cyren. Ep. I. T. I. p. 477. Vinum ubi pectus intravit — τὰ καὶ κεκρυμμένα φαίνει βυσσόθεν, ἐκ δ' ἀνδρῶν πάντ' ἐτίναξε νόον. *Theognis* ap. *Stob.* XVIII. p. 160. ἐν πυρὶ μὲν χρυσόν τε καὶ ἄργυρον ἴδριες ἄνδρες γιγνώσκουσ', ἀνδρὸς δ' οἶνος ἔδειξε νόον. *Ovidius* A. A. I. 241. vino *poto aperit mentes, aevo rarissima nostro, Simplicitas, artes excu-* [redacted]

III. p. 378. sq. — In fine versus *Athen.* habet — ὁ δὲ χρυσὸς οἶνον ε'. χειρῶν — — quod *Bentlejus* in Epist. ad Mill. p. 63. sic corrigit: — ὁ δ' ἕκαστος οἶνον ἔχων χειροῖν ἐζέτω εἰς ἔδαφος. Rem minori molimine restituendam esse judicavit *Toup.* qui in Epist. crit. p. 90. emendationem, a *Brunckio* exhibitam, expromsit. Ejus verba haec sunt: »Χρύσης *sive Chryses est nomen sacerdotis, quod ex Ho-»mero satis notum. Lucian. de sacrif.* 3. T. I. p. 528. »ταῦτα δὲ, οἶμαι, καὶ Χρύσης ἐπιστάμενος, ἅτε ἱερεὺς καὶ γέρων, »καὶ τὰ θεῖα σοφός. *Nimirum hic sacra res agitur. Haud »aliter Eubulus in Ulysse ap. Athen.* L. XI. p. 478. — — »*Idem autem* νίζειν εἰς ἔδαφος *et* νίζειν ἔδαφος. *Huc manife-»sto respexit Horatius, perpetuus graecarum elegantiarum »sectator, Carm.* II. 14. 26. *Mero tinguet pavimentum »superbo Pontificum potiore coenis.*« Hactenus vir acutissimus. *Weston* in Hermes. p. 40. tentat: ὁ δὲ χρυσὸς οἶνον ἔχων χειροῖν εἰβέτω ε. ἕ. *Aurum vero vini plenum in pavimentum effluat.* Sed in hoc verborum contextu quid verbo χειροῖν facias? Fieri tamen potuit, ut, quod ille scripsit, non recte enotaverim. Liber nunc non ad manus est. —. Quod ad nostram lectionem attinet, arguta illa quidem; sed an ipsam poëtae manum praestet, dubito. Praetulerim equidem *Bentleji* conjecturam, sed ita, ut distinctione paululum immutata legatur:

κιρνάντων· προχύταισι δ' ἐν ἀργυρέοισιν ἕκαστος
οἶνον ἔχων χειροῖν (f. ἱερὸν) νιζέτω εἰς ἔδαφος.

Vinum effundebatur ex προχόοις. *Antimachus* ap. *Athen.* XI. p. 468. A. qui locus inprimis comparandus:

— ἐν μὲν ὕδωρ, ἐν δ' ἀσκηθὲς μέλι χεῦε
Ἀργυρέῳ κρητῆρι περιφραδέως κερόωντες.
νώμησαν δὲ δέπαστρα θοῶς βασιλεῦσιν Ἀχαιῶν
ἐκ χερὸς εἰστιῶσι, καὶ ἐκ λοιβὴν χέον εἶθαρ
χρυσείῃ προχόῳ.

¶. 162.] V. 5. Heroës, quibus poëta libari vult, rem Argis agi, significare videntur. Ibi enim Hercules,

[redacted]

EUENI PARII
ALIORUMQUE EJUSDEM NOMINIS POETARUM FRAGMENTA.

I. 164.] Apud *Stobaeum* Tit. XX. p. 171. Gesn. p. 103. Grot. Vulgo χειρότερον legebatur. Nostrum debetur *Grotio*. Subaudiendum videtur χεῖμα. *Ira ipso furore gravius*; ut ap. *Platon.* in Conviv. p. 316. G. χαλεπὸν τοῖς ἀνθρώποις ἡ μέθη ἐστί. Vide de hac generis enallage *Dorvill.* ad Charit. p. 244. et inprimis *Abresch.* in Auctar. Diluc. Thuc. p. 330. Similes sententias collegit *Barth.* ad *Claudian.* p. 620.

II. In *Stobaei* Flor. XLIX. p. 354. Gesn. 197. Grot. Sensus est, quem expressit *Cicero* de Offic. I. 19. *Sed ea animi elatio, quae cernitur in periculis et laboribus, si* [redacted]

IV. Ariſtotel. Eudem. II. 7. τὸ βίαιον λυπηρὸν καὶ πᾶν, ὃ ἀναγκαζόμενοι ποιοῦσιν ἢ πάσχουσιν· ὥσπερ καὶ Εὔηνός φησιν·

Πᾶν γὰρ ἀναγκαῖον πρᾶγμ' ἀνιαρὸν ἔφυ.

et iterum in Metaph. IV. 5. Legitur idem verſus in fragm. *Theogn.* 464. *Plutarchus* T. II. p. 1102. C. eum *Eueno* tribuit, *Ariſtotelis* auctoritate, ut videtur, commotus. Apud eundem in Eudem. L. VI. 10. leguntur hi verſus, a *Brunckio* praetermiſſi:

Φημὶ πολυχρόνιον μελέτην ἔμεναι, φίλε· καὶ δὴ
ταύτην ἀνθρώποισι τελευτῶσαν φύσιν εἶναι.

quos etiam profert in Eth. ad Nicom. L. VII. 10.

V. Ad verba *Chariſii* ap. *Rutilium Lupum* p. 38. *Nimirum nullo conſilio filios procreamus. Nam majorem partem ex illis doloris et contumeliae capimus.* haec notavit *Ruhnkenius:* „Chariſius Eueni, poëtae vetuſtiſſimi, verſum, qui in proverbii conſuetudinem abierat, expreſſit. Is ita legitur apud Plutarchum de Amor. prol. p. 497. A.:

Ἴδε, ὅση λύπη παῖς πατρὶ πάντα χρόνον.

Apud Artemidorum I. 16. ſuppreſſo Eueni nomine ſic:

Ὡς υἱοὺς ἢ λύπη παῖς πατρὶ πάντα χρόνον.

Rurſus alio modo apud Hermiam Comment. Mſc. in Platonis Phaedrum: θαυμαστὸς δὲ ἐγένετο Εὔηνος, καὶ ἀλλαχοῦ αὐτὸν ἐπαινεῖ· ὃς καὶ τὸν ἴαμβον (πεντάμετρον volebat dicere) τοῦτον εἶπε·

Φόβος ἢ λύπη παῖς πατρὶ πάντα βίον.

Iſaacus Caſaubonus, teſte *Rigaltio* ad Artemidor. (p. 7.) emendabat: Εἶδεν, ὅση λύπη παῖς π. π. χρ. Omnia mirifice pervertit Deſid. Heraldus ad Arnob. I. p. 8. Ἢ ὗς, ἢ λύκος παῖς π. π. χ. In metri leges peccat conjectura Jac. Tollii Fortuit. c. XI. p. 84. Ὡς υἱὸς ἡ λύπη πᾶς πατρὶ π. χ. Quarum conjecturarum vanitate quando nihil

[redacted]

ad versus integritatem proficitur, dabimus veram et germanam scripturam, quam, ut indicio cel. Abr. Gronovii cognovimus, Codex Artemidori Mediceus conservavit:

Ἦ δέος, ἢ λύπη παῖς πατρὶ πάντα χρόνον.

De cujus lectionis veritate tanto minus dubitandum, quod eadem ferme in mentem venerat Valckenario nostro. Nec aliter legit Plutarchus, si ἢ in ἦ mutes, et literas male divulsas conjungas. Ceterum a Menandro etiam ap. Stob. p 451. liberi patri dicuntur λύπη, φόβος, φροντίς· quem locum Georg. Fabricius comparat cum Terentiano Adelph. V. 14. 13. *Duxi uxorem: quam ibi miseriam vidi! nati filii: Alia cura.* Adde Barth. Advers. XXXIV. 19." — Optimam hanc lectionem in *Plutarchi* contextu nuper exhibuit *Wyttenbachius.*

¶. 165.] *VI.* Cod. Vat. p. 595. Εὐήνου. In Planud.

[redacted]

gratiam fecisse narratur, non ulla alia re magis compulsus, quam quod sparsi libelli essent cum his versibus:

Κἤν με φάγῃς ἐπὶ ῥίζαν, ὅμως ἔτι καρποφορήσω,
ὅσσον ἐπισπεῖσαι Καίσαρι θυομένῳ.

Eueni distichon latine vertit *Ovid.* Fast. I. 357.:

Rode, caper, vitem: tamen huic, cum stabis ad aram,
In tua quod spargi cornua possit, erit.

Ejus non immemor fuit *Schottus* ad Proverb. ἀποτίσεις, χοῖρε, τὰ γίγαρτα, p. 369. Non supervacaneum erit monere, *Libero patri, vitis repertori, hircos*, vitibus perniciosos, *immolatos esse, proinde ut capite darent poenas*, quae *Varronis* verba sunt de Re Rust. I. 2. 19. *Lascivum pecus et viridi non utile Baccho, Dat poenas: nocuit jam tener ille deo.*

VIII. et *IX.* Planud. p. 323. St. 463. W. In primo disticho *Eueno* obversatus esse videtur nobilissimus locus ap. *Homerum* Il. γ. 156. — In altero Epigrammate acumen est in verbis αὐτὸς ὁ βούτας et πανεπόψιον ἔθηκε. Venerem, quam Paris olim *solus* in Ida viderat, Praxiteles nunc omnibus conspiciendam dedit. Summam illius statuae pulcritudinem ita significat, ut illam ab ipsa dea nihil diversam dicat. Sicuti enim Venus olim, ita nunc Praxitelis opus Paridis suffragium aufert. Nudam fuisse statuam, ex priore disticho intelligitur. Conf. *Heynium* in Comment. Soc. Reg. Tom. X. p. 106.

X. et *XI.* Cod. Vat. p. 476. Εὐήνου. Planud. p. 303. St. 443. W. — V. Ἰ[illegible]κειται junctim edit. Flor. — In alterius distichi v. 1. Cod. Vat. ἀνεπλασάμην habet. Sensus est, ipsum Myronem mox operis sui veritate et pulcritudine deceptum, hanc suam buculam pro vivo et spirante archetypo habiturum esse, ad cujus similitudinem aeneum signum finxerit.

XII. Cod. Vat. p. 459. sq. Εὐήνου Ἀθηναίου. *Reiskius* hoc carmen in Tiresiae statuam conscriptum putabat.

Quae conjectura nititur depravata lectione vers. 7. Agitur de Tiresia ex femina in marem mutato, quales casus enarrat *Plinius* H. N. VII. 3. p. 375. et *Antoninus Liber*. c. XVII. ubi p. 114. ed *Verheyk* pro ἔτι καὶ τῶν ὀνείρων καὶ τῶν μάντεων cum *Fonsecnio* ὀνειροκριτῶν legendum est, sed sic: τῶν ὀνειροκριτῶν μάντεων — quales verborum compositiones *Antoninus* amat. Ibidem p. 116. legendum videtur: καὶ αὖτις ἀνὴρ ἐγένετο, πάλιν τῇ ῥάβδῳ αὐτοὺς πατάξας. De hyaena, sexum mutante, agens *Aelian*. H. A. I. 25. οὐκοῦν τὸν Καινέα καὶ τὸν Τειρεσίαν ἀρχαίους ἀπέδειξε τὸ ζῷον τοῦτο, οὐ κόμποις, ἀλλὰ τοῖς ἔργοις αὐτοῖς. Facete fabulam de Tiresia ridet Menippus ap. *Lucian*. D. Mort. XXVIII χρόνῳ δέ σοι ἡ μήτρα ἠφανίσθη, καὶ τὸ μόριον τὸ γυναικεῖον ἀπεφράγη, καὶ οἱ μαστοὶ ἀπετάκησαν, καὶ τὸ ἀνδρεῖον ἀνεφύη, καὶ πώγωνα ἐξήνεγκας; ἢ αὐτίκα ἐκ γυναικὸς ἀνὴρ ἀνεφάνης; — V. 2. carminis nostri haud

— — νῦν δὲ Χαρικλοῦ

τὴν πάρος ἐν μίτραις ἤσκησατ' ἐν χλαμύδι.

Charitlo mater est Tiresiae, cujus mentio ab hoc loco non aliena. Hoc nomen, syllaba omissa, in Χακλω depravatum, facile per pravam scioli solertiam in χαλιδε abire potuit. Conf. *Callimach*. H. in Lav. Pall. 67. *Apollodor*. L. III. 6. 7. — μίτραι pro zona videtur positum, qua puellae solae utuntur.

XIII. Bis legitur in Vat. Cod. p. 375. sq. ἀδέσποτον est; p. 413. Εὐήνου. In Planud. p. 86. St. 126. W. etiam ἄδηλον. Scriptum in hirundinem, quae cicadam, quamvis ipsi multis rebus cognatam, ceperat. *Aelian*. H. A. VIII. 6. ἦν δὲ ἄρα εὐχείρωτα καὶ αἱρεῖν ῥᾷστα, οἱ ὄνοι μὲν τοῖς λύκοις, ταῖς μέροψι δὲ αἱ μέλιτται, ταῖς γε μὴν χελιδόσιν οἱ τέττιγες. — Hirundinem poëta puellam Atticam vocat ob notam de Philomela fabulam. *Apollodor*. III. p. 270. *Himerius* Orat. III. 3. p. 432. ἀφίημι δὲ καὶ ταῖς χελιδόσι ταῖς Ἀττικαῖς τὸν μῦθον ἐκεῖνον τὸν Θρᾴκιον. Πανδιονὶς ap. *Hesiodum* Ἡ. κ. Ἑ. 366. Vide *Bochart*. in Hieroz. Tom. II. p. 63. sq. Quare autem μελίθρεπτος vocetur, ignoro equidem. *Delicatis nutritam cibis* vertit *Brodaeus*, sed caussam epitheti non reddit. Ad vocis suavitatem referendum esse, non dubito; sed fortasse depravatum vocabulum, et legendum

μελίφθεγκτε.

Hirundinis dulcem cantum laudat *Anacreon* ap. *Hephaestionem* p. 22. ἁδυμελὲς, χαρίεσσα χελιδοῖ. Qui vocem ad mellis instar dulcem habet, μελίφθεγκτος vocari potuit, ut μελίθροος ap. *Lollium Bass*. Ep. I. μελίγηρυς, μελίφθογγος et alia, quae persecutus est *Klotzius* ad *Tyrtaeum* p. 76. — V. 2. in Vat. Cod. loco pr. mutilus est post τέττιγα, loco posteriore τέττιγ' ἀρπάξας δ. φ. τέκνοις. Hoc ipsum *Salmasius* reponendum censebat, cum in Planudea legatur, τέττιγα σπανιῇ· contra quam emendationem *Brun-*

[redacted]

ckius monuit, ἄπτηνας graecam vocem non esse. ἀπτῆσιν est ex acutissimi editoris conjectura. Cf. *Homer.* Il. ι. 323. *Oppian.* Hal. L. III. 243. Ceterum in hoc carmine eorundem verborum in v. 1. et 3. repetitio non immerito offendit *Gilbertum Wakefield*, qui in Silv. crit. T. II. p. 145. correxit: καλὸς καλὸν ἁρπάξασα. — V. 4. τὸν ξεῖνον εὐξείνα. Vat. Cod. loco pr. Hospites vocantur hirundo et cicada, quoniam utraque per aestatis tantum tempora in Europa versatur, hieme ingruente in alias regiones commigrat. Mox in Planud. ἠρινὸν ἠερινά, quod habetur in Lectionibus Aldinae pr. Nam in contextu illius editionis et in ed. Flor. ἠαρινὰ et ἐαρινὰ exstat. *Valckenar.* ad Eurip. Hipp. p. 172. C. corrigit ἠρινὸν εἰαρινᾶ, quod omnium plausus ferret, nisi Codex verissimam servasset lectionem, τὸν θερινὸν θερινά. *Plato* in Phaedro p. 230. C. θερινόν τε καὶ λιγυρὸν ὑπηχεῖ τῷ τῶν τεττίγων

[redacted]

frigide significavit poëta, dicens, illam urbem portas habere aeneas, quas nulla vis perrumpere queat. — V. 6. pro κείσομαι ἐν στόματι *Wakefield* in Silv. crit. T. I. p. 84. κλείομαι posuit; nimis audacter. Probe se tuetur vulgata lectio exemplo *Theognidis* v. 234. de gloria, quam Cyrno suo conciliaverit, agentis: – θοίναις τε καὶ εἰλαπίνῃσι παρέσσῃ Ἐν πάσαις, πολλῶν κείμενος ἐν στόμασι. *Antipater Thess.* Ep. XXX. πολλάκι μοι κείσεαι ἐν στόμασι. *Eustath.* de H. et H. XI. p. 478. καὶ ἦν τὸ καθ' Ὑσμίνην καὶ Ὑσμινίαν ἡμᾶς ἀνὰ πᾶσαν γλῶσσαν διήγημα κείμενον.

XV. Vat. Cod. p. 514. Εὐήνου. In Planudea p. 180. St. 264. W. ἄδηλον est. Veteris *Eueni* videtur, et fortasse Elegiae particula. — V. 3. membranae Vatic. sic habent: χαίρει κιρνάμενος δὲ τρισὶν νύμφαισι τέταρτος, quem elumbem versum *Brunckius* merito repudiavit. Comparandus *Mnesitheus* ap. *Athen.* L. II. p. 36. B.:

ἐν ταῖς συνουσίαις τε καὶ καθ' ἡμέραν
τοῖς μὲν μέτριον πίνουσι καὶ κεκραμένον,
εὐθυμίαν φέρει γ'· ἐὰν δ' ὑπερβάλῃς, ὕβριν·
ἐὰν δ' ἴσον ἴσῳ προσφέρῃ, μανίαν ποιεῖ.

ubi fortasse corrigendum:

εὐθυμίαν γ', ἐὰν δ' ὑπερβάλῃς, ὕβριν,
ἂν δ' ἴσον ἴσῳ προσφέρῃ, μανίαν ποιεῖ.

— V. 5. εἰ δὲ πολὺς πνεύσειεν. *Si Bacchus vehementius spiraverit.* Ut *Euenus* de Baccho, sic fere *Tibullus* de Amore L. II. I. 79. *Ah miseri, quos hic graviter deus urget: at ille Felix, cui placidus leniter afflat Amor.* ubi vide *Heynium.* Cf. *Burmann.* ad Propert. I. I. 31. — πολὺς, *vehemens*, illustrat *Abresch.* in Auct. Diluc. Thuc. p. 327. sq. et *Valcken.* ad Hipp. p. 214. — In versus exitu Cod. Vat. ἀπέστραφεν Ε. — V. 6. βαπτίζει δ' ὕπνῳ. Haec est genuina Cod. lectio. In Planud. βαπτίζεται δ' ὕπνῳ, quo metrum pessumdatur. *Scaliger* conj. βάπτισται. *Heliodor.* Aeth. IV. p. 192. ἐπειδὴ μέσαι νύκτες ὕπνῳ τὴν πόλιν

[redacted]

ἐβάπτιζον. *Clemens Alex.* Paed. II. p. 182. 29. ὑπὸ μέθης βαπτιζόμενος εἰς ὕπνον. βαπτίζεσθαι enim et ii dicuntur, qui se largius invitarunt vino. *Plato* in Conv. p. 176. B. καὶ αὐτός εἰμι τῶν χθὲς βεβαπτισμένων. Unde *Lucian.* T. III. p. 81. 41. καρηβαροῦντι καὶ βεβαπτισμένῳ ἔοικεν. Quaedam huc pertinentia de verbo βαπτίζεσθαι vide ap. *Wetsten.* ad N. T. Matth. XX. 23. p. 457.

¶. 167.] *XVI.* Vat. Cod. p. 397. Εὐήνου γραμματικοῦ. Primus edidit *Alberti* ad Hesychium v. ἀσφηκωμένοι. *Reiskius* in Jensian. p. 120. nr. 671. Scriptum in blattam sive tineam, membranas rodentem. Mihi hoc carmen nondum satis videtur emaculatum. φωλάδα blattam appellat, tanquam in obscuris lustris degentem. De feris et reptilibus usurpatur. φωλάδες ἄρκτοι *Theocrit.* Eid. I. 115. φωλάδες ὕδραι *Nonn.* Dion. II. p. 48. φωλὰς ἀραχναίη *Erycius* Ep. IX. Hinc φωλεύειν, quod illustrat *Salmas.*

[redacted]

Hoc video, ſinceram lectionem nondum repertam eſſe; quid vero legendum ſit, non aſſequor.

ANTIMACHI EPIGRAMMA.

In Planudea p. 340. St. 480. W. legitur ſine auctoris nomine. Ad Antimachum refert Vat. Cod. p. 410. Quum vero nullum ſit Antimachi epigramma in Anthologia, *Ruhnkenius* exiſtimavit, oſcitantem librarium Ἀντιμάχου ſcripſiſſe pro Καλλιμάχου, ut alibi paſſim. Hanc ob cauſam relatum eſt inter Epigrammata Callimachi nr. LXXII. p. 331. Eſt in Venerem armis indutam. — V. 2. ὁ ψεύστας. artifex, qui tibi tribuit, quod a natura et moribus tuis alieniſſimum eſt. In ſqq. poëtae obverſabantur Homerica Il. ε. 428. Οὔ τοι, τέκνον ἐμὸν, δέδοται πολεμήϊα ἔργα· Ἀλλὰ σύ γ' ἱμερόεντα μετέρχεο ἔργα γάμοιο, Ταῦτα δ' Ἄρηϊ θοῷ καὶ Ἀθήνῃ πάντα μελήσει. — Cum verbis, ἔντεα σοὶ γὰρ Ἔρωτες, comparaveris Anacr. Od. II. 10. ſqq. Venus ipſa ap. *Coluthum* v. 159.:

> ἔργα μόθων οὐκ οἶδα· τί γὰρ σακέων Ἀφροδίτῃ;
> ἀγλαΐῃ πολὺ μᾶλλον ἀριστεύουσι γυναῖκες.

et v. 90.:

> μούνη Κύπρις ἄναλκις ἔην θεός· οὐ βασιλήων
> κοιρανίην, οὐδ' ἔγχος Ἀρήϊον, οὐ βέλος ἕλκω·
> ἀλλὰ τί δειμαίνω περιώσιον; ἀντὶ μὲν αἰχμῆς
> ὡς θοὸν ἔγχος ἔχουσα μελίφρονα δεσμὸν ἐρώτων.

— V. 4. κροτάλων. mulierum inſtrumentum. *Rufinus* a puerorum amore ad Veneris caſtra tranſiens, νῦν, ait, δίσκος ἐμοὶ κρόταλον Ep. XIV. — Pro ἃ τέρψις Planud. αἳ — τέρψεις. — V. 5. Cod. Vat. vitioſe καθεστρωνίδι (στ) διφ. t ſeq. verſu σὺ δ' εὔχεται ἂν εἰς 'Υ. In ed. Flor. εὔχεται.

[redacted]

SIMMIAE THEBANI
EPIGRAMMATA.

¶. 168.] I Sine auctoris nomine in Planud. p. 275. St. 398. W. *Simmiae Thebano* vindicat Vat. Cod. p. 210. sq. Elegans carmen in *Sophoclem* Tragicum, quem Σοφίλου (non Σοφίλλου, ut est in Vat. Cod. et ap. *Clem. Alex.* p. 63. 5.) filium vocat; apud *Diodor. Sicul.* XIII. p. 625. 34. Θεοφίλου fil. est, quod recte emendavit *Meursius*. Ut vitiosam scripturam defenderet, egregie argutatus est *Lessingius* in Vit. Soph. p. 23. sq. — ἀστέρα Μουσέης de poetis usurpatum, multis placuit. Cf. *Alcaeum Mess.* Ep. VII. *Antipater Sid.* Ep. LXVIII. et quos laudat *Valcken.* ad Hippol. p. 284 E. — Verba, τὸν χοροῖς μέλψαντα, hoc quidem loco sensu proprio accipienda non sunt, sed re-

[redacted]

αἰεί τοι λιπαρῷ περὶ σήματι, δῖε Σοφόκλεις, Σκηνίτης μαλακὸς κισσὸς ἅλοιτο πόδας. His accedat *Nonnus* in Dion. XII. p. 338. εἰς φυτὸν ὑψιπέτηλον ἑὸν πόδα λοξὸν ἑλίσσων Κισσὸς ἀερσιπότητος ἑὴν δενδρώσατο μορφήν. Eleganter *Bodaeus a Stapel* ad Theophr. L. III. p. 275. contulit *Ovid.* Metam. X. 99. *Vos quoque flexipedes hederae venistis.* — κισσὸς Ἀχαρνίτης (Planud. Ἀχαρνείτης). Hinc duxit *Antip. Theff.* Ep. XXV. de Aristophanis comoediis, αἶσιν Ἀχαρνεὺς κισσὸς ἐπὶ χλοερὴν πουλὺς ἔσεισε κόμην. *Euphorion* Ep. I. ὡς χαρνῆθεν ἐσὶ κισσὸς ἀεξόμενον. De Acharnis agens *Pausanias* L. I. 31. p. 78. hujus demi incolae, inquit, ἔχουσι Διόνυσον Μελπόμενον καὶ Κισσὸν τὸν αὐτὸν θεὸν, τὸν κισσὸν, τὸ φυτὸν, ἐνταῦθα πρῶτον φανῆναι λέγοντες. — V. 5. Tu quidem tumulo et parvo pulveris exigui munere cohiberis; verum immortalia tua carmina aevum tuum supra mortalitatis terminos extendunt. Eadem sententia ap. *Leonid. Tar.* Ep. C. αὐτά με δόξα Κηρύσσει Μόυσῶν πάντας ἐπ' ἠελίους.

II. Hoc quoque carmen ἄδηλον est in Planud. p. 274. St. 396. W. Sed in Vat. Cod. p. 211. Σιμμίου Θηβαίου nomen praefert. Quaedam hinc in suum usum convertit *Antip. Sidon.* LXXII. — V. 2. χλοεροὺς πλοκάμους. *Anacreon* Od. VI. 5. κισσοῖσι πλοκάμοις insolentius dixit; quod recte interpretatur *Fischerus* p. 31. sq. εὐχαίτης κισσὸς est ap. *Marian. Schol.* Ep. III. — V. 3. vulgo ῥόδον legitur; nec aliter membr. Vat. Ῥόδον una Flor. ed. praebet, eamque, ut exquisitiorem, *Brunckius* merito adoptavit. Θάλλειν nonnunquam vi transitiva gaudet, ut ap. *Alexandr. Aetol.* V. 9. θαλλήσει φύλλον νέον. *Hesych.* θάλλουσα. αὐξάνουσα. — Vitis φιλόῤῥωξ, *acinis plena.* ῥὼξ de acino uvae usurpare non dubitarunt veteres, quamquam invitis Grammaticis. Vide Intpp. *Thomae M.* p. 774. sq. — V. 4. Cod. Vat. κλίματα. Ad vers. sq. Scholion in Wechel. legitur hoc: εὐφίεσται καὶ οὗτος περὶ γεγραμμένων ἐν τοῖσι βίβλοις· ἔνθ' ... σύσσ.ἰνὶς, ὡς

ἐμοὶ δοκεῖ, γραφῆναι ἔδει. Verissima Scholiastae emendatio. In Cod. Vat. legitur: εὐμαθέως (γρ. ἐνίως). In fine versus μελιχρῶτα (ᾶ). Hoc etiam Planud. habet et *Suidas* v. ἄμμιγα T. I. p. 139. Sed idem in πινυτὸς T. III. p. 117. μελιχρὸς legit.

EUCLIDIS PROBLEMA.

Est in Appendice Planudeae, in quam jam ab Aldo relatum est, p. 493. St. *3. W. Solutio problematis haec est:

$$a + 1 = 2(b - 1)$$
$$b + 1 = a - 1.$$

$$a = 2b - 3$$
$$a = b + 2$$

Quid praestitum sit a viris doctissimis, ut melius intelligatur, hoc carmen adscribam, ut ap. *Plutarchum* legitur:

Ὦ Καλλίπης θύγατερ, πολυηγόρε, φροντίδι δεῖξεις,
 εἴ τι φρονεῖς καί τι περισσὸν ἔχεις.
τὸν γὰρ ἐς ἄλλο σχῆμα μεθαρμοσθέντα καὶ ἄλλοις
 ἐν κόσμοισι βίου σῶμα λαβόνθ' ἕτερον.
δεῖ σ' ἀρετῆς κήρυκα τεκεῖν τινα Λυσιδάμνου
 δόντα καταφθίμενον καὶ σοφῷ ἀθάνατον.
ὅς ποτ' ἐμῆς ψυχῆς δεῖξαι φιλέταιρον ἅπασι
 καὶ τὴν τοῦ φθιμένου πᾶσι βροτοῖς ἀρετήν.

Marklandus, cujus emendationes *Taylorus* dedit in Vita Lysiae p. 156. sq. ed. *Reisk.* v. 1. omisso ὦ, quod versum onerat, Καλλίππης θύγατερ emendavit, quibus verbis *Philiscum* Musam suam significasse putabat. Hoc *Reiskio* displicuisse, non miror; sed quod *Reiskio* in mentem venit, magis etiam improbaturus fuisset *Marklandus*. Scribendum enim putabat, ὦ Καλλίππης παῖ πολυηγόρε, idque ad ipsum poëtam referebat, cujus mater fortasse Callippe vocata fuerit. *Toupius Marklandi* emendationem adoptans, difficultatem, qua premitur, non attigit. Seq. versus lacunam *Marklandus* ita implendam existimabat, ut εἴ τι φρονεῖς πινυτὸν scriberet; *Toupius* σοφίης interposuit ex *Theognide* v. 767. χρὴ Μουσῶν θεράποντα καὶ ἄγγελον, εἴ τι περισσὸν Εἰδείη σοφίης, μὴ φθονερὸν τελέθειν. Minus feliciter *Lennep.*:

Καλλίππης θύγατερ, πολυηγόρε, φροντίδι δεῖξεις,
 εἴ τι φρονεῖς ἀγαθὸν, καί τι περισσὸν ἔχεις.

Quod nemo facile *Toupii* invento praetulerit. Miror autem, viros doctissimos non offendisse in inepto illo, εἴ τι φρονεῖς φροντίδι, quod librariis deberi non dubito, qui versum forte mutilatum varia ratione, sed sine successu, implere conati sunt. Mihi, turpissimo emblemate ejecto et revocata voce, forte omissa, legendum videtur:

[redacted]

Ζηνὸς, Καλλιόπη, θύγατερ, πολυφηγόρε, δεῖξεις,
εἴ τι φρονεῖς, σοφίης καί τι περισσὸν ἔχεις.

Homeri Hymn XI. Διὸς τέκος, ἄρχεο, Μοῦσα, Καλλιόπη. Id. XVII. 2. ὕμνει, Μοῦσα λίγεια, Διὸς θύγατερ μεγάλοιο. — V. 3. Accusativum in hoc versu jam *Salmasius* in τῷ μεθαρμοσθέντι mutavit, qui nimirum praeclare intellexit, v. 5. pro Λυσιδαίμονα scribendum esse Λυσίᾳ ὕμνον. *Lennepius* tamen, quamvis et ipse hujus emendationis veritatem agnoscens, in nostro versu vulgatae patrocinatur, existimans, poëtam, cum haec scriberet, in mente habuisse τὸν γὰρ ἐς ἄλλο σχῆμα μεθαρμοσθέντα Λυσίαν σὲ λαβεῖν δεῖ vel simile quid; deinde vero non hoc scripsisse, sed Λυσίᾳ. Ejusmodi argumentis nullus facile locus tam vitiosus est, quem non a criticorum emendationibus vindices. Idem tamen *Lennepius* praeclare illustrat verba ἄλλοις ἐν κόσμοισι βίου, i. e. ἐν ἄλλαις τάξεσι βίου vel ἐν ἄλλοις βίοις. Nec *Marklandum* σὺν κόσμοισι νέου corrigen-

[redacted]

Hymnus per appofitionem *Lyfiae defuncti gloria et immortale decus* vocatur. στέφος et στέφανος pro *ornamento*, κόσμῳ, paffim obvium. Epigr. ἀδέσπ. DCXLI. τύμβον ἐμοὶ τοῦτον γαμετῆς δωρήσατο Φροῦρης Ἄξιον ἡμετέρης εὐσεβίης στέφανον. Alterum altero illuftrat, qui dixit, κόσμος σιγῆς στέφανος ἀνδρὸς οὐ κακοῦ, *Euripides* in Antiope Fr. X. Apud hunc poëtam decies faltem eodem fenfu occurrit. Vide *Valcken.* ad Phoeniff. 1378. Ut *Phil'fcus* στέφος ἀθάνατον, fic *Antip. Sidon.* Ep. LXX. Πιερίδων στέφανον ἀείζωον dixit. — V. 7. δεῖξαι fervavit *Toup.* Recte *Brunckius* δεῖξει dedit, in quod etiam *Lennep.* incidit.

THUCYDIDIS EPIGRAMMA.

Tom. II. p. 236.] In Planudea p. 273. St. 395. W. auctoris nomine caret, quem indicat Cod. Vat. p. 215. *Thucydidi* vindicat etiam *Thom. Mag.* in Euripidis Vita: ἐτάφη μὲν οὖν ἐν Μακεδονίᾳ, κενοτάφιον δὲ αὐτῷ Ἀθήνησι γέγονεν, ἐφ' οὗ ἐπέγραψε Θουκυδίδης ὁ συγγραφεύς, ἢ Τιμόθεος ὁ μελοποιὸς τάδε· Μνῆμα . . . . Euripidis cenotaphium prope Athenas commemorat *Paufan.* I. 2. p. 6. et de ejusdem in Macedonia fepulcro *Bianor* Ep. XIII. — Magnificam *Thucydidis* fententiam, univerfam Graeciam pro Euripidis monimento habendam effe dicentis, expreffit *Tullius Gem.* in Themiftoclem Ep. X. ἀντὶ τάφου λιτοῖο θὲς Ἑλλάδα. Cf. *Philippum* Ep. LXXXI. — Athenas Ἑλλάδος Ἑλλὰς hinc excitavit *Athen.* V. p. 187. E. τοῦτο δὲ κωμῳδοῦντός ἐστι τὴν Ἀθηναίων πόλιν, τὸ τῆς Ἑλλάδος Μουσεῖον, ἣν ὁ μὲν Πίνδαρος Ἑλλάδος ἔρεισμα ἔφη· Θουκυδίδης δὲ ἐν τῷ εἰς Εὐριπίδην ἐπιγράμματι, Ἑλλάδος Ἑλλάδα· ὁ δὲ Πύθιος ἑστίαν καὶ πρυτανεῖον τῶν Ἑλλήνων. Hunc locum exfcripfit *Euftath.* ad Homer. Il. β. p. 215. 2. Elegantem hanc dictionem plures imitati funt, quos laudat

[redacted]

Casaubon. in Theophr. Prooem. p. 13. *Dorville* ad Charit. p. 120. — V. 2. Flor. ed. ἢ γάρ. Reliquae veteres ἤ. Florentina lectio praeplacuit *Stephano*; altera *Brodaeo*. — V. 3. Μούσας vulgo. Sed vera est Cod. Vat. scriptura: cum Musis, i. e. carminibus suis, saepenumero Athenienses delectaverit, permultos sui laudatores invenit.

HIPPONIS EPITAPHIUM.

Ex Tom. III. p. 330.] Hipponis Epigramma servavit *Clemens Alexandrinus* in Cohort. p. 48. 32. Morte se diis aequatum dicit, quod omnes deos revera homines, bene de mortalibus meritos, fuisse existimabat; quare inter atheos numerari solet. Vide *Athen.* XIII. p. 610. B. et quae de eo disputat *Perizonius* ad Aelian. [redacted]

eum una cum philosopho astronomiae operam dedisse tradidit ap. Diogen. p. 182. ex hoc ipso disticho, ut videtur. — πολλοῖς ὄμμασιν. Stellae tanquam *oculi coeli et mundi*, quibus mortalia contemplatur; vide *Burmann.* ad *Ovid.* Metam. IV. 228. Arion, delphino vectus, cum coelum, stellis distinctum, suspiceret, sic apud animum suum cogitavit, ὡς οὐκ ἔστιν εἷς ὁ τῆς Δίκης ὀφθαλμὸς, ἀλλὰ πᾶσι τούτοις ἐπισκοπεῖ κύκλῳ ὁ θεὸς τὰ πραττόμενα περὶ γῆν τε καὶ θάλασσαν, ap. *Plutarch.* T. II. p. 161. F.

II. Vat. Cod. p. 99. Πλάτωνος εἰς Ἀγάθωνα τὸν μαθητὴν αὐτοῦ. Ex *Diogene Laërt.* L. III. p. 183. venit in Append. Anth. Plan. p. 526. St. *25. W. *Gellius* in N. A. XIX. 11. *Celebrantur duo isti graeci versiculi, multorumque hominum memoria dignantur, quod sint lepidissimi et venustissimae brevitatis. Neque adeo pauci sunt veteres scriptores, qui eos Platonis esse philosophi affirmant, quibus ille adolescens luserit, cum tragoediis quoque eodem tempore faciendis praeluderet.* Τὴν ψυχὴν . . . . . Eodem loco versio, sive potius amplificatio latina hujus distichi, a Gellii, ut ait, amico composita, quam, cum paulo sit longior, adscribere piget. — V. 1. ἔσχον *Gell.* et Cod. Vat. εἶχον *Diog.* Quod dicit, sibi Agathonem exosculanti animam sponte in labia venire, plures postea imitati sunt. *Phavorinus* ap. *Stob.* Tit. LXIII. p. 407. τί γὰρ ἄλλο ποιοῦσιν οἱ τῷ στόματι φιλοῦντες, (ἢ) συνάπτουσιν τὰς ψυχάς; εἰ γὰρ θέμις, ἵλειντο τὸ σῶμα ὑπερβῆναι· νῦν δὲ ἐοίκασι περὶ τὸ σῶμα λιπαρεῖν ὡς περὶ θύρας. Sic haec verba, quae vulgo depravatissima sunt, corrigi posse videntur. Aliam viam tentavit cl. *Haschke* in Epist. crit. p. 39. *Aristaenet.* L. II. 7. p. 83. de puellae amplexibus, ἐγγὺς μὲν τοῦ στόματος ἡ καρδία, ἡ δὲ ψυχὴ τῶν θυρῶν. Id. L. II. 19. p. 102. φιλήμασιν ἐπισυνάπτοντες τὰς ψυχάς. τοῦτο γὰρ φίλημα δύναται . . . συνδέουσιν αἱ ψυχαὶ διὰ τῶν στομάτων πρὸς ἀλλήλας καὶ περὶ τὰ χείλη συναντῶσιν· καὶ ἡ μίξις αὕτη γλυκεῖα γίνεται τῶν ψυχῶν. *Achilles Tat.* L. II. p. 57. αἱ τῶν στο-

μάτων συμβολαὶ κιρνάμεναι καὶ πέμπουσαι κατὰ τῶν στέρνων τὴν ἡδονὴν, ἕλκουσι τὰς ψυχὰς πρὸς τὰ φιλήματα. Ad *Propertium* L. I. XIII. 17. *Et cupere aptatis animam deponere labris*, *Burmannus Platonis* diſtichon commode admovit. Quaedam ex his exemplis protulit elegantiſſimus *Martinus* in Var. Lect. IV. 7. p. 89.

III Vat. Cod. p. 222. inter Sepulcralia legitur, ut etiam in Planudea p. 289. St. 427. W. Idem carmen cum inſigni varietate protulit *Diogen. Laërt.* L. III. p. 183. et *Appulejus* in Apolog. p. 417. ed Pariſ. qui an prius diſtichon intellexerit, merito dubites. Sic enim in latinum convertit:

Dixerit hic tantum, cum nil niſi pulcher Alexis
Exſtitit, et vertunt quilibet in te oculos.
Cur, anime, os canibus monſtras, aſcisque (ſive *angisque*) *dolore*

[redacted]

Phaedrum amisi? Itaque pro ὦπται lego ὦ παῖ." Hactenus doctissimus praesul, qui praeclare intellexit, hoc tetrastichon sepulchralium numero eximendum et inter amatoria reponendum esse. Sed ei in hac ipsa sententia tenebras objecit vitiosa lectio ὅτε, in qua omnes conspirant, etiam *Appulejus* et Vat. membranae; sed quam, e conjectura procul dubio, nihil enim monuit, *Brunckius* felicissime emendavit. Νῦν ὁ τὸ μηδὲν (ὢν) Ἄλεξις. *Ille modo despectus puer, nunc praeconio meo conspicuus est factus, et omnes in eum convertunt oculos.* In ὦπται latere ὦ παῖ, ante *Huetium* existimaverat *Stephanus*; sed frustra. Cf. *Callimach.* Ep. XXVIII. In exitu pentametri Planud. et Cod. Vat. habet: πᾶσι περιβλέπεται. Nostrum est ap. *Diogen. Joseph. Scaliger* libri margini adscripserat: καὶ πάντῃ πᾶσιν ἐπιστρέφεται. Color in hoc disticho idem ac ap. *Horatium* II. Epist. 19. 10. *Hoc simul edixi, non cessavere poëtae Nocturno certare mero, putere diurno.* — V. 3. Sententia est, ut ap. *Ovidium* I. A. A. 741. *Non tutum est, quod ames, laudare sodali: Cum tibi laudanti credidit, ipse subit.* In re simili ἀλλὰ τί μηνύω κενὸν ἀσκία dicit *Sosipater* Ep. III. 7. — ἀνιήσεις. *Planud. Diog. Appul. Cod. Vat.* ἀνιήσῃ reponendum censebat *Stephanus*. Leniori remedio *Brunckius* ἀνιήσει, quae attica secundae personae terminatio est. — οὐχ οὕτω Φαῖδρον ἀπωλέσαμεν. *Sic erepta mihi paene puella mea est. Propert.* II. 25. 2. Haud scio, an *Platonis* epigramma obversatum sit *Ovidio* III. Amor. 12. 5. *quam coepi solus amare, Cum multis vereor ne sit habenda mihi. Fallimur, an nostris innotuit illa libellis? Sic erat; ingenio prostitit illa meo.* Ibid. III. 11. 19. *Scilicet et populo per me comitata placebas. Causa fuit multis noster amoris amor.*

IV. Cod. Vat. p. 99. et *Diogen. Laërt.* L. III. p. 183. *Platoni* hoc distichum tribuunt. In Planud. p. 467. St. 607. W. *Philodemi* est. Malum loquitur, ab amante Xanthippae missum. Amatoriam mala jaciendi consue-

tudinem, τὸ μηλοβολεῖν, illustravit *Cerda* ad *Virgil.* Ecl. III. 64. et post hunc plurimi, quorum recensum dedit *Elsnerus* in Obss. sacris T. II. p 464. — κἀγώ. *Clemens Alex.* Paedag. II. p. 211. 32. ἄμφω γὰρ μαραίνεσθον καὶ τὸ ἄνθος καὶ τὸ κάλλος. — Pro βάλλει *Meric. Casaub.* βάλλω tentabat; frustra.

V. Cod. Vat. p. 99. cum *Diogene Laert.* III. p. 183. *Platoni* vindicat, cum in Planudea p. 456. St. 631. W. sine auctoris nomine prostet. Malum puellae mittit, quod eam de juventutis brevitate admoneat. — V. 2. μετάδος. Ad formosum puerum *Philostratus* Epist. XXXV. p. 929. μηδὲν μέλλε, ἀλλ', ἕως ἔξεστι καὶ ζῇς, μετάδος ἡμῖν, ὧν ἔχεις. — V. 3. γίγνοιτο. Planud. Cod. Vat. Pro νοεῖς Cod. Vat. μισεῖς, quod pro glossemate habendum, et τοῦτ' αὐτό. — Seq. versus idiotismum plures illustrarunt; inter eos *Stephanus* de Dial. p. 51. et *Wesseling.* ad Herodot. I. 78. p. 87. qui nostri loci non immemor

praestat *Athenaeus*, qui sic habet: ὡς καὶ ἐπὶ ῥυτίδων πικρὸς ἔπιστιν ἔρως. Quam lectionem, verbo πικρὸς fortasse in δριμὺς mutato, *Brunckius* reponendam censebat. Languet tamen nonnihil verbum ἔπεστι, praesertim ἐπὶ praecedente; quare *Wakefield.* in Silva crit. T. III. p. 52. ἔν' ἔστι corrigit. In Planudea, in Cod. Vat. et ap. *Suidam* T. III. p. 272. in ῥυτὶς legitur: ὡς καὶ ἐπὶ ῥυτίδων ὁ γλυκὺς ἕζετ' ἔρως. *Diogenis* lectioni adhaeserunt *Dorvillius*, qui hoc Epigramma tractavit ad *Charit.* p. 206. sq. et *Toupius* in Emend. in Suid. P. III. p. 529. qui bene fecerunt, quod lectionem δριμὺς praetulerunt alteri πικρὸς et γλυκύς. *Lucian.* T. III. p. 344. δριμύν τινα ἔρωτα ἐρᾶν ἐτύγχανε. *Libanius* Orat. I. p. 6. καί με εἰσήρχετο δριμύς τις ἔρως τῶν λόγων. *Pausan.* IV. 36. p. 372. φαίνεται δὲ καὶ Ἔρυξ τότε ἐν Σικελίᾳ δυναστεύων, δριμὺν οὕτως ἔχων ἐς τὰς βοῦς τὰς ἐξ Ἐρυθείας ἔρωτα, ὥστε καὶ ἐπάλαισε πρὸς τὸν Ἡρακλέα. Ex hoc fortasse *Platonis* loco colorem duxit *Aristaenetus* II. 1. p. 73. ἐνανθεῖ γὰρ καὶ ἀπηνθηκότι σώματι οὐ πέφυκε προσιζάνειν ὁ Ἔρως. *Philostrat.* II. Icon. I. p. 810. ἐφιζάνει γάρ τισ ὥρα καὶ ῥυτίδι πρώτῃ, γήρως μὲν τὸ ὑπιόμενον ἕλκουσα, τούτῳ δ' αὖ κεραννῦσα τὸ σωζόμενον τῆς ἀκμῆς. Epigr. ἀδέσπ. LXII. ἦ μά γε ταύταις Θριξὶ συνοικήσει, καὶ πολιῇσιν ἔρως. Talem fere sententiam suspicor fuisse in loco lacero *Plutarchi* T. II. p. 770. C. οὐδὲ πολιαῖς (vulgo πολιαί) ἀκμάζων καὶ ῥυτίσιν, ἀλλὰ ἄχρι τάφων καὶ μνημάτων ἀναμένει. *non canis tantum et rugis assidet, nihil detrimenti passus, sed usque ad sepulcra et cippos durat.* — V. 3. ap. *Athenaeum* fere sic legitur, ut *Brunckius* edidit, nisi quod ibi est ἀπαντήσαντες — πρωτοπόρου et ἥκετε. Parum abludit *Diogen.* ap. quem tamen πρωτοπλόου et ἤλθετε habetur. In Vatic. Cod. totum hoc distichon a priore avulsum est. Adscriptum legitur superiori margini, alia, sed antiqua manu, sic ut est ap. *Diogenem*; deinde iterum separatim post primum distichon Epigrammatis *Antip. Sidonii* LXXXIII. in hunc modum: ὡς νέον ἥβης ἄνθος ἀποδρέψαντες

ὄσους
ἀρκεσταὶ Πρωτοβόλου (correctum ex πρωτοβόλοι) διοσσας ἤλθετε πυρκαϊῆς. Ex utraque Codicis lectione novam conflavit *Salmas.* ad *Achill. Tat.* I. c. 10. p. 37. ἄς νέον ἥβης ἄνθος ἀποδρέψαντες ἀρκεσταὶ Πρωτοκλέου δι' ὅσσους ἤλθετε πυρκαϊῆς. Planudea habet ἣν νέον ἡβήσασαν — Πρωτοβόλοι διοσσῆς — in reliquis cum Vat. membr. conspirans. διοσσῆς est in ed. Flor. tribus Aldinis et Ascens. δι' ὅσσης emendavit *Brodaeus*, idque recepit *Stephanus*. *Dorvillius*, repudiata lectione Cod. Vat., cui tantum tribuere solebat, *Athenaeum* sequitur, πρωτοπόρων in πρωτοκλέου mutato; sed codicis lectiones, ut longe elegantiores, sine dubio revocandas existimavit *Brunckius*, a *Toupii* sententia recedens, cujus emendationes in Analectis repraesentavit. Mihi lectionis in hoc disticho diversitatem, librariis certe nullo modo tribuendam, reputanti prorsus videtur jam olim duplex ejus recensio exstitisse, sive ab ipso *Platone*, [redacted]

In πρωτόπλους cogitandum de nave recens instructa, nec dum imbuta pelago. Ut vita saepenumero cum mari comparatur, et, qui vitam transigunt, διαπλεῖν τὸν βίον dicuntur, (vide ad *Leonid. Tar.* Ep. XII.) sic puella, cum in primo juventutis flore est, vitae cursum ingressa sive πρωτόπλους esse dicitur. Hoc notandum putavi, ne cum *Dorvillio* de obscoeno usu vocabuli πλεῖν cogites, quod ab hoc loco alienum est. — διὰ πυρκαϊῆς ἔρχεσθαι paroemiae speciem habet. Laudat *Dorvillius* Epistol. *Chion.* XVII. 35. διὰ πυρὸς ἐλθεῖν. Similia sunt διὰ φόνου, δι' αἵματος, δι' ἐγχέων ἔρχεσθαι, quae illustravit *Valcken.* ad Phoen. p. 177. *Platonem* respexit *Philodemus* Ep. XV. de puella formosa, viro nondum matura:

φεύγωμεν, δυςέρωτες, ἕως βέλος οὐκ ἐπὶ νευρῇ.
μάντις ἐγὼ μεγάλης αὐτίκα πυρκαϊῆς.

Vix memoratu dignum, quod *Westonus* in Hermes. p. 47. vitiosae lectionis πρωτοπόρου, quam unus *Athenaeus* habet, patrocinium suscepit. Quis, frugibus inventis, utatur glandibus?

VII. Cod. Vat. p. 141. Planud. p. 421. St. 556. W. Laïs anus facta Veneri speculum dedicat. Imitando hoc carmen expressit *Julian. Aegypt.* Ep. III. IV. V. Hyperbole, qua *Plato* utitur, Laïdem *universam Graeciam* ludibrio habuisse, in hac re fere solemnis est. *Plutarch.* T. II. p. 767. F. ἴστε δήπουθεν ἀκοῇ Λαΐδα — ὡς ἐπέφλεγε τῷ πόθῳ τὴν Ἑλλάδα, μᾶλλον δὲ ταῖς δυσὶν ἦν περιμάχητος θαλάσσαις. *Propert.* II. 5. 1. *Non ita complebant Ephyreae Laïdos aedes, Ad cujus jacuit Graecia tota fores.* *Gellius* N. A. I. 8. de eadem: *Conventusque ad eam ditiorum hominum ex omni Graecia celebres erant.* Cf. Epigr. ἀδέσπ. DCXXVIII. — In exitu hexametri veteres editt. legunt ἡ τῶν ἐρώντων. In Cod. Gud. ἐρώτων. *Brunckii* lectio est in Cod. Vat. eamque firmat imitatio Ep. inter ἀδέσπ. CCCXXXVII. ἡ δὲ φέρουσα πόθους ἀπὸ σώματος ἑσμὸν ἐρώτων

[redacted]

Ἕξει παρὰ προθύροις. — Posterius distichon vertit *Ausonius* Ep. LV.

At mihi nullus in hoc usus, quia cernere talem,
Qualis sum, nolo: qualis eram, nequeo.

Haec de Laïdis speculo, fortasse hoc ipsum *Platonis* carmen, in animo habuit *Claudian.* in Eutrop. L. I. 90. *Haud aliter juvenum flammis Ephyreïa Laïs Et gemino dotata mari, cum serta refundit Canities — Seque reformidat speculo damnare senectus.* *Ovid.* Medic. Fac. 45. *formam populabitur aetas, Et placidus rugis vultus aratus erit. Tempus erit, quo vos speculum vidisse pigebit, Et veniet rugis altera causa dolor.* Ceterum in his verbis idem color est, qui in dicto *Theocriti*, quod refert *Stobaeus* Tit. XXI. p. 176. 38. Θεόκριτος ἐρωτηθεὶς, διὰ τί οὐ συγγράφει, Ὅτι, εἶπεν, ὡς μὲν βούλομαι, οὐ δύναμαι· ὡς δὲ δύναμαι, οὐ βούλομαι.

VIII. Cod. Vat. p. 148. *Platoni* hoc Epigr. asserit,

[redacted]

prima litera si forte omissa fuit, nemo non intelligit, quam facile in alterum depravari potuerit. Puto igitur, *Platonem* scripsisse:

ἅλμασι τὸν κούφοις τερπόμενον βάτραχον.

Hoc quam accommodatum sit ad ranae naturam, monere nihil attinet. Recte etiam κούφοις ἅλμασι. *Oppian.* Hal. III. 101. ὁππόταν ὅσσον ἔθνος ἅλματι κούφῳ ὁρμήσῃ. *Longus* L. II. p. 58. ἥλλετο κούφω, βαδίζων ὥσπερ ἔριφος. *Heliodor.* L. IV. p. 191. ἄρτι μὲν κούφοις ἅλμασιν εἰς ὕψος αἰρόμενοι. — V. 3. In Planud. στηλώσας. In Cod. Vat. in contextu legitur τυπώσας, et supra scriptum γρ. μορφώσας. Hoc verum. *Clemens Alexandr.* Strom. VI. p. 761. 9. μορφώσαντες ξύλα καὶ λίθους, χαλκὸν καὶ σίδηρον. Id. VII. p. 886. 4. ἄνθρωπος ἅγιος — μορφούμενος τῇ τοῦ Κυρίου διδασκαλίᾳ. — Alteram lectionem τυπώσας metrum non patitur. *Archias* Ep. XII. ὁ πλάστας ἔμπνουν θῆρα τυπωσάμενος. Ep. in Stat. Athlet. XVI. Tom. III. p. 21. διχθὰ δὲ χαλκὸς οὐκ ἐχύθη, ψυχὴν σεῖο τυπωσάμενος. — In fine versus scribe cum Cod. Vat. ἔθηκε. — V. 4. ἀνεστησάμενος. Cod. Vat. Vulgata elegantior. — V. 7. ἀπὸ λείβων. Cod. Vat. qui etiam sequentem versum, in Planudea desideratum, praebuit in margine scriptum:

γρ. ἐν
ὕδωρ πόσιν γλυκερὴν ὧν ἐπέθη κεράνων.

Ultimam vocem *Brunckius*, metro jubente, mutavit in λιβάδων. Dubitare licet, an genuinam scripturam teneamus. — Ceterum hoc carmen elegantissimis Anthologiae Epigrammatis accensendum judico.

IX. In primis Vat. Cod. foliis legitur. Planud. p. 323. St. 463. W. In celeberrimum illud Veneris simulacrum, quod a pluribus laudatum, describit *Cedrenus* p. 322. idque CPoli in Lausi Palatio stetisse ait. Cf. *Constantin. Porph.* de Them. c. XIV. et *Banduri* de Antiqq. CPol. T. II. p. 846. Ultimum distichon

[redacted]

recte duobus praecedentibus jungatur, dubito. Sensus in quarto versu perfectus est; distichon adjectum acumen prorsus retundit, et ipsum languet. Nec profecto antiquissimis temporibus hoc loco lectum est. Schedae *Krobuianae*, quamvis in reliquis non magnam auctoritatem habent, recte hoc distichon a nostro carmine sejunctum, Epigrammati ἀδεσπ. CCXLVI. annectunt:

Ἁ Κύπρις τὰν Κνίδιαν ἐνὶ Κνίδῳ εἶπεν ἰδοῦσα·
φεῦ, φεῦ, ποῦ γυμνὴν εἶδέ με Πραξιτέλης;
Πραξιτέλης οὐκ εἶδεν, ἃ μὴ θέμις· ἀλλ' ὁ σίδηρος
ἔξεσεν, οἵαν Ἄρης ἤθελε τὴν Παφίην.

Jam cum schedis *Krobuianis* conspirat *Ausonius*, cujus haud paulo major auctoritas, Ep. LVII.:

Vera Venus Cnidiam quum vidit Cyprida, dixit:
Vidisti nudam me, puto, Praxitele.
Non vidi, nec fas: sed ferro opus omne polimus.

[redacted]

τόπος τινὶ εἰς τιμὴν ἢ ἱερὸν καὶ βωμός. *Idem:* τεμένη' ναοί. Conf. *Kuhn.* ad *Pollux.* p. 5. 38. *Leunep* ad Phalar. p. 78: Numina et Virtutes templa in hominum anima habere dicuntur. Theonoë, sanctissima mulier, in *Eurip.* Helena 1008. ἔνεστι δ' ἱερὸν τῆς Δίκης ἐμοὶ μέγα Ἐν τῇ φύσει. ubi similia quaedam notavit *Musgravius.* *Lactantius* de Falsa Relig. I. 20. *Firmius et incorruptius templum* (τέμενος, ὅπερ οὐχὶ πεσεῖται) *est pectus humanum: hoc potius ornetur; hoc veris illis numinibus impleatur.* — At longè aliter, quam apud *Thomam Magistrum* et *Olympiodorum*, hoc distichon legitur in Vita Platonis, nuper ex Cod. Vindobonensi edita in Bibl. Liter. et Art. Fasc. V. p. 11.:

Αἱ Χάριτες τέμενός τι λαβεῖν, ὅπερ ἤθελον εὑρεῖν,
διζήμεναι, ψυχὴν εὗρον Ἀριστοφάνους.

Quae vulgatis longe elegantiora judicat doctissimus *Heeren,* modo εὑρεῖν in ἄρδειν mutaveris. Sic igitur Gratiae sibi non templum, sed agrum, quem colerent, quae-

[redacted]

φύλλα. *Brunckius* se haec verba, quamvis ab Interpp. exposita, non intelligere fatetur, et scribendum proponit κῶνον. In interpretatione vehementer fluctuat. Sive enim de arboris cacumine, τῷ ἄκρῳ τοῦ δένδρου, seu, singulari pro plurali, κῶνον pro κώνους posito, de pini fructibus, sive denique de arbore ipsa accipiendum putat. κῶνον jam *Huetius* invenit in marg. libri *Scaligerani*, id vero pro pinu positum non temere probari posse judicavit. Eleganter *Wakefield* in Silv. crit. Tom. I. p. 68. πυκινοῖς κλῶνας corrigit, sive φρίσσουσαν πυκινὴν κλῶνας ὑ. Ζ. Hoc magis probaverim. Nam arboris disertam mentionem aegre desideramus. Epigr. ἀδέσπ. CCLIX.:

> ἔρχευ καὶ κατ' ἐμὰν ἵζευ πίτυν, ἃ τὸ μελιχρὸν
> πρὸς μαλακοὺς ἠχεῖ κεκλιμένα Ζεφύρους.

V. 3. 4. Cum haec scriberet poëta, ei fortasse obversabatur locus *Sapphus*, quem servavit *Hermog.* περὶ ἰδ. L. II. 4. p. 400. ἀμφ' ὕδωρ ψυχρὸν κελαδεῖ δι' ὕσδων μαλίνων, αἰθυσσομένων (τε) φύλλων κῶμα καταῤῥεῖ. *Ovidius* III. Fast. 18. *Umbrosae salices volucresque canorae Fecerunt somnos et leve murmur aquae.* Ejusmodi locis regionem circa Antiochiam abundare, narrat *Libanius* Orat. XI. Tom. I. p. 284. ed. *Reisk.* καὶ διαφέρει οὐδὲν τῶν πορευομένων ἐκείνας τὰς ὁδοὺς, ὅσαι πηγαῖς σμικραῖς καὶ τόποις ἀναπαυστηρίοις ἀπ' ἀρχῆς εἰς τέλος διειλημμέναι, μετ' εὐθυμίας τοὺς ὁδοιπόρους παραπέμπουσιν. Pro ἐμοῖς fortasse ἐμὰ legendum.

XIV. Vat. Cod. p. 488. Planud. p. 335. St. 474. W. Imitatus est *Alcaeus Mess.* Ep. XII. — V. 2. Planud. θλιχά. — V. 4. *Ruhnken.* Epist. crit. I. p. 63. γυρὸν χεῖλος legendum suspicatur, hunc *Platonis* versum a *Lucretio* expressum putans L. IV. 592. *Unco saepe labro calamos percurrit hiantes, Fistula sylvestrem ne cesset fundere Musam.* Similiter *Heinrich* in Obss. p. 97. κυρτὸν χεῖλος legit Epigr. Inc. CCXXX. κυρτὸν ὑπὲρ χρυσέων χείλεσιν ἱέμενον. Speciosa sunt haec; emendandi tamen

[redacted]

necessitatem non video. Certe et ὑγρὸν χεῖλος dici potuit, ut sive *humida* intelligenda sint *labia*, sive *labia leviter intumescentia*; quam verbi ὑγρὸν significationem diserte et enucleate tradidit cl. *Beck* in Comm. de Interpr. Vet. Scr. p. 18. sqq.

¶. 172.] *XV.* Planud. p. 339. St. 479. W. *Platoni* asserit. In Vat. Cod. p. 488. auctoris nomen deest. In eadem Satyri et Amoris signa versus sunt *Ammonii* II. T. II. p. 448. — V. 1. τεχνήσατο et ἐδίδαξεν Planud. — Seq. vers. μούνῃ θεοπρεπέως in Planud. et in Vat. Cod. habetur. *Brunckius* audacter κωφῇ in contextu posuit, abolita omnium Codd. scriptura. Eleganter hoc dictum esse de lapide sensu carente, (vide *Valcken.* ad Ammon. p. 133. sq.) nemo facile negabit; sed hinc non sequitur, poëtam hoc ipsum dedisse aut debuisse dare. Nondum mihi persuasum est, vulgatam correctione indigere, cum μόνος, ut Latinorum *unicus*, saepenumero excellentiam

[redacted]

in phiala somno gravatum collocasse verius, quam caelasse. Eleganter Auctor Epigr. in Anthol. Lat. I. p. 62.:

Hujus Nympha loci, sacri custodia fontis,
Dormio, dum blandae sentio murmur aquae.
Parce meum, quisquis tangis cava murmura, somnum
Rumpere: sive bibas, sive lavere, tace.

XVII. Vat. Cod. p. 478. Planud. p. 350. St. 489. W. In jaspidem, quinque boum imagines insculptas habentem et aureo annulo circumdatam. Paucis verbis mutatis hoc tetrastichon suum fecit *Polemo Rex* III. T. II. p. 184. — V. 3. et editi et Cod. Vat. καὶ τάχα. Formam βοΐδιον cum similibus attigit *Pierson* ad *Moer.* p. 276. — μάνδρῃ, i. e. τῇ σφενδόνῃ. *Longus* L. IV. p. 114. 19. καθάπερ ἐν χρυσῇ σφενδόνῃ ψηφίς. Verbum μάνδρη praeclare restituit *Böttigerus Schol. Theocriti* Eid. III. 43. ἐκτέμνοντί ποτε τῷ πατρὶ Φυλάκῳ μάνδρην, ubi vulgo δένδρον legitur. Sensum perspexeram in Spec. Emend. c. IX. p. 41. genuinam autem lectionem reperire mihi non datum erat.

XVIII. „Ut in Planudea p. 168. sic in Vat. Cod. „permutata sunt auctorum nomina praefixa duobus in „hoc argumentum distichis. Quod Platonis est, Statyl„lio Flacco tributum, quod hujus est, alteri, his ver„bis: Πλάτωνος τοῦ μεγάλου, nulla Antipatri mentione. „Fidem Salmasianae collationis sequor, a qua diversam „habuisse necesse est cl. Dorville, quem vide in Charit. „p. 701." *Brunck.* Planud. p. 116. St. 168. W. Στατυλλίου Φλάκκου. Cf. ad *Stat. Fl.* Ep. VII. Tom. II. p. 263. cujus in Planudea lemma: Πλάτωνος· οἱ δὲ Ἀντιπάτρου. In Vat. Cod. in extrema p. 364. legitur versus: Χρυσὸν ἀνὴρ εὑρὼν ἔλιπεν βρόχον αὐτὰρ ὁ χρυσόν. et in margine Στατυλλίου Φλάκκου. Sequens autem pag. incipit lemmate Πλάτωνος τοῦ μεγάλου, cui nostrum distichon subjectum, et deinde alterum, quod *Brunckius* inter *Statyllii* carmina exhi-

bet, sine lemmate. Priori autem in margine adscripta sunt verba: Στατυλλίου Φλάκκου· τοῦτο εἰς ἄνθρωπον διὰ πενίαν μέλλοντα ἀπάγξασθαι κ. τ. λ. Jam vides, unde ortus inter *Salmasium* et *Dorvillium* dissensus, qui nullo modo solvi poterat, nisi ipsis membranis inspectis, sive apographi omnium, quae unquam sunt facta, fidelissimi ope. *Platoni* nostrum distichon tribuit *Diogen. Laert.* III, p. 184. Latine vertit *Ausonius* Ep. XXII.:

Thesauro invento, qui limina mortis inibat,
Liquit ovans laqueum, quo periturus erat.
At qui, quod terrae abdiderat, non repperit aurum,
Quem laqueum invenit, nexuit et periit.

XIX. Bis est in Cod. Vat. p. 365. et 568. Planud. p. 121. St. 175. W.

¶. 173.] *XX.* Vat. Cod. p. 358. Ἀντιπάτρου, οἱ δὲ Πλάτωνος. Sic quoque in Planudea p. 25. St. 38. W. ubi

[redacted]

arrogavit auctor Ep. inter ἀδέσπ. DCCXXXIII. *Appulejus* in Apolog. p. 417. ſic vertit:

Lucifer ante meus rutilans mortalibus Aſter,
Heſperus a fato Manibus ecce nites.

Vertit etiam *Auſonius* Ep. CXLIV.:

Stella prius ſuperis fulgebas Lucifer: at nunc
Exſtinctus, caſſis lumine Veſper eris.

Acumen eſt in eo, quod pueri pulcritudine conſpicui ſtellis comparantur; cujus comparationis fons ap. *Homerum* eſt Il. VI. 401. Ἑκτορίδην ἀγαπητὸν, ἀλίγκιον ἀστέρι καλῷ. *Euripides* ap. *Plutarch.* T. II. p. 1090. C. ὁ δ' ἄρτι θάλλων σαρκὶ, διοπετὴς ὅπως ἀστήρ. Minyae per urbem incedentes apud *Apollon. Rhod.* I. 240. ἀστέρες ὣς νεφέεσσι μετέπρεπον. *Theodorid.* Ep. VI. παῖς ἴσον ἀστέρι λάμπει. Qui ſimilia cupit e Latinis, adeat *Burmann.* ad Anthol. Lat. T. I. p. 669. De viris eximiis et in ſuo genere praeſtantibus uſurpatam comparationem illuſtrat *Valcken.* ad Hippol. p. 284. ſq.

XXII. Vat. Cod. p. 222. Planud. p. 286ᵇ. St. 423. W. Dionis Syracuſani cippo inſculptum fuiſſe hoc carmen, tradit *Diogen. Laërt.* L. III. p. 182. Antitheſis in prioribus duobus diſtichis non ſatis perſpicua eſt. Hecubae quidem, ait, et Trojanis mulieribus fatum jam inde ab earum natalibus lacrymas et mala deſtinaverat; Dionis autem poſt egregie facta conceptas ſpes deorum quaedam malevolentia praecidit. — Hic ergo antitheſis in verbis eſt magis quam in rebus. Nonne etiam Trojanae mulieres ante belli initium omni felicitatis genere floruerunt? nonne illas quoque multa deſignaſſe et longas ſpes animo concepiſſe dicamus? Et quid eſt, quod poëta illis tantum naſcentibus mala et labores deſtinatos fuiſſe dicat; quaſi, cum Dioni fatale fuiſſet ad ſperatum finem pervenire, invida quaedam fortuna, ipſo fato invito, in eum irruperit? — V. 1. 2. laudat *Suidas* v.

Z

[redacted]

γειναμέναις Tom. I. p. 479. qui δή ποτε legit cum Vatic. Cod. Vulgo ποτε. — Μοῖραι. Epigr. ἀδέσπ. DCXXXI. Ἄβυγχρος ἔνθα ταρχύθη, Μοιρῶν ὡς ἐπέκλωσε μίτος. — ἐξέχεαν ἐλπίδας *spes praeciderunt.* Hoc sensu *Macedonius* Ep. IV. cum sibi per quietem visus esset puellam amplecti, Ἐρως κατὰ νύκτα λοχήσας Ἐξέχεε φιλίην, ὕπνον ἀποσκεδάσας. *Euripides* ap *Dion. Chrysost.* p. 575. B. ὀκνῶ δὲ μόχθων τῶν πρὶν ἐκχέαι χάριν. *Sophocles* Philoct. 13. μὴ καὶ μάθῃ σόφισμα κἀκχέω τὸ πᾶν σόφισμα. — V. 5. 6. Hos versus laudat *Appulejus* in Apolog. p. 418. eosque sic interpretatur:

Civibus ingenti in patria laudate jaces nunc,
Qui insanum me animi reddis amore Dion.

XXIII. Vaticanus Cod. p. 245. Εἰς τοὺς Ἐρετριεῖς τοὺς ἐν Ἐκβατάνοις κειμένους. Planud. p. 201. St. 293. W. Sine auctoris nomine profert *Philostratus* in Vit. App. I. 24. p. 31. In primo bello Persico Datis, cum Euboeam

[redacted]

XXIV. In Planud. p. 201. St. 293. W. sine auctoris nomine prostat. *Platoni* asserit *Diogenes Laert.* III. p. 184. εἰς τοὺς Ἐρετριέας τοὺς σαγηνευθέντας. (Cf. *Valcken.* ad Herodot. III. p. 273. 71.) *Suidas* in Ἱππίας T. II. p. 142. et Cod. Vat. p. 245. — Pro Εὐβοίης unus *Suidas* Εὐβοέων legit, idque vulgatae praestare judicat *Brunckius*.

¶. 174.] *XXV.* Vat. Cod. p. 246. Planud. p. 244. St. 355. W. Elegans distichon, cui comparandus praeclarus ap. *Petronium* locus p. 404. ed. *Hadrian.* *Sed non sola mortalibus maria hanc fidem praestant. Illum bellantem arma decipiunt: illum diis vota reddentem penatum suorum ruina sepelit: ille vehiculo lapsus properantem spiritum excussit. Cibus avidum strangulavit, abstinentem frugalitas. Si bene calculum ponas, ubique naufragium est.*

XXVI. Planud. p. 245. St. 355. W. In Vat. Cod. p. 246. lemma est: εἰς ναυηγόν, ὃν εὑρών τις ἐξέδυσε τῶν ἱματίων. Praedo, naufragos in litore excipiens (ut ap. *Phaedrum* IV. 21. *tunc pauci enatant — Praedones adsunt, rapiunt, quod quisque extulit: Nudos relinquunt.*) cadaveri — de defuncto enim verba accipienda videntur — vestem exuerat. κυμάτων φάρεος. quando ex omnibus bonis suis undarum furor nihil ipsi praeter hanc unam vestem reliquerat. In hunc modum acceptis verbis, non opus est cum *Wakefieldio* in Silva crit. T. I. p. 53. corrigas, ῥυπαροῦ φάρεος. Nec cum eodem interrogandi notam in fine prioris distichi posuerim. Rectius idem v. 3. particulam δὲ excidisse ratus, corrigit: ἁ. παλάμαις δ' ἀταρβήτοις ἀπέδυσε. Quamquam sic verba non pro gravitate sua collocata esse facile sentias. Si justam antithesin efficere voluisset poëta, scripsisset:

ἄνθρωπος δ' ἀπέδυσέ μ' ἀταρβήτοις παλάμαισιν.

— V. 4. τόσσου κέρδεος. *tam pusilli lucri causa.* — V. 5. οὐδὲ κεν. Vulgo. Sic quoque Vat. Cod. In Flor. ed. et in

[redacted]

Planudeae codd. quibus *Brunck.* usus est, μέν. Hoc praetulit, optativum sine particula ἂν locum habere judicans, ut in hoc Homerico: τίσειαν Δαναοὶ ἐμὰ δάκρυα. — Pro φέροιτο *Wakefield* corrigit φοροῖτο, comparans *Homer.* Il. δ. 137. μίτρης θ', ἣν ἐφόρει. *Matth.* Evang. XI. 8. οἱ τὰ μαλακὰ φοροῦντες. — In fine carminis vulgo φάρος legitur, quod metrum jugulat. ῥάκος est in Vat. Cod. et in marg. γρ. φάρος. — Paene monere neglexeram, primum quoque versum ex Vat. Cod. emendatum esse. Vulgo, ἣν ἡ κτείνασα θάλαττα. Perperam in ed. Flor. θάλασσα, quod *Br.* in Analectis exhibuit. Atticam formam restituendam monet in Lectt. p. 31.

XXVII. Cod. Vat. p. 246. Planud. p. 245. St. 356. W. Acumen versus secundi *Opsopoeus* non assecutus est. Naufragus, dum praeternavigantibus omnia bona et fausta precatur, eosdem de periculis, in quibus versantur, monet. — V. 2. παρ' ἐρχόμενοι. Vat. Cod.

[redacted]

ma adſcriptum. In edit. Flor. deſiderantur verba, εὑρέθη δὲ ὑ. ὑ. quae primum acceſſerunt in Aldin. pr. — V. 2. μήλοισιν. Roſis pulchrum puerum comparat *Ariſtaenet.* I. 19. p. 50. τρυφερώτερον καὶ τῶν ῥόδων, ὥσπερ ἔοικε τὴν χροιάν. — Pro Κυθήρης edit. Flor. et tres Aldinae Κυθείρης. — V. 3. ἰοβόλον Cod. Vat. — V. 5. Similiter ap. *Modeſtinum* in Anthol. Lat I. XXXI. p. 16. *Forte jacebat Amor, victus puer alite ſomno, Myrti inter frutices, pallentis roris in herba.* ἐν καλύκεσσι ῥόδων. *in roſarum ſtrato*, ut delicatum decebat puerum. Vide *Aelian.* V. H. IX. 24. — Verſ. 7. pro λαροῖς et Planud. et Cod. Vat. λιγυροῖς legunt. Comparantibus *Chriſtodorum* in Ecphr. 385. ubi hunc verſum expreſſit: τικτομένου γὰρ Ἑρμείω λιγυροῖσιν ἐπὶ στομάτεσσι μέλισσαι Κηρὸν ἀνεπλάσσαντο, veriſimile fortaſſe videbitur, hoc quoque loco pro λιγυροῖς legendum eſſe λιγυροῖς. *Os canorum* tribuere licebat Amori, cujus ἁδὺ λάλημα laudat *Moſchus* I. 8. canendi facultatem *Bion* III. — Ne quid tamen diſſimulem, λιγυρὸν στόμα poëtae, λαρὸν puero ſuaviter oſculanti melius convenit. At quis in hoc verſu tulerit tautologiam in κηροχύτοις et λαροῖς? quis ὑπὸ, prorſus alieno loco poſitum? Veriſimilem emendationem ſuggerit comparatio *Antip. Sidon.* Ep. XLVIII. de Pindaro: οὐδὲ μάτην ἀπαλοῖς ξουθὸς περὶ χείλεσιν ἑσμὸς Ἔπλασε κηρόδετον, Πίνδαρε, σεῖο μέλος. Pro ὑπὸ igitur ἑσμὸς ſcribendum videtur; ſive minima mutatione:

κηρόχυτος ἑσμὸς λαροῖς ἐπὶ χείλεσι βαῖνεν.

quod, in tanta locorum, in quibus brevis ſyllaba vi caeſurae producitur, multitudine, ferri poſſe, nemo dubitabit; ſive verbis transpoſitis:

ἑσμὸς κηρόχυτος λαροῖς ἐπὶ χείλεσι βαῖνεν.

quod etiam gratius ad aures accidit. Comparandus *Aelianus* Var. Hiſt. X. 21. καθεύδοντι ἑσμὸς μελιττῶν Ὑμηττίου μέλιτος ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ καθίσασαι ὑπῇδον, τὴν τοῦ

[redacted]

Πλάτωνος εὐγλωττίαν μαντευόμεναι ἐντεῦθεν. *Anthol. Latin.* T. I. p. 365. 29. *Lata cohors apium subito per rura jacentis Labra favis texit, dulces fusura loquelas.*

¶. 175.] XXX. Ut incerti auctoris exstat ap. *Stob.* Tit. LXI. p. 358. 29. Gesn. 251. Grot. In Planud. p. 11. St. 20. W. lemma est: Μουσικίου, οἱ δὲ Πλάτωνος. In Vat. Cod. p. 364. Μουσικίου, *Platonis* nomine omisso. Fortasse olim Μαικίου fuit scriptum. Exhibet *Diogen. Laërt.* in Vita Plat. III. p. 184. — V. 1. Μούσαισι vulgo et in Cod. Vat. Ad *Thomam M.* confutandum, qui vocem κοράσιον tanquam minus atticam damnat, non satis considerate hoc versu abusi sunt Intpp. Utitur tamen ea *Lucianus* T. II. p. 116. σφόδρα γὰρ ἦν ἰταμὸν καὶ χαρίτων μεστὸν τὸ κοράσιον. Ex locis a *Wetstenio* collectis ad N. T. I. p. 363. apparet, huic vocabulo fere contemtus notionem adhaesisse — V. 2. ἔρωτ' *Diogen.* ἔρων Vat. Cod. Utrumque est a librario metro perperam timenti.

[redacted]

PLATONIS JUNIORIS EPIGRAMMATA.

I. „Cod. Vat. p. 359. ſq. ubi primum diſtichon pa„ginam finit. Sequens pag. a diſticho incipit ἄμφω μὲν, „ad quod adnotavit librarius: εἰς τὸ αὐτὸ, περί τε τοῦ „τυφλοῦ καὶ τοῦ χωλοῦ, ὅτι ἀλλήλοις τὸ ἐλλιπὲς ἐδάνειζον. „Hoc et in aliis facere conſuevit, quum in duas paginas „diviſum eſt Epigramma, in altera argumentum iterum „reponit. Hoc Planudi fraudi fuit. Quare autem al„teram Epigrammatis partem Antiphilo tribuerit, neſcio. „Unum eſſe manifeſtum eſt." *Brunck.* Planud. p. 4. St. 9. W. primum diſtichon *Platoni juniori*, reliqua *Antiphilo* tribuit. *Ilgen* in Opuſc. Phil. Tom. II. p. 82. hiſtoriam, quae hoc Ep. narratur, primum tractatam putat a *Leonida Tarentino;* huic enim tribuit Epigr. quod inter *Leonidae Alexandrini* carmina poſuit *Brunck.* nr. XXXIV. Platonem igitur, qui eandem hiſtoriam exornaverit, diverſum eſſe a Comico et ad recentiorem aetatem deprimendum. De noſtro autem Epigrammate idem judicat, in duo dividendum eſſe, quorum prius terminetur v. quarto, *Platoni*, poſterius inde a verſu quarto *Antiphilo* tribuendum. In lemmate Vat. Cod. quod *Brunckius* protulit, librarii oſcitantia nomen Ἀντιφίλου omiſſum eſſe ante verba περὶ τοῦ τυφλοῦ, quorum cum illo nomine ſimilitudo librario fraudi fuerit. In hujus conjecturae gratiam v. 5. ubi novi Epigrammatis initium eſſe ſtatuit, τυφλὸς ἀνὴρ corrigit. Ingenioſa haec eſſe, non nego; an vera ſint, dubito. Admiſſa enim verſuum diviſione, quam *Ilgenius* fieri poſtulat, neutrum horum Epigrammatum mihi perfectum et integrum eſſe videtur, quamvis probe intelligo, expoſitionem, quam vocant, hiſtoriae in hoc carmine, ſic ut apud *Br.* eſt, lecto, nimis verboſam eſſe. At hoc poëtae vitium fuerit. Quod

[redacted]

versu quarto epigrammaticae conclusionis species esse videtur, id, finem Epigrammatis hoc loco statuendum esse, non evincit. Vide *Lessingium* de Epigr. Tom. I. p. 149. Vera conclusio est in ultimo disticho; tertium distichon est uberior explicatio eorum, quae praecesserant, inprimis verborum — *ἄλλον δ' ἄλλος ὑπηρεσίῃ.* Rem, ni fallor, conficit imitatio *Philippi* Ep. LXIX.:

Πηρὸς ὁ μὲν γυίοις, ὁ δ' ἄρ' ὄμμασιν· ἀμφότεροι δὲ
εἰς αὑτοὺς τὸ τύχης ἐνδεὲς ἠράνισαν.
τυφλὸς γὰρ λιπόγυιον ἐπωμάδιον βάρος αἴρων,
ταῖς κείνου φωναῖς ἀτραπὸν ὀρθοβάτει·
πάντα δὲ ταῦτ' ἐδίδαξε πικρὴ πάντολμος ἀνάγκη
ἀλλήλοις μερίσαι τοὐλλιπὲς εἰς τέλεον.

Vides, *Philippum* tria disticha 3 — 8. nostri Epigrammatis expressisse. Quod si aliquid resecandum est, servaverim equidem distinctionem Planudeae. — V. 4. ὁ Vat. [redacted]

Plutarch. de Aud. Poët. p. 102. *Casaubon.* ad Athen. I. 25. p. 74. s. Varia amethysti genera describit *Salmas.* ad Solin. p. 398. G. Cf. *Martini* in notis ad Ernesti Archaeol. p. 157. sq. Cum carmine nostro conf. *Asclepiad.* Ep. XXXIII. — In v. 2. valde discrepant membranae Vaticanae, in quibus bis exstat hoc distichon p. 478. et 568. Loco pr. legitur ἢ νείφειν παύσει μ' ἤ. Loco sec. ἢ παυσάτω νίφειν. Utrumque vulgata deterius.

III. Vat. Cod. p. 479. Planud. p. 351. St. 490. W. Ludit poëta in nomine Hyacinthi, quod lapidis est et pueri ab Apolline amati. Lusus pro meo quidem sensu vehementer frigidus.

SPEUSIPPI EPIGRAMMA.

¶. 176.] Anth. Planud. p. 283[b]. St. 418. W. Paucis immutatis iterum legitur inter ἀδέσπ. DXLIV. sic:

γαῖα μὲν ἐν κόλποις κρύπτει τόδε σῶμα Πλάτωνος·
ψυχὴ δ' ἀθανάτων τάξιν ἔχει μακάρων.

Animam *Platonis* ad beatorum sedes transiisse dicens, ex ipsa magistri philosophia eum μακάρων ἰσοθέων τάξιν tenere ait. De voce τάξις sensu Platonico usurpata consule *Lennep.* ad Phalar. p. 102. sq.

AESCHINIS EPIGRAMMA.

Vat. Cod. p. 202. Edidit *Reiske* in Anth. p. 62. nr. 539. cum hac nota: „Illius cui tribuitur esse, spon„dere non ausim. Memini carmen hoc alibi quoque „legisse, verum, ubi legerim, non pariter suggerit me„moria." Vulnus, quo per totum annum laboraverat,

cum nemo medicorum sanare posset, in Apollinis templum *Aeschines* se contulit, ibique tribus mensibus sanatus est. Hoc Epigramma tabulae votivae inscriptum fuit, a poëta in Aesculapii templo dedicatae. Plura fuerunt illius dei templa, ubi sacerdotes aegrotis operam dabant, interque ea nullum facile antiquius illustriusve illo, quod Epidauri fuit. Vid. *Pausan.* L. II. 26. p. 169. sqq. *Strabo* L. VIII. p. 258. illustrem esse urbem ait, *καὶ μάλιστα διὰ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ Ἀσκληπιοῦ θεραπεύειν νόσους παντοδαπὰς πεπιστευμένου, καὶ τὸ ἱερὸν πλῆρες ἔχοντος ἀεὶ τῶν τε καμνόντων καὶ τῶν ἀνακειμένων πινάκων, ἐν οἷς ἀναγγεγραμμέναι τυγχάνουσιν αἱ θεραπεῖαι, καθάπερ ἐν Κῷ τε καὶ Τρίκκῃ.* E recentioribus de hoc templo, in quo nostrum tetrastichon insculptum fuisse probabile est, disputarunt *Sprengelius* in Histor. Medic. Tom. I. p. 128. *Villoison.* in Prolegg. Homer. p. LI. sqq.

me instruxit *Buhle* in *Aristotelis* Opp. Tom. I. p. 32. sqq.— V. 1. 2. qui vulgo junctim leguntur, *Menagius* in duo divisit, ejusque sententiam secutus est *Brunckius*. Vir doctus ap. *Richardum Hurd*, quem *Tyrwhittum* esse suspicor, veterem scribendi rationem retinuit, *Brunckio* non improbante, qui ejus lectiones expressit ad calcem Carm. *Anacreontis* ed. an. 1786. p. 81.:

Ἀρετὰ πολύμοχθε γένει βροτείῳ·

qui versus est anapaesticus logaoedicus. — V. 3. βίω corrigit *Sylburgius*, levi emendatione, quam in textum recipere dignatus est *Buhle*, praeclaram dicens. Idem tamen v. 10. χρυσοῦ et v. 11. ὕπνου servavit. Recte se habet vulgata et Sylburgiana elegantior est. *Euripid.* Orest. 834. Εὐμενίσι θήραμα δρομάσι. Sensus non est, quod putasse videtur *Sylburgius*, virtutem omnium rerum, quae in vita expetuntur, pulcherrimam esse; sed βίος pro *hominibus* positum est, quibus nullum θήραμα virtute praestantius. Jam haec ita vides dicta, ut ap. *Eurip.* in Heraclid. 477. γυναικὶ γὰρ σιγή τε καὶ τὸ σωφρονεῖν κάλλιστον, quibus multa ubique similia reperiuntur. βίος de humano genere illustrat *Davisius* ad Max. Tyr. p. 539. et *Reizius* ad Lucian. T. II. p. 710. Latini *vitam* eodem sensu dixerunt. Vide *Burmann.* ad Phaedr. praef. ad L. I. p. 4. — V. 5. ζηλωτὸς ἐν Ἑλλ. *Diog.* et *Stob.* quam lectionem, dorica forma in ζαλωτὸς restituta, servavit Anonymus ap. *Hurdium*, qui proxima sic constituit:

καὶ πόνους τλῆναι μαλεροὺς ἀκάμαντας.

Quo facto bini hi versus, 5. et 6., sibi ad amussim respondent, compositi nimirum e syzygia trochaica, et dactylico logaoedico, qui simplici trochaeo terminatur. *Casaubonus* ex *Stobaeo* post μαλεροὺς inseruit καὶ, quo versus pessumdatur. — V. 8. desideratur, quid virtus animo injiciat. Omissum est verbum, quod feliciter supplevit Anonymus ap. *Hurdium*, scribens:

τοῖον ἐπὶ φρέν' ἔρωτα βάλλεις·

unde versus exsistit decasyllabus Alcaicus, qualis hic est ap. *Hephaestionem*: καί τις ἐπ' ἐσχατιαῖσιν οἰκεῖς. Seq. autem versum idem in hunc modum constituit:

καρπὸν φέρεις τ' ἀθάνατον·

qui versus est jambicus dimeter catalecticus, cum dactylo in tertia sede. Hujus lectionis vestigia sunt in *Diogen.* καρπὸν εἰς ἀθάνατον legente, quae scriptura vereor ut sensum efficiat integrum; certe vehementer languet. Fortasse tamen rectius scribas, καρπόν τ' ἀθάνατον φέρεις, versu choriambico. In ἀθάνατον prima producitur, more Homerico. — V. 10. *Diogen.* κρεῖσσον. *Stobaeus* κρείσσονα habet. *Brunckius* recepit lect. *Athenaei* κρέσσω. Utilitatem, quam virtus parit, poëta omnes divitias, nobilitatem et otii suavitatem longe superare dicit. Hic locus obversabatur fortasse *Libanio* in Or. V. Tom. I. p. 225. ed. *Reisk.* δοκεῖ δέ μοι παρὰ τοῖς θεοῖς ὕμνος χρυσίου προτι-

σὰν ἀγορεύοντες, ex *Diogen.* et *Stobaeo* derivatam, ubi legitur ἔργοις ἀναγορεύοντες. *Rebus fortiter gestis, quantum tu valeas, patefecerunt.* ἀγορεύειν, ut κηρύττειν. Versus autem in hunc modum dispescendi videntur:

ἔργοις σὰν ἀγορεύοντες
δύναμιν· σοῖς δὲ πόθοις Ἀχιλλεύς.

Prior est choriambicus; alter hendecasyllabus Alcaicus sive dactylicus logaoedicus, prima syllaba in δύναμις producta; quo nihil in arsi frequentius. — V. 15. σοῖς δέ. Alii τε. Pro δόμους *Grotius* πύλας habet, in describendo hoc carmine id, quod saepe legerat, Ἀίδαο πύλας, vulgari lectioni forte substituens. Nam eum prudentem et scientem vulgatam mutasse, non puto. — V. 17. μορφᾶς. Tua pulcritudine illectus Hermias quoque vitam pro nihilo duxit. μορφᾶς pro pulcritudine, ut v. 4. Vid. *Cludius* l. c. p. 37. Paulo durior dictio in verbis ἠελίου χήρωσεν αὐγάς. *Solis lumen privavit*, pro ἐστέρησεν ἑαυτὸν τοῦ βίου. Sensum explicat *Athenaeus* l. c. p. 696. σαφῶς ὁμολογοῦντος τοῦ γεγραφότος, τετελευτηκέναι τὸν Ἑρμείαν, δι' ὧν εἴρηκε· σᾶς γὰρ φ. μ. *Maittaire* scribendum putavit χήρευσεν αὐγᾶς. Post μορφᾶς *Stobaeus* καὶ omittit, qui mox ἔντροφον habet. — V. 20. Vulgo ποῖ γάρ. Nostrum est ex emendatione *Casauboni*, qui sic ap. *Athenaeum* reperit scriptum. Versus fortasse sic distribuendi:

ἔντροφος ἠελίου χήρωσεν
αὐγάς. τοιγὰρ ἀοίδιμος
ἔργοις ἀθάνατόν τε μιν —

Primus est hendecasyllabus Alcaicus, qui in hoc carmine regnat; quare et v. 12. sic scripserim:

σεῦ δ' ἕνεχ' οὐκ Διὸς Ἡρακλέης.

Bini sequentes choriambici. — V. 21. αὐξήσουσι *Diog.* et *Stob.* Hic etiam ἀθάνατοι legit. Alterum est exquisitius. αὐξάνειν pro *celebrare* apud *Pindarum* frequenter obvium. Musae dicuntur Jovem hospitalem celebrare,

[redacted]

quia *Aristoteles* Hermiae hospitalitatis jure conjunctus erat. Hermiae, in quem hic hymnus conscriptus est, meminit *Lucian.* T. II. p. 357. Aristoteles εἰς ὑπερβολὴν θαυμάσας Ἑρμείαν τὸν εὐνοῦχον, τὸν ἐκ τοῦ Ἀταρνέως τύραννον. Eum, quia eunuchus erat, non ferre potuisse, si quis cultellum sive exsectionem commemoraret, narrat *Demetrius* de Elocut. c. 293. p. 114. Servus primum fuerat Eubuli, quem consiliis suis callidissimis ad urbium Atarnae Assique tyrannidem evexit. Post domini obitum ipse imperium in iisdem urbibus exercere Persasque lacessere coepit. Quod cum per aliquod tempus fecisset, a Mentore, Memnonis, Persarum ducis, fratre captus et in Persiam abductus est. Ibi eum regis jussu interemtum esse tradunt. Vide *Diodor. Sicul.* L. XVI. 52. p. 122. ibique *Wesseling.* *Strabon.* L. XIII. p. 420. De nominis orthographia, alii enim Ἑρμείας, alii Ἑρμίας scribunt, praeter *Wesselingium* l. c. consule *Valck.* ad

[redacted]

L. VI. p. 461. ed. *Casaub.* — In nonnullis Codd. ἀνδρῶν δολίων reperitur.

EPITAPHIA IN HERÓAS HOMERICOS.

III. Haec Epigrammata e vetere quodam Codice Bibl. Mediceae primus edidit *Stephanus* ad calcem Anthol. p. 497—502. (p. 5—8. Wech.) cum lemmate: ποῦ ἕκαστος τῶν Ἑλλήνων ἡρώων τέθαπται καὶ τί ἐπιγέγραπται τῷ τάφῳ. Postea *Stephanus* eadem repetivit post *Homeri et Hesiodi certamen* 1573. Jam antea haec disticha *Aristoteli* vindicaverat, eaque separatim ediderat *Guil. Canterus* Basil. 1566. 4. et Antwerp. 1571. 8. Partem ea constituisse operis Aristotelei, quod Peplum inscripserat, apparet ex *Eustathio* ad Il. β. p. 218. ἱστορεῖ δὲ ὁ αὐτὸς Πορφύριος, καὶ ὅτι Ἀριστοτέλης σύγγραμμα πραγματευσάμενος, ὅπερ ἐκλήθη Πέπλος, γενεαλογίας τε ἡγεμόνων ἐξέθετο καὶ νεῶν ἑκάστων ἀριθμὸν, καὶ ἐπιγράμματα εἰς αὐτοὺς, ἃ καὶ ἀναγράφεται ὁ Πορφύριος ἐν τοῖς εἰς τὸν Ὅμηρον, ἁπλᾶ ὄντα καὶ οὐδέν τι παχὺ καὶ φλεγμαῖνον ἔχοντα. δίστιχα δὲ τὰ ὅλα ἐκεῖνα δίχα τοῦ ῥηθέντος εἰς τὸν Αἴαντα. ἴσως γὰρ ὁ ἐπιγραμματοποιὸς ἐφιλοτιμήσατο ἀπεναντίας ἐλθὼν τῷ ποιητῇ ἐπὶ τῷ λαμπρῷ Αἴαντι πολυλογῆσαι, τοὺς δὲ ἄλλους ἧττον σεμνῦναι. *Ausonius Burdigalensis*, qui bonam horum Epigrammatum partem in latinum sermonem convertit, eorum auctorem ignorasse videtur, cum in praefatione scriberet: *Epitaphia — scilicet titulos sepulcrales, heroum, qui bello Trojano interfuerunt. Quae antiqua cum apud philologum quendam reperissem, latino sermone converti.* Πέπλον, qui ἱστορίαν σύμμικτον complexus sit, inter *Aristotelis* opera memorat Biographus Anonymus in *Aristot.* Opp. T. I. p. 66. ed. Bip. et plures, quos vide ap. *Fabricium* in Bibl. Gr. T. III. p. 275. sq. Non philosophi, sed alterius *Aristotelis* foetum esse, contendit *Patricius* in Disc. Perip. Tom. I. p. 18. et 49. praeeunte *Tzetza* ad Hesiod. p. 13. Ἀριστοτέλης γὰρ, ἢ ὁ φιλόσοφος, μᾶλλον,

δὲ, οἶμαι, ὁ τοὺς πέπλους συντάξας, ἐν τῇ Ὀρχομενίων πολιτείᾳ. in quibus verbis ſuo more hallucinatus eſt Grammaticus. Conf. *Petit.* ad Leges Att. p. 94. Peplum hoc carmen ſive potius carminum contextum appellatum eſſe ab illo velo, quod in Panathenaicis circumferebatur, cuique praeter ipſius Minervae facinora heroum res geſtae intextae erant, docet *Fabricius* l. c. not. *s.* Cf. *Caſaubon.* in Ariſtoph. Eqq. 564.

1. De *Peneleo*, Boeotiorum duce, vide *Pauſan.* IX. 5. p. 723. *Heyne* ad *Apollodorum* L. III. p. 725. De nominis forma quaedam dedit *Euſtath.* ad Il. β. p. 200. 21.

2. *Aſcalaphus* et *Ialmenus* inter Helenae procos numerantur ap *Apollodor.* p. 239. Illum in Palaeſtinam translatum ibique ſepultum eſſe, fingebant nonnulli, ſecundum *Euſtath.* ad Il. ο. p. 1009. 32. Cf. *Scaliger.* ad Hieronym. Chron. p. 74. ſq. — *Ialmenum* commemorat *Homer.* Il. β 512. Οἳ δ' Ἀσπληδόνα ναῖον ἠδ' Ὀρχο-

[redacted]

L. V. p. 201. D. Epigramma noſtrum vertit *Auſonius* Ep. III. p. 191. ed. *Toll.*:

Ajacis tumulo pariter tegor obruta Virtus,
Inlacrymans buſtis funeris ipſa mei:
Incomtas lacerata comas, quod pravus Atrides
Cedere me ſtructis compulit inſidiis.
Jam dabo purpureum claro de ſanguine florem,
Teſtantem gemitu crimina judicii.

V. 3. εἰ παρ' Ἀ. Cod. Vat. *Tzetza*, qui hoc tetraſtichon excitat ad Poſthomerica v. 489. legit: θυμὸν ἔχει μεγάλῳ βεβαρημένα, ὡς παρ' Ἀ. *Quintus Sm.* IX. 455. ὡς ἄρ' ὑπ' ἀτλήτῳ βεβαρημένον ἄλγεϊ φῶτα. *Stephan.* in Cod. Med. etiam ὡς παρ' Ἀ. reperit. — Ἀπάτα *Pierſon.* ad Moerin p. 65. pro *Voluptate* accipit, collato Epigr. *Mnaſalcae* XIV. Verum hujus carminis diverſa eſt ratio. *Doloſus* Ulyſſes fortem vicerat Ajacem non robore et ſtrenuitate, ſed oratione ad fallendos animos apte compoſita, et fraude, quippe qui judices corruperat. *Pindar.* Nem. VII. 44. — Pro ἐμοῦ κέκριται Cod. Vat. ἐμεῦ δύναται. Idem *Brunck.* invenit in optimo Planud. Codice.

¶. 179.] 7. Teucer in inſula Cypro, ubi urbem Salamina condiderat, obiit. Vide *Schol. Pindari* Nem. IV. 77.

8. Διομήδην. *Steph.* Diomedes ſepultus in Diomedeis inſulis. Cf. *Scholia* ad *Lycophr.* 601. *Strabo* VI. p. 284. — *Auſonius* Ep. VI. p. 193.:

Conditur hic, genitore bono melior Diomedes,
Crimen ob uxoris pulſus dotalibus agris,
Argyripam, clarosque viris qui condidit Arpos:
Clarior urbe nova, patriae quam ſede vetuſta.

In *Schol. Tzetzae* ad Homer. 113. verſu primo legitur: τὸν πάντεσσι κράτιστον ἐ. Δ. — In Cod. Anthologiae Conſtantini Laſcaris, ſecundum Iriarten, habetur: τὸν πάντων κράτιστον ἐπιχθονίων Διομήδην Ἡ. ἐ. κ. ν. ὁμωνυμίην.

[redacted]

9. Sthenelus et Euryalus junguntur ap. *Homerum* Il. β. 564. 5. Vide notas ad *Apollodor.* I. p. 168. In hunc est Ep. *Ausonii* X. p. 197.

10. *Auson.* Ep. I. p. 190.

12. Menelaus in beatorum sedes traductus est, secundum *Homer.* Od. δ. 561. sqq. Cf. *Heyne* in Opusc. Academ T. I. p. 395. sqq. Valde hoc distichon amplificavit *Auson.* Ep. II. p. 191.

13. 14. Prius imitatus est *Auson.* Ep. VIII. p. 195. Ad alterum haec notavit *Brunckius:* „Nestor, Nelei „filius et Chloridis inter ἡμιθέους, οὓς ἐκ θείου καὶ ἀνθρωπίνου „σώματος φῦναι λέγουσι, censeri non potest. Praeferenda „igitur lectio, quam servavit *Eustathius* p. 296. φέρτατον „ἡμερίων. Ad haec enim duo in Nestorem Epigrammata „respicit, quae memoriae lapsu pro uno habet: δηλοῖ δὲ „τὴν τοῦ γέροντος ἀρετὴν, καὶ τὸ εἰς αὐτὸν παλαιὸν ἐπίγραμμα, „ὅπερ καὶ φέρτατον ἡμερίων λέγει αὐτὸν, καὶ βαθύνουν, καὶ

[redacted]

20. Ulyſſes a filio Telegono interfectus, in inſulam Aeaeam, quam νῆσον τῆς Τυῤῥηνίας vocat *Schol.* in Odyſſ. ι. 32. deportatus ibique ſepultus eſt, ſecundum *Hyginum* Fab. CXXVII. aliosque, quos laudat *Munkerus.* — Nec hoc nec ſeq. diſtichon, ſed aliud, quod periit, ante oculos habuit *Auſon.* Ep. VIII. 22. *Steph.* Εὐαίμονος habet. Sed Ἀνδραίμονος ſcribendum erat ex Il. β. 638. De Andraemone multa diſputat *Verbeyk* ad *Anton. Liber.* c. XXXII. p. 214. ſq. — Locutionem κόνις κατέχει, quae recurrit Ep. 35. et de qua dubitabat *Muratori* Anecd. Gr. p. 33. confirmat *Burmann.* in Miſc. Obſſ. Vol. I. I. p. 14. ſq.

23. Habet *Diodor. Sic.* Tom. I. p. 395. ubi Idomeneum et Merionen a Cretenſibus ut heroas coli et in belli discriminibus invocari narrat. Ex apogr. Lipſ. protulit *Leich.* in Carm. Sep. p. 4. Vat. Cod. p. 253. cum *Diodoro* conſpirat in ὅρα (cf. Ep. 10. et 34.) et ἐγώ τοι pro τοῦ. Vulgatam tuetur *Brunckius.* τοῦ poſitum pro αὐτοῦ ſeu τούτου, ut Ep. 9. — Male *Leichius* ὅμιλον. *Molus*, Deucalionis filius, Idomenei frater. Vid. *Apollodor.* III. 3. p. 181. ubi Μῶλος ſcribitur. Sed vide *Heyn.* p. 543.

24. Tlepolemus, dux Rhodiorum; de quo praeclarus eſt locus *Homeri* Il. β. 655. Interficitur a Sarpedone Il. ε. 655. ſqq. Qua auctoritate Rhodi ſepultus eſſe dicatur, ignoro.

¶. 181.] 25. Obſcurum nomen Delpyli, quem Ὀρμένιον vocat *Ariſtoteles*, ſive ab Ormeno, Amyntoris patre, oriundum, ſive ex urbe Ormenio, ab Ormeno condita. Vide *Weſſeling.* ad *Diodor. Sic.* IV. 37. Erat etiam Ormenus Trojanus Il. μ. 183.

26. De Nireo Il. β. 674.

27. *Phidippus* et *Antiphus* junguntur ap. *Homer.* Il. β. 676.

28. Achillem plurimi in Sigeo promontorio sepultum tradunt. Alii aliter. Vide not. in *Tzetzae* Posthom. 465. p. 140. — Vitiosus est pentameter. Fortasse verbum Προποντὶς ex glossemate irrepsit.

29. Musas ad Achillis tumulum fudisse carmina indicat *Homer.* Od. ω. 60. sq. *Arctinus* ap. *Proclum*. καὶ Θέτις ἀφικομένη σὺν Μούσαις καὶ ταῖς ἀδελφαῖς θρηνεῖ τὸν παῖδα. Cf. *Quint.* L. III. 592. sqq.

30. Patroclus simul cum Achille conditus, secundum *Homer.* Od. ω. 73. Vide ad *Tzetzam* l. c. 421. p. 135.

31. Novi Podarcen Iphicli fil. ex *Schol. Homer.* Od. λ. 289. quem fratrem Protesilai fuisse et quadraginta naves Trojam duxisse narrat *Homer.* Il. β. 704. Ille, de quo hic agitur, fortasse fuit filius ejus *Actoris*, quem commemorat *Pausan.* VIII. p. 629. Sed hujus filios Eurytum et Cteatum vocant veteres. Vide *Heyne* ad

Secundum alios in undis periit, quos *Aristoteles* sequitur. Hoc Epigr. expressit *Ausonius* in priore disticho Epigr. XI.:

Gunea pontus habet, tumulus sine corpore nomen.
Fama homines inter, coelum animus repetit.

38. „Distichon hoc respexisse videtur *Eustathius* „p. 17. ubi, postquam diversas nominis Ἥρως etymo- „logias protulit, postremam hanc addit: οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ „ἀέρος, ὡς δηλοῦται ἔν τινι τῶν παρὰ Πορφυρίῳ ἐπιγραμμάτων, „ἐν ᾧ κεῖται τό· σῶμα μὲν ἐν πόντῳ κεῖται· πνεῦμα δ' ἀὴρ „οὐδ' ἔχει. Unde scribendum videtur:

„Σῶμα μὲν ἐν πόντῳ Προθόου Τενθρηδόνος υἱοῦ
„κεῖται ἀνοίκτιστον· πνεῦμα δ' ἀὴρ ἐπέχει.

„Notanda vox ἀνοίκτιστον, qua carent Lexica.“ *Brunck.* Prothoum quoque in Libyam pervenisse, narrat *Lycophr.* 902. *Apollodorus* autem, eum ad Caphaream rupem naufragium fecisse, et Magnetes, qui cum eo essent, in Cretam delatos esse. Vide Fragm. p. 1038.

40. Automedon, Achillis auriga, in agro Trojano sepultus. Vixit tamen adhuc in Trojae excidio. *Virgil.* Aen. II. 477.

41. Hectoris cineres, secundum oraculi monitum, in Boeotiam delatos, ibique ad aquam, quae Oedipodia vocatur, conditos narrat *Pausan.* IX. 18. p. 746. Cf. *Tzetzam* ad Lycophr. 1194. Utrumque locum laudat *Brunckius.*

42. Pyraichmes, dux Paeonum in Trojanorum exercitu. Il. β. 848. Interfectus est a Patroclo in pugna ad naves. Il. π. 287.

¶. 183.] „Quae sequuntur, aliorum heroum epi- „taphia ex Aristotelis peplo non sunt, sed quia ejusdem „sunt generis, prioribus ea librarius addidit. Inter „ἀδέσποτα melius reposita fuissent. Sed facile crediderim, ex *Aristotelis* peplo desumtum esse illud, quod „inter ἀδέσποτα exstat DCXXII.“ *Brunck.*

[redacted]

43. Interpretatio hujus distichi petenda ex *Homer.* Il. ε. 640. Hercules

— δεῦρ' ἐλθὼν ἕνεχ' ἵππων Λαομέδοντος,
ἓξ οἴης σὺν νηυσὶ καὶ ἀνδράσι παυροτέροισιν,
Ἰλίου ἐξαλάπαξε πόλιν, χήρωσε δ' ἀγυιάς.

Apollodor. II. 6. p. 148.

46. Orpheum a mulieribus discerptum ejusque caput, fluctibus traditum, in Lesbum delatum esse, poëtarum fert traditio. *Musas ejus collecta membra sepulturae mandasse,* narrat *Hygin.* in Poët. Astron. VII. p. 372. ex *Aeschylo,* ut apparet ex *Eratosth.* Catast. XXIV.

48. In Atalantam, Iasi filiam, quae apri venationi interfuit. Vide *Heyn.* ad *Apollodor.* I. 8. p. 119.

THEOCRITI CHII

EPIGRAMMA.

[redacted]

voraginem. ἐν βορβόρῳ κεῖσθαι dicuntur impii, quos *Lactantius* L. VII. 7. in *tenebricosis locis atque in coeni voraginibus poenas luere* dicit; docente *Wyttenbachio* ad *Plut.* de S. N. V. p. 137. ubi nostri loci non immemor fuit. De animis ignorantiae tenebris immersis *Plato* de Rep. VII. p. 488. B. ἡ διαλεκτικὴ μέθοδος – τῷ ὄντι ἐν βορβόρῳ τινὶ βαρβαρικῷ τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα κατωρυγμένον ἠρέμα ἕλκει καὶ ἀνάγει ἄνω. — Non omitti debet, primum hujus Epigrammatis versum ap. *Diogenem* sic legi:

Ἑρμείου εὐνούχου ἠδ᾽ Εὐβούλου ἄμα δούλου.

PHILISCI EPIGRAMMA.

Vide supra p. 168.

CHOERILI EPIGRAMMA.

¶. 185.] *Brunckius* hoc Epigramma edidit, prout legitur ap. *Strabon.* L. XIV. p. 672. Ex Chrysippi commentariis laudat, auctoris nomine omisso, *Athen.* L. VIII. p. 336. A. qui idem a *Choerilo* ex chaldaica lingua expressum esse ait L. XII. p. 529. F. Ex lingua barbarica in graecum sermonem hos versus translatos esse ὑπό τινος Ἕλληνος, dixit *Diodor. Sic.* II. 23. p. 137. ubi vulgo nihil nisi v. 4. 5. leguntur. Reliquos addidit, v. 6. excepto, *Wesselingius* ex *Tzetzae* Chil. III. 453. Cum insigni varietate habentur in *Schol. Aristoph.* Av. 1022. Non omittenda est parodia *Chrysippi* ap. *Athen.* L. VIII. p. 337. A. qui sic scribendum esse pronuntiabat:

Εὖ εἰδὼς, ὅτι θνητὸς ἔφυς, σὸν θυμὸν ἄεξε,
τερπόμενος μύθοισι· φαγόντι σοι οὔτις ὄνησις·
καὶ γὰρ ἐγὼ κακός εἰμι φαγὼν ὡς πλεῖστα καὶ ἡσθείς.
ταῦτ᾽ ἔχω, ὅσσ᾽ ἔμαθον καὶ ἐφρόντισα, καὶ μετὰ τούτων
ἔσθλ᾽ ἔπαθον· τάδε λοιπὰ καὶ ἡδέα πάντα λέλειπται.

[redacted]

In eundem ſenſum poſteriores verſus immutavit *Crates* Fr. V. p. 187. Vide *Stephan.* in Praef. ad poëmatia, quae παρῳδίαι vocantur, ad calcem *Certam. Homeri et Hesiodi.* — Tres poſteriores hujus carminis verſſ. exſtant in Cod. Vat. p. 254. Integrum in Anthol. Planud. p. 217. St. 316. W. — V. 1. τὸν θυμόν. *Athen.* *Plan.* ὃν θυμὸν *Schol. Ariſt.* qui initio verſus ſcribit εὖ δεδαώς. — τερπόμενος θαλίῃσι. Sunt, qui fere nihil, niſi quod his verbis continetur, Sardanapali tumulo inſcriptum fuiſſe dicant. *Plutarch.* T. II. p. 336. C. ἀποθανόντος αὐτοῦ λιθίνην εἰκόνα κατασκευάσαντες ἐπορχουμένην βαρβαριστὶ, καὶ τοῖς δακτύλοις ὑπὲρ κεφαλῆς οἷον ὑποψοφοῦσαν, ἐπέγραψαν·

Ἔσθιε, πῖνε, ἀφροδισίαζε· τἄλλα δὲ οὐδέν.

Cum quibus cf. *Apollodor.* in Fragm. p. 1081. et ibi *Heynium.* Ex Sardanapali, digitis concrepantis, geſtu explicanda ſunt verba, quae ejus epitaphium conſtituiſſe, narrat *Suidas* T. III. p. 287. Ἐν Νίνῳ ἐπὶ τοῦ μνήματος

[redacted]

ἔχω δ', ὅσσ' ἔφαγον καὶ ἐφύβρισα, χὠμὲν ἔρωτος τέρπν' ἔπαθον· — —
σποδὸς δὲ πολλὴ χὼ μητρηφόρος κεῖμαι.

Pro βασιλεύσας *Schol. Arist.* βασιλεύων legit. — V. 4. τόσσ' ἔχω. *Planud.* Vat. Cod. *Dio Chrysost.* qui hunc vers. cum seq. laudat in Or. IV. p. 81. *Plutarch.* T. II. p. 330. F. τοῖς Σαρδαναπάλου μνημείοις ἐπιγέγραπται· τόσσ' ἔχω, ὅσσ' ἔφαγον καὶ ἐφύβρισα. — Pro novissimo hoc verbo Vat. Cod. τι καὶ ἔπιον. Reliqui omnes, ut *Strabo*. — Pro ἔρωτος *Dio Chr.* et *Schol. Arist.* ἐρώτων habet. — V. 5. τέρπν' ἐδάην. Vat. God. Plan. quod originem duxit ex *Cratetis* parodia:

ταῦτ' ἔχω, ὅσσ' ἔμαθον, καὶ ἐφρόντισα καὶ μετὰ Μουσῶν
σέμν' ἐδάην·

unde in Vat. Cod. etiam venit: τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια τῦφος ἔμαρψε. In marg. tamen πάντα λέλειπται. fere ut ap. *Dionem Chr.* τὰ δὲ λοιπὰ καὶ ὄλβια πάντα λέλειπται. *Athenaeus:* τὰ δὲ πολλὰ κ. ὄ. π. λέλυνται. — κεῖνα legit *Strabo*, *Schol. Arist. Diodor.* Hos versiculos in latinum sermonem transtulit *Cicero* in Tuscul. Quaest. V. 35.:

Haec habeo, quae edi, quaeque exsaturata libido
Hausit: at illa jacent multa et praeclara relicta.

Eosdem respexit de Finibus II. 32. *Corporis autem voluptas si etiam praeterita delectat, non intelligo, cur Aristoteles Sardanapali Epigramma tantopere derideat, in quo ille rex Assyriae glorietur, se omnes secum libidinum voluptates abstulisse.* — Ceterum *Clemens Alexandr.* Strom. II. p. 491. hos versus sic profert, ut v. 3. post vers. 5. ponat; idque secutus est *Theodoret.* de Curat. Gr. Aff. L. XII. quem *Potterus* laudat. — Vers. 6. desideratur ap. *Diodor.* Apud *Athen.* legitur: ἥδε σοφὴ βιότοιο παραίνεσις· οὐδέποτ' αὐτῆς λήσομαι, ἐκτήσθω δ' ὁ θέλων τὸν ἀπείρονα χρυσόν. In *Schol. Arist.* autem et ap. *Eudociam* p. 372. παραίνεσις οὐδέποτ' ἐσθλή. Κεκτήσθω δ' ὁ θέλων σοφίης τὸν ἀπείρονα πλοῦτον. — Sensum totius Epigrammatis com-

[redacted]

plexus est auctor distichi in Anth. Lat. III. 146. p. 594. quod *Epicuro* inepte tribuitur:

Cum te mortalem noris, praesentibus exple
Deliciis animum; post mortem nulla voluptas.

AGIDIS EPIGRAMMA.

Vat. Cod. p. 167. Planud. p. 436. St. 569. W. Meidon, venator et auceps, Phoebo artis suae instrumenta dedicat. In Planud. viri nomen Μήδων scribitur. — *ἔργων ἐξ ὀλίγων. ex parvo lucro.* ἔργον de foenore passim occurrit. Vid. *Graev.* Lectt. Hesiod. p. 9. et ἐνεργάζεσθαι de quaestu, saepe inhonesto, ut docuit *Valcken.* ad *Herodot.* I. p. 48. 43. Color, ut ap. *Leonidam Tar.* Ep. VIII. ἐξ ὀλίγων ὀλίγην μοῖραν ἀπαρχόμεθα.

[redacted]

drinus, non apparet. Ejus verba haec sunt in Strom. II. p. 493. 4. οὗτος ἐν ἄλλοις εὐθυρρημόνως γράφει· τῆς εἰς τὰ ἀφροδίσια ἀκατασχέτου ὁρμῆς κατάπλασμα εἶναι λιμὸν, εἰ δὲ μὴ, βρόχον. Quae repetens *Theodoretus* Therap. p. 671. κατάπαυμα scribit. — Quod autem dicit, famem amoris esse remedium, hinc fortasse repetivit *Marc. Argent.* Ep. XV. πένης ὢν οὐκέτ' ἐρᾷς· λιμὸς φάρμακον οἷον ἔχει. Vide notas ad *Callim.* Ep. XIV. 5. *Plutarch.* ap. *Stob.* XCIII. p. 513. 31. οὐδέποτε λιμὸς ἐγέννησε μοιχείαν. Nam ἐν πλησμονῇ Κύπρις· ἐν δὲ τοῖς κακῶς πράσσουσιν οὐκ ἔνεστιν Ἀφροδίτη βροτοῖς, secundum *Euripidem* et *Antiphanem* ap. *Athen.* L. I. p. 28. F. Conf. *Liban.* Orat. XIX. p. 509. A. et quae collegit *Wetsten.* ad N. T. II. p. 290. *Ovidius* Remed. Amor. 749.:

Non habet unde suum paupertas pascat amorem:
Non tamen hoc tanti est, pauper ut esse velis.

II. Servavit hos versus de vita Cynica *Diogen. Laërt.* VI. p. 354. unde eosdem protulit et passim illustravit *P. Leopardus* Em. XVIII. 2. Primum et secundum *Stephanus* in Praef. in poëm. quae παρῳδίαι vocantur p. 82. ex *Homero* ductos notavit, Odyss. τ. 172. Κρήτη τις γαῖ' ἐστὶ, μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ Καλὴ καὶ πίειρα, περίρρυτος. quod nec *Appulejum* fugit in Apologia p. 439. ed. Paris. Vers. 1. laudat *Demetrius* περὶ Ἑρμην. c. 259. p. 101. ubi pro πόλις ἐ. legit γαῖ' ἐστὶ, ut ap. *Homerum* est. Ad totum hunc locum respexit *Clemens Alex.* Paedag. L. II. 10. p. 226. 10. πόρρωθεν οὖν ἀπειρύκειν χρὴ τὴν πολλὴν τῶν ἐπιβούλων κακουργίαν· οὐ γὰρ εἰς τὴν Κράτητος πήραν μόνην, ἀλλ' οὐδὲ εἰς τὴν ἡμετέραν πόλιν εἰσπλεῖ, οὐ μωρὸς παράσιτος, οὐδὲ λίχνος πόρνος, πυγῇ ἀγαλλόμενος, οὐ δολερὰ πόρνη, ἀλλ' οὐδὲ ἄλλο τι τοιοῦτον ἡδονῆς θηρίον. — Pera hoc loco accipienda de vita cynica, quae in media rerum vanitate medioque fastu unum perfugium esse dicitur. Hanc vero vitam nemo stultus nec cinaedus profiteri am-

[redacted]

plectique audet; ut adeo ibi ab ejusmodi hominum consortio remotissimus vivas. — Ap. *Diogen.* περίῤῥυπος legitur; quod *Stephanus* emendavit probante *Casaubono.* Vitae cynicae sordes, ῥύπος, passim memorantur. *Antip. Sidon.* Ep. LXI. de Cynico, secta, quam profitebatur, indigno, αἰάζει — τὸ χύδην ῥυπόωντι πίνῳ πεπαλαγμένον ἔνθεν Διπλάδιον. Cf. *Leonid Tar.* Ep. X. 3. Apud *Petronium* c. XIV. fortasse olim lectum fuit:

Ipsi qui Cynico traducunt tempora coeno,

ubi vulgo *coena* habetur; quamquam nec hoc penitus rejiciendum videtur. — In verbis ἐπαγαλλόμενος πυγῇσι respicere videtur Homerica in Il. β. 462. ἔνθα καὶ ἔνθα ποτῶνται ἀγαλλόμεναι πτερύγεσσι. — V. 6. ἐπὶ τούτοις et in fine περὶ κέρματος, οὐ περὶ δόξης, contra auctoris mentem *Diogen.* Emendatior lectio debetur *Meibomio.* De ejusmodi bonis, ait, qualia vita Cynicorum praestat, homines inter se digladiari non solent, sed de nummis et

[redacted]

in rationes referre significat, illustrat *T. Hemsterh.* ad *Lucian.* T. II. p. 412. ed. Bip. nostri loci non immemor. — καπνὸν *Menagius*, si per metrum fieri posset, in χαλκὸν mutari vellet. Male. καπνὸς de vanis promissis et jactationibus, ut Latinorum *fumus*. Vide *Erasmum* in Prov. *Fumum vendere*, Chil. I. 3. 41.

IV. Bis exstat in membranis, in primis foliis post titulum, et p. 504. Planud. p. 15. St. 26. W. Ex Hymno in Frugalitatem desumtum esse, discimus ex *Juliani* Orat. VI. p. 199. qui v. 1. δέσποινα, σοφῶν ἀνδρῶν ἀ. legit. ἀγάπημα, nostro quoque loco allato, illustrat *Toup.* in Cur. nov. p. 267. — Εὐτέλεια. *Julian.* Pro ἔκγονα *Julian.* et Cod. Vat. ἔγγονα. Ad nostrum respexit *Axionicus* in Phileuripide ap. *Athen.* VIII. p. 342. A. apud quem ingens piscis — σῖτον ὀψοφάγων καὶ λίχνων ἀνδρῶν.— V. 3. Cod. Vat. utroque loco τιμόωσιν. male,

V. Cod. Vat. p. 254. Ad Epigramma *Choerili* p. 185. laudavimus parodiam *Chrysippo* ab *Athenaeo* tributam, in qua hoc ipsum distichon occurrit, hac una diversitate, quod ibi μετὰ τούτων Ἔσθλ' ἔπαθον legitur. *Crateti* diserte tribuit *Plutarch.* T. II. p. 546. A. et *Diogenes Laërt.* VI. p. 356. Apud utrumque recte legitur, μετὰ Μουσῶν σέμν' ἐδάην. Hos versus ante oculos habuit *Callimach.* Fr. CVI. p. 479. ed. *Ern.* ap. *Stob.* LXXIX. p. 467. Gesn. 343. Grot.:

Καὶ γὰρ ἐγὼ τὰ μὲν, ὅσσα καρήατι τῆμος ἔδωκα,
Ξάνθε, σὺν εὐόδμοις ἁβρὰ λίπη στεφάνοις,
ἄπνοα πάντ' ἐγένοντο παραχρῆμ', ὅσσα τ' ὀδόντων
ἔνδοθι, νειαίρην τ' εἰς ἀχάριστον ἔδυ,
καὶ τῶν οὐδὲν ἔμεινεν ἐς αὔριον· ὅσσα δ' ἀκουαῖς
εἰσεθέμην, ἔτι μοι μοῦνα πάρεστι τάδε.

Colorem hinc duxit etiam auctor Ep. inter ἀδέσπ. DCLXXXVII. p. 298. — In Vat. Cod. pro τύφος legitur τάφος. Cf. Epigr. *Choerili* v. 5. τύφος hoc loco id, quod καπνός. Vide *Gataker.* ad M. Anton. II. 17. p. 58.

§. 187.] *VI.* Ex *Cratetis* *μουσικοῖς παιγνίοις* hos versus profert *Julianus* in Orat. VI. p. 199. D. et VII. p. 213. B. C. Horum versuum auctorem cum Cratete, longe antiquiore, quem Olympi discipulum fuisse tradunt, confudit *Meursius* in Bibl. Gr. p. 1329. Est autem totus hic locus parodia Elegiae *Solonis* ap. *Stobaeum* Tit. IX. p. 61. Grot.:

Μνημοσύνης καὶ Ζηνὸς Ὀλυμπίου ἀγλαὰ τέκνα,
Μοῦσαι Πιερίδες, κλῦτέ μοι εὐχομένῳ·
ὄλβον μοι πρὸς θεῶν μακάρων δότε, καὶ πρὸς ἁπάντων
ἀνθρώπων αἰεὶ δόξαν ἔχειν ἀγαθήν·
εἶναι δὲ γλυκὺν ὧδε φίλοις, ἐχθροῖσι δὲ πικρόν·
τοῖσι μὲν αἰδοῖον, τοῖσι δὲ δεινὸν ἰδεῖν.
χρήματα δ' ἱμείρω μὲν ἔχειν, ἀδίκως δὲ πεπᾶσθαι
οὐκ ἐθέλω· πάντως ὕστερον ἦλθε Δίκη.
πλοῦτον δ' ὃν μὲν δῶσι θεοί, παραγίγνεται ἀνδρὶ

[redacted]

Democritus ap. *Stob.* Tit. XVI. p. 154. 19. οἱ φειδωλοὶ τὸν τῆς μελίσσης οἶτον (fic recte margo: vulgo σῖτον) ἔχουσιν, ἐργαζόμενοι, ὡς καὶ βιωσόμενοι. οἶτος effe videtur vita aerumnae et querelarum plena. Cf. *Callimach.* Hymn. in Pall. 94. ibique *Spanhem.* p. 689. et *Ruhnken.* Epift. crit. II. p. 167. — V. 8. πλοῦτον κενῇ. *Julian.* loco fec. — V. 11. εὐ δαπάναις. *Horat.* III. Carm. XXIII. 17. *immunis aram si tetigit manus Non sumtuosa blandior hostia, Mollivit aversos Penates Farre pio et saliente mica.*

VII. *Diogen. Laërt.* VI. p. 356. Fugit *Brunckium*, haec integriora legi ap. *Teletem* in Stob. Flor. XCV. p. 524. 47. εἰ δὲ πάντων τις τῶν τοιούτων ὑπεράνω γίνοιτο, ἐν πολλῇ ἂν εἴη ἀδείᾳ καὶ ἀπαναστείᾳ· οὐκ ἀηδῶς γὰρ Κράτης·

Οὐκ οἶσθα, (φησὶ) πήρα δύναμιν ἡλίκην ἔχει
Θέρμων τε χοίνιξ καὶ τὸ μηδενὸς μέλειν.

τῷ ὄντι γὰρ μεγάλου καὶ ἀξιόλογον καὶ μετὰ πήρας καὶ θέρμων καὶ λαχάνων καὶ ὕδατος μηδενὸς φροντίζειν. Sic hos fenarios, ut ex *Aristotele* petitos, profert *Salmas.* ad Solin. p. 326. quem magni viri errorem repetivit *Gonsal. de Salas* ad Petron. c. 14. notatus propterea a *T. Hemsterh.* ad *Lucian.* T. II. p. 518. ed. Bip. qui tamen erroris fontem ignorabat.

VIII. Ex *Diog. Laërt.* VI. p. 359. Vulgo legitur βαίνεις εἰς Ἀ. δ. κυφὸς ὄρην διὰ γῆρας. Noftrum eft ex emendatione *Casauboni*, cujus etiam alia conjectura proftat, βαίνεις τ' εἰς ἀΐδαο, ἐὰν κυφὸς διὰ γῆρας, priori non anteferenda. *Homerus* Od. β. 16. ὃς δὴ γήραϊ κυφὸς ἔην καὶ μυρία ᾔδη. Ipfe autem Crates annorum pondere gravatus κυφὸς erat. *Appulej.* Florid. XIII. p. 788. ed. Parif. *Cumque interscapilium Crates retexisset, quod erat auctum gibbere.* Philofophos Strepfiades τοὺς σφόδρ' ἐγκεκυφότας vocat ap. *Aristoph.* in Nub. 191. De fene *Phanias* Ep. IV. Tom. II. p. 53. — ἐπεὶ τάχ' οἱ ὁ πολυκαμπὴς Ἰξὺς κ' εἰς Ἀΐδαν ᾤχετο κυφαλέα. quae ex *Cratetis* loco expreffa videntur.

p. 188.] *IX.* Ex *Diog. Laërt.* VI. p. 359. ubi vulgatam lectionem — τὴν ἀδοξίαν καὶ τὴν πενίαν δ' αὖ ἀνάλωτον τῇ τύχῃ — *Casaubonus* sic, ut ap. *Brunckium* legitur, emendavit. Consule de hoc loco *Perizonium* ad Aelian. V. H. III. 6.

X. *Diogen. Laërt.* VI. p. 360. καὶ θυγατέρα ἐξεδίδου μαθηταῖς αὐτοῦ, κείνοις, ὡς αὐτὸς ἔφη, ἐπὶ πεῖρᾳ δοὺς τριάκονθ' ἡμέρας. *Grotius*, qui totum hunc locum ex *Menandro* desumtum putavit, cujus senarii praecedunt, *Diogenis* verba in senarios cogere conatus est: καὶ θυγατέρ' ἐξεδίδου κεῖνος, ὡς ἔφη Αὐτὸς, ἐπὶ πεῖρᾳ δ. τρ. ἡ. Nostrum debetur *Toupio*, qui, cum verba μαθηταῖς αὐτοῦ a cod. regio abesse videret, praeclare κείνοις in κοινῇ mutavit, in Em. in Suid. Tom. I. p. 199.

Ejusdem *Cratetis* fragmenta laudat *Clemens Alexandrinus* Strom. L. II. p. 492. 30. ὅτι Θηβαῖος Κράτης·

[redacted]

AESCHRIONIS EPIGRAMMA.

¶. 189.] Plurimum lucis hoc carmen lucratur ex verbis *Athenaei* L. VIII. p. 335. C. D. Φιλαινὶς, εἰς ἣν ἀναφέρεται τὸ περὶ Ἀφροδισίων ἀκόλαστον σύγγραμμα, ὅπερ φησὶ ποιῆσαι Αἰσχρίων ὁ Σάμιος ἰαμβοποιὸς Πολυκράτη τὸν σοφιστὴν ἐπὶ διαβολῆς τῆς ἀνθρώπου, σωφρονεστάτης γενομένης. Ut *Aeschrio Samius*, sic *Dioscorides* quoque Philaenidis famam salvam praestare conatus est Ep. XXVI. Huc *Schneiderus* referebat locum *Quintil.* III. 7. p. 148. *Et si quod est exemplum deforme posteris traditum, quale libidinis vir Perses* (*Polycrates* conj. ille) *in muliere Samia instituere ausus dicitur primus.* Philaenidis, quamvis innocentis, nomini adhaesit macula, quam Polycrates ei adspergere conatus est. Cum aliis meretricibus, eximiae calliditatis, Φιλαινίδα τὴν Λευκαδίαν commemorat *Athen.* V. p. 220. F. eidemque Lesbicae lasciviae inventum tribuitur ap. *Lucian.* in Amor. 28. p. 290. ed Bip Φιλαινὶς ἀνδρογύνους ἔρωτας ἀσχημονοῦσα. ubi *Scholiastes* monet, *Philocratem* comicum Philaenida, ut tribada, traduxisse. Ejus nomen cum Elephantines nomine jungitur ap. *Suidam* in Ἀστυάνασσα· Ἑλένης τῆς Μενελάου θεράπαινα· ἥτις πρώτη τὰς ἐν τῇ συνουσίᾳ κατακλίσεις εὗρεν καὶ ἔγραψεν περὶ σχημάτων συνουσιαστικῶν· ἣν ὕστερον παρεζήλωσαν Φιλαινὶς καὶ Ἐλεφαντίνη. *Elephantidos libelli* commemorantur in Lusibus Carm. III. 2. et ap. *Martialem* L. XII. 43. Tanquam nihil ab his diversos, nec argumento nec tractationis genere, Philaenidis libros laudant Lusus Carm. LXIII. Cf. *Casaubon.* ad *Sueton.* Vit. Tib. c. XLIII. — Ceterum nostrum Epigramma in Planud. p. 222. St. 323. W. ἀδέσποτον est. In Cod. Vat. p. 247. legitur cum lemmate: ἀδέσποτον, οἱ δὲ Σιμωνίδου (ex Σαμίου fortasse depravatum: *Aeschrio* enim Samius fuit) εἰς Φιλαινίδα τὴν Ἐλεφαντίνης ἑταίραν, τὴν γράψασαν ἐν πίναξι τὰς γυναικείας

[redacted]

μίξεις ἐκείνας, δι' ἃς καὶ κωμῳδεῖται παρὰ τῶν ἐν Ἀθήναις σοφῶν. — V. 1. ἡ 'πίβωτος, *nobilis inter homines facta*. ἐπίβωτος et περίβωτος in malam partem plerumque accipi, docuit *Valcken.* ad Ammon. p. 65. ſq. Sic *nobilis* de famoſis paſſim; ut *nobiles cinaedi*, in Luſibus XXV. Vide *Burmann.* ad Anthol. Lat. II. p 500. ἡ 'πιβώτος Ναιὰ eſt ap. *Aſclepiad.* Ep. XIV. et ap. *Anacreontem* Fragm. XIII. καί μ' ἐπίβωτον κατὰ γείτονας ποιήσεις. Noſtrum locum attigit, ubi de ἐπιβόητος agit, *Ducker* ad *Thucyd.* L. VI. 16. p. 380. ſq. ed. Bip. — V. 2. κεκοίμημαι. Vat. Cod. — V. 3. Philaenidis ſepulcrum in litore maris, et quidem in promontorio quodam fuiſſe apparet. — V. 4. Vulgo λέσχην pro λάσθην, quod et *Athen.* habet et Vat. Cod. λάσθη. χλεύη. ὀλιγωρία. αἰσχρολογία. *Heſych.* ἐπὶ γέλωτι καὶ λάσθῃ *Herodot.* VI. 67. Formulam χλεύην ποιεῖν *Weſſelingius* comparavit cum Herodoteis, ἀκούσας δὲ γέλωτά με ἔθευ, et οὐ χαίροντες γέλωτά με θήσεσθε, L. VII.

[redacted]

PHILETAE FRAGMENTA.

I. Cod. Vat. p. 179. φιλητᾶ Σαμίου. Edidit *Reisk.* in Anthol. p. 26. nr. 463. Nicias meretrix Veneri quaedam muliebris ornatus dona cum mysticis quibusdam instrumentis dedicat. — V. 1. πεντηκοντατέτης καὶ ἐπί. Cod. Vat. Prius tacite mutavit *Reisk.* ἐπὶ autem ut in ἔτι πλέον mutaretur, necessarium non putabat. — V. 2. idem, cum in apogr. Lips. εἰς υκον invenisset, εἰς σηκὸν edidit, quod margo illius apogr. praestat. Nostrum in membranis est. — χαίτης ἀνελίγματα cincinni videntur, ex crinibus supposititiis. Cf. *Simonid.* Ep. CXII. 10. — Mox τὸν δὲ δ. Cod. Speculum pellucidum, nondum rubigine laesum ac corruptum. *Callimach* Hymn. in Lav. Pall. 21. Κύπρις διαυγέα χαλκὸν ἔχοισα. *Nonnus Dionys.* V. p. 175. καί ποτε χαλκὸν ἔχουσα διαυγέα τέρπετο κούρη. — V. 5. ἀνδρὸς Cod. qui vers. sq. ἀλλ' ἱερῇ πάσης K. exhibet, ut ap. *Reiskium.* Mihi non dubium videtur, quin depravata sint verba ἀλλ' ἱερῇ. Quod si corrigere velis ἀλλ' ἱερᾶς, facile tamen senties, verbum compositum hic non satis commodum esse. Quum verba, ἅ τ' οὐ φωνητὰ πρὸς ἄνδρας, nos dubitare non sinant, quin instrumenta intelligenda sint, quibus mulieres ad restinguendam libidinem utuntur, mihi in mentem venit scribere:

ἅ τ' οὐ φωνητὰ πρὸς ἄνδρας
ὁπλάρια· πάσης Κύπριδος ὀπτασίην.

ὅπλα de omni instrumentorum genere usurpari, nemo ignorat. ὁπλάρια autem, μικρὰ σκεύη, in hoc rerum contextu non ineptum foret. Ultima hujus vocabuli syllaba vi caesurae producitur. Ne quid tamen dissimulem, paulo longius haec conjectura recedit a Cod. ductibus, quam ut mihi penitus satisfaciat. Sagacioribus igitur hunc locum relinquo emaculandum. πάσης Κύπριδος de

[redacted]

omni libidinis genere accipe. ὄπτασία. θεωρία. φαντασία. θέαμα. *Hesych.*

II. Cod. Vat. p. 283. Φιλητᾶ Σαμίου. Edidit *Alberti* ad Hesych. v. μινύωρος. *Reisk.* in Anthol. p. 139. nr. 712 In puellam immatura morte exstinctam. Puellae statua tumulo imposita fuisse videtur. — V. 1. *Reiskius* perperam vertit: *Cippus hunc tumulum premens.* βαρύθειν significatione passiva gaudet. Intelligo columnam, quam statua imposita premit. — V. 4. πολλάκι habet *Reisk.* In Cod. πολλὰ, postrema syllaba omissa. Sensus est: Ne lugeas: hac immatura morte multis, quae in longiore vitae cursu mortalibus imminent, malis erepta sum.

Ex Tom II. p. 523.] *III. Stobaeus* in Flor. LVII. p. 376. 43. Gesn. 227. Grot. Hominis in medio mari versantis verba esse videntur; nisi fortasse ex Elegia ducta sunt, ubi allegoriae inserviebant, fere ut ap. *Theocrit.* Eid. IV. 43. — φαίνοντι Dii nos aliquando in [redacted]

p. 65. ed. Parif. Quod propter eos moneo, qui jocofa carmina a *Phileta* confcripta fuiffe exiftimaverunt. Fuerunt, qui in hoc quoque tetrafticho aliquid jocofi fufpicarentur; fed fruftra. Senfus non eft integer; nec, quid poëta voluerit, citra dubitationem pronuntiari poteft. Hoc video, *Kayferi* interpretationem contortam effe, qui fententiam effe pronuntiat: Nonnifi ornata oratione, i. e. eloquentia et poëfi moveri poffum. Hanc ut aliquo modo extundat, fub κλήθρης nomine poëtam ipfum intelligit. Recte vidit *Heinrich.* in Obff. p. 52. alnum loquentem induci. Sufpicari licet, verficulos quosdam huic arbori incifos efficere, ut fperet, fe non ruftica fecuri excifum, fed a poëta quodam ad nefcio quem ufum adhibitum iri. Senfus enim in fine non perfectus. — V. 1. ἀγροιώτης *Gesn.* ἀποφώλιος. ἀπῳδὸς καὶ παράμουσος. *Euftath.* ad Od. δ. p. 158. 1. Cf. p. 216. 20. Ingratum videtur *Brunckio* αἰρήσει — αἰρόμενος. Hinc conjicit ἀμφιτεμὼν μακέλῃ. — V. 3. poëtae defcriptionem continet. In verbis καὶ πολλὰ μογήσας haerebat cl. *Heinrich*, eaque prorfus ἀπροσδιόνυσα effe pronuntiabat. At mihi fecus videtur, magisque placet vulgata lectio, quam ipfius docti viri conjectura πολλὰ νοήσας. Profecto qui ad poëticae facultatis faftigium nititur, non defidia ad id, quod quaerit, perveniet, nec fatis erit dixiffe — *ego mira poëmata pango.* Labore et diligentia opus eft; id eft πολλὰ μογήσας, multis laboribus exantlatis, is, cui natura divitem venam tribuit, ad id, quod in arte fummum eft, efcendet. Jam vides, vulgatam lectionem non temere follicitandam effe. Verum praeterea fic locutus eft *Manetho* in Apotelefm. I. 8. ad Ptolemaeum:

νύκτας ἄϋπνος ἐὼν καὶ ἐν ἤμασι πολλὰ μογήσας,
ὄππως σοι βίβλους, ἅςπερ κάμον, ἅςπερ ἔτευξα,
Τάς σοι ἐγὼ πέμψω καμάτων σφετέρων μέγ' ὄνειαρ.

Theognis v. 71. ἀλλὰ μετ' ἐσθλὸν ἰὼν βουλεύεο πολλὰ μογήσας, Καὶ μακρὴν ποσσὶ, Κύρν', ὁδὸν ἐκτελέσας. *Hermefianax* in

[redacted]

Elegia v. 35. Μίμνερμος δὲ, τὸν ἡδὺν ὃς εὕρετο, πολλὸν ἀνατλὰς, Ἦχον, καὶ μαλακοῦ πνεῦμ' ἀπὸ πενταμέτρου. Epigr. ἀδέσπ. DXCV. πολλὰ μογήσας Πᾶσαν ἀνιστορίην βίβλον ἔτευξα μίαν. Cf. *Valckenar.* ad *Euripid.* Phoen. p. 265.

Ex Tom. II. p. 524.] *V.* Ex *Stob.* Tit. CXVII. p. 597. Gesner. ubi vitiose ἀτραπὸν εἰς ᾅδεω Ἤνυσα — legitur. Noſtrum eſt ex *Scaligeri* emend. ap. *Grotium* p. 487. Admovit hunc verſum *Burmannus Propertio* L. II. 20. 74. *Conceſſum nulla lege redibit iter*; eumque cum ſimilibus comparavit.

VI. Ex *Stob.* Tit. CXXIII. p. 613. Gesn. 509. Grot. Vulgo legitur μέγα μέτρια, quod *Kayſerus* p. 49. explicat per μέγα τι, adſtipulante *Heinrichio* p. 53. Utrumque verus hujus diſtichi ſenſus feſelliſſe videtur. Poëta amicum amicamque rogat, ut funus ſuum lacrymis decorent, avolanti animae amicum aliquod verbum acclа-

[redacted]

μελανοκόλπου θύγατερ. Vulgo δαδοφόρου et μεγαλοκόλπου legitur.

VII. Ap. *Stobaeum* eodem, quo praecedens, loco; ubi ex Epigrammatibus ductum esse notatur. Vulgo ἐμοὶ et νέμοι. In marg. *Gesner.* ἔνειμε. Sensum explicavit *Kayserus* p. 44. Non intolerabile videri debere, si is, qui bona multa sit expertus, malis afficiatur.

VIII. Ex *Stobaeo* Tit. CXXIII. p. 615. 1. Gesner. 511. Grot. Duo haec disticha, quae vulgo junguntur, *Kayserus* p. 37. separavit, Frobenianae collectionis p. 187. auctoritatem secutus. Recte; nam sententiae non cohaerent. — χρόνος, tempus, cui a Jove datum, ut mortalium dolores leniat, iisque remedium adhibeat. πέσσειν idem est, quod πεπαίνειν, quo verbo *Plutarchus* in eadem sententia utitur T. II. p. 102. A. ἐπειδὴ οὖν καὶ χρόνος, ὁ πάντα πεπαίνειν εἰωθώς, ἐγγέγονε τῇ συμφορᾷ — καλῶς ἔχειν ὑπέλαβον τῶν παραμυθητικῶν σοι μεταδοῦναι λόγων πρὸς ἄνεσιν τῆς λύπης. Neque differt a μαλθάσσειν, quod poëta ap. eundem habet:

ψυχῆς νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι,
ὅταν τις ἐν καιρῷ γε μαλθάσσῃ κέαρ.

Euripides in Herc. Fur. 298. ἀλλ' ὡς λόγοισι τόνδε μαλθάξαιμεν ἄν.

IX. Servavit *Stephan. Byz.* v. Φλιοῦς. — Φιλήτας δὲ φησι; Φλιοῦς πόλις ἐστὶ τοῦ Διονύσου φιλ * * υἱὸς Φλιοῦς, ἣν αὐτὸς ἐδείματο λευκόλοφος. quae *Salmasius* emendavit sic, ut in Analectis leguntur; vide *L. Holsten.* in *Steph.* p. 347. Sed vitium reliquerat in Φλιοῦς, a *Brunckio* sublatum ad *Apollon. Rhod.* I. 115. p. 10. ubi Φλίας corrigit; cujus emendationis veritas apparet ex *Pausan.* L. II. 12. p. 139. ubi de Phliante, Dionysi filio, agit. Vide *Burmann.* in Catal. Argon. v. *Phlias.* — λευκόλοφος *Heynius* ap. *Kayserum* ad πόλις refert; quae structura cum paulo sit durior, *Heinrich.* in Obss. p. 55. λευκόλοφον corrigit.

[redacted]

Tenedum olim λεύκοφρυν appellatam esse, ὡς λευκὰς ὀφρύας ἐχουσαν, docet *Eustath.* ad Il. β. p. 233. 30.

X. Legitur ap. *Athen.* L. II. p. 71. A. et *Antigon. Caryst.* c. VIII. ubi vide *Beckmann.* qui veterum loca de tibiis ex hinnuli ossibus collegit. ταῖς ὀστίνοις φυσῶν habet *Aristoph.* in Acharn. 863. Notavi quaedam huc pertinentia ad *Antip. Sidon.* Ep. XLVIII. — *Philetas* dicit, ossa hinnuli sonum edere, nisi casto vulneratus fuerit. Ad ineptam hanc fabulam respicit *Hesych.* in κέαστος. ἄκανθα, ὑφ' ἧς ἐὰν πληγῇ νεβρὸς, ἀχρεῖα ἴσχει τὰ ὀστᾶ εἰς αὐλούς. Ubi Intpp. nostrum locum non neglexerunt. Male hos versus interpretatur *Bodaeus a Stapel* ap. *Theophrast.* p. 628.

XI. *Athenaeus* L. XV. p. 678. A. ἀλλὰ μὴν καὶ Ἰάκχαν τινὰ καλούμενον οἶδα στέφανον ὑπὸ Σικυωνίων, ὥς φησι Τιμαχίδας ἐν ταῖς γλώτταις. Φιλήτας δὲ οὕτως γράφει· Ἰάκχα ἐν τῇ Σικυωνίᾳ στεφάνωμα εὐῶδες.

[redacted]

ap. *Stobaeum* proximum locum habent, inter *Philetae* fragmenta retulit nr. III. p. 38. Priora verba, νῦν δ' καὶ πίσσω, vitium traxisse videntur. Putabam

νῦν δ' ἄλγος πίσσω.

Successionem quandam malorum, quorum aliud alio excipitur, significat. Priore nondum superato, aliud novum exoritur, neque ullum unquam est intervallum, quo animus pace et tranquillitate fruatur. — ἄλλο νεωρίς. Ap. *Gesner.* νοερίς. quod in νεαρὸν mutandum censebat. Lectio marginis, quam *Brunckius* recepit, verissima est. Idem vocabulum depravatum videtur in loco, nostro simillimo, *Alcaei* ap. *Heraclid.* in Alleg. Homer. p. 15.:

τὸ δὲ εὖ γε κῦμα τῷ προτέρῳ νεομαστίχει,

ubi si correxeris:

τὸ δ' αὖ γε κῦμα τῷ προτέρῳ νεωρὶς στείχει·

sensum habebis fere eum, quem *Philetas* efficere voluit. Ejusdem *Alcaei* praeclarum fragmentum, ab *Heraclide* eodem loco servatum, ubi civitatem a tyrannis exagitatam cum nave comparat in tempestate laborante, hac opportunitate emaculabo, numerisque suis restituam, praeeunte *Barthio* ad Claudian. in VI. Cons. Honor. 138. p. 735.:

— — — — —

τὸ μὲν γὰρ ἔνθεν κῦμα κυλίνδεται,
τὸ δ' ἔνθεν· ἄμμες δ' ἂν τὸ μέσσον
ναῒ φορήμεθα σὺν μελαίνᾳ,
χειμῶνι μοχθεῦντες μεγάλῳ· καλὰν
πρύμναν ὅ γ' ἄντλος χ' ἱστοπέδαν ἔχει·
λαῖφος δὲ πᾶν ἄχρηστον ἤδη,
καὶ λακίδες μεγάλαι κατ' αὐτό.

V. 5. vulgo sine sensu καλὰν sive κάλα παρὰ μὲν γὰρ ἄντλος ἱστοπ. quod tentavit *Valckenarius* ad Ammon. p. 114. κοίλαν πὰρ μὲν γὰρ — nulla metri ratione habita,

[redacted]

quod in exitu versus spondaeum non patitur. Sensus emendationis nostrae est, undas jam puppim intrasse et ad eum locum penetrasse, in quo malus erigitur. *ἄντλος* *aqua marina, quam fluctus agitati in navem involvunt.* *Aeschyl.* VII. c. Theb. 798. — De *ἄχρειον* cum nemine contenderim.

XIV. Scholiast. Theocrit. Id. II. 120. *μῆλα ἔχων ἐν κόλποις τὰ ἐράσμια καὶ ἔρωτος ποιητικά. λέγοι δ' ἂν τοῦτο, καθὸ ὑπὸ Ἀφροδίτης διδόμενα τῷ Ἱππομένει μῆλα ἐκ Διονύσου, οἷς στεφανοῦται· ταῦτα δὲ εἰς ἔρωτα τὴν Ἀταλάντην ἐνέτυσαν, ὡς Φιλήτας φησί· τά οἱ .....* *Philetae* locum *Casaubonus* in Lect. Theocrit. c. III. in Codd. sic scriptum invenit:

> *Μᾶλα φέρων κόλποισι, τά οἱ ποτε Κύπρις ἐλοῖσα*
> *δῶρα Διωνύσου δῶκεν ἀπὸ κροτάφων.*

Perperam scriptum hoc distichon profert *P. Victorius* in Lect. XXXVII. 13. Cum *Propertio* I. 3. 24. sed vix

[redacted]

proposuit correctionem τῷ αἰεὶ πολέω γ. ὕ. ἠδὲ θ. *Grotius* dedit: τὼς δ᾽ οἴμοι πολέω γ. ὕ. ἠδὲ θ. male inferens formam doricam τὼς, quae hic locum non habet; ut recte vidit *Kayserus* p. 54. Probo *Brunckii* modestiam, qui depravatas lectiones retinere maluit, quam incertas in contextum invehere. Vestigiis vulgatae inhaerens corrigendum duco:

Ἀτῶμαι πολέων γαίης ὕπερ ἠδὲ θαλάσσης,
ἐκ Διὸς ὡραίων ἐρχομένων ἐτέων.

Annis, Jove moderante, procedentibus, per maria et terras vagatus nunquam non malis et calamitatibus obruor. Verbo ἀτᾶσθαι utitur *Sophocles* in Ajace 269. νοσοῦντες ἀτώμεσθα νῦν. 384. καίπερ ὧδ᾽ ἀτώμενος. Antig. 17. οὔτ᾽ εὐτυχοῦσα μᾶλλον, οὔτ᾽ ἀτωμένη. — Pro ἔσχομεν ἂν *Gesnerus* tentabat ἰσχομένων, sensu non satis aperto. — V. 3. vulgo οὐδ᾽ ἀπὸ μ. μελέω κακῶν φέρει, ἀλλὰ φέρουσιν ἔμπεδα. quae *Brunckius* ad *Grotii* mentem emendavit. τέλος τι in marg. Gesnerianae edit. proponitur. At sic saltem ἐπὶ scribendum erat, οὐδὲ Μοῖρα τέλος τι κακῶν ἐπιφέρει, quod recte monuit doctissimus *Heinrich.* p. 55. qui servata antiqua lectione μελέῳ τι κακῶν legit: *neque Parca mibi misero quidquam ex malis demit.* — μένουσιν ἔμπεδα verissime emendatum est. Vide notata in Exercitatt. crit. T. II. p. 195. Animadvertant diligentiores in hoc versu syllabam brevem in thesi productam, cujus licentiae exemplum supra notavimus in Ep. *Platon.* XXX. 2. τοῖσιν est pro τούτοις, i. e. τοῖς ἤδη παροῦσιν. Quod moneo, ne quid cum *Heinrichio* novandum existimes.

[redacted]

MNASALCAE EPIGRAMMATA.

¶. 190.] *I.* Cod. Vat. p. 590. Prius distichon exprompit *Alberti* ad *Hesychium* v. μήωντα. Totum edidit *Warton* ad *Theocritum* T. II. p. 101. Vitem poëta rogat, ut pampinos in Antileontem dormientem decutiat. Fingit, puerum mense autumnali, ἐν τοῖς φυλλοχόοις μησὶ (vide *Arnald.* Lect. gr. p. 187.) sub vitis umbra dormitum ire. Tum pampini in eum decidentes venerationis significationem habere videntur. Nota sunt, quae de φυλλοβολία dixit *Casaubon.* ad Sueton. Vit. Ner. c. XXV. *Oudendorp* ad Appulej. Met. II. p. 126. De Fauno *Horat.* III. Carm. XVIII. 14. *Spargit agrestes tibi sylva frondes.* Quem igitur honorem deo a sylvis vult praestari Latinus, idem *Mnasalcas* Antileonti ut contingat

[redacted]

nonnunquam pulcris omnia concedere soleat. Haec ad fabulam de Ampelo, Bacchi deliciis, referenda esse, me monuit *Böttigerus*. Vide *Nonni* Dionys. XI. p. 308. ubi Ampeli in vitem metamorphosis describitur. His praemissis varietatem lectionis indicabimus. In Codice legitur: *ἄμπελε, μήποτε φ.* Hoc ferri posse, existimabat *Alberti*, *μήποτε* pro *forte* accepto. *ἐπεῖτοι* est ex emendatione *Guyeti* (sive *Salmasii*), qui enallagen statuebat pro: *ἄμπελε, ἐπεῖτοι φύλλα χαμαὶ σπεύδεις βαλέσθαι φοβουμένη τὴν Πλειάδα, μεῖνον — —*. *Wartonus*, servata Codicis lectione, interrogandi signum in fine distichi ponit, vertitque: *O vitis, num quid frondes* (pampinos) *in humum festinans prosternere* (dejicere) *Timuisti hyemalem Pleiada occidentalem.* Mihi in *μήποτε* latere videtur epitheton; pro *δείδιας* autem *δείσας* legendum esse: *Cum pampinos decutere properes, timens nimirum Vergiliarum occasum.* — Mox junge *μεῖνον ἐπικνεῦσιν* 'A. i. e. *ἄχρι ἐπινεύσειν.* Exspecta, dum Antileon in umbra tua dormiat; tum folia in eum spargas. *Antileontis* nomen illustre in fabulis. Vide, quae ex *Phania Eresio* narrat *Parthenius* in Erotic. c. VII. Pro *ἔσθ' ὅτε* in Cod. *ἔςτοτε* legitur. — Ampelus amoris sui fructum Baccho concesserat, *ἐχαρίζετο*. Cf. *Ruhnken.* ad Tim. p. 274. sq. *Warton.* in Addendis p. 352. ex marg. cod. Bodlejani notam affert: *Forte legendum: ἔσθ' ὅτε τοῖς καλοῖς πάντα χαριζόμεθα.* Hoc quoque distichon a sagacioribus melius constitutum iri spero.

II. Vat. Cod. p. 165. Edidit *Reiske* in Anthol. p. 11. nr. 420. qui hoc Epigramma in Alexandri M. scutum suspicabatur compositum. Vix vere. — V. 1. laudat *Suidas* v. *ἧσο.* Est in verbo *ἧσο* quietis et otii significatio. *Hegesippus* Ep. III. *ἀσπὶς ἀπὸ βροτέων ὤμων Τιμάνορος ἧμαι Ναῷ ὑπωροφίας Παλλάδος.* *Anyte* Ep. I. hasta *ἀνὰ μαρμάρεον δόμον ἡμένα αἰπύν.* *Propert.* II. 19. 44. *Et vetus in templo bellica parma vacat.* Verba *καθῆσθαι* et *καθῆσθαι* de rebus hominibusque a negotiis vacantibus illustrat

[redacted]

τοῦδ' ὅπερ ἴσχε βίον. *cujus in vicem, o domina, praesta ipsi vitam et victum capturis abundantem.* Jam *Brunckium* audiamus: „Scribe: τοῦτο σὺ δ' εὐθήρου χεῖρ' ὑπέρισχε βιοῦ. „Primum manifestum, scribendum esse βιοῦ, *arcus.* Vena„toris est dedicatio. τοῦτο elliptice positum pro διὰ τοῦτο. „Deinde τοῦδ', quod habet *Suidas*, licet melius codicis „lectione τοῦθ', hic valde friget, τοῦδε βιοῦ, *hujusce arcus*, „δεικτικῶς. ὑπερέχειν aut ὑπερίσχειν absolute vix significa„tionem protegendi induere potest. *Homerus*, quan„tum recordor, accusativum χεῖρα semper addit. Idem „est, quod ὕπερθεν ἔχειν, quod nihil significat, nisi χεῖρας „aut χεῖρα adjunctum habeat." Vereor, ut haec multis probentur. τοῦτο sive depravatum est, sive ad lacunam explendam temere additum. Quod si posterius hoc recte statui, nec ὑπέρισχε vitium traxit, equidem in prima versus sede χεῖρα posuerim. βιοῦ non adopto; sed scribendum suspicor:

[redacted]

VI. Cod. Vat. p. 142. Planud. p. 442. St. 575. W. Promachus Phoebo arcum et pharetram, sed hanc sine sagittis, dedicat. Prius distichon excitavit *Suid.* ad ἰοχέαιρα T. II. p. 129. — V. 3. πτερόεντα vitiose *Steph.* et, nisi fallor, etiam Florent. Aldinae et Ascens. πτερόεντας. Expressit hoc carmen *Callimach.* Ep. XVIII. — ὀλοὰ ξείνια derivatum ex *Archilocho.* Schol. *Sophocl.* in Electra 96. et hinc *Suidas* in ξένια· — ξένια Ἄρεος τραύματα καὶ φόνοι. καὶ Ἀρχίλοχος· ξείνια δυσμενέσιν λυγρὰ χαριζόμενος. Unde apparet veritas emendationis δυσμενέες, quam *Brunckii* ingenio deberi suspicor. In Planud. et Cod. Vat. δυσμενέων legitur. Manifestum est, aliquid ad ἄνδρες desiderari. *Homer.* Il. κ. 100. δυσμενέες δ' ἄνδρες σχεδὸν εἵαται.

VII. Cod. Vat. p. 411. Planud. p. 3. St. 7. W. cum lemmate: Μνασάλκου τῇ Ἀφροδίτῃ, quod *Huetius* in σύριγγι mutat. Rectius lemma concipitur in Vaticano: εἰς σύριγγα κειμένην ἀνάθημα τῇ Ἀφροδίτῃ. Poëta, fistulam pastoritiam in Veneris templo animadvertens, ei inter Amores et Cupidines locum esse negat. Non satis video, cur poëta fistulam a Venere tantopere alienam existimaverit, cum longe maxima pars bucolicorum carminum in amatorio argumento versetur. Fere suspicor, sensum subesse paulo reconditiorem, quem suspicari magis, quam intelligere possumus. — V. 3. ἔνθ' ᾧδ' *Steph.* In Vat. ᾧδε οὔτ' ἄγκεα. Saltus et pascua intellige, regiones incultas et agrestes, et agresti Musae convenientes. — V. 4. νέμεται vulgo. Vat. Cod. μένεται, quod emendationi Brunckianae locum dedit.

VIII. Cod. Vat. p. 412. „Εἰς τὸν Ἀφροδίτης ναὸν τὸν ἐν „Κνίδῳ. de cujus lemmatis veritate fides apud librarium „esto." *Brunck.* In Planud. bis exstat, p. 71. et 341. St. 104. et 481. W. — V. 1. ἁλιῤῥάντου pro ὑγροῦ videtur positum. Proprie enim litus, ad quod fluctus allabuntur, ἁλίῤῥαντον est. — Pro χθαμαλὸν Cod. χθαμαλὸν legit.

— V. 3. αἰγείροιο et ἧς ἄπο idem Cod. In Planud. loco priore ἧς, altero ἃς legitur.

¶. 192.] *IX.* In Planud. p. 49. St. 71. W. auctoris nomine caret *Mnasalcae* tribuunt membranae Vatic. p. 368. unde edidit *Zenobetti* in Not. ad Meleagri Eid. p. 21. Hirundini querelas nunquam desinentes exprobrat. Noſtrum carmen ante oculos habuiſſe videtur *Pamphilus* Ep. I. — V. 1. μινυρομένη. Cod. Vat. Πανδιονὶ κάμμορε φωνᾷ Planud. quod *Brunckius* ex *Pamphili* Epigr. desumtum putat. Cl. *Sonntag* in Hiſtor. Poëſ. brev. p. 15. ſuſpicatur: τραυλᾷ μυρομένα — φωνᾷ. — V. 2. Τηρέως. Cod Vat. — V. 3. χελιδών. Planud. — V. 4. „Vat. „Cod. μένει καὶ κατόπιν δάκρυα. quod probat *Dorville* „Vann. crit. p. 188. Veram lectionem habet Planudes, „mutando τὰ in καί. Rariſſime δάκρυ priorem corripit.“ *Brunck.* Initio verſus Cod. Vat. παῦε legit; quod Ze- [redacted]

»Ἄργιλος est in *Suidae* edit. principe. ἀμφὶ κέλευθον ex »emendatione est, ut et πανύστερον seq. versu. Cod. habet »ἀμφιθανοῦσαν et πανεύκτερον. Animadvertendum est, in »idem argumentum exstare *Phaënni* Epigr. infra p. 257. »ubi videmus, tumulo conditam fuisse locustam ἐγγύθεν »Ὠρωποῦ. Si Oropus est urbs Macedoniae prope Am- »phipolim, Ἄργιλος hic v. 2. vera est lectio, intelligenda »de Argilo Macedoniae urbe cis Strymonem, non longo »ab Amphipoli intervallo dissita, ita ut locustae monu- »mentum in via aggestum, et inter ambas urbes fere »medium, ad utramque pertinere visum fuerit: quae »si pro veris haberi possunt, sic prius distichon scriben- »dum est:

»Ἀκρίδα Δημοκρίτου μελεσίπτερον ᾧδε θανοῦσαν
»Ἄργιλος δολιχὰν ἀμφὶ κέλευθον ἔχει.«

Haec *Brunckius*; quae dubio carent. Sed falsum est, quod dicit, in Codice ἀμφιθανοῦσαν haberi, quod fortasse in uno aut altero apographo per oscitantiam scriptum est. Vitiosam lectionem ἄργιλλος agnoscit *Suidas* in ἀργιλλώδης, ubi prius distichon excitavit; sed quam saepe lexicographi librariorum vitiis decepti fuerint, omnes norunt. Pro μελεσίπτερον *Leichius* μελίπτερον exhibuit; graviter propterea a *Dorvillio* vapulans. In πανύστερος (sic Cod.; *Leichius* πανεύκτερον edidit) *Dorvillius* argutatur, cum locustam non modo vesperi, sed illa ipsa vespera, qua moritura erat, quaeque ipsi ultima fuit et πανύστερος, cecinisse ait. Dubitat tamen, an non πανύστατον corrigendum sit. Fefellit virum doctissimum structura particulae καὶ, quae hoc loco non intendit, sed cum μέλαθρον jungi debet: ἐς ὕπο μολπᾶς καὶ πᾶν μέλαθρον ἴαχε. — ἰθύεσκε. *cum cantum inciperet*. ἰθύει, βούλεται. ἐφορμᾷ. *Hesych*. *Homer*. Od. ρ. 408. ἴθυσεν δ' ὀλολύξαι. *Herodot*. III. 39. p. 215. ὅκου γὰρ ἰθύσειε στρατεύεσθαι, πάντα οἱ ἐχώρεε εὐτυχέως.

[redacted]

XII. Cod. Vat. p. 232. Planud. p. 241. St. 349. W. In Poemandri aucupis mortem. Rem exornat, aves in posterum eodem loco sessuras esse dicens, ubi ipse olim arundines struxerit. — V. 2. ἀδείας πλατάνου, *quae grata erit avibus*, *aucupis insidias non amplius timentibus.* In hunc fere sensum epitheton accepit *Brodaeus*, qui *tutae* vertit. Disertius quid requirebat *Wakefield* in Silv. crit. T. I p. 53. ὑπὲρ ἀδδειὴς ἑζόμενος πλατάνου corrigens. *Hesychius:* ἀδειής· ἄφοβος· ἀδεής. quae glossa respicit Il. η. 117. εἴπερ ἀδειής τ' ἐστί. *Nihilque metuens in hac platano considebit.* At aves nihil metuere, Poemandro mortuo, ex reliquis satis intelligitur, neque expressam hujus rei significationem desideraverim. Nondum me poenitet conjecturae, nisi verae, certe verisimilis:

τᾶσδ' ὑπὲρ ἀγρείας ἑζόμενος πλατάνου.

Leonidas Tar. Ep. XXXIV. τὸ σκύλος ἀγρείης τεῖνε κατὰ

[redacted]

Callimachus Fragm. CXL p. 483. de nauta — ἐμὸς αἰὼν κύμασιν αἰθυίης μᾶλλον ἐσωκίσατο. Cui ſimile eſt illud *Leonidae Tar.* Ep. XCI. de piſcatore: τὸν αἰθυίης πλείονα νηξάμενον. Jam, quaeſo, fieri poſſe putas, ut aviculae ex aquaticarum genere γόνυ ἐλαφρότατον, genu leviſſimum et in terra nutritum, tribuatur? Nec de nandi pernicitate haec accipere patitur epitheton ποδήνεμος, quodque verſu ultimo dicitur, illam avem δολιχὸν τρίβον perfeciſſe. — Alterum, quod in *Brodaei* interpretatione non concoquo, ſunt verba ὄρνις ὅπως. *tanquam volans, non ambulans.* Infucare voluit vir doctiſſimus comparationis vitium, ſecundum quam *mergus, ut avis, longiſſimam viam confeciſſe dicitur.* Nihil ineptius! Dixeris fortaſſe, ὅπως h. l. explicative ſumendum eſſe, *ut par erat avem facere.* Hoc quoque ineptum eſt; et quidem duplici de cauſa. Primum, ſi nihil faciebat αἴθυια noſtra, niſi quod ipſius naturae conſentaneum erat, inepte poëta eam admiratus eſt; deinde minime de virtute agitur inter aves communi, ſed de ea, quae non niſi ſtruthiocamelis aliisque pauciſſimis a natura tributa eſt. Non igitur dicere poterat, mergum, quod avis fuerit, longiſſima itinera potuiſſe conficere. Jam vides, quot difficultatibus hoc epigramma laboret, ſi in avem conſcriptum dicas. Quae aut omnes aut plurimae evaneſcent, ubi vocem Αἴθυια de equae, pedum pernicitate excellentis, nomine mecum accipies. Nomina equis curſoriis, cum ab aliis, tum ab avibus derivata, fuiſſe impoſita, ſatis conſtat. Ap. *Archiam* Ep. XXIV. ejusmodi equus vocatur Αἰετός. Apud *Pauſan.* VI. 10. p. 476. Κόραξ. Alia vide ap. *Salmaſ.* ad Solin. p. 629. ſq. Equorum tumuli paſſim commemorantur. Epigr. *Anytes* XV. *Pauſan.* III. 20. p. 262. Nihil porro aptius, quam equum ποδήνεμον vocari, (conſ. *Valcken.* in Diatr. p. 107. C.) ejusque genua ἐλαφρὰ καὶ ἐν χέρσῳ τεθραμμένα dici. Jam denique nihil inepti in comparatione ὄρνις ὅπως, quod equo honorificum eſt, avem cele-

[redacted]

ritate exaequare. *Archias* Ep. XXIV. ὀρνύμενον πτανοῖς ὠκυπέταις ἴκελον. *Alite vectus equo*, *Silius* L. XII. 67. Cf. *Bochart.* in Hieroz. T. I. p. 162. Unum superest, quod lectorem moretur, quod equus dicitur πολλαῖς νάεσσιν ἰσόδρομον μᾶκος ἀνύειν. quod de certamine equi cum nave per undas labente prorsus accipi non potest. Sed de *longitudine* viae agitur, quam ille percurrebat, μᾶκος ἰσόδρομον, i. e. ἴσον, νάεσσι. Quantum itineris naves conficiunt in mari, tantum hic equus in terra conficiebat. Hanc interpretationem verissimam esse, apparet ex seqq. δολιχὰν ἐκπονέουσα τρίβον. *Oppian.* Hal. L. III. 37. ἔμπα διχνεῦσαι δολιχὸν πόρον. Idem L. IV. 101. πολυκμῆτες μεμελημένοι ἄνδρες ἀέθλων – δολιχὸν τέλος ἐγκονέουσιν Ἐξανύσαι. *Aeschyl.* Prom. 284. ἥκω δολιχῆς τέρμα κελεύθου διαμειψάμενος. Non igitur celeritas tantum, sed etiam robur et firmitas in hoc equo laudantur. Jam confer *Pindarum* in Ol. Θ. 35. qui equum et navem in celeritatis signi-

[redacted]

¶. 193.] *XIV. Athen.* L. IV. p. 163. A. φυγοῦσα γοῦν σε καὶ τοὺς παραπλησίους ἡ ἡδονὴ παρακάθηται, ὥς φησι Μνασάλκης ὁ Σικυώνιος· ἅδ' ἐγὼ .... *Eustathius* ad Il. β. p. 216. laudato Epigrammate *Aristotelis* nr. 6. p. 178. hanc quoque ejus parodiam profert, quam, secundum eum, τὶς κατὰ ἡδονικῆς φιλοσοφίας ἔγραψεν. Fingitur Virtus lugentis habitu Voluptati adsidere et conqueri, quod ἡ τέρψις sibi anteponatur. Opponuntur sibi ἡ ἡδονὴ, Epicureorum voluptas, quae multas virtutis partes habet, et ἡ τέρψις, corporea voluptas, in qua nullus virtuti locus. Speciem quandam τῆς ἡδονῆς posuerat τὴν τέρψιν *Prodicus* in *Aristotel.* Top. II. 6. eoque verbo praecipue voluptatem, quae e concubitu percipitur, significari, docet *Valcken.* ad Hipp. p. 271. C. τὴν τέρψιν, quae in sensuum oblectatione est posita, sectabantur Cyrenaici; τὴν ἡδονὴν Epicuri discipuli. *Cicero* de Finibus II. 13. *Omnesque simplices sententias eorum, in quibus nulla inest virtutis adjunctio, omnino a philosophia semovendas putabo: primum Aristippi Cyrenaicorumque omnium; quos non est veritum, in ea voluptate, quae maxime dulcedine sensum moveret, summum bonum ponere, contemnentes istam vacuitatem doloris.* (i. e. τὴν ἡδονήν.) *Stephanus* hoc Epigr. retulit in Planud. Append. p. 524. St. *24. W.

XV. Cod. Vat. p. 216. Planud. p. 270. St. 390. W. sine auctoris nomine. *Chersio Orchomenio* hoc Epigramma a quibusdam tribuebatur, si fides *Pausaniae* L. IX. p. 787. qui, ubi Hesiodi ossa, prius in agro Naupactio sepulta, oraculi monitu Orchomenum translata narrat, hos versiculos profert. Conf. *Plutarch.* in Conviv. VII. Sap. T. II. p. 162. E. — V. 3. *Brunckius* exhibuit lectionem *Pausaniae.* In Planud. et Vat. ἐν ἀνθρώποις κλέος ἐστίν. — V. 4. ἐν βασάνῳ σοφίης. *Sophocles* in Oedip. Tyr. 509. Oedipus σοφὸς ὤφθη, βασάνῳ θ' ἡδύπολις.

XVI. Planud. p. 199. St. 290. W. In Cod. Vat. p. 243. lemma est: Εἰς τοὺς μετὰ Λεωνίδου τελευτήσαντας

[redacted]

ἐν Θερμοπύλαις. Ad hos referre non patiuntur verba — πάτραν ἐπ' αὐχένι δεσμὸν ἔχουσαν. quod nec de Sparta, nec de Graecia verum est. *Brodaeus* de Thebis ab Alexandro dirutis interpretandum suspicatur; quae interpretatio non magis procedit. Vanum est in talibus hariolari. — δεσμόν. i. e. ζυγόν. Hymn. Homer. in Cerer. 217. τέτλαμεν ἄνθρωποι· ἐπὶ γὰρ ζυγὸς αὐχένι κεῖται. *Alcaeus Mess.* Ep. XVI. ὁ μὲν Εὐρώπᾳ δοῦλον ζυγὸν αὐχένι θήσων. Similia collegit *Klotz.* ad Tyrt. II. p. 37. — V. 2. ἀμφ' ἐβάλοντο Vat. — V. 4. in marg. Wechelianae: γράφεται καὶ ἐν τισι πατρίδος ἀντὶ πατρίδος.

XVII. In Cod. Vat. p. 285. legitur post Epigr. *Anytes* XXII. item in puellam immatura morte exstinctam conscriptum. Hinc conjectura enata est nescio cui, qui Codicem tractavit, et in marg. notavit haec: ἐγὼ νομίζω, ὅτι ἓν ἐπίγραμμα τὸ Παρθένον ἀντιβίαν καὶ τὸ Αἶ αἶ παρθενίας. Frustra. De diversis in utroque puellis agitur; quod vel nomina indicant. Ceterum haec duo

[redacted]

veritatem ſpondere non auſim poſt ea, quae vir elegantiſſimae doctrinae, *Eichſtaedt*, in Specim. Quaeſt. philolog. p. 72. de eodem carmine disputavit. Adſcribam Epigramma, ut ex *Eichſtaedtii* mente corrigi debet:

Αἳ αἳ Παρθενίας ὀλοόφρονας,· αἳ σέο φαιδρὰν
ἔκλασαν ἁλικίαν, ἱμερόεσσα Κλεοῖ.
Κἄμμες ἀμυξάμεναι χρόα δάκρυσιν ᾇδ' ἐπὶ τύμβῳ
λᾶες Σειρήνων ἕσταμες εἰδάλιμοι.

Παρθενίας verſu *primo* vir doctiſſimus pro παρθένους ſive παρθενικὰς poſitum cenſet (cf. *Musgrav.* ad *Eurip.* Hecub. 448.) et de Parcis intelligit, quae Cleus fila ante tempus ruperint (ἔκλασαν). Ad verſum *tertium* comparat *Antip. Sidon.* Ep. CIV. σὺ δὲ ξαίνουσα παρειὰς δάκρυσιν. In his quaedam mihi videntur vera, omnia ingenioſa. παρθενίας pro Parcis a poëta eſſe poſitas, vix crediderim, cum in plurimis locis, quae eandem ſententiam continent, nihil ſimile reperiam. Jam vero hoc a nullo ſequioris aevi Epigrammatario, qui *Mnaſalcae* Epigrammata ſaepe ad imitationem vocaverunt, expreſſum eſſe, vix credibile videtur. — Equidem olim hoc carmen in hunc modum conſtitueram:

Αἳ αἳ Περσεφόνας ὀλοόφρονος, ἅ σ' ἀπὸ φαιδρᾶς
ἥρπασ' ὁμηλικίας, ἱμερόεσσα Κλεοῖ.
ἄμμες ἀμυξάμεναι δὲ παρηΐδας αἶδ' ἐπὶ τύμβῳ
λᾶες Σειρήνων ἕσταμες εἰδάλιμοι.

Videamus ſingula. Proſerpina puellam aequalibus ſuis eripuiſſe dicitur. Eadem ſententia in Epigr. ἀδεσπ. DCCXXIII. ἅδ' Ἡρακλείδην κατέχει κόνις, ὃν βαρὺς Ἅιδας εἴρυσεν ἀϊθέων ἥλικος ἐξ ἀγέλας. Proſerpinam omnia pulchra ſibi arripere, queritur Venus ap. *Bionem* Eid. α. 54. ſq. *Anthol. Lat.* T. II. p. 111. *Ingrata Veneri ſpondebam munera ſupplex, Erepta, conjux, virginitate tibi. Perſephone votis invidit pallida noſtris, Et praematuro funere*

[redacted]

te rapuit. Haec ad verbum fere cum nostris conveniunt. Nunc tamen minori mutatione correxerim:

> Αἶ αἶ Περσεφόνας ὀλοόφρονος, ἃ σέο φαιδρὰν
> εἵλκυσεν ἁλικίαν, ἱμερόεσσα Κλεοῖ.

quae jucundam tuam juventutem ad inferos detraxit. Verba ἕλκειν, ἑλκύειν et ἁρπάζειν, *ad se trahere, rapere, ducere,* illustravit *Abresch.* in *Lectt. Aristaen.* p. 319. — ἁλικίαν. *te ipsum, flore juventutis conspicuam.* Sic fere *Paull. Silent.* Ep. LXXXIII. αἶ, αἶ λευγαλέη καὶ ἀμείλιχος ἔπλεο Μοῖρα, Μηδ' ἐρατῆς ἥβης, δύσμορε, φεισαμένη. Epigr. ἀδέσπ. DCLVI. ἀλλά σε νηλειὴς καὶ βάσκανος ὤλεσε δαίμων, Ἡλικίην ὀλίγην εἰκοσιδξ ἐτέων. Ibid. DCLXXIII. Ἅιδης μὲν σύλησεν ἐμῆς νεότητος ὀπώρην. — V. 3. meam conjecturam παρηΐδας nondum repudio. Hoc vocabulum primum in παρειάς, mox in περὶ ὀκς depravatum, facile mutari potuit in περὶ δάκρυσιν. Jam nihil frequentius, quam ἀμύσσειν, ξαίειν, δρύπτειν παρειάς, in luctu *Aeschyl.* in Choeph. 22.

[redacted]

Εἰς Ἀριστοκράτειαν πρὸ γάμου τελευτήσασαν. — V. 2. „Valde „displicet κεκλιμένα, quod verſ. 4. repetitur. Nam in hoc „ſic habet Cod. Vat. recte, ἃ κεκλιμένα πολλάκις ἐπὶ τύμβῳ „κωκύει σὰ ἐκ κεφαλᾶς. Sed priore loco genuinum eſſe „non puto. Scripſit forte poëta Ὡραίου δυομένα πρὸ γάμου.“ *Brunck.* Mihi in ſecundo verſu nihil mutandum videtur, cum elegantiſſime ſit dictum κεκλιμένα πρὸ γάμου de ea, quae ante nuptias occubuit. *Antip. Sidon.* LXXXIV. οὐ νούσῳ — οὐδ' ὑπὸ δυςμενέων δούρατι κεκλίμεθα. Timon defunctus, ἐρημάζω, inquit, ἥσυχα κεκλιμένος. *Tryphiodor.* 394. δῖα Πολυξείνη, σὲ δὲ πατρίδος ἐγγύθι γαίης Κεκλιμένην ὀλίγον δακρύσομαι. De urbibus hoſtium vi expugnatis paſſim κλίνεσθαι uſurpatur. *Hermeſianax* Eleg. 54. δουρὶ κεκλιμένην πατρίδα. *Tullius Gem.* Ep. V. Graeciae gloria Μακηδονίοις ἔγχεσι κεκλιμένα. Sic igitur puella, quae ante nuptias vi mortis periit, recte dicitur κεκλιμένα πρὸ γάμου. Multo minus idem verbum quarto verſu repetitum placet. Fortaſſe ſcribendum:

πολλὰ κινυρομένα κωκύει ἐκ κεφαλᾶς.

Quintus Smyrn. IX. 477. ἀμφὶ δὲ μήτηρ Πολλὰ κινυρομένη κενεῷ ἐπαΰτει τύμβῳ. *Callimach.* H. in Apoll. 20. οὐδὲ Θέτις Ἀχιλῆα κινύρεται αἴλινα μήτηρ. — V. 3. in Planud., ſic eſt: ἃς ἐπὶ τύμβῳ π. κεκλιμένας. Pro καταλείπεται (*matri tuae lacrymae relinquuntur*) *Opſopoeus* καταλείβεται corrigit. Fruſtra. Idem in ἐκ κεφαλᾶς matris, Eccephalae, nomen latere putabat. ἐκ κεφαλῆς κωκύειν ſimile eſt Homerico Il. XVI. 584. Τρῶας δὲ κατακρῆθεν λάβε πένθος. ὅ ἐστι κατὰ κεφαλῆς λάβε πένθος. *Euſtath.* — Inter tertium et quartum verſum Vaticani Cod. margini adſcriptum λείπει. Non exiſtimaverim, aliquid deeſſe.

[redacted]

NOSSIDIS EPIGRAMMATA.

¶. 194.] *I.* Vat. Cod. p. 112. Edidit hoc carmen *Bentlej.* in Notis ad *Callimachi* Ep. XXX. *Wolf.* in Fragm. Poetr. ubi *Nossidis* carmina collegit, p. 82 – 91. *Olearius* Poetr. graec. p. 42. et *Reisk.* in Miscell. Lipſ. Tom. IX. p. 311. nr. 340. Amore nihil praestantius esse; quibus autem Venus non faverit, eos omni pulcritudinis sensu destitui. — V. 1. Cod. habet: ἔρωτος τάδ' ὄλβια. et sic *Reisk.* reperit in schedis *Dorvill.* quibus Vir doctus adscripserat haec: *Pro* τάδ' ὄλβια *lego bis* ἔρωτος. *Vox* ἔρωτος *ab imperito librario sublata propter praecedens.* τάδ' ὄλβια *versus respuit.* κήνας *forte* τήνας. *Ordo:* οὐκ οἶδεν ῥόδα κείνας ποῖα ἄνθη ἐστίν. *Rosam Veneris florem esse, notum est.* In apogr. Lipſ. ἅδ' ὄλβια sine sensu. Sic *Bentlej. Wolf. Reisk.* Mira aberratio. — V. 2. ἔπτυσα. Prae amore etiam mel sordet. Ipso melle amor est dul- [redacted]

p. 198. et ad ejus mentem emendatum *Wolf* in Poëtr. fragm. p. 84. *Dorville* in Sicul. T. I. p. 274. *Reiske* in Anthol. p. 50. nr. 511. Ad *Suidam*, qui prius distichon laudat in θυώδεις, *Kusterus* integrum Epigr. apposuit. Theophilis, Cleochae filia, Nossidis mater, Junoni Laciniae vestem byssinam, quam simul cum filia texuerat, dedicat. — V. 1. Λακείνιον Cod. i. e. Λακίνιον. *Suidas* Λακώνιον, quod ex illa ipsa orthographia, qua ι productum per ει scribebatur (vide *Brunck.* ad Ep. *Mnasalcae* XI. 2.) ortum est. Simili errore ap. *Pausan.* VI. 13. p. 171. ed. *Facii* pro Ἥρᾳ Λακινίᾳ vulgo Λακεδαιμονίᾳ legitur; quod vitium, indicatum ab *Ignarra* in Comment. de Palaestra Neapolit. c. II. p. 32. not. 9. a novissimo editore ex auctoritate Cod. Vindob. sublatum non esse miror. Templi Junonis Laciniae, ipsa Crotone, in cujus urbis vicinitate situm erat, illustrioris, descriptionem dedit *Livius* XXIV. 3. Ejus ruinas vidit et descripsit *Riedesel* in Itiner. per Magnam Graeciam et Sicil. II. p. 191. sqq. In hoc templo panegyrin fuisse, ab omnibus Italiae inferioris incolis celebratam, narrat *Athen.* XII. p. 541. A. B. Veterum loca collegit *Delacerda* ad Virg. Aen. III. 552. — ᾗ pro ᾇ Cod. Vat. et *Suid.* — V. 2. „In cod. scriptum καθορῇς. Salmasius in margine: ποθορῇς an καθορῇς? *placet* „*prius.* Recte. ποθορῇς doricum est et genuinum.“ *Brunck.* In apographo Gothano καθορῇς habetur; et sic *L. Holsten.* καθορῶς *Suid.* κοθορῇς, in schedis *Dorvill.* repertum, edidit *Reiskius.* Epigr. IX. habemus ποθορῇν, sine ulla lectionis diversitate. *Theocrit.* Eid. VI. 22. ποθόρημι. — Pro νενασμένα plura apographa νεασμένα, *Suidas* νεασμένα, *Holsten.* et *Bentl.* νενασσμένα legunt. — V. 3. laudat *Suidas* v. βύσσινον et iterum v. εἷμα. Priore loco legit: δέξαι β. εἷμα ἔν. altero: εἷμα τό τοι μετὰ παιδὸς ἀγαυᾶς ὕφανε. In Cod. Lips. vitiose τό μοι μετά. — V. 4. Θεοφιλὶς ἁ Κλ. Cod. et *Holst.* Varias apogr. aberrationes enotare nihil attinet. Θευφιλὶς dedit *Kuster.* *Dorvill.* et *Bentlej.*

NOSSIDIS EPIGRAMMATA.

T. 194.] *I.* Vat. Cod. p. 112. Edidit hoc carmen *Bentlej.* in Notis ad *Callimachi* Ep. XXX. *Wolf.* in Fragm. Poëtr. ubi *Noßidis* carmina collegit, p. 82—91. *Olearius* Poëtr. graec. p. 42. et *Reisk.* in Mifcell. Lipf. Tom. IX. p. 311. nr. 340. Amore nihil praeftantius effe; quibus autem Venus non faverit, eos omni pulcritudinis fenfu deftitui. — V. 1. Cod. habet: ἔρωτος τάδ' ὄλβια. et fic *Reisk.* reperit in fchedis *Dorvill.* quibus Vir doctus adfcripferat haec: *Pro τάδ' ὄλβια lege δὲ ἔρωτος. Vox ἔρωτος ab imperito librario fublata propter praecedens. τάδ' ὄλβια verfus refpuit. ἄδιον forte ἄδιον.* Ὅ ὅδε *οὐκ οἶδεν ῥόδα κείνας ποῖα ἄνθη ἐστίν. Rofam Veneris florem effe, notum eft.* In apogr. Lipf. δὲ' ὄλβια fine fenfu. Sic *Bentlej. Wolf. Reisk.* Mira aberratio. — V. 2. ἄδιον. Prae amore etiam mel fordet. Ipfo melle amor eft dul-

[redacted]

p. 198. et ad ejus mentem emendatum *Wolf* in Poëtr. fragm. p. 84. *Dorville* in Sicul. T. I. p. 274. *Reiske* in Anthol. p. 50. nr. 511. Ad *Suidam*, qui prius distichon laudat in θυώδεις, *Kusterus* integrum Epigr. apposuit. Theophilis, Cleochae filia, Nossidis mater, Junoni Laciniae vestem byssinam, quam simul cum filia texuerat, dedicat. — V. 1. Λακείνιον Cod. i. e. Λακίνιον. *Suidas* Λακώνιον, quod ex illa ipsa orthographia, qua ι productum per ει scribebatur (vide *Brunck.* ad Ep. *Mnasalcae* XI. 2.) ortum est. Simili errore ap. *Pausan.* VI. 13. p. 171. ed. *Facii* pro Ἥρᾳ Λακινίᾳ vulgo Λακεδαιμονίᾳ legitur; quod vitium, indicatum ab *Ignarra* in Comment. de Palaestra Neapolit. c. II. p. 32. not. 9. a novissimo editore ex auctoritate Cod. Vindob. sublatum non esse miror. Templi Junonis Laciniae, ipsa Crotone, in cujus urbis vicinitate situm erat, illustrioris, descriptionem dedit *Livius* XXIV. 3. Ejus ruinas vidit et descripsit *Riedesel* in Itiner. per Magnam Graeciam et Sicil. II. p. 191. sqq. In hoc templo panegyrin fuisse, ab omnibus Italiae inferioris incolis celebratam, narrat *Athen.* XII. p. 541. A. B. Veterum loca collegit *Delacerda* ad Virg. Aen. III. 552.— ἃ pro ἅ Cod. Vat. et *Suid.* — V. 2. „In cod. scriptum καθορῇς. Salmasius in margine: καθορῇς an καθορῆς? placet „prius. Recte. καθορῇς doricum est et genuinum." *Brunck.* In apographo Gothano καθορῇς habetur; et sic *L. Holsten.* καθορῇς *Suid.* καθορῇς, in schedis *Dorvill.* repertum, edidit *Reiskius.* Epigr. IX. habemus καθορῆν, sine ulla lectionis diversitate. *Theocrit.* Eid. VI. 22. καθόρημι. — Pro νισομένα plura apographa νισσομένα, *Suidas* νεισομένα, *Holsten.* et *Bentl.* νεισσομένα legunt. — V. 3. laudat *Suidas* v. βύσσινον et iterum v. εἶμα. Priore loco legit: δέξαι β. εἶμα ἐν. altero: εἶμα τό τοι μετὰ παιδὸς ἀγαυᾶς ὕφανε. In Cod. Lips. vitiose τό μοι μετά. — V. 4. Θευφιλὶς ἁ Κλ. Cod. et *Holst.* Varias apogr. aberrationes enotare nihil attinet. Θευφιλὶς dedit *Kuster.* *Dorvill.* et *Bentlej.*

[redacted]

III. Cod. Vat. p. 193. ſq. ὡς Νοσσίδος. quod incertitudinem circa auctorem indicare videtur. Edidit *Kuſter.* ad *Suid.* v. Ἰνωπὸς, ubi verſ. 3. excitatur; et hinc *Bielius* ad Heſych. v. ἐπιλυσαμένη. *Olearius* in Diſſert. de P. Gr. p. 42. *Wolf.* p. 88. *Dorville* in Miſc. Obſſ. T. VII. p. 122. *Reiske* in Anthol. p. 54. nr. 519. Dianam Lucinam poëtria precatur, ut Alcetidi parturienti opem ferat. — V. 1. Cod. ἔχουσα. — Ortygia ſive illa inſula eſt, quam haud longe a Delo ſitam tradit *Strabo* X. p. 480. ſive lucus prope Epheſum, eodem nomine appellatus, ubi Latona poſt partum laviſſe dicitur. Vide *Strabon.* XIV. p. 639. Epheſii ap. *Tacitum* Annal. III. 61. *non, ut vulgus crederet*, inquiunt, *Dianam atque Apollinem Delo genitos; eſſe apud ſe Cenchrium amnem, lucum Ortygiam, ubi Latonam partu gravidam et oleae, quae tum etiam manet, adniſam ediuiſſe ea numina.* Erant, qui Apollinem in Delo, Dianam in Ortygia natam eſſe dicerent. Vide

[redacted]

rum in χρόος. — Dianam tibi finge a venatione redeuntem, pulvere et ſanguine conſperſam; quare ſe abluit, ut venatores opere peracto ſolent. *Apollon. Rhod.* II. 937. Παρθενίοιο — προρέοντος ποταμοῦ — ᾧ ἔνι κούρη Λητωῒς, ἄγρηθεν ὅτ' οὐρανὸν εἰσαναβαίνει Ὃν δέμας ἱμερτοῖσιν ἀναψύχει ὑδάτεσσιν. Inprimis autem grata Dianae *materna Inopi unda* ſecundum *Valerium Flacc.* V. 105. Cf. *Callimach.* H. in Dian. 171. — V. 4. Ἀλκέτιν. *Olear.* Ἀλκέτις eſt ab Ἀλκέτας; quod Macedonicum nomen eſſe notavit *Schneiderus.* Vide *Athen.* X. p. 436. E. — Laudat hunc verſum *Wetſten.* ad N. T. II. p. 467. ubi verba λύειν τὰς ὀδύνας exemplis allatis illuſtrat.

IV. Cod. Vat. p. 412. *Noſſidi* vindicat; nam in Planudea p. 341. St. 480. W. ſine auctoris nomine proſtat. Legitur praeterea ap. *Dorvill.* ad Charit. p. 51. *Olear.* Diſſ. p. 43. *Wolf.* p. 90. *Reisk.* in Anth. p. 174. nr. 799. Polyarchis meretrix e divitiis, quas ſibi corporis quaeſtu paraverat, Veneri ſtatuam dedicavit. Meretricum, quae Veneri templa et ſtatuas dedicaverint, exempla collegit *Athen.* XIII. p. 572. Ejusmodi fanum in inſula Samo fuit, ὅ τι ἑταῖραι ἱδρύσαντο αἱ συνακολουθήσασαι Περικλεῖ, ὅτε ἐπολιόρκει τὴν Σάμον, ἐ ρ γ α σ ά μ ε ν α ι ἱ κ α ν ῶ ς ἀ π ὸ τ ῆ ς ὥ ρ α ς. Noviſſima verba commentarii loco ſunt noſtris ἐπαυρομένα μάλα πολλὰν κτῆσιν ἀπ' οἰκείου σώματος ἀγλαΐας. — V. 1. ἔλθοιμεν. Vulgo. — V. 2. ὡς χρ. *Planud.* ὁ χρ. Vat. βρέτας. ξόανον. εἴδωλον. *Heſych.* χρυσῷ δαιδαλθέν, id eſt δεδαιδαλμένον, *ſtatuam auream, ſtudioſe elaboratam.* — V. 3. Πολίαρχις. *Planud.* et *Reisk.* ἐπαυρομένα *Planud.* et Vat. Quidam ἐπαυρομένη dederunt.

¶. 195.] *V.* Vat. Cod. p. 194. Ad *Suidam*, qui v. δαιδάλεον verſum ſecundum et tertium laudat, integrum Epigr. edidit *Kuſter.* et ex eo *Wolfius* p. 88. *Reiske* in Anthol. p. 54. nr. 521. Samytha Veneri comae redimiculum dedicat. κεκρύφαλον. — σαβακάθιον δεσμότριχον. *Heſych.* Qui ejusmodi redimicula texebant, κεκρυφαλοπλόκοι appella-

bantur, et σακχυφάνται, si *Polluci* fides, X. 192. ὅταν Δημοσθένης εἴπῃ σακχυφάντας, τοὺς πλέκοντας ταῖς γυναιξὶ κεκρυφάλους ἀκούουσι. κεκρυφάλους Μιλησίους ut magni pretii commemorat *Alciphr*. I. 6. p. 26. — V. 1. Χαίροις ἄν τοι ἔ. κόμαν Cod. Emendatiorem lectionem dedit *Kusterus*. — V. 2. 3. *Suidas* laudat etiam in Σαμόθας. Apogr. Lipſ. Σαμόθος. Pro ὄζει legendum videtur ὄδει. Certe in Cod. Δ ſuperſcriptum τῷ ζ. Apud *Antip. Sid.* LXXXII. 4. λιπόων κεκρύφαλον. — V. 4. Omnes ante *Reiskium* τούτῳ legunt. In Cod. tamen recte τοῦ τῷ. Ἄδωνα, τὸν Ἄδωνιν. *Hesych*. Habemus igitur h. l. nectar unguenti loco adhibitum. Patroclum interfectum Thetis nectare et ambroſia inungit ap. Homer. Il. τ. 33. ubi vide *Eustath*. Cf. *Athen*. I. p. 39. A. B.

VI. Cod. Vat. p. 166. Edidit *Bentlejus* ad Phalar. p. 198. *Wolf.* p. 86. *Reisk.* in Anthol. p. 12. nr. 421.

[redacted]

clypeos. ποθεῦντι. *Leonidas Tar.* Ep. XXIV. ἀκμαῖς — ποθέουσιν ὅμως ἵππευς τε καὶ ἄνδρες.

: *VII.* Cod. Vat. p. 206. Hoc quoque edidit *Bentlejus* in Differt. de Phalar. p. 199. ad cujus mentem emendatum dedit *Wolf.* p. 86. Ejusdem vestigia pressit *Brunckius. Reiske* Anthol. p. 67. nr. 550. *Valcken.* ad Adoniaz. p. 375. A. In Melinnae, Nossidis, ut videtur, filiae, imaginem. — V. 1. Αὐτομέλιννα. *Ipsissima Melinna,* ad vivum expressa. *Lucian.* Tom. III. p. 13. Αὐτόθαλλα τὴν κεφαλὴν — μιμησάμενος. Similia dedit ad *Luciani* Timon. T. *Hemsterh.* T. I. p. 434. ed. Bip. — Pro τέτυκται vitio typogr. ap. *Valck.* τέτυπται. — V. 2. ἁμέ. Cod. unde in apogr. *Bentl.* ἅμε, qui ἀμὲ reposuit. *Reiskius* ἥ με dedit. *Valckenar.* ἄμμε, quod eodem redit. Ceterum ἁμὲ et ἀμὲ scribitur. Cf. *Koenium* ad *Gregor.* p. 110. — V. 3. ἐτύμως. Vide notata ad *Cornel. Longin.* T. II. p. 200. — Cod. προσῷκει. Dorismum *Bentlej.* restituit. — V. 4. πέλει Cod. et sic omnes praeter ap. Lips. quod πέλῃ praestat. Versus expressus ex *Hesiodi* Opp. et Diebus 235. ubi poëta de civitate, moribus et disciplina florente, agens, τίκτουσιν δὲ γυναῖκες, inquit, ἐοικότα τέκνα γονεῦσιν. Unde *Horatius* IV. Odar. V. 23. *laudantur simili prole puerperae. Catullus* Epithal. v. 221. *parvulus — Sit suo similis patri Manlio — Et pudicitiam suae Matris indicet ore.* quod expressit *Martial.* VI. 23. Ejusmodi liberi ἐκμάγματα et ἀπεικονίσματα patrum vocantur. Quaedam huc pertinentia collegit *Abresch.* in Lectt. Aristaen. p. 119. sqq. At in his omnibus exemplis et aliis, quae praetereo, de similitudine liberorum cum patre agitur. Patrem enim referre debent, matris pudicitiam vultu indicaturi. Similitudo cum matre, quam *Nossis* in Melinna sua praedicat, nihil ad rem facit. Mater enim nunquam incerta.

VIII. Cod. Vat. p. 206. Edidit *Olearius* in Diss. de poëtr. p. 43. *Wolf.* p. 90. *Reiske* in Anth. p. 67. nr. 551.

[redacted]

Hoc Epigr. in mulieris effigiem conscriptum, in membranis vehementer depravatum est. — V. 1. τηνώδε σαβαιθίδος εἴδετο μέν. Cod. et apographa. *Olearius* hinc fecit: τηνῶδε· σαβαιθίδος εἴδετο μὲν γάρ. quod ficulneum est auxilium. *Reiske*: Σαμύθιδος εἰδότι παντὶ — μορφᾷ καὶ μεγαλοφροσύνᾳ. *Hanc Samythidis imaginem, quisquis ipsam quidem novit, statim vel e longinquo agnoscet a forma et lineamentis adumbrata animi celsitudine.* Nostra lectio unde fluxerit, clarissimus Editor indicare noluit. Minori mutatione, nec sensu pejore corrigendum existimo:

Γνωτὸν καὶ τηνῶδε Σαβαιθίδος εἴδεται ὄμμα.

Seq. versu μορφᾷ verbum est, non substantivum: *Effigies exprimit et adumbrat puellae nobilem animum.* In fine versus Cod. μεγαλωσύναν. Hoc *Olearius* in μεγαλοφροσύνᾳ mutavit. — V. 3. τὸ δὲ *Reisk.* ex apogr. Lipf. Idem mox τήνας Σ' ἔλποιμ' ὁρῆν. Non opus erat. ὁρῆν est ex codice.

[redacted]

T. 196.] X. Cod. Vat. p. 460. Edidit *Olearius* in Diff. de poëtr. p. 43. *Wolf.* p. 90. et *Valckenaer* ad Adoniaz. p. 375. A. B. — V. 1. *Olearius* Καλλώδεμον in ſuo apogr. invenit, idque in Καλλώδεμος ἐς mutavit. Ineptae huic lectioni ut ſequentia reſponderent, *Wolf.* εἰκόνα corrupit in εἶκον, γραψαμένα in γραψάμενος. *Brunckius* edidit veriſſimam membranarum lectionem, quam etiam *Valckenarius* praeſtat ad Phoeniſſ. p. 196. et Adoniaz. l. c. — Callo mulieris nomen eſſe videtur, quae tabulam pinxerat. Sed deſideramus mentionem ejus, cujus effigies in tabula repraeſentabatur. Vide, an ſcribendum ſit:

Τὸν πίνακα Ξάνθας Καλλὼ δόμον εἰς Ἀφροδίτας — —

Junge: Καλλὼ γραψαμένα εἰκόνα Ξάνθας ἀνέθηκε τὸν πίνακα. Niſi forte Callo ſuam ipſius imaginem in templo Veneris dedicaſſe dixeris. — V. 3. *Olearius* εὔχαρις edidit, cum in apogr. Ὧδ' ἄχαρις reperiſſet.

XI. Cod. Vat. p. 321. Hinc edidit *L. Holſten.* ad Stephan. Byz. v. Λοκροί. *Benslejus* in Diſſert. de Phal. p. 198. *Wolf.* p. 84. *Reiske* in Anthol. p. 124. nr. 678. Obſcurum Epigramma et inſigniter depravatum. — V. 1. ap. *Holſtenium* typographorum vitiis inquinatus legitur, quae enotare nihil attinet. Μιτυλάναν codex. — V. 2. τὰν Σαπφοῦς χαρίτων ἄνθος ἐναυσάμενος. Cod. Poſtremum vocabulum *Wolfius* immutaturus vertit; *Reiskius* ἄνθος, quae procul dubio ſincera eſt lectio, mutavit in ἐγχύδε, ut ſenſus ſit: *Sapphus gratias ab ipſo fonte hauſtum;* cujus interpretationis fides ſit apud ipſum auctorem. Idem de χανδὸν cogitavit. *Brunckius* audacter totum verſum immutavit, nulla mutationum ratione reddita. Sed vereor, ut ei emendandi conatus ſatis feliciter ceſſerit. *Noſſis* et *Sappho* aequales non fuerunt; nec adeo illa hoſpiti mandata ad Lesbiam dare poteſt. Codicis lectionem ἐναυσάμενος defendere conatus eſt

Toupius in Emend. in Hesych. P. III. p. 146. ubi integrum carmen profert. ἐναύειν esse *ignis usum alicui impertire*; hinc ἐναυσόμενος *participaturus*. ἐναύσασθαι. ἐξάψαι. ἐναύσματα. ἐσχάς. ἐμπυρεύματα. *Hesych.* *Aelianus* ap. *Suidam* v. ἐναύσματα· καὶ τινα ἐξ αὐτοῦ διδασκαλίαν ἐναυσάμενοι κᾆτα ἐμιμήσαντο ἐς τὸ εὖ καὶ καλῶς. Tum igitur sensus foret: *Si forte Mitylenen proficisceris, ut ibi reliquias Sapphus persequaris et quasi latentes in cinere igniculos excites.* Hoc an sensum efficiat idoneum, videant alii. Mihi *Nossis* scripsisse videtur:

τᾶν Σαπφοῦς χαρίτων ἄνθος ἐναυσόμενος.

χάριτες nimirum sunt carmina, et ἄνθος χαρίτων praestantissima carmina, qualia Sappho cecinit. Epigr. ἀδεσπ. DXIX. Σαπφοῦς Αἰολίδες χάριτες. *Leonidas Alex.* Ep. XIII. Caesari tertium carminum suorum volumen dedicans, τὴν τριτάτην, inquit, χαρίτων ἀπ' ἐμεῦ πάλι λάμβανε βίβλον. [redacted]

Brunckii lectionibus, quae elegantissimae sunt, non antepono.

XII. Cod. Vat. p. 269. Exstat in Anth. Planud. p. 208. St. 302. W. unde *Ursin.* in Fragm. et *Wolf.* p. 82. In Rhinthonis Syracusani tumulum. — V. 1. καπυρὸν γελάσας. propter scribendi genus, quo usus est. πολὺς καὶ καπυρὸς ἐξεχύθη γέλως. *Longus* II. p. 34. πάνυ καπυρὸν γελάσας. ubi vide *Villoison.* p. 86. — V. 3. Μουσάων ἀηδονίς. *Hermesianax* Eleg. 49. ὁ δ' ἀοιδὸς ἀηδόνος ἠράσατο, *Alcaeus Sappho amabat. Euripidem* τὸν σκηνῇ μελίγηρυν ἀηδόνα vocat Auctor Ep. Inc. DXXXV. Puellam γλυκερὴν ἀηδονίδα vocat alius Ep. DCCXVIII. In fine versus *Planud.* καλύκων legit. In marg. Wechel. κορύμβων. Sic etiam *Casaubon.* in not. msc. *Toupius* Em. in Suid. P. III. p. 400. καλύχνων tentabat, quod idem esse ait ac καλύκων. Lectionem κορύμβων probat *Burmannus* ad Anthol. Lat. T. II. p. 99. eamque secutus est *Grotius: coronis Ex tragicis hedera est proprie capta mibi.* Sed unice vera est lectio Cod. Vat. φλυάκων. Scripserat *Rhinthon* φλύακας, ideo dictus φλυακογράφος, quam vocem *Toupius* restituit *Hesychio:* ἄσεκτος, ἀγαθὸς, παρὰ Ῥίνθωνι Ταραντίνῳ φλυακογράφῳ, pro φιλοσόφῳ. Italiotae (vide *Salmas.* ad Script. Hist. Aug. T. I. p. 845. et *T. Hemsterh.* ad Hesych. v. ἱλαροχρείαν) μιμητὰς appellabant φλύακας, docente *Eustathio* ad Il. p. 836. 46. De φλυακογραφίᾳ, quam etiam hilarotragoediam vocant (vide *Suidas* v. Ῥίνθων) disputavit *Cuperus* in Obss. L. I. 10. p. 74. sqq. *Casaubon.* ad Athen. III. 9. p. 167. *Salmasius* ad *Solin.* p. 76. F. G. et nuper *Eichstaedt* de Dramate Comico-Sat. p. 43. qui illius carminis naturam et a similibus diversitatem diserte explicuit. *Rhinthon* cum res tragicas comicis miscuerit et temperaverit, cum rebus tum verbis, recte dicitur ἴδιον κισσὸν δρέψασθαι, coronam sibi propriam et peculiarem. Usus autem fuerat multis verbis insolentioribus ex patria dialecto; ut apparet ex glossis ab *Hesychio*

[redacted]

aliisque ex *Rhinthonis* operibus prolatis. Hanc ob causam veram puto emendationem *Toupii* in Epigr. Anthol. Lat. I. p. 423.:

> *Rhinthonicorum amator iste verborum,*
> *Iste, iste rhetor — —*

ubi vulgo *Corinthiorum* legitur. Minus vere *van Eldick* in Susp. Specim. p. 45. *Homericorum* corrigit.

ANYTES EPIGRAMMATA.

¶. 197.] *I.* Cod. Vat. p. 164. Edidit *Kuster.* ad Suidam v. κράνεια, ubi primum distichon legitur. *Wolf.* (qui *Anytes* Epigrammata collegit partim ex Planudea, partim ex *Olearii* Diss. de Poetr. partim ex Comment.

[redacted]

II. Cod. Vat. p. 167. Primus edidit *L. Holsten.* ad Steph. v. Τεγέα p. 317. *Wolf.* p. 110. *Reiske* in Anthol. p. 15. nr. 441. *Cleobotus* Minervae lebetem aëneum, Aristotelis opus, dedicat. — Vers. 1. et partem secundi *Suidas* profert v. βουχάνδης et Ἐριασπίδαυλος, sic enim viri nomen in veteribus *Suidae* editt. depravatum est. βουχάνδη. τὸν μέγαν λέβητα. *Hesych.* βοῦν χωρῶν. *Suid.* *Olearius* non intelligens, Ἐριασπίδα, quod Cod. praestat, doricam genitivi formam esse, Ἐριάσπιδος legendum esse temere pronuntiabat, eumque secutus est *Wolfius.* — V. 3. „ἐποίησα. In Vat. Cod. ἐβόησεν, unde scri„bendum erat ἐπόησε, ut in *Niciae* Ep. IX.“ *Brunck.* Confer *Koen.* ad Gregor. De Dial. p. 30. Aristotelis Clitorii ex Arcadia, Aristotelis filii, nomine augendus artificum catalogus ap. *Junium.* — Pro γενέτᾳ Cod. γενέτῳ. Marg. apogr. Lips. γενέτῃ exhibet.

III. In Planudea bis exstat p. 364. et 441. St. 503. et 574. W. Apud *Ursin.* p. 57. *Wolf.* p. 96. In Codice Bibl. Medic. ap. Bandin. T. II. p. 102. hoc carmen ἀδέσποτον est, describentis errore, qui disticho, quod in Planudea praecedit, *Anytes* nomen adscripsit. Theodotus Pani et Nymphis, quae ipsi sitienti aquam monstraverant, donum dedicat. — V. 1. Planud. loco pr. τῷδε, quod emendatum in ed. filiorum Aldi. Loco sec. τάδε est in Flor. tribus Aldinis et Ascens. — Nymphae αὐλιάδες eaedem sunt, quae ap. *Orpheum* Hymn. L. αἰπολικαὶ, νόμιαι vocantur; dictae ab αὖλις, *stabulum.* Pro σκοπιᾶς *T. Hemsterh.* ad *Lucian.* T. II. p. 347. ed. Bip. malit σκοπιᾷ sive σκοπιὰν, nisi fuerit ἐπὶ σκοπιᾷ. Locum editum significat. Cf. *Theocrit.* Eid. I. 69. et IX. 11. — V. 3. Planudea loco pr. sic exhibet, ut hic legitur. Loco sec. αἵ μιν ὑπὸ ζαθέοιο θέρευς, quod *Ursinus* secutus est.

IV. Cod. Vat. p. 201. Planud. p. 48. St. 70. W. *Ursinus* p. 56. *Wolf.* p. 92. Pueri, hircum frenantes, certamina instituunt circa fanum dei. Frenatis hir-

[redacted]

cis insidentes Amores et de palma, ut videtur, certantes conspiciuntur in Picturis Hercul. T. II. Tab. 44. Puerum catulos Melitenses in hippodromo exercentem habemus ap. *Philostr.* II. Icon. XVII. p. 839. Facit huc *Hesych.* in ἐπιβάτορι μήλων. βοσκῆτορι τῶν ποιμνίων· ἐπιστάτῃ καὶ ἐφιππαστῆρι· οἱ γὰρ τῶν βασιλέων υἱοὶ πρῶτον ἐπὶ τῶν κριῶν ἱππεύειν ἐμάνθανον. — V. 2. De φιμοῖς vide Intpp. *Pollucis* I. 185. p. 116. qui nostrum locum ad stabiliendam *Pollucis* lectionem advocant. φιμὰ per metaplasmum pro φιμοὺς dictum. Conf. *Munker.* ad *Anton. Liber.* c. XLI. — V. 3. παιδεύουσι, per lusum et lasciviam equestria exercent certamina. ἵππια in nonnullis antiquis editt. — θεοῦ περὶ ναόν. An Neptuni? qui sub Ἱππίου nomine colebatur ap. Thebanos et Arcadas, docente *Pausan.* VIII. 37. p. 677. Vide inprimis, quae de Neptuno Equestri disputavit *Ilgen* ad Homer. Hymn. p. 286. sq. Si conjecturis indulgere liceret, corrigendum dixeris [redacted]

L. 10. p. 38. *ἀπαλὸν σκιρτῶντες* ap. *Julian. Baſ.* Ep. II. Pro *ἤπια* ſuſpiceris *νήπια* legendum eſſe; ut eſt ap. *Secundum* Ep. I. Tom. III. p. 5. de Amoribus deorum arma geſtantibus, *ὅπλα φέρουσι θεῶν νήπι' ἀγαλλόμενοι*. Notandum, ap. *Urſinum αὐτὸς* et *τερπόμενος* legi.

¶. 198.] *V.* Cod. Vat. p. 379. In Planudea bis legitur, p. 56. et 340. St. 81. et 480. W. *Urſinus* p. 56. *Wolf.* p. 92. Conf. Epigr. inter *ἀδέσπ.* CCLXV. Fortaſſe hinc colorem duxit Auctor Epigr. inter Byzant. XXIII. In Veneris marinae ſtatuam, ad litus maris poſitam. — V. 2. *ὁρῆν*. Cod. ut dialecti ratio poſtulat. Vulgo *ὁρᾷν*. — V. 3. *ναύτῃσι* Cod. et Planud. loco pr. *τελεῖ* ed. Flor. et Ald. pr. Venus navigationis praeſes, unde ei templa et ſtatuas in litore ponebant. *Pauſan.* VII. 21. *Jani* ad Horat. I. Carm. III. 1. — V. 4. *δειμαίνει* ed. Flor. Aldina pr. Aſcenſ. *δειμαίνῃ* ceterae editt. et *Urſin.* Cogitabam olim:

— — *ἀμφὶ δὲ πόντος*
μειδιάει — — —

ut *Satyr. Th.* Ep. VI. *γαληναίη δὲ θάλασσα μειδιάει.* et *Lucretius* de Venere L. I. 6. *Te, dea, te fugiunt venti, te nubila coeli Adventumque tuum; tibi ſuaves daedala tellus Submittit flores, tibi rident aequora ponti.* Sed ne quid mutes, vetat *Antipater Sidonius*, qui hoc carmen expreſſit Ep. LIII. ubi Venus — *πόντῳ γὰρ*, ait, *ἐπὶ πλατὺ δειμαίνοντι Χαίρω καὶ ναύταις εἰς ἐμὲ σωζομένοις.* Argutatur, pro meo quidem ſenſu, *Leſſingius*, qui in praeclara diſputatione de Epigrammate Tom. I. p. 321. ex *Anytes* Epigr. manifeſtum eſſe ait, mari aeſtuante Veneris ſimulacrum in templi ſummitate fuiſſe expoſitum, ut nimirum undarum tumultus Veneris adſpectu leniretur. Multo minus probanda ſunt, quae hinc ad illuſtrandum *Muſaei* locum profert. — V. 4. *λαμπρόν*. Planud. loco pr.

VI. In Planud. p. 27. St. 42. W. ſine auctoris nomine proſtat. *Anytae* aſſerit Cod. Vat. p. 408. ſq. In

[redacted]

laurum umbrosam prope fontem. — V. 1. τῆσδε δάφνας. Vulgo. In Vat. ὑπὸ καλὰ δάφνας, unde suspicor, Anyten scripsisse:

Ἵζεο τᾶσδ' ὑπὸ καλὰ δάφνας εὐθαλέα φύλλα.

Nonnihil enim offendor vulgata: ἵζευ ἅπας. *Hermocreon* Ep. II. ἵζευ ὑπὸ σκιερὰν πλάτανον, ξένε, τάνδε παρέρπων. — V. 3. Agricolas inprimis alloquitur, et qui per aestum labores exercent. γυῖα ἀσθμαίνοντα, i. e. ἀσθμαίνων. Cf. Ep. III. 3. et Epigr. ἀδέσπ. CCLX. ἄμπαυσον μογεροῦ μαλθακὰ γυῖα πόνου, Ἧχί σε καὶ Ζεφύροιο τινασσομένη πίτυς αὔραις Θέλξει. *Marianus* Ep. III. ἄμπαυσον καμάτου γυῖα πολυπλανέος.

VII. In Planud. p. 336. St. 475. W. Ap. *Ursin.* p. 56. et *Wolfium* p. 94. In locum amoenum et subfrigidum. Simillimum est Ep. ἀδέσπ. CCLIX. Cum in hoc aliisque eiusdem argumenti carminibus, quae com-

[redacted]

VIII. Planud. p. 336. St. 476. W. Ap. *Ursin.* p. 57. *Wolf.* p. 94. In Panis tibia canentis signum, in loco solitario et agresti collocatum. — V. 1. οἰόβατος idem quod οἰόπολος, i. e. ἔρημος. Est ex iis compositis, in quibus altera pars nihil fere ad sensum confert. ὑψίβατον τρίποδα pro ὑψηλὸν dixit *Sophocles* in Ajace 1404. Quare cum *Wolfio* οἰόβοτον legendum esse non puto. Idem δόνακα perperam interpretatur de arundine, lyrae chordis supposita. Dubitari non potest, quin *fistula* significetur. Vide notata ad *Theocriti* Ep. II. ποιμένιον δόνακα vocat *Alcaeus Mess.* Ep. XII. νομίους *Antip. Sid.* Ep. XLVIII. Ab his longe diversus δόναξ ὑπολύριος, de quo *Kusterus* egit ad *Aristoph.* Ran. 235. Fefellit virum graece non valde doctum usus verbi κρέκειν de tibiis usurpati. *Aristoph.* in Avibus 682. ἀλλ' ὦ καλλιβόαν κρέκουσ' αὐλὸν φθέγμασιν ἠρινοῖς. *Suidas* v. κρέκουσα. αὐλοῦσα. κυρίως δὲ κρέκειν τὸ τὴν κιθάραν κρούειν. Hoc ipsum verbum κρούειν, quod de iis, qui citharam pulsant, proprie usurpatur, satis frequenter ad tibicines translatum occurrit. Vide notata ad *Alcaeum Messen.* Ep. X. — V. 3. Hoc disticho Pan respondet; in Analectis interlocutorum signa non apposita sunt. — V. 4. »εὔτοκοι στάχυες, *aristae, quae facilem partum foetis juvencis faciunt.* Lectionem hanc »habent duo codices Planudeae, quae si cui non pla»cuerit, editorum lectionem assumat ἠϋκόμων.« *Brunck.*

IX. Cod. Vat. p. 409. Planud. p. 342. St. 482. W. Ap. *Wolf.* p. 96. In Mercurium, prope hortum, in trivio, positum, non longe a litore. Mercurius hortorum custos occurrit in Ep. *Leonidae Tar.* LVI. et inter ἀδέσπ. CCXXXV. Est *Hermocreontis* Ep. in Mercurium sub platano collocatum, ὀργοῦ καρποτόκου ῥύτορα καὶ κτεάνων — ¶. 199.] V. 4. Vulgo legitur: εὐκραεῖ κρήνῃ, in quo haesit *Anonymus* Biblioth. Bodlej. qui ψυχρὸν δ' εὐκραὴς κρήνη ὕδωρ προχέει. Sed ὕδωρ ad ψυχρὸν intelligi debet. Nostra lectio fluxit ex Cod. Vat. qui ἀκραὴς

praebet. ἀχραὲς ὕδωρ, *aqua pura et limpida*; idem quod ἄχραντον.

X. Cod. Vat. p. 478. Edidit *Olearius* in Differt. p. 11. *Wolf.* p. 114. cum lemmate: εἰς τράγον χαλκοῦν. Dubito, an recte. — V. 1. Cur, quaeso, hircus Βρομίου τράγος vocatur, qui Baccho infestus est, et ad ejus aras mactatur? Nam quod Bacchus in illa deorum fuga, quam Typhoeus fecit, in capro latuit (*Ovid.* Metam. V. 329.), ad hunc locum nihil facit. — ὡς ἐγερώχως. *Philostrat.* Icon. I. IX. p. 777. pictor capras ὑποσκιρτώσας καὶ ἐγερώχους γέγραφεν. Idem II. Icon. XI. p. 828. Pana nobis fingit ἀναθρώσκοντα κατὰ τοὺς ἐγερώχους τῶν τράγων. — V. 3. in Cod. Vat. ὅτι οὐ θάμ' habetur; quod *Olearius* sic immutavit: κνδιδοντ' ὅτι οὐ θάμ' ἐν οὔρεσιν ἀμφὶ παρ εἶδε. Pessime. Hanc tamen lectionem *Wolfius* in contextu exhibere non dubitavit. Jam vide, quam eleganter, quamque vere *Brunckius* hunc vers. emendaverit.

[redacted]

Spanhem. ad *Callim.* H. in Apoll. 92. cui assentitur *Valck.* ad Hipp. p. 268. C. D.

XII. Cod. Vat. p. 239. ex quo illud edidit *Zenobetti* ad Meleagri Eid. p. 10. *Kuster.* ad *Suid.* qui v. ποιφύσσω secundum distichon excitat. *Wolf.* p. 110. *Reiske* in Anthol. p. 77. nr. 575. In delphinum, quem unda maris in arenam detulerat. — V. 1. »πελάγεσσιν. »Haec est codicis scriptura, quam vix puto veram esse. »Suspicor, a poëtria scriptum fuisse πλωτῆσι πτερύγεσσι, »quod ex *Homero* petitum Il. β. 462. Pinnis exsultat »delphinus et se oblectat, quando ludibundus caput »supra fluctus erigit et saltu ex unda prorumpit.« *Brunck.* Mihi in mentem venerat:

οὐκέτι δὴ πλωτοῖς ἀναπαλλόμενος πελάγεσσιν.

non amplius in undis subsiliens. *Archias*, qui hoc Epigr. expressit, XXX. οὐκέτι παφλάζοντα διαΐσσων βυθὸν ἅλμης — ὑγρὸν ἀναῤῥίψεις ἅλμα παρὰ σκαφίσιν. *Arion* in Hymno v. 7. δελφῖνες — ἐλαφρὰ ἀναπαλλόμενοι. *Oppian.* Hal. L. II. 544. pisces ὑποπτήσσουσιν ἄναντες (delphini) τηλόθεν ἅλματα δεινὰ καὶ ἄσθματα φυσιόωντος. *Ib.* 589. ἅλμης ἀφρὸν ὑπερθρώσκων ἀναπάλλεται. — V. 3. περὶ σκαλμοῖσι Cod. ut edidit *Kuster.* περὶ σκαλμοῖο *Zenobetti.* Nostrum *Reiskii* acumini debetur. *Suidas* παρὰ σκαρθμοῖσι. Junge: παρὰ χείλη νεώς. *ad navis marginem.* χεῖλος de cujusvis rei ora et extremitate usurpatum exemplis illustrat *Mollius* ad Long. p. 14. *Schwebel.* ad Moschi Eid. p. 139. — V. 3. ποιφύσσω Cod. superscripto ν. unde in apogr. Lips. ποιφύσσων. Cod. lectionem habet *Suidas*, hac interpretatione adjecta: σφοδρῶς καὶ μετὰ ἤχου τὴν πνοὴν ἐκπέμπω. Quod huic loco optime convenit. *Euphorion* in *Schol.* ad Nicandri Ther. p. 13. ζεφύρου μέγα ποιφύξαντος. Aliam explicationem *Kusterus* dedit, sed eam contortam, quam repetere piget. *Reiskius*, qui in hoc verbo verum vidit, mox τἠμᾷ προτομᾷ perperam interpretatur: *meis me oblectans saltibus*;

[redacted]

cum amplecti debuisset *Kusteri* sententiam, qui haec verba de delphini effigie, in puppi navis expressa, docte explicuit. Ejusmodi effigies πρότομαι appellabantur. Vide *Salmas.* ad Solin. p. 402. sqq. Praeter aliorum autem animalium species delphini praecipue imago in hunc usum adhibebatur. — V. 6. ῥαδινάν. Vir doctus in schedis *Dorvill.* conjecit κεῖμαι δ' ἐν ῥαχίᾳ τᾶνδε π. ἠ. Parum feliciter. Vulgatae lectioni patronus exstitit *Reiske*, qui rasilem ripam, sive ripam, quae ab alluentibus undis raditur, vel denique facile percellendam interpretatur. Dum quis probabiliora attulerit, scribendum existimo:

κεῖμαι δὲ ῥαντὰν τᾶνδε παρ' ἠιόνα.

Syllabam brevem produci ante ρ, satis constat. Vide *Brunck.* ad *Aeschyli* Prom. 1031. et ad Hippol. 462. *Brunckius* in Lectt. p. 148. corrigit κροκάλαν ἠιόνα, collato *Tullii Laur.* Ep. II. ἔβρασε δ' εἰς κροκάλαν τᾶνδε παρ' ἠιόνα.

[redacted]

Virtus tua te perdidit, et moriens matris tuae Phaedrae domum tristitia et luctu opplevisti. Prius hemistichium, quod unius literae additione restituimus, ductum ex Andromaches ad Hectorem oratione Il. ζ. 407. *δαιμόνιε, φθίσει σε τὸ σὸν μένος.* *Anacreon* Ep. LXXXII. *Καί σε, Κλεηνορίδη, πόθος ὤλεσε πατρίδος αἴης.* *Simonides* Ep. XCVI. *αἰδὼς καὶ Κλεόδαμον — ἤγαγεν εἰς θάνατον.* Deinde quantillum intersit inter ΕΕΣΑΝΠΑΙΔΩΝΑΤΕ et ΟΛΕΣΕΝ ΔΑΙΔΩΜΑΤΕ, in oculos incurrit. — De nomine matris, utrum *Φαῖδρα* fuerit an aliud, cum nemine disputaverim.

¶. 200.] *XIV.* „Plinii error, T. II. p. 651. quo „Myronem puellam in Myronem statuarium mutavit, „et artifici huic opus, cicadae scilicet et locustae monu„mentum, quod fecit nunquam, attribuit, jam a viris „doctis notatus. Sed absque judicio iidem ex hoc Plinii „loco Erinnes esse volunt hoc Epigramma, quod Any„tae diserte tribuunt membranae veteres. Quidni illi „etiam adscribunt Argentarii Ep. XXIX. quod ex hoc, „aut alio vetustiori in idem argumentum expressum est? „Si in hoc etiam aliquid lusit Erinne, deperditum est „illius carmen." *Brunck.* In Cod. Vat. p. 239. lemma est: *Ἀνύτης, οἱ δὲ Λεωνίδα.* ut etiam in Planud. p. 265. St. 382. W. *Wolfius* inter Erinnae carmina exhibuit. Locus *Plinii*, quem *Brunckii* nota respicit, est L. XXXIV. 19. 3. *Myronem — fecisse et cicadae monumentum ac locustae, carminibus suis Erinna significavit.* — V. 1 – 3. *Suidas* excitavit in *δρυοκοῖτα*, qui *τῇ* et *κόρῃ* habet. Cod. Vat. a pr. man. *δρυοκοίτᾳ.* — *ἀηδόνι.* Hinc fortasse Auctor Epigr. inter *ἀδέσπ.* 416. *τέττιγα — τὴν Νυμφέων παροδῖτιν ἀηδόνα.*

XV. Cod. Vat. p. 237. *εἰς ἵππον πολεμιστήριον Δάμιδος.* Planud. p. 205. St. 298. W. *εἰς Μενεδαΐου τάφον.* Prius distichon habet *Suidas* in *δαφοινόν·* et iterum v. *Μενεδάϊος ἵππος.* Alterum v. *τάλαρος* sive potius *ταλαύρινος*, quae vox omissa est a librariis. Pro nomine proprio equi

[redacted]

v. Μενδαίου accipiendum esse, putant Planudeae interpretes, et *Ursin.* p. 58. probante *Brunckio.* Viri Spartani nomen Μενδάιος habet *Thucyd.* p. 228. 56. In Planud. male εἵσατο et ἵππω. Hoc *Scaliger* in ἵππω, dorica terminatione, mutandum censebat. *Suidas* loco pr. σῶμα τῇδε φθιμένου Μενδίου σ. loco altero sic, ut in Cod. Vat. est, nisi quod σῶμα legit. Hoc depravatum ex σῆμα. Facit huc *Diodor. Sic.* T. I. p. 607. 70. ubi Agrigentinorum luxuriam manifestam esse ait, cum in aliis rebus, tum ἐν τῇ πολυτελείᾳ τῶν μνημείων, ἅτινα μὲν ἀθληταῖς ἵπποις κατεσκεύασαν, τινὰ δὲ καὶ τοῖς παρθένων καὶ παίδων ἐν οἴκῳ τρεφομένοις ὀρνιθαρίοις. — V. 2. Cod. δαφοινόν. — V. 4. Cod. Vat. ξέσσ' a pr. man. nec aliter duo regii Planud. *Suid.* et *Ursin.* *Sanguis ebullivit.* Cf. *Dorvill.* ad Charit. p. 56. sq. In tribus Aldin. et Ascens. etiam ξέσσ'. — Pro ἔδευσε Cod. ἔδυσε. Sed quid est, quod *Anyte* terram equi sanguine humectatam ἀργαλέαν vocet?

[redacted]

Plin. XXXIV. 9. ubi vide *Harduin.* T. II. p. 642. — V. 4. „Nomen puellae est in libris editis Θειρεικτοῖς, „quod a graecorum nominum compositione alienissi„mum. Ideo Salmasii emendationem recepi.“ *Brunck.* Θειρείκτετι· φθέγκτα. — Planud. et Cod. Vat.

XVII. Cod. Vat. p. 285. Ἀνύτης Μιτυληναίας εἰς τὰς γ παρθένους Μιλησίας τὰς ὑπὸ Γαλατῶν βιασθείσας. Planud. p. 263. St. 379. W. sine auctoris nomine. Ex *Olearii* Differt. p. 10. repetivit *Wolf.* p. 112. Facinoris, quod hoc carmine celebratur, mentio fit ap. *Hieronymum* L. I. adverf. Jovian. p. 186. *Quis valeat silentio praeterire septem Milesias virgines, quae, Gallorum impetu cuncta vastante, ne quid indecens ab hostibus sustinerent, turpitudinem morte fugerunt.* Ceterum haec Gallorum in Asiam incursio inter praecipua fabularum Milesiacarum argumenta fuisse videtur. Cf. *Parthen.* Erot. c. VIII. — V. 1. τῶν ἀθεμίστων τὴν ἄνομον γαλατῶν Planud. nec aliter Vat. nisi quod τῶν ἀ. γαλάτων praebet. Eleganter haec correxit *Brunckius*; membranarum tamen lectionis vestigia eo ducunt, ut scriptum fuisse putes:

τῶν ἀθεμίστων,
τῶν ἀνόμων Γαλατᾶν ὕβριν ἀναινόμεναι.

Quod non sine gravitate est. — V. 3. ἃς ὁ βιαστὰς Plan. ὁ βίατος Vat. Hoc glossator in marg. interpretatur ἀντὶ τοῦ βιαιότατος· cujus explicationis apud ipsum sit fides. In Aldin. sec. ὧν ὁ βιαστὸς, ubi *Scalig.* correxit: ἃς ὁ βιαστής. Quod Brunckiana lectione non deterius. — V. 5. Puellae, quas loquentes inducit *Anyte*, manum sibi intulerant, ut Gallorum libidini se subducerent. In αἷμα haereo, quod *congressum* interpretatur *Brodaeus*, sine auctoritate. Pro γένος nonnunquam ponitur; sed haec significatio ab hoc loco aliena est. Quare vide, an scribendum sit:

οὐ γὰρ ἐμείναμεν ἅμμα τὸ δυσσεβὲς — —

[redacted]

sceleſtum conjugii vinculum; cum iis nimirum, qui eorum civitatem expugnaverant, parentes occiderant etc. Conf. *Herodot.* I. 146. p. 72. *Antipater Sidon.* Ep. LXXXV. ὃ πρὶν ἄθικτα λύσας ἅμματα παρθενίας. Nonnunquam ἅμμα pro μίτρη ponitur. Vide *Spanhem.* ad *Callim.* H. in Jov. 21. — Mox Cod. οὐδ' Ὑμεναίου νυμφίον. In marg. ὑμέναιον νυμφίου. Prius eſt in Planud. ubi *Scaliger* recte emendavit ὑμέναιον νυμφίον. Conf. not. ad *Meleagr.* Ep. CXXV. 1.

XVIII. Cod. Vat. p. 309. Planud. p. 288. St. 416. W. Ap. *Urſin.* p. 58. *Wolf.* p. 162. Vix integrum carmen. Comparandum *Simmias* Ep. III. p. 204. *Aeſchyl.* Agam. 1565. θυγάτηρ — Πατέρ' ἀντιάσασα — περὶ χεῖρα βαλοῦσα φιλήσει. — V. 1. δὴ om. Vat. — T. 201.] V. 3. μέλας. Planud. et Vat. a man. pr. μέλαν ὄμμα ne de colore accipias; eſt oculus tenebris obductus, ut morientis. — καλύπτει θάνατος. Homericum Il. ε. 553.

[redacted]

XX. Cod. Vat. p. 242. Ἀντιπάτρου. Quod ignoravit *Brunckius*, qui carmina assignare solet auctoribus, quos Vat. indicat. Planud. p. 202. St. 295. W. *Anytae* tribuit. Est in Amyntorem, Philippi filium, qui socium in pugna defendens, ipse perierat. *Reisk.* in Notitia Poët. p. 193. de Amynta, Alexandri avo, cogitabat, non tamen dissimulans difficultates, quibus haec interpretatio premitur. Non recte faciant, qui ubique in his Epigrammatis illustres et magni nominis viros quaerunt. — V. 2. εὐδηρίης Cod. et Planud. *Brodaeus* et *Opsop.* interpretantur, quasi εὐδηρίης legerint. Male. *Hegesippus* Ep. III. εὐδαρίου ἐκ πολέμου. — μάχας. Plan. et Vat. a pr. man. — V. 4. ἀμφοτέρων ed. Flor. Ald. pr. et Ascens. idque *Ursinus* secutus est p. 57. ἀμφ' ἑτάρων duae Aldin. et *Suid.* in ἴτυς T. II. p. 159. Nostrum est in Vat.

XXI. In Planud. p. 236. St. 342. W. δοῦλον est. *Anytae* asserit Cod. Vat. p. 292. In servi tumulum. Nomen Μάνης servis proprium. Sententia est, ut ap. *Lucret.* III. 1047. *Scipiades – Ossa dedit terrae, proinde ac famul infimus esset*, qui hoc *Ennio* debuit; et apud *M. Antonin.* L. VI. 24. p. 184. Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν καὶ ὀρεωκόμος αὐτοῦ ἀποθανόντες εἰς ταὐτὸ κατέστησαν. ubi vide *Gataker.* qui etiam in Miscell. Adv. Posth. c. XXXV. p. 790. Epigramma nostrum excitavit.

XXII. Cod. Vat. p. 185. Planud. p. 263. St. 379. W. neglecto dorismo. In Antibiam puellam, quae a multis procis expetita, ante nuptias obierat. — V. 3. πινυτῆτος ἀγακλέος. Planud. et *Wolf.* p. 100. *Ursinus* πινυτῆς ἀγακλέος corr. — V. 4. ἐκύλισε. Plan. *Mors omnium spes evertit. Hegesipp.* Ep. VI. οἵ ποτε νῆ' ἐκύλισσαν. *Philippus* Ep. LXII. θηρὸς τὴν τόσσην ἐξεκύλισσε βίην.

XXIII. „Exstat apud *Pollucem* V. p. 502. cujus „haec sunt verba: Καὶ γὰρ ἡ Τεγεᾶτις Ἀνύτη Λοκρίδα δόξαν „ἐμπέπληκεν, ἐφ' ἧς τῷ τάφῳ φέρουσ' ἐπιγράφειν· ἄλσο δήποτε

„καὶ πολύῤῥιζον παρὰ θάμνον. Metro fulcrum inseruit „*Salmasius* οὐ. In Juntina legitur καὶ ἐπολύῤῥιζον. In veteri „Cod. scriptum μαῖα πολύῤῥιζον. Scribendum Μαῖρα πολύῤ-„ῥιζον seu potius veteri more πολύριζον. Μαῖρα canis no-„men proprium. *Hesychius:* Μαῖρα. κύων. τὸ ἄστρον. Ubi „vide Intpp. et praesertim *Munkerum* ad Hygin. p. 234. „not. 2. edit. in 4to. Nihil verius hac emendatione, „quae *Schneideri* mei sagacitatis specimen esto, cui de-„betur. Λοκρὶ autem in versu 2. scribendum. Non est „enim, ut male accepit Pollux, canis proprium nomen, „sed gentile: ipse capitis initio: γενναῖαι κύνες Λακωνικαὶ, „— Λοκρίδες. *Oppianus*, ubi de canum generibus agit: „Λοκροὶ, χαροποί τε Μολοσσοί. Totum distichon itaque sic „scribendum:

„ὤλεο δήποτε, Μαῖρα, πολύριζον παρὰ θάμνον,

[redacted]

II. Cod. Vat. p. 174. Planud. p. 411. St. 547. W. unde *Urſinus* p. 42. et *Wolf.* p. 30. Nymphas precatur, ut Cleonymo faveant, qui ipſis ſimulacra ſub pinu ponenda curaverit. Latinam hujus carminis interpretationem habemus in Anth. Lat. V. 215. utrum veteris an recentioris poëtae, non conſtat. Imitatus eſt *Hermocreon* Ep. I. T. II. p. 252. — V. 1. Hamadryades vocantur ποταμοῦ κόραι, propter arbores ad fluminis ripam conſitas et ab ejus aqua nutritas. — V. 2. ἀμβρόσιαι Planud. et Cod. Vat. quod cum frigeat et librario de metro male ſollicito deberi videatur, *Toup.* in Em. ad Suid. p. 156. ἀμβρόσια ſcripſit. Pro ῥοδέοις *Wakefield* in Silva crit. T. III. p. 12. ῥαδινοῖς conjicit, quod et ipſum elegans, ſed codd. lectioni non praeferendum. ῥοδόσφυροι χάριτες dixit *Himerius* Orat. I. 19. p. 360. quas *Sappho* ῥοδοπήχεας vocavit. — V. 4. cum parte tertii laudat *Suidas* in εἵσατο T. II. p. 32.

III. Servavit *Athen.* L. XI. p. 490. E. unde *Wolf.* p. 28. *Euſtath.* qui *Athenaeum* compilavit, quaedam ex hoc fragmento laudat ad Il. ω. p. 1484. 48. Idem excitavit verſ. 9. et 10. ad Od. μ. p. 475. 13. ubi palumbes commemorantur ταὶ ἀμβροσίην Διὶ πατρὶ φέρουσαι. *Myro* eas hujus officii cauſa a Jove inter aſtra relatas Pleiadasque appellatas eſſe ait. Vulgo Pleiadum originem longe aliter referunt *Eratoſth.* Cataſt. c. XXIII. *Schol. Theonis* in Arat. Phaen. 254. et *Schol. Homer.* Il. σ. 486. Noſtram fabulam reſpexit *Plutarch.* in Conviv. VII. Sap. T. II. p. 156. F. εἰ τὴν ἀμβροσίαν τῷ Διὶ πελειάδες τινὲς κομίζουσιν — τὰς Πλαγκτὰς ὑπερπετόμεναι μόλις καὶ χαλεπῶς. — V. 3. ἄντρῳ. De Jove in antro montis Idae nutrito omnia nota. Vide *Barth.* ad *Claudian.* in IV. Conſ. Honorii 197. p. 603. — Quae illa petra ſit, unde v. 5. aquila nectar afferre dicitur, equidem ignoro. Suſpicari poſſis ἐκ πηγῆς. Sed in hac fabulae obſcuritate omnis conjectura lubrica. — V. 6. πεπῶν ap. *Athen.* et

[redacted]

Urfin. Nec *Scaliger* quidquam mutavit, qui totum hoc fragmentum laudat ad *Manil.* L. I. p. 25. τοῦτο debetur *Camerario.* — V. 7. τὸ καὶ legit *Eustath.* et per διὸ interpretatur. — νικήσας. Jovi victoriam de Titanibus portenderat aquila, secundum ea, quae *Hygin.* Poët. Astron. XVI. ex *Aglaosthene* narrat, qui Naxica scripsit: *Jovem Cretae surreptum, Naxum delatum et ibi esse nutritum: qui postquam pervenerit ad virilem aetatem, et voluerit bello lacessere Titanas, sacrificanti ei aquilam auspicatam: quo auspicio usum esse, et eam inter astra collocasse.* — ¶. 203.] V. 9. Ζεὺς τρέφων κτλ. *Eustath.*

MENANDRI EPIGRAMMA.

Cod. Vat. p. 218. Anthol. Plan. p. 197. St. 287. W.

[redacted]

ANTHOLOGIA GRAECA.

TOM. VII.

C O M M E N T A R I U S.

VOLUMINIS PRIMI PARS POSTERIOR.

[redacted]

Urfin. Nec *Scaliger* quidquam mutavit, qui totum hoc fragmentum laudat ad *Manil.* L. I. p. 25. νεύω debetur *Camerario.* — V. 7. τὸ καὶ legit *Eustath.* et per διὰ interpretatur. — νικέας. Jovi victoriam de Titanibus portenderat aquila, secundum ea, quae *Hygin.* Poët. Astron. XVI. ex *Aglaosthene* narrat, qui Naxica scripsit: *Jovem Cretae surreptum, Naxum delatum et ibi esse nutritum: qui postquam pervenerit ad virilem aetatem, et voluerit bello lacessere Titanas, sacrificanti ei aquilam auspicatam: quo auspicio usum esse, et eam inter astra collocasse.* — ¶. 203.] V. 9. Ζεὺς τελέσαι κτλ. *Eustath.*

MENANDRI EPIGRAMMA.

[redacted]

ANTHOLOGIA GRAECA.

TOM. VII.

COMMENTARIUS.

VOLUMINIS PRIMI PARS POSTERIOR.

FRIDERICI JACOBS
ANIMADVERSIONES
IN
EPIGRAMMATA ANTHOLOGIAE GRAECAE

SECUNDUM ORDINEM ANALECTORUM

BRUNCKII.

VOLUMINIS PRIMI

PARS POSTERIOR.

LIPSIAE

IN BIBLIOPOLIO DYCKIO

MDCCXCVIII.



SIMMIAE FRAGMENTA.

¶. 204. *I.* In Planud. p. 379. St. 517. W. Σαμμίου inscribitur. Cod. Vat. p. 162. Σιμμίου γραμματικοῦ. Prius distichon laudat *Suidas* v. ἴξαλος. „ἴξαλος αἶξ est ibex seu caper montanus. Gallis *Bouquetin*. Germanis *Steinbock*; de quo operae pretium est „legere, quae congessit *S. Bochart* in Hieroz. L. III. 23. „Pandari arcus ap. Homer. Il. δ. 105. ex ibicis corni„bus fabricatus, quem male mulierum eruditissima *une* „*chevre sauvage* vertit. Nam de mare poëta loquitur, „et notum est, in hoc genere feminis cornua esse ad„modum exigua. Editi libri et *Suid.*: ἀγραύλοιο διὰ „τριχός, quod *Reiskius* in δασύτριχος mutavit.“ *Brunck.* διάτριχος habet Vat. Memoratu dignus est locus *Philostrati* Icon. I. 10. p. 778. Amphionis lyram describentis: τὸ μὲν γὰρ κέρας αἰγὸς ἰξάλου ποιηταί φασι· χρῆται δὲ αὐτῷ ὁ μὲν μουσικὸς εἰς τὴν λύραν, ὁ δὲ τοξότης ἐς τὰ οἰκεῖα. μέλανα καὶ πριονωτὰ ὁρᾷς τὰ κέρατα. — V. 2. *Suidas* δυσὶν ἐπὶ χώροις, quod *Kusterus* praeferendum censet vulgari scripturae δοιὼ ἐπὶ χλωροῖς. In Vat. est δοιὸν, quod *Brunck.* in δισσὸν mutavit. κέρας subaudiendum. *Schol.* in marg. Wechel.: στέφουσι γὰρ τὰ ποίμνια ποιμένες. *Longus* L. II. p. 52. 13. οἱ τράγοι μὲν οἱ τοῦ Δάφνιδος καὶ αἱ αἶγες κιττὸν ἐν τοῖς κέρασι κορυμβοφόρον εἶχον. At, si de *ibice* poëta egit, hoc vix locum habuit. Fortasse aliquid latet, quod nunc non expedio. — V. 4. ἕλκος Cod. Vat. In marg. γρ. ἔνδον. Utrumque male. Sincera lectio est in Planud. cujus veteres editt., Ascensiana excepta, κρατερὰ legunt.

[redacted]

II. Sine auctoris nomine legitur ap. *Diog. Laërt.* III. 43. p. 189. et in Planud. p. 191. St. 278. W. *Simmiae* tribuit Cod. Vat. p. 216. gentili non addito. Simmiae Thebani, Socratis discipuli, esse censet *Brunckius.* Probabilis conjectura. Cum tamen certa indicia desint, in Lips. editione nihil novare volui. — V. 2. δῖος *Diog.* θεῖος Plan. et Vat. Scriptum est hoc carmen in Platonem, cui prius nomen Aristocli fuit. Ap. *Diogen.* exstat: ἐνθάδε δὴ κεῖται θ. Ἀ. — V. 3. Si quis unquam sapientiae famam consecutus est, hic fuit. Color est, ut ap. *Pindarum* Ol. α. 85. εἰ δὲ δή τιν' ἄνδρα θνατὸν Ὀλύμπου σκοποὶ ἐτίμα- σαν, ἦν Τάνταλος οὗτος. *Diogen.* τοῦτον ἔχει πλεῖστον. *Planud.* οὗτος ἔχει πουλύν. Ex utraque lectione suam conflavit *Brunckius.* — Tum Planud.: καὶ φθόνον οὐ φέρεται. Sic quoque Vat. *Invidiam gloria superavit.* *Sallust.* B. Jug. c. X. *Quod difficillimum inter*

[redacted]

τας, εἶτα τὸ πανύστατον προφέρεσθαι καὶ ἀναλόγως ἄνωθεν τὸ δεύτερον. καὶ οὕτος ὁ τρόπος, ἕως ἂν ἐπὶ τὸ βραχύτατον ἀφίκῃ.

Ὁ δὲ λόγος· λέγει μὲν ὁ Ἔρως· ὁ δὲ νοῦς ἅπας οὕτως ἔχει· ὁρᾷς με τὸν γῆς τε ἄνακτα καὶ τὸν οὐρανὸν ἄλλῃ ἱδρύσαντα· μηδὲν φροντίσῃς, εἰ τηλόκοσδε (l. τηλικόσδε) ὢν τελείων ἔργα ποιῶ, ἢ εἰ τελειότατός εἰμι· τότε γὰρ ἐγενόμην, ὅτε ἡ Ἀνάγκη ἦρχεν καὶ πάντα ὑπῆκεν (ὑπεῖκε) ταῖς τῆς γῆς γνώμαις, ὅσα ἕρπει δι' ἀέρος καὶ αἴθερος· οὐκ εἰμὶ δὲ ὁ Ἀφροδίτας υἱός· καλοῦμαι δὲ Ἔρως (l. ἀέριος) καὶ οὐδὲν δὲ (f. δυνάμει sive βίᾳ, ut est ap. Callierg.) ἔπραξα· τὰ πάντα δέ μοι πείθονται· ὑπεῖξαν δέ μοι οἱ γῆς τε καὶ θαλάσσης μυχοὶ καὶ ὁ οὐρανός, ὧν ἐγὼ τὸ ἀρχαῖον ἀφειλόμην σκῆπτρον καὶ ἐδίκαζον θεοῖς.

Ἔχει δὲ νοῦν, κἂν ἀπὸ τοῦ πρώτου ἐπὶ τὸ ἔσχατον ἔρχῃ, ὡς προείρηται. Ἀκμονίδαν δὲ τὸν οὐρανόν· Ἡσίοδος· γαῖα μὲν ἄκμονα ἔτικτεν· ἀπὸ δ' ἄκμονος οὐρανός. His lectis commentarium in paucis desiderabis. Versus sunt choriambici in amphibrachyn vel bacchium desinentes. Decrescunt [redacted]

depuli et illa ſede deturbavi, quam obtinebat, cum Terrae imperaret et dominaretur, meque in ejus locum intuli et aliam eum ſedem quaerere coëgi. Ἀκμονίδης. ὁ Χάρων καὶ ὁ Οὐρανὸς, Ἄκμονος γὰρ παῖς. *Heſych.* Idem: Ἄκμων. ἀπαθής. Κρόνος. Οὐρανός. Conf. inprimis *Callimachi* Fr. CXLVII. et *Schellenberg.* ad *Antimachi* Reliq. p. 73. Eadem fere de Amore praedicat *Orpheus* Hymn. LVII. 4. πάντων κληῖδας ἔχοντα Αἰθέρος οὐρανίου, πόντου, χθονὸς — Ἠδ' ὅσα Τάρταρος εὐρὺς ἔχει πόντος θ' ἁλίδουπος. — V. 2. *Ne mireris genas meas, quamvis pueri, denſa barba obductas eſſe.* Amor barbatus, quia omnium deorum antiquiſſimus. Apud *Lucianum* D. D. II. 1. Tom. II. p. 4. ed. Bip. cum Amor apud Jovem excuſaſſet imperitiam ſuam atque infantiam, ille, σὺ παιδίον, ὦ Ἔρως, ait, ὃς ἀρχαιότερος εἶ πολὺ τοῦ Ἰαπετοῦ; ἢ διότι μὴ πώγωνα, μηδὲ πολιὰς ἔφυσας, διὰ ταῦτα καὶ βρέφος ἀξιοῖς νομίζεσθαι, γέρων καὶ πανοῦργος ὤν; Hic verſus in edit. *Calliergi* ſic legitur: μ. τρ. εἰ τόσσος ὢν δάσκια βεβριθότα λαγνὰ γένεια. Haec ad veram lectionem ducebant, quam obſcuraverunt poſteriores, qui exhibent δάσκια καὶ λάχνα φέρω γένεια. *Scaliger* in Anthol. Lat. Burmanni Tom. I. p. 38. τυσὸν conjicit, dorice pro τυτθός. In Cod. Vat. βεβριθότα λαγνᾷ γ. Et metro et ſenſui ſatisfacit emendatio *Salmaſii*, quam *Brunckius* exhibuit. — V. 3. *Antiquiſſimus enim ſum; quippe qui in lucem ſum editus, cum omnia Neceſſitatis legibus parebant.* *Plato* in Tim. p. 48. A. μεμιγμένη γὰρ οὖν ἡ τοῦδε τοῦ κόσμου γένεσις, ἐξ ἀνάγκης τε καὶ νοῦ συστάσεως ἐγεννήθη. ἔκραιν' eſt ex *Salmaſii* correctione. Vulgo enim ἔκριν', quod etiam in Vat. membranis eſt. — V. 4. Haec quoque ad generis vetuſtatem ſignificandam faciunt. Ante Uranum Tellus omnibus animantibus imperabat, triſti imperio, quippe quod, ante Amorem natum, nullo ſuavitatis condimento temperabatur. Hic verſus depravatiſſimus ap. *Calliergum*: πάντα δ' ἐκτάσει καὶ φρυδαῖσι λυγραῖς. Cod. Vat.: ἐκτάσει καὶ φρυδῆσι λ.

[redacted]

Editi ante *Salmasium:* πάντα δ' ὑπείκουσι φρένεσσι λυγραῖς, qua lectione et ipsa verae scripturae vestigia obliterata sunt. Unice verum est, quod *Salmasius* ex Scholiaste elicuit: καὶ πάντα ὑπῆκεν (ὑπεῖκεν) ταῖς τῆς γῆς γνώμαις. Fortasse φραδαὶ λυγραὶ ad oracula quoque Telluris referendae sunt. Cf. *Hesiodum* Theog. 463. et 626. — V. 5. πάντα ὅσα Cod. Vat. loco pr. πάνθ' ὅσα ἕρπει loco sec. ἑρπετὰ animalia cujuscunque tandem generis. Vide *Intpp.* ad *Callimachi* Fragm. CCXXVIII. ἕρπειν est *versari, incedere*, docente *Valckenario* ad Adoniaz. p. 400. A. sed non apud Dorienses tantum, ut contendit idem ad Hippol p. 227. — V. 8. Veneris filium se esse negat, ut a vulgari Amore distinguatur. Quae sequuntur, *Salmasius* minus recte exposuit, qui etiam verba ὠκυπέτας ἀέριος pro significatione vulgaris Amoris habet, qui incerto vagoque impetu modo ad hos, modo ad illos feratur. Restituenda potius Codicis lectio ὠκυπέτας δ' ἀέρ.

[redacted]

πραΰνω δὲ πειθοῖ. Aliae editt. οὔτε γὰρ ἔκρινα βιάζειν παράγω δὲ πειθοῖ. Vat. Cod. ſic habet, ut *Calliergus*, cujus Scholiaſtes hoc loco plenior. Schol. Cod. Vat. haec ſic interpretatur: καὶ οὐδὲν ἔπραξα βίᾳ, ἀλλὰ τὰ πάντα πραΰνω πειθοῖ. Hinc lux affulſit obſcuratis verbis. *Salmaſ.* edidit ἔκρηνα βίαφι, ſed poſtea veriorem putavit conjecturam, quam *Brunckius* in contextum recepit. πᾶν uterque Scholiaſtes agnoſcit. — V. 11. *Callierg.* εἴκει τ' ἐμοί, et in exitu verſus χάλκεος non habet. Aliae editt.: γαῖα, θαλάσσας τε μυχοὶ, οὐρανίων πᾶς τε θεὸς μοι εἴκει, antiqua ſcriptura penitus obliterata. In Cod. Vat. hic verſus bis legitur:

εἶκε δέ μοι γαῖα θαλάσσας τε μυχὸς οὐρανὸς τε.

ἄλλως·

εἴκει δέ μοι γᾶς τε μυχοὶ χάλκεος οὐρανός τε.

Ex duobus his verſibus, mutilis ac corruptis, unum conflavit *Salmaſius.* Idem praeterea tentavit εἶξε δέ μοι, ſive εἶξαν ἐμοί, propter Scholia: ὑπεῖξαν δέ μοι οἱ γῆς τε καὶ θαλάσσας μυχοὶ καὶ ὁ οὐρανός. Hinc ille probabiliter conjecit, Scholiaſten legiſſe: εἶξαν ἐμοὶ γᾶς τε θαλάσσας τε μυχοὶ, χάλκεος οὐρανός τε, ſenſu nihil diverſo. — V. 12. *Calliergus:* τῶνδ' ἐγὼν ἐκνοσφισάμην ὠ. σ. κραιῦνδες θ. θ. Vulgo fere item, niſi quod in fine verſus emendatum eſt: ἐκράηνά τε σφιν θέμιστας. In Cod. Vat. ἔκραινεν δὲ θεοῖς θ. Priorem verſus partem emendavit *Salmaſius*, ſenſu et metro poſtulante. τῶν pronominis relativi vice fungitur. Amor ſe Telluri, Mari et Coelo ſceptrum, quod olim tenuerant, eripuiſſe ait. ἔκραινον ejusdem *Salmaſii* conjectura eſt.

O V U M.

¶. 207. et 208.] Legitur in Cod. Vat. p. 675. Βυσαντίνου Ῥοδίου ᾠὸν χελιδόνος. In fine: Ῥόδου Βυσαντίνου ῥοδίου ᾠὸν ἢ Δοσιάδα ἢ Σιμμίου, ἀμφότερα ῥόδια. Simmias

tribuit *Hephaest.* in Enchir. p. 65. ed. Parif. cujus verba, quia poëmatio noftro lucem affundunt, adfcribenda funt. ἀντιθετικὰ carmina Grammaticus effe ait, ὅσα κατὰ θέσιν μὲν γέγραπται, οὐ μέν τοι κατὰ τὴν αὐτὴν τάξιν παραβάλλεται ἀλλήλοις τὰ ἀντιστρέφοντα· ἀλλὰ τὸ πρῶτον ἀπὸ τοῦ τέλους τῷ πρώτῳ παραβάλλεται τῷ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς· καὶ τὸ δεύτερον ἀπὸ τέλους τῷ δευτέρῳ τῷ ἀπ' ἀρχῆς· τὸ δὲ τρίτον ἀπὸ τέλους τῷ τρίτῳ· καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν οὕτω. ταύτης δὲ τῆς ἰδέας ἐστὶ τὸ Ὠὸν τοῦ Σιμμίου καὶ ἄλλα παίγνια. Eadem repetit p. 68. ubi *Simmiae Rhodii* Ovum denuo laudat. Scholia, quae in Vat. Cod. reperiuntur, defcripta in apogr. Buheriano, *Brunckius* edidit in Lect. p. 40. Nos omnia dabimus ad codicis fidem. Statim poft titulum leguntur haec: Παραινεῖ ὁ ποιητὴς τὸν ἀκροατὴν λαβεῖν τῆς (Cod. τις) δωρίδος ἀηδόνος τὸ ὠὸν, μετὰ πολλῆς προθυμίας· ἡδεῖα γάρ ἐστιν ἡ φωνὴ τῆς δωρίδος ἀηδόνος· τοῦτο δὲ ὠὸν ὁ μεγαλοφω- [redacted]

Jos. Scaliger, qui in vulgata impressione omnia corrupta esse censebat, et ea, e quibus vix ullum sensum elicere possis. Summi hujus viri conjecturas repetere supervacaneum est. Indicabimus igitur vulgatam lectionem cum Codicis Vat. variantibus, et praesertim ea, quae *Salmasius* ad hoc carmen illustrandum attulit, breviter enotabimus. Allegoricum est carmen, quaeque in eo de Ovo dicuntur, de ipso carmine, in Ovi formam composito, accipienda sunt. ἄτριον Δωρίας ἀηδόνος ipsius poëtae opus est. Poëtas ἀηδόνας appellari, docuimus, ad Epigr. *Nossidis* XII. nec non ipsa carmina *luscinias*; vide not. ad *Callim.* Ep. XLVII. Doricam se lusciniam vocat, quia Rhodius est, ut Schol. recte monuit. Argumentum *Salmasius* in hunc modum concinnavit: Invitat lectorem *Simmias* ad ovum istud suum, ingenii sui foetum, benevole excipiendum: *Accipe*, inquit, *hoc ovum, Doricae lusciniae foetum. Lubenter autem et prompto animo suscipe. Nam matre pura et dulciloqua editum est. Mercurius autem deorum nuncius*, hoc est λόγος προφορικὸς, *illud apprehendit, et in hominum genus edidit, matris alis surreptum, quibus fovebatur.* His verbis nihil aliud nisi editio hujus opusculi a poëta adornata significatur. *Jussit autem Mercurius istud ovum a monometro incipiens, usque ad decimum versum semper crescendo procedere.* Deinde poëta Mercurii motum et pedum supplosionem in percutiendis istis metris comparat hinnuleorum citatis gressibus, qui matris vestigia sequuntur, et illius desiderio interim vagientes lupum aut leonem ex latibulis suis excitant; eodem plane modo Mercurium in istius carminis metris, multiplicibus quidem illis, fingendis et citato pede ad numerum feriendis esse versatum. Haec fere *Salmasius*, quae nos nonnihil contraximus. Jam videamus singula, eum versuum ordinem sequentes, quem sensus postulat, quique p. 208. conspicitur. — V. 2. editt. veter. ἄγριον, ἄγριος et ἀγρίου.

[redacted]

Vat. Cod. ἄτριον. *contextum Doricae matris opus.* Carmina texere et contexere dicuntur poëtae. *Antip. Sidon.* Ep. LXX. ἀοιδᾷ Ἄφθιτα νηεαμένῳ ὕμν' Ἑλικωνιάσι. ubi vid. not. — V. 5. Vulgo τί τόδ' ὠόν. In Cod. est τῆ τόδ' —. *En tibi novum hoc ovum.* *Leonid. Tar.* Ep. XXIX. 11. καὶ λεγέτω· τῆ τοῦθ', Ἡράκλεες. *Salmaſ.* τόδ' mutavit in τοῦτο, ut hic verſus reſponderet antithetico. In ὠόν prior ſyllaba corripitur propter ſequentem vocalem, cujus licentiae exempla vide ap. *Salmaſ.* p. 167. — V. 7. Vulgo δὴ ἁγνὰ Λιγειά μιν κ' ἀμφὶ ματρὸς ὠδίς. In ed. Criſpini: ἀμφιμάτριος. In Cod. Vat. δεῖ γὰρ ἁγνὰ Λ. μ. καμφιματρος ὠ. Haec ex ingenio emendavit *Salmaſ.* ut verſus evaderet jambicus trimeter catalecticus. Senſum ſic explicat: *nam purae et dulciloquae matris partu editum eſt.* Mihi haec nondum perſanata videntur. — V. 9. In Commelin. Ἑρμῆς ἐκιζε κ. In ed. Criſp. ἐκίκιζε. Codex

[redacted]

Cod. e quo reliqua emendata ſunt, in fine verſus habet: κοσμ°ι νέμοντο ῥυθμῷ. quod *Salmaſius* mutavit in κόσμον νέμοντι ῥ. Eidem noſtra quoque lectio debetur. Vide tamen, an melior evadat ſenſus, ſi legas:

— — κομεῖν τε πάντα ῥυθμῷ.

et omnia rhythmo exornare, juſſit ſcil., ἄνωγε. — V. 13. Edit. Criſp. θοῶς δ' ὕπερθεν ὠκὺ λέχριον φ. ν. ποδῶν πίασκε. In Cod. Vat. θοῶς δ' ὕπερθ' ὠκὺ λέχριον φέρω νεῦμα πολλῶ πίφαυσκε. Ad veram lectionem duxit Scholion: τόδε λέχριον φέρων νεῦμα ποδῶν σποράδων, ὅτι πλάγιον τὸ μέτρον καὶ οὐκ ὀρθὸν, ἀλλὰ κατὰ μικρὸν αὐξανόμενον. Hinc orta *Salmaſii* emendatio, quam *Brunckius* expreſſit. Idem et aliam propoſuit, ut ſervato ὠκὺ legeretur:

θοῶς δ' ὕπερθ' ὠκὺ λέχριον νεῦμα ποδῶν σποράδων πίφαυσκε.

Fateor, mihi ſenſum hujus verſus non ſatis planum videri; nec *Salmaſius* eum diſerte explicuit, cujus haec ſunt: „νεῦμα hoc loco non ἀπὸ τοῦ νεύειν, ſed a νέω vel νέομαι, „quod eſt vado et incedo. λέχριον νεῦμα ποδῶν σποράδων „Mercurii, hoc eſt λόγου, dixit propter varietatem et in„aequalitatem pedum et metrorum, quibus hoc poëma „contextum eſt. σποράδας autem πόδας dixit, ut Euripides „δρομάδα κῶλον in Helena, et μανιάδας λυσσήματα in Oreſte. „Sic Claudianus *victrici ſolo* dixit, et Julianus Ante„ceſſor *victricem calculum.* Sic Γάλλοι δρομάδες in quodam „Galliambico ap. Hephaeſtionem: Γάλλοι μητρὸς ὀρείης „φιλόθυρσοι δρομάδες.“ — V. 14. In hoc verſu nihil diſcrepat vulgata ſcriptura. Cod. a pr. man. ἴχνη et θένω. In fine verſ. αὐδήν. Mercurium poëta fingit pedibus rhythmi poëtici rationem, verſuum menſuram et modum, indicantem. Πιερίδων αὐδὰ ipſa ſunt carminis verba. παναίολον μονόδουπον *Salmaſ.* interpretatur de metrorum varietate a monometris incipientium. Haud ſcio, an legere praeſtet: — μελίδουπον αὐδὰν, *vocem ſuaviter ſonan-*

[redacted]

Vat. Cod. ἄτριον. *contextum Doricae matris opus.* Carmina texere et contexere dicuntur poëtae. *Antip. Sidon.* Ep. LXX. ἀοιδᾶ Ἄφθιτα νησαμένῳ δὴρ' Ἑλικωνιάσι. ubi vid. not. — V. 5. Vulgo τί τόδ' ὠόν. In Cod. eſt τῆ τόδ' —. *En tibi novum hoc ovum.* *Leonid. Tar.* Ep. XXIX. 11. καὶ λεγέτω· τῆ τοῦθ', Ἡράκλεες. *Salmaſ.* τόδ' mutavit in τοῦτο, ut hic verſus reſponderet antithetico. In ὠὸν prior ſyllaba corripitur propter ſequentem vocalem, cujus licentiae exempla vide ap. *Salmaſ.* p. 167. — V. 7. Vulgo δὴ ἁγνὰ Λιγειά μιν κ' ἀμφὶ ματρὸς ὠδὶς. In ed. Criſpini: ἀμφιμάτριος. In Cod. Vat. δεῖ γὰρ ἁγνὰ Λ. μ. καμφιματρος ὠ. Haec ex ingenio emendavit *Salmaſ.* ut verſus evaderet jambicus trimeter catalecticus. Senſum ſic explicat: *nam purae et dulciloquae matris partu editum eſt.* Mihi haec nondum perſanata videntur. — V. 9. In Commelin. Ἑρμᾶς ἔλκιζε κ. In ed. Criſp. ἀείκιζε. Codex Ἑρμᾶ, ἐκ ξε Quod *Salmaſius* perperam mutavit, notante

[redacted]

Cod. e quo reliqua emendata sunt, in fine versus habet: κοσμ⁰ι νέμοντο ῥυθμῷ. quod *Salmasius* mutavit in κόσμον νέμοντι ῥ. Eidem nostra quoque lectio debetur. Vide tamen, an melior evadat sensus, si legas:

— — κοσμεῖν τε πάντα ῥυθμῷ.

et omnia rhythmo exornare, jussit scil., ἄνωγε. — V. 13. Edit. Crisp. θοῶς δ' ὕπερθεν ἀπὸ λέχριον φ. ν. ποδῶν πίφαυσκε. In Cod. Vat. θοῶς δ' ὕπερθ' ἀπὸ λέχριον φέρω νεῦμα πολλῶ πίφαυσκε. Ad veram lectionem duxit Scholion: τόδε λέχριον φέρων νεῦμα ποδῶν σποράδων, ὅτι πλάγιον τὸ μέτρον καὶ οὐκ ὀρθὸν, ἀλλὰ κατὰ μικρὸν αὐξανόμενον. Hinc orta *Salmasii* emendatio, quam *Brunckius* expressit. Idem et aliam proposuit, ut servato ἀπὸ legeretur:

θοῶς δ' ὕπερθ' ἀπὸ λέχριον νεῦμα ποδῶν σποράδων πίφαυσκε.

Fateor, mihi sensum hujus versus non satis planum videri; nec *Salmasius* eum diserte explicuit, cujus haec sunt: „νεῦμα hoc loco non ἀπὸ τοῦ νεύειν, sed a νέω vel νέομαι, „quod est vado et incedo. λέχριον νεῦμα ποδῶν σποράδων „Mercurii, hoc est λόγου, dixit propter varietatem et in„aequalitatem pedum et metrorum, quibus hoc poëma „contextum est. σποράδας autem πόδας dixit, ut Euripides „δρομάδα κῶλον in Helena, et μανιάδας λυσσήματα in Oreste. „Sic Claudianus *victrici solo* dixit, et Julianus Ante„cessor *victricem calculum*. Sic Γάλλοι δρομάδες in quodam „Galliambico ap. Hephaestionem: Γάλλαι μητρὸς ὀρείης „φιλόθυρσοι δρομάδες." — V. 14. In hoc versu nihil discrepat vulgata scriptura. Cod. a pr. man. ἴχνη et θένω. In fine vers. αὐδήν. Mercurium poëta fingit pedibus rhythmi poëtici rationem, versuum mensuram et modum, indicantem. Πιερίδων αὐδὰ ipsa sunt carminis verba. παναίολον μονόδουπον *Salmas.* interpretatur de metrorum varietate a monometris incipientium. Haud scio, an legere praestet: — μελίδουπον αὐδάν, *vocem suaviter sonan-*

[redacted]

τεται, five: *ὁμόδουπον*, ut ad similitudinem verfuum antitheticorum refpiciatur. Nam revera hoc carmen eſt *παναίολον*, *varii metri*; ſed in hac ipſa varietate hanc legem obſervavit poëta, ut primum verſum eodem metro metiretur, quo ultimum, ſecundum eodem, quo penultimum, et ſic porro; quo fit, ut hi verſus antithetici, 1. et 22. 2. et 21. 3. et 20. ſqq. *ὁμόδουποι* ſint ſive ſimiliter ſonantes et cadentes. — V. 15. Edit. Criſp. *θοαῖσί τ' αἰόλαις κῶλ' ἀλλὰ σὺν ὀρεσπόδων ἐ. τ.* et ſic edit. Commel. niſi quod ibi *ἀλλὰ σὺν* legitur. Noſtrum eſt ex Cod. Vat. qui hic egregie opem tulit. Mercurius metrum pedibus percutiens dicitur *κῶλα ἀλλάσσειν νεβρῶν*, greſſum cum hinnuleis permutare, hinnuleorum celeritatem exaequare. — V. 16. Edit. Criſp. *τάχ' ἀμβρότῳ ματρὸς φ. πόθῳ ῥόων α. μ. ἰ. μ.* Aliae *τόκ' ἀβρῶτι* et *τάδ' ἀμβρότι πόθῳ φίλας μ. ῥόωντ' — —*. Cod. Vat. *ταῖτ' ἀμβρότῳ*

[redacted]

δεξάμενα (δεξάμενος al.) πυκνότητα (al. πουκότητα). Codex Vat. ſic, ut *Brunckius* poſt *Salmaſium* edidit; niſi quod πουκότατον in fine habet. *Scholiaſtes:* πουκότατον· ἀντὶ τοῦ πυκνώτατον. Idem ad ἀμφίπαλτον· ἀμφίπαλτον δὲ αὐδὴν τὴν φωνὴν τὴν περὶ ἑαυτὴν παλλομένην καὶ ἠχοῦσαν. *Salmaſius* πυκνοτάτων corrigebat; deinde ſententiam mutans πουκωτάτων ſincerum eſſe pronuntiavit. Aeoles υ frequenter in ου permutant. Vide *Koen.* ad Gregor. p. 179. Fera in antri receſſu hinnuleorum balatum auribus accipit. — V. 20. Edit. Criſp. ῥίμφα περίκομψο (al. περίκοτον) ἐκλιπὼν δ. ε. μ. π. καιομένας (καιόμενος al.) β. ἰ. τ. Cod. Vat.

β. πετρόκοιτον ἐκλείπων, cetera, ut *Br.* habet. Fera ſpeluncam, ſaxeum cubile ſuum, celeriter linquit, maculoſae matris vagantem pullum interimere cupiens. Cum πετρόκοιτος comparandus *Sophoclis* Phil. 160. οἶκον ἀμφίθυρον πετρίνης κοίτης. — βαλίας de cervis. *Eurip.* Hecub. 90. βαλίαν ἔλαφον. Plura vide ap. *Arnald.* in Lect. Gr. p. 200. — V. 21. Edit. Criſp. καὶ τὰ δ' ὠκυβοα κοᾶν (ὠκοβοᾶς κοᾶν al.) μεθέπων ἄ. ὅγ' ἐκ λασίων ὀφιοβόλος (ὁ γηλασίων ὀφοβόλων al.) ἀ. ὀ. ἔσσυτ' ἀνάγκαις. Cod. Vat.: καὶ τὰ δ' ὦκα βοὰς ἀκοᾶν μεθέπων ἄφαρ ὅγε λασίων νιφοβόλων ἀνορέων ἔσσυτ' ἀνάγκαις. Hic ἀκοᾶν legi poſt βοάς; reticuit *Salmaſius*, quem in hoc verſu genuinam *Simmiae* manum aſſecutum eſſe, dubitare licet. Nihil tamen equidem tentaverim in loco tam lubrico. Exitus verſus bene ſe habet. λάσιον ἄγκος, *horrida et hirſuta convallis.* — V. 22. Edit. Criſp. ταῖς δὴ δαίμων κλυταῖσι (al. κλυταῖς) θεοῖσι ποσσὶ (al. ποσὶ) θοναῖσι πολύπλοκα μετῆι (μεθίει al.) μέτρα μολπαῖς. Cod. Vat. ταῖς δὴ δαίμων κλυταῖς ἴσα θεοῖς ποσὶ δονέων πολύπλοκα μεθίει μέτρα μολπαῖς. Verba ſecundum *Salmaſii* emendationem in hunc modum jungenda ſunt: ταῖς δὴ δαίμων ἶσα θέουσι ποσὶ δονέων μετίει τὰ πολύπλοκα μέτρα κλυτᾶς μολπᾶς. Mercurium in multiplicibus hujus carminis metris percutiendis cum hinnuleis contendiſſe ait. ποσὶ δονέων ad

illam metrorum percussionem refert *Salmasius*. πολύπλοκα, ex variis metrorum generibus commissa.

SECURIS.

℣. 209. et 210.] Legitur in Vatic. Cod. p. 671. Hoc quoque carmen *Hephaestio Simmiae* tribuit in Enchirid. p. 31. Interpretatus est praeter *Claudium Auberium Triuncurianum* p. 274. sqq. *Salmasius* p. 199. sqq. Plurimum lucis huic carmini accendunt Scholia Cod. Vat. quorum particulam dedit *Brunckius* ex *Salmasii* notis. Argumentum igitur Scholiastae in hunc modum legitur: Τὸν πέλεκυν τοῦτον Ἐπειὸς ἀνατίθησι τῇ Ἀθηνᾷ, ᾧ κατεσκεύασε τὸν δούρειον ἵππον. τὸ μέτρον δὲ χοριαμβικὸν ἀρξάμενον ἀπὸ καταληκτικοῦ ἑξαμέτρου, καταλῆγον δὲ εἰς μονόμετρον ἰαμβικόν· τὸ αὐτὸ δὲ μέτρον τῷ πτερυγίῳ, ἀλλὰ διαφέρει, καθ' [redacted]

βαθυπλούτους ἄνακτας ἐκ βάθρων ἔσεισεν Ἐπειός, ὃς οὐκ ἦν προμάχοις ἐναρίθμιος, ἀλλὰ ἀπὸ κρηνῶν καθαρὸν πόμα ἔφερε τοῖς Ἀχαιοῖς. νῦν δὲ ἐχώρησεν εἰς τὴν Ὁμήρου ποίησιν διὰ τὴν Ἀθηνᾶς χάριν. μακάριος οὖν, ὃν (ὃν om. Cod.) σὺ ἀπὸ ψυχῆς εἴδες, ἵλεως εἴδες. τῷ γὰρ τοιούτῳ καὶ εὐδαιμονία ἀεὶ παρακολουθεῖ. Ἀνδροθέα δὲ ἡ ἔπανδρος θεά. (Sic Vat. Brunckii Codd. ἐπ' ἀνδρὸς θεοῦ.) οἶμαι δέ, ὅτι διὰ τοῦ τοιούτου ὀνόματος τὴν παρθένον καὶ ἀνδρείαν ἐσήμανεν. Descripsimus hoc Scholion secundum emendationes *Brunckii*, notatis cum Cod. Vatic. tum Codicum, quibus *Brunckius* usus est, varietatibus.

V. 1. In Cod. Vat. κρατίστας μηδοσύνας legitur; sed supra scriptum κρατερᾶς δημοσύνας. Prius editi habent; etiam *Calliergi* edit. et *Hephaestio*, qui hunc versum laudat. κρατίστας metrum non fert, quod est choriambicum. In τίνων haesit *Salmasius*, qui τίων praetulit, quod in

ω
membranis esse ait. Sed ibi scriptum τίν, omisso ν finali, quod lineola plerumque exprimitur. Nec metro timendum, si τίνων servaveris. Passim enim hoc verbum reperitur priore correpta. Cf. *Clark.* ad Il. β. 43. — V. 2. ᾧ ποκα editi. τῷ ποτε Cod. *Scaliger* ὀππόκα conjiciebat. Sed metro consulendam erat. Dicitur Epeus securi, qua equum illum ligneum fabricavit, altas Trojae turres diruisse, poëta tribuente instrumento id, quod machinae, illa securi expolitae, tribuendum erat. In hac sententia *Scaligerum* offendisse, mirari subit. In fine versus κατέρειπεν vulgo. κατέρειψεν Cod. Vat. — V. 3.

N
Vulgo τᾶμος. Nostrum est in Cod. qui etiam κερι legit. Sic saltem apogr. nostrum. Sed fere suspicor, in mem-

H
branis esse κερι, i. e. κηρί, ut editi legunt. — Idem πυρίνῳ habet. Edit. Callierg. πυρόεντι. — V. 4. χρυσοβαφεῖς, quod vulgo deest cum metri detrimento, *Salmasius* ex membranis restituit, suspicatus tamen, olim fuisse:

[redacted]

χρυσοβαφῆ ἄνακτα. Bene fecit, quod huic conjecturae parum tribuit vir doctissimus. Licuit poëtae, ubi de uno agebat, plurali uti; nisi forte Priamum et Priami filios intelligi voluit. — V. 5. ἐναρίθμιος vulgo, quod metrum respuit. ἰσάριθμος Vat. Cod. Editi etiam ἐνὶ προμάχοισιν male legunt. — V. 6. Vulgo ἀλλ' ἀπὸ κρ. καθαρὸν νᾶμα κόμιζε (κόμιζε *Auber.*) δυσκλεής. Membranae doctam lectionem ἰθαρᾶν exhibent, καθαρὸν superscripto. *Hesych.* ἰθαραῖς. ταχείαις. ἱλαραῖς. καλαῖς. καθαραῖς. κούφαις. λευκαῖς. ταχείαις ubi interpp. nostrum locum excitaverunt. δυσκλής *Salmasius* metri causa scripsit. Quod ad sensum attinet, vide notata ad *Simonid.* Ep. CVII. 2. — V. 7. νῦν, nunc, equo fabricato, qui Trojae ruinam perfecit, ἔβα ἐς Ὁμ. κέλευθον, iter sibi fecit in Homeri carmina, quae ejus nomen nobilitaverunt. Ὁμήρειον κέλευθον recte Schol. τὴν Ὁμήρου ποίησιν interpretatur. Nota sunt Pin-

[redacted]

docuit. Priora tamen, quibus *Salmasius* utitur, argumenta vix quidquam efficiunt, cum, antiquarum editionum lectione neglecta, Commelinianae edit. lectiones impugnet. Recte vero idem animadvertit, πολύτροπα μέτρα desumtum esse ex *Simmiae* Ovo, ubi poëta se πολυπλόκοις μέτροις usum esse ait, idque recte, cum diversissima metrorum genera conjunxerit, cum contra in nostro carmine unum choriambicum metrum dominetur. Deinde docte notavit, Epeum, cum securim dedicaret, manubrium non sine causa idonea exemisse; quandoquidem, quae diis dedicabantur et appendebantur, ea moris erat parte sui mutilari, ne in hominum usum cederent. Confer *Aristophanis* Eqq. 847. et 858.

ASCLEPIADAE SAMII

ET ALIORUM EJUSDEM NOMINIS POETARUM EPIGRAMMATA.

¶. 211.] *I.* Cod. Vat. p. 547. ubi *Asclepiadae Adramytteno* tribuitur. Edidit *Klotz* ad *Tyrtaeum* p. 26. *Toup.* ad *Theocritum* T. II. p. 215. et hinc *Schneiderus* in Per. crit. p. 37. Scriptum in puerum, olim, dum aetate florebat, difficilem, nunc sero commodum. — V. 1. αἰτεῖς. Verbum proprium de meretricibus et pueris meritoriis. *Menander* ap. *Plutarch.* T. II. p. 19. A. meretriculam describens ἀδικοῦσαν, ἀποκλείουσαν, αἰτοῦσαν πυκνά. Plene *Strato* Ep. LIV. τὴν χεῖρα μοι κοίλην προςενήνοχας. ὡς ἀπόλωλα. Μισθὸν ἴσως αἰτεῖς. Nihil hac lectione verius, quam tamen tentare conatus est *Westonus* in Hermes. p. 80. sive ἐνθεῖς, sive αὐχεῖς legendum existimans, quod in apogr. Musgrav. ἀντεῖς reperisset. Ut hic prima lanugo, quae tempora genasque obumbrat, ὑπὸ κροτάφοισιν ἕρπειν dicitur, sic ap. *Xenophontem* in Sym-

pos. p. 515. 41. Critobulo παρὰ τὰ ὦτα ἄρτι ἴουλος καθέρπει. Ap. *Theocrit.* Eid. XV. 85. Adonis conspicitur — πρᾶτον ἴουλον ἀπὸ κροτάφων καταβάλλων. *Callimachus* in Hecale Fragm. XLIV. ἀρμοῖ που κἀκείνῳ ὑπέτρεχε λεπτὸς ἴουλος. Conf. *Straton.* Ep. IX. et quae in puerum formosum cecinit *Horat.* IV. Carm. X. — V. 3. εἶτα λέγεις. Repudiatus ab iis, quibus te offers, barbam tibi et pilos priore forma gratiores esse inepte simulas. Pro ἥδιον Codex ἥδειον. — κρείσσονας. Paroemiacum. Fontem locutionis *Schneiderus* indicavit ap. *Homerum* esse Od. ξ. 214. ubi Ulysses, se olim fortem et robore conspicuum fuisse, gloriatus, ἀλλ' ἔμπης, inquit, καλάμην γέ σ' ὀΐομαι εἰσορόωντα γιγνώσκειν —: quem versum laudavit *Aristoteles* Rhetor. III. 10. ὅταν γὰρ εἴπῃ τὸ γῆρας καλάμην, ἐποίησε μάθησιν καὶ γνῶσιν διὰ τοῦ γένους· ἄμφω γὰρ ἀπηνθηκότα. Ex *Asclepiade* fortasse profecit *Statyllius Flacc.* Ep. II. et *Strato* Ep.

[redacted]

„nat, aut cum *Salmasio* τείνοιτ' ἰοδόκος ἀργυρέη φ. Ego „vulgata lectione non offendor." Nulla profecto causa est, cur vulgata mutetur. Quid enim? minusne *Asclepiadae* licuit Amori *humeros argenteos* tribuere, quam *Pindaro Veneri argenteos pedes?* Pyth. Od. 9. 16. ὑπέδεκτο δ' ἀργυρόπεζ' Ἀφροδίτα. quem versum fortasse respexit *Eustath.* ad Il. α. p. 34. 51. — V. 3. Cod. φίλ' ἄγλαον. Hoc praeferebat *Schneiderus.* In apogr. Vinar. junctim φιλάγλαον, ex *Salmasii* emendatione, ni fallor. Hoc epitheton Mercurio palaestrae praesidi bene tribui, judicat *Brunckius.* — In fine corrigendum τέτευχε, ut Cod. habet.

IV. Cod. Vat. p. 108. Planud. p. 472. St. 614. W. Amatoris verba, qui corollas, lacrymis suis irrigatas, ad pueri januam appendit. — V. 1. ἐκλίδας de janua, cujus duo sunt ostia, alterum inferius, alterum superius, illustrat *Salmas.* in Plin. p. 651. B. C. Poëta coronam in superiori januae parte suspendisse putandus est, ut lacrymarum imber in pueri, per inferius ostium prodeuntis, caput destillet. — μὴ προπετῶς. neque temere et ante tempus folia concutite. — V. 3. „Mallem δάκρυσιν οὓς κατέβρεξα. quo modo vitatur hiatus et versus „fit concinnior." *Brunck.* *Tibullus* II. El. VI. 31. *illius dona sepulcro Et madefacta meis serta feram lacrymis.* Magis huc facit *Ovidius* Metam. XIV. 708. de Iphide: *Interdum madidas lacrymarum rore coronas Postibus intendit.* Ceterum Cod. ut in compositis solet, κατ' ἔβρεξα. — V. 4. αὐτὸν a manu rec. in αὐτὴν mutatum est. — V. 5. ἐμὸν ὑετόν. lacrymarum imbrem. *Catull.* LXVIII. 55: *Moesta neque assiduo tabescere lumina fletu Cessarent, tristique imbre madere genae.* *Ovid.* Trist. I. 3. 18. *Imbre per indignas usque cadente genas.* — V. 6. τἀμὰ δάκρυα πίῃ Planudeae editt. et duo codd. regii, quos *Brunckius* consuluit. Cod. Vat. τἀμὰ πίῃ δάκρυα. Justum verborum ordinem restituit *Dorvill.* in Vann. crit. p. 189. Cete-

rum in Cod. Vat. manus rec. κόρῃ correxit. Comparandus inprimis *Xenoph. Ephes.* I. 9. p. 15. ἀλλ' ἰδού, δάκρυα μὲν ὑποδέχου τἀμά, καὶ ἡ καλή σου κόμη πινέτω πόμα τὸ ἐρωτικόν, καὶ συμφύντες ἀλλήλοις ἀναμιγνύωμεν, καταβρέχωμεν δὲ καὶ τοὺς στεφάνους τοῖς παρ' ἀλλήλων δάκρυσιν, ἵν' ἡμῖν καὶ οὗτοι συνερῶσιν.

¶ 212.] *V.* Cod. Vat. p. 585. Hoc carmine, quod *Brunckius* primus edidisse videtur, si recte intelligo, poeta amoris inter Damidem quendam et puerum initia celebrat. Omnia in eo amore adhuc placida, nulla suspicio, nullus furor. Hinc est, quod Cupidinem, quem in Damidis domum ex matris sinu avolasse ait, pusillum et infantem fingat. Pueri fidem versu 3. et 4. significat. — V. 1. ἔτ' εὐθήρατος. propter id ipsum, quod parvus est, et minime malitiosus puer. Pro φιλεῖν, quod ex *Brunckii* ingenio profectum videtur, Cod. ὑψοῦ habet.

[redacted]

quem deperit, aetatem respiciens. Hunc sensum in carmine paulo obscuriore latere existimo; an recte existimem, judicent alii. — V. 1. τοξοφόρων οὐδάριος Codex. Cum in Lips. divisim scribatur οὐδ' αριος, *Reiskius* hoc pro ἀρήϊος sive ἄρειος putabat dictum. Optima est *Brunckii* emendatio οὐράγιος. — V. 2. pro ἐπιστρέφεται, quod, si recte memini, in apogr. Lips. habetur, Cod. legit ὑποτρέφεται. Scribendum puto:

παρὰ τὴν Κύπριν ἔτι τρέφεται.

adhuc in matris gremio nutritur. Appulejus Metam. X. p. 680. *Sed mulier illa, quamdiu primis elementis Cupido parvulus nutriebatur, imbecillis adhuc ejus viribus, silentio resistebat.* Mox junge φίλτρα κατὰ ψυχῆς 'Αντιγένους. Amorem, quamvis infantem, tamen jam incantamenta balbutire ait, quibus Antigenis animam defigat. δέλτον χρυσέην Codex, quod cur mutatum sit, ignoro. δέλτος *pugillares* esse videntur, quibus incantamenti formula inscripta fuit. *Pausanias* L. V. p. 449. miraculum in Lydia a Mago factum narrans, ἐπᾴδει, ait, βάρβαρα καὶ οὐδαμῶς συνετὰ Ἕλλησιν· ἐπᾴδει δὲ ἐπιλεγόμενος ἐκ βιβλίου. Quod τραυλίζοντα nobis Amorem fingit, in eo et infantiae et venustatis cujusdam significatio est. *Martialis* L. V. 35. de puella sex annorum, quam mire amabat: *Inter tam veteres ludat lasciva patronos, Et nomen blaeso garriat ore meum.* Cf. *Lucret.* IV. 1157. Alexandro Sophistae Herodes dono dabat δύο ἐκ Κολύτου παιδία ψελλιζόμενα, ἐπειδὴ ἤκουσεν αὐτὸν χαίροντα νέαις φωναῖς. *Philostrat.* Vit. Soph. L. II. p. 574. Alcibiadem τραυλίζοντα et hoc ipso linguae vitio Atheniensibus placentem, nemo ignorat. — Ceterum Cod. et Φιλοκράτεος et ψυχῇ legit. Unde emendatio manaverit, *Brunckius* non indicavit.

VII. Cod. Vat. p. 594. Prius distichon laudat *Salmas.* in Plin. p. 898. F. Cupidinem poëta laudat, qui Cleandrum et Eubiotum, ejusdem virtutis et venustatis

pueros, conjunxerit. Primi versiculi lectio incerta est. Cod. Vat. *εὗρεν ἔρωτι καλῷ μίξιν καλόν.* In apogr. Lips. *εὗρειν* (sic) *ἔρωτι καλῷ μίξις καλόν. Salmas.*: *ἔρως τι καλῷ μίξαι καλόν. Brunckii* lectio non satisfaciebat *Wyttenbachio* qui in Bibl. crit. I. Part. II. p. 35. *τι καλῷ μίξεν καλόν* tentavit. Quo sensu haec dicta sint, neminem fallit; quid legendum sit, mihi expeditum non videtur. Secundum *Platonem* in Conviv. p. 195. B. Amor *μετὰ νέων ἀεὶ ξύνεστί τε καὶ ἔστιν· ὁ γὰρ παλαιὸς λόγος εὖ ἔχει, ὡς ὅμοιον ὁμοίῳ ἀεὶ πελάζει.* quae in usum suum convertit *Aristaen.* I. Ep. X. p. 22. *Melanippides* ap. *Plutarchum* T. II. p. 758. C. Amor, ait, *γλυκὺ θέρος ἀνδρὸς ὑποσπείρων πραπίδων πόθον, τὰ ἥδιστα μίγνυσι τοῖς καλλίστοις.* In sequentibus poëta hoc videtur dicere, Cleandri et Eubioti non esse eam conjunctionem, qualis exsistat rebus pretiosis illis quidem, sed dissimilibus, nec ejusdem generis,

reet pretio ad smaragdos: viret pallidum: nihil jucundius aurum decet. Vide *Salmas.* p. 170. A. B. et 138. D. Haec efficiunt, ut mendum in hoc versu latere suspicer. Haesitabundus corrigo:

ὃ μήτ᾽ ἄνθει, μήτε γένει τ᾽ ἐν ἴσῳ.

Hoc admisso, poëta auro, quo smaragdus includitur, suum quidem splendorem concedens, utrique *eandem* lucem, *idem* genus esse negat. Idque recte. ἄνθος in coloribus frequens, de lapillis quoque usurpatur. Laudare suffecerit *Philostrat.* Vit. Apollon. III. 8. p. 100. λίθους, τὸ μὲν εἶδος ἀνθηρὰς, καὶ πάντα ἐπαυγαζούσας χρώματα. τε post γένει intendit, ut in καί τι. — V. 3. Cod. ἰβένῳ legit, quod manifeste vitiosum.

VIII. Cod. Vat. p. 575. Edidit *Klotz.* ad Tyrt. p. 111. *Schneider.* Per. crit. p. 119. Amoris se cruciatibus consumi poëta queritur; nec tamen Amores flocci facere, utrum vivat, an pereat. Posterius jucunda imagine adhibita significavit. Amores, pro delicatorum puerorum more, talis fingit ludere, et huic ludo unice intentos, minime curare, si qua ipsorum victima pereat. Amores talis ludentes habemus ap. *Philostrat.* Icon. p. 872. *Apollon. Rhod.* L. III. 115. sqq. *Lucian.* D. D. IV. 3. p. 211. *Schneiderus* propter verba ὡς τὸ πάρος, quae quo referrentur, non haberent, distichon, quod inter *Meleagri* carmina legitur nr. LXXIII. *Asclepiadae* tribuendum, idque huic carmini praefigendum existimabat. Non persuadet. Verba ὡς τὸ πάρος refero ad ἤν τι πάθω. *Me mortuo ludere pergetis, ut ante meum fecistis obitum.* — Ad v. 1. conf. *Propert.* II. 7. 79. *Sic igitur prima moriere aetate, Properti? Sed morere.* — V. 2. *Klotzius* ὦ ἔρωτες τί καλόν — edidit, veram tamen lectionem perspiciens.

IX. Mutilum et sine auctoris nomine in Planudea exstat p. 485; St. 629. W. Postremum distichon ex

codd. primus adjecit *Reisk.* in Not. poët. p. 198. In Cod Vat. legitur p. 576. Poeta animum suum tristitia dejectum erigere studet — V. 2. *οὔ σε μόνον.* Vulgaris consolandi formula, *Non tibi hoc soli,* ut *Cicero* ait Tusc. Quaest. III. 33. *Euripidi* imprimis usitata, cujus loca collegit *Valken.* in Diatr p. 179 B. C — V. 4. *τί ζῶν ἐν σποδιῇ τίθεσαι;* *cur vivus in cinere poneris?* i. e. cur tempus lacrymando consumens, vitae voluptatibus non magis frueris, quam qui vita defuncti sunt? — ¶. 213.] V. 5. *ζωρὸν πῶμα.* *Tibull.* III. 6. 62. *Tu, puer, i, liquidum fortius adde merum.* De *ζωροποτεῖν* vide *Casaub.* ad *Athen* p 423. ad *Theophrast.* Char. IV p. 54. — Verba *δάκτυλος ἀώς* ducta ex *Alcaeo*, cujus fragmentum servavit *Athen.* p. 481. *πίνωμεν· τί τὸν λύχνον ἀμμένομεν; Δάκτυλος ἀμέρα. καδδ' ἀνάειρε Κυλίχναις μεγάλαισι καὶ ποικίλαις.* Paroemiam, quam perperam interpretatur *Apostol.* VI.

ἱλαρόν. ἔνδικον. Similiter hanc vocem ex *Pausania* interpretatur *Eustath.* ad Od. p. 230. 16. — μετά τοι χρόνον. *Jam te premet nox fabulaeque Manes.* *Horat.* I. Carm. IV. 17.

X. Cod. Vat. p. 590. Primus edidit *Alberti* ad *Hesych.* v. ἤτασεν. *Reiske* in Notit. Poët. p. 198. *Schneiderus* in Peric. crit. p. 100. Crebra pocula intima pectoris arcana prodere et *operta recludere* (*Horat.* I. Epist. V. 16.) Nicagorae exemplo docet. — V. 1. οἶνος ἔρωτος ἔλεγχος. *In vino veritas.* *Theocrit.* Eid. XXIX. 1. — V. 2. in Cod. sic scribitur: ἤτησαν ἐν πολλαῖς Νικαγόρην πρόποσις. Hic *Guyetus*, sive potius *Salmasius*, correxisse dicitur αἱ πολλαὶ — προπόσεις. ἤτησαν in ἤτασαν mutatum *Alberti* illustrat ex *Hesychio*: Ἤτασεν. ἐβασάνιζεν. Ἐτάζεσθαι. κρίνεσθαι. βασανίζεσθαι. Et hoc fortasse verum. De vino *Horat.* III. Carm. 21. 13. *Tu lene tormentum ingenio admoves.* Non fieri tamen potest, quin elegans habeatur, et contextui fortasse accommodatior conjectura *Wyttenbachii* in Bibl. crit. T. I. P. II. p. 35.:

μήνυσαν αἱ πολλαὶ Νικαγόρην προπόσεις.

Comparandus inprimis *Antiphanes* ap. *Athen.* II. p. 38. B. C.:

κρύψαι, Φειδία,
ἅπαντα τἄλλά τις δύναιτ' ἄν, πλὴν δυοῖν,
οἶνόν τε πίνων, εἰς ἔρωτά τ' ἐμπεσών·
ἀμφότερα μηνύει γὰρ ἀπὸ τῶν βλεμμάτων
καὶ τῶν λόγων ταῦθ'· ὥστε τοὺς ἀρνουμένους
μάλιστα ταῦτα καταφανεῖς πολλοῖς ποιεῖ.

Horat. Epod. XI. 12. *Conviviorum et poenitet In queis amantem et languor et silentium Arguit et latere Petitus imo spiritus.* quae partim ducta videntur ex *Callimachi* Ep. XII. — Idem *Horatius* I. Carm. XIII. 6. *humor et in genas Furtim labitur, arguens, Quam lentis penitus macerer ignibus.* in quibus singula verba ex grae-

eo quodam poëta expressa videntur. *Aristaenet.* II. 17. p. 99. *ἔλεγχός ἐστι ταῦτα ψυχῆς ἐρώσης· κἀκείνη διὰ τοῦτο τὸ συμβὰν κατεμήνυσε πάθος.* Conf. *Rufin.* Ep. XX. — V. 3. Cod. *καὶ ἐνέσταξε κυτὶ κατηφές.* A nostra lectione nihil discrepabat *Alberti* apographum, ad *Salmasii* fortasse mentem emendatum. — V. 4. *οὐκ ἔμενε στέφανος.* *Callimach.* Ep. XII. 4. *τὰ δὲ ῥόδα φυλλοβολεῦντα τἀνδρὸς ἀπὸ κροτάφων πάντ' ἐχέοντο χαμαί.* ubi vide not. — Ceterum non praetermittendum est, *Schneiderum* ex *Nicogorae* nomine, quo utitur *Hedylus* Epigr. I., suspicari, hoc quoque carmen eidem fortasse poëtae tribuendum esse.

XI. Cod. Vat. p. 592. Edidit *Warton* ad Theocr. T. II. p. 66. Puellae verba esse videntur, quae se ab amante neglectam conqueritur. — V. 1. *ἐθλίβετο.* Duplicem explicationem patitur. Sive dicit, se olim saevam fuisse in Archeadem. *Hesych.* *θλίβειν — λέγεται καὶ*

γέντος, ἥδιον καὶ δριμύτερος. *Ovid.* Amor. II. 19. 8. *Nil ego, quod nullo tempore laedat, amo.* Anth. Lat. I. 96. p. 79. *Jurgia constat Amor, ut blandius urat amantes.* — In Cod. Vat. μελιχρῶς et ἀεὶ legitur. In fine versus *Warton* ἀνιηρὸς exhibet. — V. 4. ἥδειον Cod.

XII. Vat. Cod. p. 594. Primus edidit, sed corruptissime, ut in Cod. legitur, *Bernard.* ad Thom. Mag. p. 61. V. 1. ἐπίσταιτο σῶς. V. 2. ἔστω. V. 3. ἠδ' ὑπὲρ ὤ. Σὺν πετάσῳ. Quaedam apogr. ἐν πετάσῳ, alia αἱ π. legunt. *Brunckius* haec notavit: „In puellam cum adolescentibus ludentem et virilem indutam vestem. „Versu quarto alia apogr. σὺν πετάσῳ. Paulo intricatior „constructio corruptelae suspicionem movet. Ordo erit: „ἧς ἐν aut σὺν πετάσῳ οὔσης χλαμὺς ὑπὲρ ὤμων περιβεβλημένη „γυμνὸν μηρὸν ἔφαινε." Huic interpretationi speciem conciliaveris, comparando *Appulej.* Met. X. p. 737. *Adest luculentus puer nudus, nisi quod ephebica chlamyde sinistrum tegebat humerum.* ad quem locum Intpp. comparant *Mart. Capell.* de Nupt. Phil. p. 3. *Ac jam pubescentes genae seminudum eum incedere chlamydeque indutum parva invelatumque cetera, humerorum cacumen obnubere sine magno risu Cypridis non sinebant.* χλαμὺς et πέτασος, ut epheborum, passim simul commemorantur. Vide ad *Meleagr.* Ep. IX. Vereor tamen, ut sana sint verba, ἧς ὑπὲρ ὤμων, sive, ut in Cod. est, ἠδ' ὑπὲρ ὤμων, post quae fortasse pentameter cum hexametro periit. Suspicabar olim:

ἵμερον ἀστράπτουσα κατ' ὄμματος, ἡνίκ', ἐρώντων
ἐν θιάσῳ, γυμνὸν μηρὸν ἔφαινε χλαμύς.

Dorcion, cum, chlamyde induta, nudo femore, in amantium choro incedit, amorem ab oculis suis jaculari videtur. *Aristaenet.* I. Ep. I. Ἔρως ἐπαίδευσε τὴν ποθουμένην ἀποτοξεύειν ταῖς τῶν ὀμμάτων βολαῖς. Puellam mihi fingebam cum pueris aut cursu certantem aut in sylvis venantem;

curfores enim et venatores curta chlamyde induti effe folent. Cf. *Gratian.* Cyneg. 338. Eam amantium caterva comitatur, ut famofam illum puerum in tabula picta ap. *Philoftr.* L. I. Icon. XXVIII. p. 803. ἐρώντων ἐν θιάσῳ. ut ἁλίκων θιάσους *Eurip.* Iph. T. 1146. θιάσῳ τέρπομαι κούρων *Anacreon* XXXIX. 23. ubi vide *Fifcher.* p. 151. συνεργατίνης ἰχθυβόλων θίασος *Leonid. Tar.* XCI. 10. — Ne quid tamen diffimulem, non multum confido huic conjecturae propter caufas fupra commemoratas. ἐν πετάσῳ, fi verum eft, dictum, ut *in veftibus effe*, quam formulam illuftravit *Broukhuf.* ad *Propert.* IV. 2. 28.

XIII. Cod. Vat p. 594. Edidit et emendavit *Pierfon* ad Moer. p. 50. exque eo *Koen.* ad Gregor. de Dial. p. 73. Amores precatur poëta, ut aut quiefcere fe patiantur, aut graviffimis armis ipfum invadentes in cinerem convertant. — V. 1. Apogr. quo *Pierf.* utebatur,

palma meus. — V. 5. ἐνεσκληκὼς γὰρ ἀνίαις. Livor ap. *Lucian.* T. III. p. 132. ἐοικὼς τοῖς ἐκ νόσου μακρᾶς κατεσκληκόσι. *Alciphron* L. III. 19. p. 318. ἐγὼ δὲ ὑπὸ τῶν πόνων καὶ τῆς δικέλλης κατέσκληκα. Vide *T. Hemsterh.* ad Lucian. T. II. p. 539. ed. Bip. — V. 6. Depravatissime membranae: ἐξ ὑμέων τούτων εἶκετι β. ἔ. et sic apogr. Voss. Alia apogr. εἴσέτι. Quod *Brunckius* in contextu posuit, ex *Koenii* emendatione est, vera fortasse, certe ingeniosa. Mihi in mentem venit:

ὀξύτερον τούτων εἴ γ' ἔτι, βούλομ' ἔχειν.

Si quid habetis gravius et acerbius, nec hoc recuso. ὀξὺ de doloribus, qui intima penetrant. *Callimach.* H. in Dian. 21. ὀξείῃσιν ὑπ' ὠδίνεσσι γυναῖκες τειρόμεναι. *Pindar.* Nem. I. 81. ὀξείαις ἀνίαισι τυπείς. Idem Nem. XI. 63. ἀπροσίκτων δ' ἐρώτων ὀξύτεραι μανίαι. — Aliter hunc locum tentavit *Gisb. Wakefield* in Silv. crit. T. II. p. 156. ὢξ (i. e. ὃ ἐξ sive ὅ τι ἐξ) ὑμέων τούτοις ἔστ' ἔτι, β. ἔ. hoc sine dubio sensu, nam interpretationem non addidit vir doctissimus: *si quid praeterea habetis, hoc quoque habere volo.*

¶. 214.] *XIV.* Cod. Vat. p. 109. Edidit *Reiskius* in Misc. Lips. IX. p. 301. nr. 329. *Toup.* in Em. ad Suid. P. II. p. 191. Prius distichon excitavit *Suidas* v. Θεσμοφόρος. Meretricem poëta exspectat, quae ei noctem promiserat. Expressit hoc carmen *Paul. Silent.* Ep. XXVIII. — V. 1. ἡ 'πιβόητος Νικώ. *Aeschrio* T. I. p. 189. Ἐγὼ Φιλαινὶς, ἡ 'πίβωτος ἀνθρώποις. ubi vid. not. Nico meretrix, de qua in hoc Samii poëtae carmine agitur, fortasse est Νικὼ illa ἡ Σαμία, quam callidissimis meretricibus annumerat *Athen.* V. p. 220. F. — V. 3. φυλακή, monente *Reiskio*, prima est vigilia, quae ad mediam fere noctem extendebatur. Mendacem puellam ad mediam usque noctem exspectantem *somnus* denique *aufert* (*Horat.* I. Serm. V. 83.), quare lucernam, Veneris mini-

ſtram, (cf. *Meleagr.* Ep. CII. 5.) exſtingui jubet. Hoc ſenſu poetae verba mihi quidem accipienda videntur.

XV. Cod. Vat. p. 109. Edidit *Reiske* in Miſc. Lipſ. nr. 330. p. 302. Scriptum in Nicaretam, Cleophontis, quem crebro de feneſtra viderat, amore irretitam. Longe diverſo ſenſu accepit *Reiskius*, cui vitioſa lectio verſ. 3. Κλεοφῶντα tenebras objiciebat. Idem v. 1. βεβλημένον edidit, quae eſt membranarum lectio, optime ſive a *Brunckio*, ſive a *Salmaſio* emendata. πρόσωπον Πόθοις μεμελημένον venuſtatem ſignificat oris, ubi Cupidines Amoresque verſantur. *Tymn.* Ep. II. Εἴρυσον ὦ Χάρισιν μεμελημένον, ubi notata vide. — V. 2. Cod. ὑψολόφων habet; ſuperſcriptum ὑψηλῶν. Feneſtrae in ſuperiore parte aedium deſcribuntur. Ad feneſtram ſtare meretricum erat. Vide *Winkelm* Hiſt. Art. p. 121. Hinc lucem lucrantur verſus *Praxillae* ap. Hephaeſt. p. 24.:

a *Brunckio* factae caussam satis gravem non video. De πιθανὸς vide *Ruhnken.* ad Hermes. Eleg. 96. p. 299. — σὺν ἔπαιζον. Cod. Vat. ἐχοίση *Ruhnk.* — V. 2. ζώνιον ἐξ ἀνθέων ποικίλον. Non tam zona ex floribus contexta, quam variis floridisque coloribus ornata fuisse videtur. Vestes coloriae, quibus meretrices utebantur, ἀνθιναὶ appellari solent. Cf. *Salmas.* ad Scr. Hist. Aug. T. II. p. 559. Apud *Platonem* de Rep. L. VIII. p. 557. C. ubi urbem civibus cujuslibet generis habitatam pulcherrimam videri ait, ὥσπερ ἱμάτιον ποικίλον, πᾶσιν ἄνθεσιν πεποικιλμένον, sive adjectivum ποικίλον, sive πεποικιλμένον inducendum videtur. Zonae auro variatae frequenter commemorantur. Loca collegit *Wetsten.* ad N. T. I. p. 257. sq. Literatam zonam qui meminerit, novi neminem. Monile hujus generis describitur ap. *Aristaen.* I. 1. p. 3. περίκειται λιθοκόλλητον περιδέῤῥαιον, ἐν ᾧ τοὔνομα γέγραπται τῆς καλῆς· γράμματα δ' ἐστὶ τῶν λιθιδίων θέσις. — V. 3. δι' ὅλου. *Ruhnk.* et *Reisk.*

XVII. Cod. Vat. p. 110. Edidit *Pierson.* in Verisim. p. 145. *Reisk.* in Misc. Lips. Tom. IX. p. 305. nr. 335. Vulnere, quod Philaenion meretrix ipsi inflixerit, perire se ait. Pro ἔτρωσε, quod est in Cod. nonnulla apogr. ἔστρωσε legunt, quod tamen emendavit *Pierson.* et *Bervard.* in Epist. ad Reisk. p. 492. — εἰ δέ. Si vulnus parvum est et invisibile, dolor tamen usque ad unguiculos penetravit. Nulla in amorem remedia valere docens *Propertius* II. 1. 75. *Quippe*, ait, *ubi nec caussas, nec apertos cernimus ictus, Unde tamen veniant tot mala, caeca via est.* — δύεται εἰς ὄνυχα. Similiter *ex unguiculis perpruriscere* dixit *Appul.* Met. X. p. 720. quod ductum ex *Plauti* Sticho V. 5. 20. — V. 3. δι' οἴχομαι Cod. quod apogr. quaedam in δὴ οἴχ. corruperunt. Vociferatio, ut Amoris, apis stimulo vulnerati, ap. *Anacr.* XL. 8. ὄλωλα, μᾶτερ, εἶπεν, Ὄλωλα κἀποθνήσκω. Ὄφις μ' ἔτυψε μικρός. — Sequentia an quisquam intellexerit, dubito.

Reiskius quidem vertit: *Incidi in meretricem somnolentus aut potius attigi regnum Plutonis.* Quae quomodo cum superioribus quadrent, equidem non perspicio. νυστάζειν non solum est dormire, sed etiam connivere, conniventibus oculis adspicere, tum, significatione translata, supine agere. Εἰς ἑταίραν igitur νυστάζειν dicitur, qui non fixis, sed conniventibus oculis, non attento, sed supino animo puellam adspexerat. Quod cum faceret, ingens tamen vulnus pectore concepit. Non autem ἐπέβην legendum videtur, quod sensum non facit, sed

ἔσβην, ἤδ' ἔθιγον τ' Ἀΐδα.

exstinctus sum, et parum abest, quin jam ad inferos descenderim. Haec cum praecedentibus non male cohaerent. ἔσβη. ἐσβέσθη. *Suidas.* fortasse ex Epigrammate ap *Athen.* X. p. 436. E. ἔσβη δ' ὁ ἀνήρ, Ἀνθέων, ἐκ χανδῆς ζωροποτῶν κύλικος. Vulgarior forma est ἀπέσβη, quod pro

οὖσα φίλη nonnihil auxilii fertur, quamvis longe simplicius est jungere, *ὑβρίζει ἐξ ἀπάτης*. Fortasse depravatus est locus. Si das, in *οὖσα* priorem syllabam, ex praecedente forte natam, genuinum expulisse, syllabae relictae *α φιλή* eo ducunt, ut scriptum fuisse existimes;

οἷά μ' ὑβρίζει
Πυθιὰς ἡ Νικοῦς, τὸν ζαφελῆ, 'ξ ἀπάτης.

quali contumelia Pythias me, simplicem hominem, dolose agens affecerit. Speciem huic conjecturae conciliavit locus *Horatii* I. Serm. V. 82. *Hic ego mendacem stultissimus usque puellam Ad mediam noctem exspecto.* ubi *mendax* respondet verbis *ἐξ ἀπάτης*, *stultissimus τῷ ζαφελής*. — V. 3. *κληθείς*. Similia collegit, hoc hemistichio non omisso, *Wasse* ad *Thucyd.* L. I. 118. p. 389. ed. Bip. — V. 4. *μέμψετ'* Cod. In apogr. Lips. *σοὶ μέμψεστ'*, quod *Reisk.* mutavit in *μέμψ'* (pro *μέμψῃ*) *ἔτ' ἐμοῖς*. *Toupius μέμψεαι ἡμετέροις*, ut ad puellam dirigatur oratio. In Vat. Cod. non *ποτε*, sed *παρὰ* legitur ante *προθύροις*. Imprecatio est, qualis ap. *Horat.* I. Carm. XXV. 9. *Invicem moechos anus arrogantes Flebis in solo levis angiportu.* Epod. XV. 23. *Eheu translatos merito moerebis amores, Ast ego vicissim risero.* *Ovidius* A. A. III. 69. *Tempus erit, quo tu, quae nunc excludis amantem, Frigida deserta nocte jacebis anus.* Vide not. ad *Straton.* Ep. XXXV. 5.

¶. 215.] *XIX.* Cod. Vat. p. 111. Edidit *Reisk.* in Misc. Lips. IX. p. 310. nr. 339. Non bene cohaerere haec tria disticha, *Brunckius* monuit; inter primum et secundum, sicut inter hoc et tertium, quaedam deesse videri. Dubito, an recte sic statuerit Vir doctissimus. Si quid excidit, debet esse post *ἴσχυε* in vers. 3. quamvis fortasse et ibi, paucis mutatis, sensus evadet integer. Poëta vino et amore saucius, intempesta nocte ad pueri limina comissatum ibat. Nihil eum prohibebat nox et

[redacted]

imber; omnia pueri superabat desiderium. Attamen Jovem, qui ipse haud raro ad puerorum puellarumque januas vigilasset, minus in puerum saevire par erat. Hinc Jovem his vocibus compellat: Quousque tandem excitabis pluviam? Quiesce, precor, Jupiter! Te ipsum enim, quid amor valeat, usus et experientia docuit. Sic haec omnia satis bene cohaerere fateberis. Jam singula videamus. — V. 1. Cod. omittit τό. τὸ τρίτον ἄλγος οἶνος. vinum, quod praeter noctem et imbrem amantibus grave est, quandoquidem comissantium gressum impedit. Hanc interpretationem contextus suadet. ἄλγος de causa doloris, ut ap. *Mnesarch.* T. I. p. 476. de muliere, quae trium liberorum mortem viderat, τέτρατον ἄλγος ἔτικτε. Ad sensum facit Anth. Lat. Tom. I. p. 539. *Ut Venus enervat vires, sic copia vini Et tentat gressus, debilitatque pedes.* — V. 3. legendum puto:

ἀλλ' ὁ καλὸς μόσχος πλέον ἴσχυεν· ἦ σὺ γὰρ οὕτως .

[redacted]

V. 1. ἡδὺ θέρους. Vid. not. in *Meleag.* Ep. X. *Catullus* LXVIII. 57. *Qualis in aërii pellucens vertice montis Rivus muscoso prosilit e lapide — Dulce viatori lasso in sudore levamen, Cum gravis exustos aestus hiulcat agros.* — ναύταις. ut nautae laetantur, cum post tristem hiemem vernos conspiciunt flores. Haec vario modo accipi possunt. Mihi maxime probatur ea interpretatio, ut poëta dicat, nautas post tempestatem terrae variis floribus pictae adspectu laetari. Apud *Aeschylum* in Agam. 909. Clytaemnestra simulatum suum de viri adventu gaudium significans, hunc, inquit, appellaverim

— γῆν φανεῖσαν ναυτίλοις παρ' ἐλπίδα,
Κάλλιστον ἦμαρ εἰσιδεῖν ἐκ χείματος,
Ὁδοιπόρῳ διψῶντι πηγαῖον ῥέος.

— V. 3. ἡδὺ δὲ καὶ ὁπόταν. Planud. In Cod. Vat. ἥδιον δ' ὁπότ' ἄν. in marg. γρ. ἥδιστον. Mox versu ult. idem αἰνεῖται, quae soloeca lectio in Analectorum textum casu invecta est. *Scaliger* margini Ald. adscripsit αἰνῆται. Proba est vulgata. μία χλαῖνα. ut *Theocrit.* Eid. XVIII. 19. ad Menelaum: Ζανός τοι θυγάτηρ ὑπὸ τὰν μίαν ἵκετο χλαῖναν. Apud *Lucian.* in Amor. T. II. p. 452. δεῖ δὲ τῶν νέων ἐρᾷν, ὡς Ἀλκιβιάδου Σωκράτης, ὃς ὑπὸ μιᾷ χλαμύδι πατρὸς ὕπνους ἐκοιμήθη, recte χλανίδι emendavit *Dorvill.* ad Charit. p. 385. *Athen.* L. V. p. 219. B. ὡς Ἀλκιβιάδης συνεκοιμήθη ὑπὸ τὴν αὐτὴν γενόμενος χλαῖναν. Eadem ratione locutus est *Euripides* in Peliae Fragm. VI. ὅταν δ' ὑπ' ἀνδρὸς χλαῖναν εὐγενοῦς πέσῃς. *Ovid.* I. Amor. IV. 47. *Saepe mihi dominaeque meae properata voluptas Veste sub injecta dulce peregit opus.* *Propert.* I. 4. 14. *Gaudia sub tacita ducere veste.* ubi nihil cum *Burmanno* mutaverim. *Vesticontubernium facere* dixit *Petron.* p. 35. ubi vide Intpp.

XXI. Vat. Cod. p. 100. *Asclepiadae* tribuit. In Planud. p. 486. St. 631. W. sine auctoris nomine prostat. — V. 1. ἐς Ἀιδην. Similiter *Theocrit.* Eid. I. 62.

"est lectio Vat. Cod. quam doctorum vi
"jam fuerant conjecturae. Eandem Co
"in ultimo versu, ubi cave, ne quid mu
"lebras incides." *Brunck.* Qui Νάννιον
ckenar. ad Ammon. p. 152. versu 4.
κοίτας τὰς — ut accusativus ab αὐτομολοῦ
quas pronae nubans. Ante oculos habebat
pravam Planudeae lectionem: μίσει τὰς κοι
quae correctione indigebat, sed leniore. –
Vat. τοῖς αὐτοῖς, male. Veneris legibus no
tes mulieres εἰς ἕτερα αὐτομολεῖν ait, i. e.
perversam voluptatem sectari, a natura.
bus abhorrentem. *Lucian.* Meretr. Dial
ἑταιρίστρια — τοιαύτας γὰρ ἐν Λέσβῳ λέγουσ
μὲν ἀνδρῶν οὐκ ἐθελούσας αὐτὸ πάσχειν, γυναιξ
σιαζούσας, ὥσπερ ἄνδρας. Ad nostrum locum
Epist. ad Roman. I. 26. αἵ τε θήλειαι αὐτῶν
φυσικὴν χρῆσιν εἰς τὴν παρὰ φύσιν, i. e. εἰς ἕτερ
Samias quoque mulieres foedam illam lib
cuisse, suspicari licet ex *Plutarcho* T. II. p.
eas ὑπὸ τρυφῆς καὶ ὕβρεως ἀκόλαστα ποιεῖν ait,
corruptos scimus ex *Heraclide Pontico* ap
P. [illegible] 3. ά omi[illegible]

casum vergit. ἐπὶ μέσην Πλ. Vergilias in media cursus sui parte collocatas significare videtur. Voluit poëta simul noctis horam et anni tempus indicare. Cum Vergiliae exoriantur aestatis initio, ineunte hyeme occidant, dimidium cursus in autumnum incidit. Conf. *Hesiod.* Ἔ. καὶ Ἡ. 383. et 614. et *Pfaff.* de Ort. et Occ. Sider. p. 35. 49. sq. *Brodaeus* mediam fortasse hyemem pinguius significari suspicatus est, quia Vergiliae θέρεος καὶ χείματος ἐρχομένοιο σημαίνειν dicuntur ap. *Aratum* v. 266. Quum autem nox et sidera ad occasum vergunt, tempus frigidissimum. *Propert.* I. 16. 23. *Me mediae noctes, me sidera prona* (in occasum) *jacentem Frigidaque Eoo me dolet aura gelu.* Idem II. 7. 91. *Sidera sunt testes et matutina pruina Et furtim misero janua aperta mibi.* — νείσσομαι in Cod. Vat. νείσομαι scribitur. *Theodorus Marcilius* κείσομαι tentavit, *Scaliger* νάσσομαι· uterque frustra, judice *Bentlejo* ad Horat. I. Carm. 25. 7. — ¶. 216.] V. 4. Cypris arcu et sagittis armata ap. *Theocrit.* Eid. XI. 15. ἔχθιστον ἔχων ὑποκάρδιον ἕλκος Κύπριος ἐκ μεγάλας, ἅ οἱ ἥπατι πᾶξε βέλεμνον. — Arcte jungenda verba ἀνιηρὸν ἐκ πυρὸς, i. e. πυρίφλεκτον καὶ ἀνιηρόν. Vide ad *Meleagr.* Ep. XVII. 2.

XXIV. Cod. Vat. p. 119. ubi in marg. legitur: ζήτει τὴν ἔννοιαν. quod ad carminis initium spectat. Planud. p. 452. St. 587. W. In Didymam, fuscam puellam, cujus amore poëta flagrabat. — V. 1. τῷ θαλλῷ. Florem pulcritudinis significari putat Brod. et Opsop.: θαλλὸν enim esse πᾶν τὸ τεθηλός. *Josephus Scaliger* ap. *Huetium* p. 44. Ἡ θαλλὼ Δ. conjicit, quod sibi non sapere ait doctissimus Praesul. Quum *Scaligeri* interpretatione careamus, suspicari licet, eum de prisco unius Horarum nomine cogitasse, quae Θαλλὼ vocabatur. Vide *Kuhn.* ad *Polluc.* VIII. 106. et *Facium* ad *Pausan.* IX. 35. p. 111. — *Toupius* in Addend. ad Theocrit. p. 396. huc traxit locutionem θαλλὸν προσειπεῖν, quae

proprie usurpata de pastoribus, qui pecori viridem fruticem ostentant eoque ad sequendum proliciunt, ad multa alia transfertur, docente *Ruhnkenio* ad Tim. p 137. At merito hanc *Toupii* interpretationem improbavit sagacissimus *Timaei* interpres, legendumque docuit: τὰ 'φθαλμὰ Διδύμης με σ. *Cynthia prima suis miserum me cepit ocellis.* *Longus* I. p. 19. 10. τῆς δὲ μεσημβρίας ἀπελθούσης ἐγίνετο ἤδη τῶν ὀφθαλμῶν ἅλωσις αὐτοῖς. Felicissimam hanc correctionem judicat *Wyttenbachius* in Bibl. crit. III. P. II. p. 111. — V. 2. ὡς κηρός. *Agathias* Ep. XLI. δείκνυε, ὅσσον ἔχει πόθον ἐν φρεσίν· ἶσα γὰρ αὐτῷ κηρῷ τηκομένῳ τήκεται ἡ κραδίη. Vide ad *Meleagr.* Ep. XV. — V. 3. Pastor apud *Theocr.* Eid. X. 26. Βομβύκα χαρίεσσα, Σύραν καλέοντί τυ πάντες, Ἰσχνὰν, ἁλιόκαυστον· ἐγὼ δὲ μόνος μελίχλωρον. Similis color in *Philodemi* Ep. XXI. 7. 8. — In versus exitu *Brunckius* Planudeae lect. expressit. Cod. Vat. ἀλλὰ

Nova et elegans huius carminis conversio

XXV. et XLVII. — V. 1. νεῖφε. Planud. et Vat. Cod. Haud ſcio, an ludenti poëtae obverſata ſit Promethei conſtantia et animi robur ap. *Aeſchylum* v. 1000.:

πρὸς ταῦτα, ῥιπτέσθω μὲν αἰθαλοῦσσα φλὸξ,
λευκοπτέρῳ δὲ νιφάδι καὶ βροντήμασι
χθονίοις κυκάτω πάντα καὶ ταρασσέτω·
γνάμψει γὰρ οὐδὲν τῶνδ' ἔμ', ὥστε καὶ φράσαι,
πρὸς οὗ χρεών νιν ἐκπεσεῖν τυραννίδος.

— V. 3. „In hoc et ſq. verſu lectionem dedi Vatic. „Cod. quae quantum vulgatae in Planudea praeſtet, qui- „vis facile intelliget. Diſtichon hoc habet *Suidas* in κω- „μάσομαι, ubi itidem ἀφῆς ζῆν: at minus placet διαθῆς. „*Kuſterum* latuit locus, unde deſumtum eſſet, nec eum „recte indagavit *Toupius* Cur. noviſſ. p. 79. (236. Lipſ.) „diſtichon enim, cum quo hocce conjungit, quodque „pars eſt Epigr. XXIV. inter ἀδέσποτα, nullam cum eo „ſententiae relationem habet.“ *Brunck.* In Planud. legitur ἥν δέ μ' ἀφείης καὶ διαθῇς.

XXVII. Cod. Vat. p. 114. Edidit *Reisk.* in Miſc. Lipſ. T. IX. p. 317. nr. 345. Mutilum eſſe hoc carmen, quippe cui ab initio multa deſint, et praeterea valde corruptum *Brunckius* judicat. Poſterius in oculos incurrit; prius an verum ſit, dubito. Poëta in convivii apparatu occupatus ostenditur, cum ſervo nonnulla mandat, rationem emtorum ab eo poſtulat, cum eo rixatur etc. Elegans carmen et fere mimicum. — V. 1. κωλάκας Cod. exhibet. *Reiskius*, qui κωλάδας habet, de pernis Caricis interpretatur, quae an in honore aliquo apud veteres fuerint, penitus ignoramus. Equidem primam vocem depravatam putans, Καρίων pro ſervi nomine accipio. Quis non noverit Chremyli in *Ariſtophanis* Pluto ſervum, hoc nomine appellatum? *Lucian.* T. I. p. 437. Καρίων ὁ ἐμὸς οἰκέτης. *Euphron* ap. *Athen.* IX. p. 377. D. ὅταν ἐρανισταῖς, Καρίων, διακονῇς. Ne autem ſyllabarum

[redacted]

menſuram obſtare putes, cum Καρίων primam neceſſario producat (vide *Brunck.* ad Ariſtoph. Plut. 1099. p. 285.) ſynizeſis admittenda, et nomen Καρίων raptim ut diſyllabum pronuntiandum eſt. Quod autem *Brunckius* ait, Codicis ſcripturam eſſe χαρίων, id noſtrum apogr. non affirmat, in quo liquide Καρίων. Jam adſcribam *Salmaſii* notam, quam *Brunckio* debemus: „*An* χορίων? *Theocrit.*: „χαλεπὸν χορίων κύνα γεῦσαι. *At quo ſenſu vox* χόριον *ap.* „*Theocritum eſt, hic vix locum habere poteſt.* κωλάδας *hic* „*ſeu* κώλαπας, *utrumque enim ſcribitur, inteſtinorum quid* „*eſſe videtur et* τῷ χολάδες *cognatum. An legendum:* τῶν „χορίων ἡμῖν λάβε κῶλα δύ'? *i. e.* δύο μέρη. δύο μέτρα. *aut* „*ſimile quid. Deux pairs de ſauciſſons.* κωλὰς *et* κώλαψ „*apud Lexicographos non comparent.*“ Haec ille. Quae quam obſcura ſint, quam parum elegantia, nemo non videt. Non minus haeremus in ultimis hujus verſiculi verbis, ἀλλὰ ποθ' ἥξεις, quae *Reiskius* fruſtra conatus eſt

[redacted]

dunt. Valde autem juvat conjecturam nostram, quod *Posidippus*, in Epigr. ex nostro expresso, eodem modo locutus est, Tom. II. p. 48. XII.:

Παιδάριον, βαδίσας πρὸς Ἀρίστιον, εἰπὲ τὸ πρῶτον
ἡμιδεὲς πέμψαι, χοῦς γὰρ ἔνεισι δύο
ἀσφαλέως, οἶμαι δ', ὅτι καὶ πλέον. ἀλλὰ τρόχαζε·
ὥρας γὰρ πέμπτης πάντες ἀθροιζόμεθα.

— V. 2. In Cod. est *τῶν ῥοδίνων δὲ τόπαξ* secundum *Brunckium*. In nostro autem apogr. *τετοπαξ*, ut etiam in Lips. in cujus marg. *τε τὸ πάξ* habetur. *Reiskius τέτορας* emendavit. *Salmasius* notaverat: *ἐκ τῶν ῥοδίνων στεφάνων δηλαδή. τὸ πάξ, τὸ παντελῶς, πάντως, κατὰ τὸ πᾶν. An legendum τὸ πᾶν*? — Nostra lectio *Brunckii* ingenio debetur. *Hesych. ἀπόπαξ. σύμπαν.* Quinque coronas afferri jubet, omnes ex rosis contextas. — V. 3. Cum his mandatis acceptis servus se pecuniam habere negasset, indignatus dominus, Quid ais? clamat. Te pecuniam habere negas? — Tum eum rationem pecuniae, in ejusdem convivii apparatum jam impensae, poscit. — *τὸν Λαπίθην* in convicio dicitur. *Eustath.* in Il. *ε.* p. 407. 41. *τάχα δὲ καὶ ψευδόμενος ἀλαζονεύεται κατὰ Λαπίθην, εἰπεῖν κωμικῶς. λέγεται γὰρ, φασὶ, σκωπτικῶς Λαπίθης ὁ αὐχματίας.* Cf. eund. ad Odyss. *φ.* p. 760. 27. Conf. *Hesych.* in *λαπιτὴν* et *λαπιστής*. *Suid.* in *τροχαῖον·* — *οὐ τροχιεῖ τις τὸν Λαπίθην λῃστήν.* — V. 5. „*οὐκ ἀδικεῖς*; verba sunt „heri. Respondet famulus, *οὐδέν*. Interrogationis signum „tollendum. Tum herus, redde rationes tuas: famu„lum jubet calculos afferre." Haec *Brunckius*. Mihi autem servus nec hic, nec in alia hujus carminis parte loqui videtur. Fortasse scribendum:

οὐδὲν ἔχεις; οὐδέν; — φέρε τὸν λόγον.

Te nihil habere, ais? nihil? — Interrogandi signum post *οὐδὲν* ponit Codex. — V. 6. *Suidas* in *κίναιδος* verba *ὡς μεγάλου κιναίδου* profert, quae hinc petita arbitratur

Toup. in Em. in Suid. p. 227. et *Oudendorp.* ad Thom. M. p. 535. quem adi. — ¶. 217.] V. 7. Jam herus, servo distante, impensas in rationem refert. Conf. *Luciani* Dial. Mort. IV. — Sine integrioris codicis ope hoc distichon sanari posse negat *Brunckius:* pro ἄλλος δύο fortasse ἄλλας, sc. δραχμὰς, scribendum esse; nec sibi displicere *Reiskii* emendationem οἶνον scribentis. In apogr. Lips. οἶνα legitur. — V. 8. σκόμβροις δέσμυκας χόδονες Cod. Vat. In apogr. Lips. θεσμυχίας σχαδόνες. Si licet in talibus experiri ingenium, scribendum dixerim:

ὠὰ, λαγὼς, σκόμβροι, σησαμίδες, σχαδόνες.

Ut hic favi cum placentis sesaminis junguntur, sic *Ephippus* ap. *Athen.* L. XIV. p. 642. F. μέλι, σησαμίδες, inter alia bellaria. Ibidem *Amphis* p. 642. A. ὠὰ, σησαμαῖ. *Philippides* p. 640. D. Πλακοῦντες, ἐπιδορπίσματ', ὠὰ, σήσαμα, Ὅλην (fort. Κοπτὴν,) λέγοντά μ' ἐπιλίποι γ' ἂν ἡμέρα.

»βακχεύοντας. τὸ ἐφίλησα *pudoris causa positum videtur* »*pro* ἐπύγισα. Sed vir doctissimus non undequaque recte. »βακχῶν scribendum erat: ὅτι ἐφίλησα πέντε τῶν Βακχῶν. »Mallem tamen βάκχας. Sq. vers. pro καινὴ recte reponit »κλίνη *Pierson* ad Herodiani Philetaerum p. 442. Lite- »rae Λ et Α a librariis saepe permutatae.« Haec doctissimus editor. Ad *Piersoni* emendationem firmandam inprimis facit *Lucianus* in Catapl. T. I. p. 648. προσκάλει μοι, ὦ Ἑρμῆ, τὸν λύχνον αὐτοῦ καὶ τὴν κλίνην· μαρτυρήσουσι γὰρ αὐτοὶ παρελθόντες, οἷα πράττοντι συνηπίσταντο αὐτῷ. *Marc. Argent.* Ep. IV. τὰ λοιπὰ σιγῶ, μάρτυς ἐφ' οἷς λύχνος ἐπεγράψατο. *Juvenal.* Sat. XI. 77. *Testis mihi lectulus et tu, Ad quem pervenit lecti sonus.* Mira hic comminiscitur *Reiskius*, quae describere piget.

XXVIII. Cod. Vat. p. 115. Edidit *Reisk.* in Misc. Lips. T. IX. p. 454. nr. 349. unde *Toup.* Em. in Suid. T. I. p. 248. Argumentum, ut in praecedente carmine. — V. 1. παρ' Ἀμύντου. Sic liquido apogr. nostrum. *Schneiderus* tanquam Vat. Cod. lectionem notavit παρὰ Μίλτου. — γλαυκίσκους. Piscem cibo aptissimum esse notavit *Aristotel.* H. N. VIII. 30. Qualis sit, hodie ignoratur. Vide *Camus* Notes sur Arist. p. 382. — φυκίδια. Etiam φυκίδες et φυκία vocantur. Disputavit de hoc pisce *Schneiderus* ad Aelian. H. A. XII. 28. p. 394. — V. 3. »κυφὴ καρὶς »pisciculus est ex μαλακοστράκων genere, squilla gibba, »chevrette. De prosodia nominis καρὶς vide Casaub. ad »Athen. p. 204.« *Brunckius.* Laudat h. vers. *Suid.* in κυφός. Unum ex tribus squillarum generibus κυφὴ καρὶς, secundum *Aristot.* H. A. IV. 2. idque esu optimum. Conf. *Rondelet.* des Poiss. XVIII. 8. Apicium earum causa iter in Libyam suscepisse, narrat *Athen.* L. I. p. 7. B. In loco *Philoxeni* ap. *Athen.* IV. p. 147. B. καὶ ξανθαὶ μελικαρίδες αἱ κοῦφαι παρῆλθον, scribendum videtur αἱ κυφαί. — V. 5. Θευβορίου *Reisk.* Vocem δεσμοὺς, quae in Cod. deest, *Toupius* supplevit. *Lucian.* Ver. Hist. T. II. p. 109.

εἰ δὲ δήσαντες ἡμᾶς ῥοδίνοις στεφάνοις, οὗτος γὰρ μέγιστος παρ' αὐτοῖς δεσμός. At hic locus, quem vir doctiſſimus ad conjecturam ſuam ſtabiliendam advocavit, parum aut nihil probat. *Reiskius πλοχμοὺς* ſupplebat. Poſſis etiam *πλεκτὰς* ſuſpicari. *Alcaeus* ap. *Athenaeum* L. XV. p. 674. D. in verſibus Sapphicis, ſic ſcribendis:

ἀλλ' ἀνήτῳ μὲν περὶ ταῖς δέραισιν
παρθέτω πλεκτὰς ὑποθυμιάδας.

— V. 6. *τρυφερὰν* Cod. Sed cum nomen ſit proprium, accentus retrahendus. Haec fortaſſe obverſabantur *Horatio* II. Carm. XI. 18. *quis puer ocyus Reſtinguet ardentis Falerni Pocula praetereunte lympha? Quis devium ſcortum eliciet domo Lyden?*

XXIX. Cod. Vat. p. 117. *Ἀσκληπιάδου ἢ Ποσειδίππου εἰς Πλαγγὼ ἑταίραν.* Edidit *Leich.* in Carm. Sep. p. 20. quem ſenſus hujus carminis penitus fugit. Nequitiam

Ἡνίκα δὲ κέλης κέλητα παρακελητιεῖ. Ἄνωθεν ἐπικειμένην καὶ ἐφιππαζομένην περαίνειν dixit *Artemidor.* Oneir. I. 82. p. 74. Philaenida cum nominat poëta Samius, celebrem fortaſſe Philaenida reſpexit, de qua vid. ad *Aeſchrionis* Epigr. p. 189. τὴν πολύχαρμον. Epitheton deſidero, quod magis ad rem praeſentem faciat. Fortaſſe:

νικήσασα κέλητι Φιλαινίδα τὴν πολύσκαρθμον.

quod et equo convenit et mulieri, equi vicibus fungenti. Il. ε. 31. εὐσκαρθμοι ἵπποι. Il. β. 814. πολύσκαρθμος Μυρίνα. Vide de hoc adjectivo aliisque compoſitis *Bochart.* Hieroz. T. I. p. 121. ſq. — V. 4. Cod. ἑσπερινῶν. *Brunckius* ſequutus eſt *Dorvillium*, qui ἑσπερίων edidit. Variae ſunt doctorum virorum de hoc verſu ſententiae. *Guietus* ap. *Dorv.* per πώλων ἑσπερίων occiduam coeli plagam, perque eam Plangonis patriam, Siciliam, ſignificari exiſtimat. Idem ἀντιφρυασσομένων conjicit. Merito illam interpretationem improbavit *Dorvill.* qui comparat *Callimach.* H. in Dian. 2. τῶν ἵππων ἄρτι φρυασσομένων, et *equis heſperiis* ſive *occiduis* tempus aetatis indicari arbitratur. Plangonem nimirum jam provectiorem fuiſſe aetate et paene vetulam. *Macedonius* Ep. II. ὄψομαι ἑσπερίη σε· τί δ' ἕσπερός ἐστι γυναικῶν; Γῆρας ἀμετρήτῳ πληθόμενον ῥυτίδι. Poſſe etiam ad ſerum diem referri, quo haec certamina plerumque celebrari ſolebant. *Reiskius* a vero ſenſu procul aberravit, cum hunc verſum de juvenibus ex palaeſtra circa veſperam redeuntibus et libidine turgentibus interpretatur. At hoc quamvis falſum eſſe probe video, non tamen idcirco, quid verum ſit, dicere poſſum. Cum de Plangonis certamine non aliter ac de certamine equeſtri loquatur poëta, verbis πώλων ἄρτι φρυασσομένων certaminis initium ſignificari videtur, cum equi animoſi certandi cupiditatem hinnitu produnt. De ἑσπερινῶν ſive ἑσπερίων non habeo quod dicam. Depravatum videtur vocabulum. — V. 5. Victorum more votum addit mulier, Venerem rogans, ut ſibi gloriam hu-

jus victoriae propriam et perpetuam faciat. ἀείμνηστον χάριν. *Meleager* CXXIX. ἀείμνηστον μουσοπόλον στέφανον. χάρις pro victoriae praemio videtur positum, ut passim ap *Pindarum.* — Pro πόρεσιν, quod in nostro est apogr. *Dorvillius* πόρῃς habet.

XXX. Cod. Vat. p. 117. Edidit *Dorvill.* ad Charit. p. 158. *Reiske* Misc. Lips. IX. p. 465. nr. 359. *Toup.* ad Suid. p. 528. ubi hoc carmen pronuntiat esse compositum in mulierem, quae nullum cum viro haberet commercium, sed suas res ipsa ageret. Hanc vel marito junctam vel anum factam instrumenta artis suae, pro more, Veneri suspendere. Hanc interpretationem *Brunckius* impugnat, haec scribens: „Si huic Epigram„mati praefixum fuisset a librario lemma, quale esse de„bet, quid eo significetur, facile fuisset intellectum, nec „in eam cogitationem incidisset vir doctissimus, instru„mentum Veneri dedicatum fuisse ἄκεσον.' Est autem

tem ὕπτιος ἵππος illum equum, quem Lyſidice inſcenderat, quique proprio ſenſu *ſupinus* erat, ſignificat. *Ariſtoph.* in Lyſiſtr. 677. ἱππικώτατον γάρ ἐστι χρῆμα κἄποχον γυνὴ, Κοὐκ ἂν ἀπολίσθοι τρέχοντος· τὰς δ' Ἀμαζόνας σκόπει, Ἃς Μίκων ἔγραψ' ἐφ' ἵππων μαχομένας τοῖς ἀνδράσι. Veſp. 498. κἀμέ γ' ἡ πόρνη χθὲς εἰσελθόντα τῆς μεσημβρίας, Ὅτι κελητίσαι 'κέλευον, ὀξυθυμηθεῖσά μοι, Ἤρετ', εἰ τὴν Ἱππίου καθίσταμαι τυραννίδα. Facit huc *Mneſimachus* in Ἱπποτρόφῳ ap. *Athen.* IX. p. 402. F. τοὺς δὲ μαθητὰς τοὺς ὡραίους, Οὓς ἀναβαίνειν ἐπὶ τοὺς ἵππους μελετᾷ Φίδων καὶ καταβαίνειν. οἶσθ', οὓς φράζω. Tu piter, ſed ingenioſe nequam *Ovid* II. A. A. 785. *Tu quoque cui rugis uterum Lucina notavit, Ut celer averſis utere Parthus equis.* — In fine verſ. *Dorvill.* cum Cod. Vat. οὐδέποτ' αὐτῆς legit. Sed πολὺ contra Codicis fidem edidit, qui πολὺν habet, quod exquiſitius eſt. — V. 5. Si ipſa equi vice fungebatur Lyſidice, calcari non opus erat, ἦν γὰρ ἀκέντητος τελεοδρόμος, quae inſignis laus eſt in equo curſorio. *Pindar.* Ol. I 32. ὅτε παρ' Ἀλφεῷ σύτο, δέμας ἀκέντητον ἐν δρόμοισι παρέχων. *Aelian.* H. A. XV. 24. de bobus curſoriis, τῶν δὲ βοῶν τὴν χεῖρα ἐπέχει (auriga), ἀκέντητοι γὰρ θέουσι, ut *Schneiderus* ex *Gesneri* emendatione reſtituit. Etiam in notiſſimo *Soſipatri* Ep. II. olim lectum fuiſſe videtur: ἡ γὰρ ὑπερφυέεσσι μέσον διαβᾶσά με ποσσὶν, Ἤνυσ' ἀκέντητος τὸν Κύπριδος δόλιχον, ubi Cod. ἤνυσεν ἀκονίτως praebet. *Ovidius* II. A. A. 729. *Hic tibi ſervandus tenor eſt, cum libera dantur Otia, furtivum nec timor urget opus. Cum mora non tuta eſt, totis incumbere remis Utile, et admiſſo ſubdere calcar equo.* — ὅπλον, τὸν μύωπα. — In fin. ἐπρέμασεν Cod.

¶. 218.] *XXXI.* Cod. Vat. p. 200. Planud. p. 440. St. 574. W. Connarus, puer, victoria de condiſcipulis parta, Muſis gratiam referens, Charetem, perſonam comicam, dedicat. — V. 1. καλὰ γράμματα. Fortaſſe de literis eleganter pictis ſimpliciter; fortaſſe etiam de car-

ſmine quodam ſive ſcripto docte compoſito accipiendum. γράμμα de poëmate infra Ep. XXXVI. — ἔγραψεν Cod. ut mox ἔλαβεν. — In praemium laboris Connarus talos acceperat, qui pueris dono ſolebant dari. *Glaucus* Ep. I. Tom. II. p. 347. Inter παίγνια puerilia ἀστραγάλους, οἷς πόλλ' ἐπεμήνατο, recenſet *Leonid. Tar.* Ep. XXXIII. Hos etiam puellae amatores ſolebant poſcere. *Propert.* II. 18. 61. *Et cupit iratum talos me poſcere eburnos.* *Pauſan.* VI. 24. p. 514. ἀστράγαλον μειρακίων καὶ παρθένων παίγνιον. Hanc ob cauſam Phraates Demetrium *ad exprobrationem puerilis levitatis* talis aureis donabat, narrante *Juſtino* XXXVIII. 9. cum quibus conf. *Plutarch.* T. II. p. 458. A — V. 3. Vulgo Μούσης. Χάρητα *Brodaeus* pro doctore et ludimagiſtro habet. Ridicule. Recte *Brunckius* perſonam comicam eſſe vidit. Χάρης nomen in comoediis frequens. Hinc κωμικὸν Χάρητα. *Cicero* in Catone c. XI. *comicos ſtultos ſenes ex Caecilio* laudat. *Propert.*

dicarent ἀπὸ τούτων τῶν ἐπὶ τοῖς λόγοις θορύβων. Orat. I. p. 2. ed. *Reisk.* θόρυβον καὶ κρότον junxit *Demosth.* c. Mid. c. VI. *Plutarch.* T. II. p. 80. E. τῶν ἐπὶ ταῖς λέξεσι θορύβων καὶ κρότων φροντίζειν. Ex utroque unum vocabulum conflavit Epicurus, κροτοθορύβους, ap. *Plutarch.* T. II. p. 45. F. — Ceterum personae tragicae comicaeve diis dedicatae passim commemorantur. Vide not. ad *Callim.* Ep. XXVII. et XXVIII.

XXXII. Anth. Planud. p. 298. St. 438. W. cum lemmate: Ἀσκληπιάδου, οἱ δὲ Ποσειδίππου, εἰς εἰκόνα Βερενίκης. Elegans epigramma et urbanum. Hinc *Stratonicus* p. 440. ed. Wech. τῆς χρυσῆς εἰκὼν ἢ Κύπριδος ἢ Στρατονίκης. — Vulgo v. 2. ποτέραν.

XXXIII. Cod. Vat. p. 479. Ἀσκληπιάδου, τινὲς δὲ Ἀντιπάτρου Θεσσ. *Asclepiadae* soli tribuit Planud. p. 350. St. 490. W. In amethystum Cleopatrae, cui Ebrietatis imago erat insculpta. Etymologia lusum verborum et Cleopatrae adulandi occasionem poëtae praebuit. Similem lusum vide ap. *Platon. Jun.* Ep. II. — V. 1. μέθυ est ap. *Steph.* cum ed. Flor. tres Aldinae et Ascens. μέθη legant. Sic etiam scribendum esse vidit *Huet.* p. 34. In tholo apud Epidaurios picta erat Μέθη, Παυσίου ἔργον, ἐξ ὑαλίνης φιάλης πίνουσα· ἴδοις δ' ἂν ἐν τῇ γραφῇ φιάλην τε ὑάλου καὶ δι' αὐτῆς γυναικὸς πρόσωπον. *Pausan.* II. 27. p. 173. In Sileni templo ap. Eleos Μέθη οἶνον ἐν ἐκπώματι αὐτῷ διδοῦσι. *Pausan.* VI. 24. p. 515. — ἀμεθύσῳ. Cod. — σοφῆς χειρός. *docti artificis opus.* Epigr. inter ἀδέσπ. CCCXV. σοφαὶ χέρες. — τέχνη hoc loco ipsa imago est, quam a lapidis (amethysti) natura alienam esse ait. *Rufin.* Ep. XIII. Polycleti manus αὐταῖς πρόσθε τέχναις πνεῦμα χαριζόμενος. Ep. inter ἀδέσπ. CCXXXIII. εἰμὶ γὰρ τέχνα Σκόπα. Hoc monendum duxi, quod *Brodaeum* haec verba perperam interpretatum esse videbam. — V. 3. Κλεοπάτρης. Vat. ed. Flor. Reliquae Κλειοπάτρης. Si

Asclepiadae carmen est, in Cleopatram, Ptolemaei Philadelphi sororem, compositum videtur.

XXXIV. Cod. Vat. p 367. Ἀσκληπιάδου, οἱ δὲ Ἀρχίου. Planud. p. 368. St. 507. W. Ἀσκληπιάδου· εἰς εἰκόνα Ἡσιόδου. Respicitur locus ap. *Hesiodum* Theog. 30. sqq. quem ridet *Lucian.* in Disp. c. Hes. I. Tom. VIII. p. 147. ed. Bip. Hesiodi statuam cum cithara *Pausanias* miratur L. IX. 30. p. 768. quod ille non ad citharam, sed ad lauri ramum canere sit solitus. Conf. *Salmas.* ad Solin. p. 609. E. — V. 4. κρήνας. Cod. — ὄνυξ. *fons — Dura Medusaei quem praepetis ungula rupit.* *Ovid.* Met. V. 257. Conf. *Anton. Lib* Met IX. et not. in Exercit crit. T. II. p 33. — V. 7. *Hesiod.* l. c. 31. ἐνέπνευσαν δέ μοι αὐδὴν Θείην, ὥστε κλείοιμι τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα· Καί με κέλονθ' ὑμνεῖν μακάρων γένος αἰὲν ἐόντων. — V. 8. Vulgo ἠϊθέων, ut est etiam in Cod. Vat. Certa est emendatio. Hesiodum praeter deorum genus etiam heroas ceci-

liari carmine, ſive potius, ut *Propertius* Cynthiam, elegiarum collectione, Lydes nomine inſcripta, celebraverat *Antimachus*. Vide inprimis *Schellenbergium* de Antim. Reliq. p. 10. ſqq. Huc facit locus *Hermeſianactis* in Eleg. v. 41. ſqq. quem poſt *Rubnkenium* nuperrime *Ilgenii* ſagacitas felicíſſime reſtituit:

Λύδης δ᾽ Ἀντίμαχος Χρυσηΐδος ἐκ μὲν ἔρωτος
 πληγεὶς, Πακτωλοῦ ῥεῦμ᾽ ἐπέβη ποταμοῦ.
λάρνακι δ᾽ εὖτε θανοῦσαν ὑπὸ ξηρὴν θέτο γαῖαν,
 κλαίων αἰάζων τ᾽ ἦλθεν ἀποπρολιπὼν
ἄκραν ἐς Κολοφῶνα· γόων δ᾽ ἀνεπλήσατο βίβλους
 ἱρὰς, ἐκ παντὸς παυσάμενος καμάτου.

— V. 3. τῶν ἀπὸ Κόδρου. Sic eſt in Cod. Apud *Jenſ.* Κόδρων. et ſq. v. Ἀντίμαχον. Ut divites Croeſo, ſic nobiles et generoſi Codro ejusque ſoboli comparantur. *Achilles Tat.* L. VI. 12. p. 262. εἴτε ἐστὶ καὶ Κόδρου εὐγενέστερος, εἴτε Κροίσου πλουσιώτερος. *Sotion* ap. *Athen.* L. VIII. p. 336. F. σκολοὶ δὲ τ᾽ ἄλλα, Περικλέης, Κόδροι, Κίμων. Vide *Schottum* ad Zenob. Cent. IV. 3. *Eraſmum* in Adag. Chil. II. Cent. VIII. 33. — V. 3. Cod Λυδήν. ſic et verſ. 1. Λυδή. — In Lyde celebranda et Muſas et Antimachum operam poſuiſſe, verſus poſtremus ait. — Ceterum de hoc *Antimachi* carmine longe aliter judicavit *Callimachus*, quantum intelligi poteſt ex verſiculo, quem e Scholiis *Dionyſ. Perieg.* erutum *Rubnkenius* poſuit in Fragm. nr. CCCCXLI. Λύδη καὶ παχὺ γράμμα καὶ οὐ τορόν. De Lydes argumento locus eſt claſſicus ap. *Plutarch.* T. II. p. 106. B.

XXXVII. Cod. Vat. p. 612. Hoc carmen *Brunckius* primus videtur edidiſſe. Conſtat ex verſibus jambicis tetrametris catalecticis, et jambico trimetro μειούρῳ. Scriptum in Botryis cujusdam filium, qui cum jam aliquos in literis profectus feciſſet, immatura morte exſtinctus eſt. — V. 1. graviter in Codice laborat, εἴ τι

κακὸν εἴης ἄκουσον. In apogr. Lipſ. ἧς pro εἴης habetur. In *Brunckii* lectione εἰςάκουσον verum videtur. An idem in χαρτὸν poëtae manum aſſecutus ſit, non dixerim. — V. 2. Βοτρύου. Cod. Βότρυς Siculum nomen. Fuit Meſſenae Βότρυς εὑρετὴς παιγνίων. *Athen.* L. VII. p. 322. A. — V. 4. Ex hoc verſu intelligitur, juvenem, quem poëta luget, rhetoricae operam dediſſe. Hoc enim eſt τέχνη τι λέγειν. Cf. *Erneſti* Lexic. Rhetor. p. 353. — V. 6. ἔσπαν et ἀπάλευ Cod. Vat. In apogr. Lipſ. ἀπάλεο.

XXXVIII. Cod. Vat. p. 248. Planud. p. 256. St. 370. W. Naufragus haud procul a mari ſepultus loquitur. — V. 3. ἄλλο μὲν οὐδέν. Haec ad maris rapacitatem ſpectant. κρήγυον. ἀληθές. ἀγαθόν. *Suid.* ἀγαθόν. ὠφέλιμον. *Heſych.*

XXXIX. Cod. Vat. p. 286. Planud. p. 249. St. 361. W. In Euhippi, Meleſagorae filii, qui naufragio perierat, cenotaphium. — V. 1. εἶπον. duae Ald. et Aſcenſ. — αὐτὸ ὄνομα nihil niſi nomen, ſigno in-

Brunck. Virum doctiſſimum de Antigenide, celeberrimo muſico, ſic loqui miror. *Suidas*: Ἀντιγενίδης, Σατύρου, Θηβαῖος μουσικὸς, αὐλῳδὸς Φιλοξένου. οὗτος ὑποδήμασι Μιλησίοις πρῶτος ἐχρήσατο, καὶ κροκωτὸν ἐν τῷ Κωμαστῇ προεβάλλετο ἱμάτιον. ἔγραψε μέλη. Plures hujus nominis fuiſſe, temporum ratio evincit. Hic, de quo *Suidas*, cum *Philoxeni* aetate vixiſſe dicatur, floruit circa Ol. XCV. Vide *Diodor. Sic.* T. I. p. 679. Hunc nihil diverſum eſſe puto ab eo, cujus *Harpocration* mentionem facit p. 43. quamvis eum υἱὸν Διονυσίου eſſe dicat. Mutilus fortaſſe locus eſt, et Διονυσίου ad Dionyſium tyrannum ſpectat, in cujus aula una cum *Philoxeno* vixiſſe videtur. Hunc fuiſſe puto, quem Pericles arceſſiſſe dicitur, ut Alcibiadem tibiis canere doceret, ap. *Gellium* N. A. XV. 17. quod factum videri poteſt circa Ol. LXXXVII. Adhuc Epaminondae aetate ſuperfuiſſe, colligere licet ex *Plutarch.* T. II. p. 193. F. quamvis eum tum temporis (circa Ol. CII.) aetate admodum provectum fuiſſe oportuit. In deſcriptione nuptiarum Iphicratis cum Cotyis filia Antigenidam tibiis ceciniſſe, narrat *Anaxandrides* ap. *Athen.* IV. p. 131. B. Alexander autem, Antigenide τὸν ἁρμάτειον νόμον canente, exarſiſſe animo, et arma corripuiſſe fertur ap. *Plutarch.* T. II. p. 335. A. Hoc jam in veterem illum Antigenidam minime quadrat. Quare ſuſpicor, alium fuiſſe eum, qui in *Philoxeni* fabulis tibias inflaſſe dicitur; alium vero, qui Epaminondae, Iphicratis et Alexandri aetate vixerit. Alter eorum ſimplicem tibiae cantum immutavit. *Theophr.* H. Plant. L. IV. p. 469. quem vertit *Plin.* H. N. XVI. 66. *usque ad Antigeniden tibicinem, cum adhuc ſimplici muſica uterentur.* Conf. *Salmaſ.* in Solin. p. 85. A. D. Qui ejus modos imitarentur, Ἀντιγενίδειοι vocantur ap. *Plutarch.* T. II. p. 1138. A. B. Facete dictum veteris illius, ni fallor, laudat *Athen.* XIV. p. 631. F. qui populum tibicini vehementer plaudentem cum audiſſet, Quid eſt? ait.

Immane peccatum commiserit necesse est. Ad eundem referendum est, quod *Cicero* habet in Bruto c. 50. *Quare tibicen Antigenidas dixerit discipulo sane frigenti ad populum, Mihi cane et Musis.* — Haec habebam, quae de Antigenide dicerem; plura etiam reperies ap. *Burettum* in Mémoir. de l'acad. des Inscr. T. XIX. p. 470. sqq. ubi tamen diversae aetatis Antigenidae non distinguuntur. Ejus filiae τανυήλικες vocantur ap. *Leonidam*, i. e. *procerae*, ut recte *Reiskius*. Frustra *Dorvillius* conjecit πανυήλικες. Analogia illius vocabuli est, ut verbi τανυηκής, τὴν ἀκὴν ἔχων παρατεταμένην, ap. *Homer.* Il. ξ. 385. ταναύπους, *longis pedibus praeditus*, Hymn. in Merc. 232. Vide *Ilgen* in Hymn. Homer. p. 305. Apogr. Lips. πανυήλικες. — V. 2. Codex παῖδες δ' αἱ Μ. *Brunckius* ταὶ Μ. corrigendum censet; quod jam *Reiskius* dedit. — εὔκολοι. Hominem simplicem et facilem εὔκολον vocat *Aristoph.* in Ran. 82. ubi Schol. ἁπλοϊκὸς καὶ ἐλευθέριος. Vide *Span-*

[redacted]

τα. Noſtram lectionem *Dorvill.* dedit, nihil lectores monens. Satyra, comiſſationibus adhibita, non tibiam inflabat ſolum, ſed ſimul comiſſantium chorum ſaltatione moderabatur. *Virgil.* in Copae init. *Copa Syriſca, caput Graja redimita mitella, Criſpum ſub crotalo docta movere latus, Ebria fumoſa ſaltat laſciva taberna, Ad cubitum raucos excutiens calamos.* — αὐλείοις θύραις. (In Cod. θύρας eſſe videtur.) Illuſtrat *Dorvill.* l. c. et *Valck.* ad Adoniaz. 43. p. 352. C. Huc facit *Paul. Silent.* Ep. XXIX φιλακρήτους μετὰ κώμους Στέμμασιν αὐλείας ἀμφιπλέκοντι θύρας.

II. Cod. Vat. p. 176. *Reisk.* in Anth. p. 22. nr. 457. Mulier poſt puerperium Dianae cypaſſin dedicat. — V. 1. et 2. laudat *Suidas* v. κύπασσις, cujus veteres editt. et codd, uno Pariſino excepto, εὔθυνον legunt. In explicanda voce κύπασσις parum ſibi conſtant veteres. Attigit eam *Toup.* ad Suid. P. II. p. 247. Qui lectores ad *Salmaſium* de Pallio p. 262. remittunt, ut inde explicationem petant, ipſum *Salmaſii* librum non inſpexerunt. *Pollux* VII. 60. ὁ κύπασσις λίνου πεποίητο, σμικρὸς χιτωνίσκος, ἄχρι μέσου μηροῦ, ὡς Ἴων φησί· Βραχὺς λίνου κύπασσις ἐς μηρὸν μέσον Ἐσταλμένος. Qui verſus ex *Ionis* Omphale videtur petitus. Conf. *Diotimi* Ep. III. *Pollucis* interpretationi adverſatur *Suidas:* κύπασσις. κόσμος γυναικεῖος. Ἐνδεδυμένος κύπασσιν, φοινικοῦν, ποδήρη. Male vulgo vertitur: *Indutus cypaſſim* et *puniceam veſtem talarem.* At ſi talaris fuit cypaſſis, male *Pollux* interpretatus eſt; hic ſi recte, *Suidas* erravit. Uterque tamen veteris ſcriptoris auctoritate nititur; *Pollux* quidem graviſſima. Niſi igitur duo cypaſſidum genera fuiſſe dicamus, vocabulum ποδήρης aliter explicandum venit. Hoc autem non neceſſario de veſte talari accipi debet, ſed *fimbriatam* quoque ſignificat, ſecundum ipſum *Suidam;* ποδήρης. ἕως τῶν ποδῶν χιτών. οἱ δὲ τὸ συῤῥαπτόμενον εἰς τὸ κατώτερον τῆς στολῆς ἐκ πορφύρας ἢ βύσσου ῥάμμα. In

hac altera significatione πεῦς pro infima veste accipitur, cui ἤρτητο τὸ ῥάκιον. Inter militares vestes ζώματα καὶ κυπασσίδας enumerat *Alcaeus* in splendido fragmento ap. *Athen* XIV. p. 627. B. κυπασσίσκον hinc derivatum usurpavit *Hipponax* ap. *Tzetz.* ad Lycophr. 855. δὸς χλαῖναν Ἱππώνακτι καὶ κυπασσίσκον. κυπάσσεις Περσικὰς memorat *Hecataeus* ap. *Harpocrat.* v. p. 224. qui ex Glossographis χιτῶνος εἶδος interpretatur, οἱ μὲν γυναικείου, οἱ δὲ ἀνδρείου. — V. 2. παρθενίων θύρων. *Kusterus* de Minervae templo accipiebat; nec mirum. Alterum enim hujus carminis distichon eum latebat. — V. 3. Structura hujus distichi paulo intricatior. Verba sic junxerim: ὅτι (αὐτῆς) βαρυνομένης (κατὰ) νηδὺν ἐπ' ὠδῖνων (i. e. ὠδίνεσσιν) βρέφος ἐκ τόκου λύσαο. — In Cod. est Λητοῖ, cujus correctionem metrum flagitabat, eamque adhibuit *Reiskius.* Idem vitium inhaeret Ep. inter ἀδέσπ. CXIV. Tom. III. p. 173. quod hinc expressum est:

[illegible]

nr. 459. Recenſentur fabri lignarii inſtrumenta. Imitatus eſt *Philipp. Theſſ.* Ep. XV. — V. 1. χαράκται, accentu mutato, *Kuſt.* et *Reisk.* Hic tamen magis inclinat in χαρακταὶ, *limae ſulcatae.* — Ad v. 10. *Brunckius* haec notavit: „Nemini ſuſpicionem movere debet, aliquid in „hoc carmine fuiſſe interpolatum, repetitio vocis τορέες. „Hujus enim inſtrumenti multae ſunt et diverſae ſpe„cies. In v. 2. κάλων οἱ ταχινοὶ τορέες inſtrumentum no„tat, quod gallice vocatur *tarriere de charpentier*, *de fon„tainier.* γόμφων τορέες eſt quod vocamus *une urille.*“ Ex his *Brunckii* verbis colligo, eum in apogr. Buheriano οἱ ταχινοὶ τορέες reperiſſe, idque pro ipſa Codicis habuiſſe lectione. Hic autem βορέῃ habet, ut *Kuſterus* edidit, emendatione adſcripta τορέες. In apogr. Lipſ. vocabulum depravatum plane omittitur; in marg. βόρει notatum invenit *Reiskius*, qui tentat: κάλων οἱ μολίβῳ βαρέες. In hunc modum nihil eſt quod corrigi nequeat. — V. 3. μιλτεῖα. vascula, in quibus rubrica ſervatur. Laudat hoc diſtichon *Salmaſ.* in Plin. p. 813. A. Prope (αἱ σχεδόν) jacent mallei ancipites. *Sophocl.* Trachin. 946. ἀμφιπλῆγι φασγάνῳ — πεπληγμένη. Idem ſonat ἀμφιδέξιος, ap. *Euripid.* in Hipp. 781. ubi vide *Valcken.* — μίλτῳ φυρόμενοι. Regula minio colorari ſolebat; unde paroemia λευκὴ στάθμη de iis, qui omnia indiscriminatim probant, docente *Caſaub.* ad *Theophr.* Char. III. p. 42. *Suidas* v. ἐφείλιξαν. σχοινίον τε ἐφείλιξαν μίλτῳ· ἀντὶ τοῦ ἔφυραν καὶ περιείλιξαν. *Scholion* ad *Homeri* Il. β. 765. a *Valckenario* editum ad *Ammon.* p. 207. σταφύλη γὰρ ὁ τεκτονικὸς διαβήτης, ἥν τινα καὶ στάθμην λέγουσιν· ἔστι δὲ σχοινίον λεπτὸν χριόμενον μέλιτι (l. μίλτῳ) ἢ μέλανι, ᾧ σημειούμεναι ἀπορθοῦσι τὰ ξύλα. — V. 5. Prius hemiſtichium profert *Suidas* in ἀρίδες. Quid ſit ἀρὶς, docet *Brunckius* ad Ep. *Philippi* XV. 2. — ἐστελεωμένος. Sic Cod. Apogr. Lipſ. εὖ τελεωμένος. *manubrio armata ſecuris.* Odyſſ. ε. 234. δῶκε μέν οἱ πέλεκυν μέγαν — αὐτὰρ ἐν αὐτῷ Στελεὸν

περικαλλὲς, ἐλάϊνον, εὖ ἐναρμόσας — V. 6. 7. excitat *Salmas.* in Plin. p. 774. A. qui τρύπανα vertit *perforacula*, τέρετρα *terebras*. *Suidas*, qui v. 7. laudat in τρύπανα, perperam ὀκλάσαντα, quod scripturae vitium est etiam in marg. apogr. Lipſ. — V. 9. ἀμφίξουν σκέπαρνον legitur ap. *Suid.* in ἀμφίξους. Idem in χειρεργὸς habet: ὁ χειροτεχνικῶς ἐργαζόμενος· ἃ δὴ χειρεργὸς Παλλάδι ἐκ τέχνας θῆκεν ὀνάμενος. Ex *Suidae* interpretatione fere ſuſpiceris, eum in Cod. ſuo legiſſe ἃ δὴ χειρεργὸς Ἀθάνᾳ ἀνήρ. Codicis lectio ſi ſincera eſt, poëta Minervam Ἐργάνην, τὴν ἔργοις χαίρουσαν, deſignare voluit. — Cod. praeterea αἱ praebet, et v. ſeq. ἀνὴρ, quod *Brunckius*, a *Schneidero* monitus, in ἀνὴρ mutari juſſit.

V. Cod. Vat. p. 179. ἀνάθημα παρὰ Καλλικλείας. Edidit *Majus* in Catal. Bibl. Uffenb. p. 583. *Reiske* in Anth. p. 26. nr. 464. Illuſtravit *Toup.* ad Suid. p. 243. quem *Brunckius* in plurimis ſequitur. Calliclea, meretrix, ut

[redacted]

p. 828. Fortaſſe etiam ὑάλινος color non multum abludit a purpureo, cum conſtet, antiquorum vitrum colore multo obſcuriore fuiſſe quam noſtrum. Vide *Bartels Reiſen* T. I. p. 136. Hinc *Hedylus* Ep. III. πορφυρέης Λέσβιον ἐξ ὑέλου. — V. 5. τριχῶν σαγηνευτῆρα. *Suidas* v. κτένα· τὸ πύξινον κάλλυντρον τῶν τριχῶν. ἐν Ἐπιγράμματι· ἠδὲ τῶν τριχῶν σαγηνευτῆρα, πύξινον κτένα. quae nullam corruptelae ſuſpicionem movere debent. — Pro τριχῶν *Reisk.* χαιτῶν, qui apographi error eſſe videtur. Pectines eburnei et aurei commemorantur; frequentiſſimi tamen fuerunt buxei; unde *buxus* pro pectine ap. *Martial* XIV. 22. *Quid faciet nullos hic inventura capillos, Multifido buxus quae tibi dente datur.* Vide *N. Heinſ* ad *Ovid.* Faſt. VI. 229. *Hadr. Junium* de Coma VII. p. 391. — Quod pectinem comae σαγηνευτῆρα vocat, in eo *Leonidae* ingenium agnoſcimus. σαγηνεύειν paſſim ap. veteres pro *continere*, *cobibere* uſurpatur, ut ap. *Herodot.* III. p. 273. 71. ubi vide *Valcken.* VI. p. 451. 100. quod multi poſtea imitati ſunt. Hinc κτεὶς σαγηνευτὴρ, qui crines tanquam naſſa quaedam continet. — V. 6. ὧν ἤθελεν τυχοῦσα, ſive maritum, ſive divitias nacta, quas ſibi ſatis putabat. — Cod. lectionem γνησία Κύπρις *Majus* in Γνιδία, *Reiskius* in Κνωσσία mutavit. Κτησία emendavit *Toup.*, ut Ζεὺς κτήσιος, (vide *Valeſium* ad Not. Mauſſ. in Harpocr. p. 120.) illud autem nove et exquiſite de meretrice dictum eſſe ait. Vir doctus (*Porſon*), qui novam Emendationum in Suidam editionem notis ſuis ornavit, Tom. IV p. 457. haec ſcripſit: „Suſpicor, Brunckium hodie, ſi res integra „eſſet, vix editurum eſſe in 6. verſu κτησία, quippe „quod, ipſo judice ad Sophocl. Aj. 1077., metrum „jugulet. Probandum etiam erat, Venerem hoc titulo „usquam ornari, quod vix oſtendi poſſe arbitror. Diſſentit quoque a Toupio vir elegantiſſimus Larcherus in „Mémoire ſur Venus p. 141.“ Vide, an *Leonidas* ſcripſerit:

ὧν ἤθελεν τυχοῦσ', ἀλεντιὰς Κύπρι.

Hoc Veneris epitheton commemorat *Etymol. M.*: Ἀλεντιὰς, ἡ Ἀφροδίτη. διὰ τὸ περὶ τῶν ζώων ἀλεῦσαι τὴν θεὸν, πολλῶν ἐρασθεῖσαν, καὶ πλανωμένην. πιθανώτερον δὲ τὸ ἐν Κολοφῶνι ἐπὶ τοῦ Ἄλεντος ἱδρυμένη ποταμοῦ. Hic autem ap. *Leonidam* Venus hoc nomen habet non a flumine Asiae, sed ab alio ejusdem nominis, quod Lucaniam, non procul a Tarento, rigat. Hunc *Alentem* commemorat *Theocrit.* Eid. V. 123. et *Cicero* plus semel. — V. 7. Cod. hic et in lemmate Καλλίκρεια, quod *Reisk.* in Καλλικρατεία mutavit. Καλλίκλεια *Toupio* debetur.

VI. Cod. Vat. p. 192. Primus edidit *Kuster.* ad Suid. Tom. I. p. 452. *Reiske* Anth. p. 49. nr. 509. In apogr. Lips. auctoris nomen omissum. In exuvias ferae cujusdam a pastore occisae. — V. 1. 2. 3. laudat *Suidas* in Βώτορες, ubi τὸν νομίων habetur, quae est Cod. lectio. μόνιον *Brunckius* reposuit, de apro accipiens. *Sui-*

[redacted]

Hac autem emendatione admiſſa, alia ſeſe initio verſus ſponte offert, ut nimirum pro τὸν νομίην ſcribatur

αἰνοβίην — —

quod ad Cod. lectionem proxime accedit; nam inter νοβίην et νομίην, praeter minimum apicem, nihil plane intereſt. Lupum metuendum αἰνόλυκον vocat *Leonid. Tar.* Ep. XCIV. — κλαγγῇ ſive de clamoribus et ſtrepitu, quo feras depellere conantur, paſtores, ſive de canum latratu accipe. κλαγγεῖν de canibus uſurpavit *Theocrit.* Ep. V. — V. 3. Εὐαλκής, accentu perperam poſito, Cod. Vat. Laudat h. v. *Wetſten.* ad Lucam II. 8. p. 661. — V. 4. ἐκρέμασεν. *Suid.* et Cod. Vat. — De venatorum more ferarum exuvias et cornua arboribus affigendi vide *Paſſeratium* ad Catull. p. 44. et *Schottum* in Obſſ. c. XII.

VII. Cod. Vat. p. 195. *Reisk.* Anth. p. 45. nr. 499. Silene pro filiae ſuae Ariſtodices ſalute vota ad matrem deum facit. — V. 1. πυρὶ καίεος (ap. Lipſ. περικάεος) ἀμφὶ πολεῦσα. Cod. Vat. Regiò circa Maeandrum, qui Phrygiam alluit, incendiis ſubterraneis admodum expoſita, πυρικαύτης, pars ejus ἡ κατακεκαυμένη appellabatur. *Strabo* XII. p. 579. ſq. — Δίνδυμα. Vide *Strabon.* XII. p. 567. et 575. *Schol. Apoll. Rhod.* I. 941. Δίνδυμον δὲ ὄρος Κυζίκου, ἱερὸν τῆς Ῥέας· διὰ τὸ διδύμους μαστοὺς ἐν αὐτῷ ἀνήκειν, ὥς φησι Φιλοστέφανος, οὕτω προσαγορευθέν. σύμπασα δὲ ἡ Φρυγία ἱερὰ τῇ θεῷ. — V. 2. μητέρ' Cod. quod jam ap. *Reiskium* emendatum. — ¶. 222.] V. 4. γάμος, ut *nuptiae* ap. Latinos, de concubitu. Cf. *Alex. Aetol.* V. 17. *Macedon.* Ep. IV. VII. Hinc πείρατα κουροσύνας. ut πείρατα ζωῆς ap. *Meleagr.* Ep. XXI. βιοτῆς ap. *Phalaec.* Ep. IV. — V. 5. προνήϊα. παρὰ τὰ πρόνήϊα, idque πρόναον, *templi veſtibulum*, videtur indicare. Nota forma adjectivi προνήϊος, de eo, qui in veſtibulo verſatur; unde Ἀθήνη προνηΐη inter Delphorum numina. Vide *Herodot.* I. p. 47. 16. et *Weſſeling.* ad Diodor. Sic. XI. 14. Mox ſcribendum ex

mente *Brunckii* καὶ παρὰ βωμὸν (Cod. βωμῷ et ſic *Reisk.*) praepoſitione ad utramque vocem pertinente.

VIII. Cod. Vat. p. 196. Anth. *Reisk.* p. 45. nr. 502. Plurimi hoc carmen expreſſerunt, quos laudat *Meinecke.* Lycomedis filiae, textrices, artis ſuae inſtrumenta Minervae, ut videtur, dedicant. Cum divae nomen ab hoc carmine abſit, *Reiskius* v. 3. ἔργων Ἐργάνᾳ correxit; veriſimilius *Meinecke* v. 1. Ἀθηναίῃ, niſi quod dialecti nullam rationem habuit. Scribe Ἀθαναίᾳ, ut Ep. IX. 7. Sic ex quatuor Lycomedis filiabus una tollitur; quod et ipſum probabile eſt, cum ap. *Archiam* Ep. XI. et *Antip. Sid.* XXII. tres tantum puellae Minervae dona ferant. — V. 1. Λυκαμήδευς Cod. Vat. quod *Reisk.* correxit. — V. 3. ἔργων ἐκ δεκάτας. Sunt qui de decimis operum explicent. At illae non operum ſuorum partem, ſed ipſa artis inſtrumenta dedicant. Hujus verſiculi .

XXVI. — μολπήϊδα. apogr. Lipſ. Partem hujus diſtichi profert *Salmaſ.* ad Solin. p. 629. G. ubi πήνη et πήνιον illuſtrat; hinc *Bodaeus* ad Theophr. p. 614. Fuſius eadem pertractavit ad Script. H. A. Tom. I. p. 547. ſq. πήνιον eſt radius textorius trama involutus. *Heſych.* πανούκλιον ἢ ἄτρακτος, εἰς ὃν εἰλεῖται ἡ κρόκη. — Ad verſ. 6. *Brunckius* haec notavit: „κἐργαστὰς τούςδε περιῤῥαγέας, ſeu, uti „apud Suidam legitur in πηνίον, κεργαστοὺς τούςδε ποτιῤῥογέας, ſenſu caſſa ſunt. In Vat. Cod. ſcriptum κεργαστάς. „Salmaſius emendavit κἐργαστὰς, appoſita hac nota: ἐργασταὶ *videntur eſſe inſtrumenta textoria.* At mihi plane „ſunt incognita, tum quoad nomen, tum quoad uſum. „Locus eſt manifeſto corruptus, quod ex comparatione „ſimilium dedicationum apparet. Ubicunque textrices „inſtrumenta ſuae artis deo alicui appendunt, quaſilli „fit mentio, qui hic omiſſus. Archias: ἁ τρεττάτα δ' εἰροχαρῆ τάλαρον. Antip. Sidon. καὶ τόνδε φιληλάκατον καλαθίσκον. Et alibi: Δημώ μὲν ταλαρίσκον εὔπλοκον. Philippus: „καὶ τάλαρον σχοίνοισιν ὑφασμένον. Nicarchus: Κύπριδι τὸν „κάλαθόν τε. In omnibus hisce carminibus animadvertes „etiam epitheta materiam, formam et uſum inſtrumentorum ſignificare, nullibi autem detrimenti mentionem „fieri, quod tempus affert aut quotidianus uſus. Hunc „itaque verſum ſic refingendum cenſeo: πανία καὶ καλάθους τούςδε λυγοπλεκέας." Haec *Brunkius*, cujus emendatio tam longe abeſt a ſcriptura codicis, ut, librarios in hunc modum aberrare potuiſſe, nemo facile exiſtimaverit. In Cod. Vat. legitur κεργαστὰς τούςδε ποτιῤῥογέας. *Reiskius* dedit: καὶ ῥίσκους τ. περιῤῥογέας. *Pollux* X. 137. At *riſcus*, quae ciſtella eſt pelle contecta, ad h. l. nihil facit. Idem cogitavit de καὶ ἐρύσους. conf. *Heſych.* v. et καρτάλλους, quod Gloſſator πλεκτὸν ἀγγεῖον interpretatur. *Portus* ad Suidam καὶ ταρσοὺς tentaverat; quod nec ipſum *Reiskio* diſplicebat; tantopere in h. l. fluctuabat animo. *Meinecke*, qui recte animadvertit, fracta et attrita

instrumenta, nisi in his textricum dedicationibus, in aliis tamen occurrere, conjecit: καὶ ταλάρους τούςδε παρεφ-ξαγέας. Propius ad Cod. ductus fortasse scripseris:

ταλάρους τούςδε ποτ' εἰροχαρεῖς.

calathisci lanae asservandae olim destinatae. Sic *Archias* XI. εἰροχαρῆ τάλαρον. Noster Ep. sq. ἐςφυῖταν εἰρόκομον τάλαρον. *Catull.* Epithal. 378. *Ante pedes autem candentes mollia lanae Vellera virgati custodibant calathisci. Juvenal* II. Sat. 54. *Vos lanam trahitis, calathisque peracta refertis Vellera.* Vitium lectionis ortum, ut saepe, ex ultima syllaba omissa, unde ποτεἰροχαρ' factum; quod quam facile in ποτιερρογέας corrumpi potuerit, omnes intelligunt. — V. 7. σπάθας. Textorum instrumentum, quo tela densatur. Vide *Pollux* VII. 36. *Hesych.* σπαθητὸν τὸ ἐρθὸν ὕφος σπάθῃ κεκρουσμένον, οὐ κτενί. Hinc vestimenta πολύκρουστα καὶ πολυσπάθητα, quae τοῖς ἀραιοστήμοις

[illegible]

esset, ut in Codd. fieri solet, λι$^{\text{των}}$ γεραις, hinc primum τονλιγεραις, tum, corruptela magis magisque aucta, πολιγερα et πολυαργυρα factum est. — V. 8. ἐξ ὀλίγων. *Agis* T. I. p. 118. ἔργων ἐξ ὀλίγων ὀλίγην δόσιν. *Diodor. Zon.* Ep. IX. ἐκ μικρῶν ὀλίγιστα. *Xenoph.* Mem. Socr. I. 3. 3. θυσίας δὲ θύων μικρὰς ἀπὸ μικρῶν, οὐδὲν ἡγεῖτο μειοῦσθαι τῶν ἄλλων πολλῶν καὶ μεγάλων πολλὰ καὶ μεγάλα θυόντων.

IX. Cod. Vat. p. 196. Edidit *Pierson.* ad Moer. p. 464. *Majus* in Catal. Uffenb. p. 582. *Reiske* in Anth. p. 46. nr. 503. Hinc *Toup.* Em. in Suid. p. 417. Tres Philomedis filiae Minervae artis instrumenta dedicant; a labore textorio cessantes. — V. 1. Cod. Vat. Φιλολαίδεω, quod in Apographis varie immutatum est. Φιλομήδεω, *Piersono* teste, in Parisino reperitur. *Reiske* Φιλολύνθεω edidit. — V. 2. Νεικοῦς Cod. — V. 3. μισόεργον Cod. — V. 4. Idem ὀρφνεῖταν. calathus, olim lanae vellera servans, nunc vacuus. — V. 5. εὐάτριον. Radio textorio tribuitur, quod vestimentis proprium est. χιτῶνα λεπτὸν καὶ εὐήτριον *Themist.* Or. XX. p. 237. C. Vide *Pierson* l. c. *Ruhnken.* ad Tim. p. 135. et qui ibi laudantur. — V. 7. Πανάτιδι Cod. quod *Reiskius* servavit, vertens *Minervae lanificii;* unde apparet, eum hanc vocem derivasse a πήνη, de quo verbo vide ad Epigr. praec. v. 5. Πιτανάτιδι emendavit *Toup.* p. 419. certissimam emendationem vocans. Derivat a *Pitana*, urbe Laconiae. *Meurs.* in Lacon. IV. 9. *Spanhem.* ad Callim. p. 293. sq. Sed hic res non in Laconia, sed in Creta agitur. — V. 8. Ex hoc versu apparet, puellas nostras post hanc dedicationem, sive quod aetate confectae essent, sive quod in alia castra transiissent, opus textorium reliquisse. Conf. *Philipp.* Ep. XVIII. *Nicarchus* Ep. X. Quod si comparaveris similia Epigrammata, ut *Philippi* XIII. XIV. XV. XVI. XVII. facile intelliges, postremum distichon nostro carmini male assutum esse. Quid enim?

, in Codice excipit Epigr

Hujus primus versiculus in calce pagin sequitur recentiore, certe negligenti scriptum distichon:

> *Σὰν χέρας ἄι σοι Ἀθάνα ἐπὶ πλήσαιο μ*
>
> *θεῖος δ' εὐαπτέους ἐξ ἀλογυγοσσείων,*

In marg. ζτ. i. e. ζήτει. In apogr. Bpah mum erat, sed penultimum, descripto sibus, quibus certus locus non erat, le bitrio assignante. Sed addendi erant Ep quod in eadem pagina legitur, et in cuj tata sunt: *ζήτει στίχους β. κάτω.* quae a sus, in paginae calce positos, remittunt. mum laudat *Suid.* v. *σιπύη*. Penultimum legitur, emendavit *Toup.* qui laudat *R* *καὶ εἰςοπίσω Πολύμνιον Εὔχηρον πέμπεις οἷα Σ* veritate hujus emendationis dubito. *Ἰσω* sus fine legitur, librarii nota est, qui dub scribendum esset, an *πλήσαιμι*. Mihi detur:

> *ἀνθ' ὧν χεῖρας ἀεί σε, Ἀθαναία, περισσ*
>
> *θείας δ' εὐαπτέους ἐξ ἀλογυγοσσείων.*

ἀνθ' ὧν verum videtur. Noster Ep. XIX. *πέμπει* ... *χερ ἄγειν.* Ep. XXV ...

Philipp. Ep. XI. 7. — De voce σιπύῃ, qua *Leonidas* utitur Ep. XXX. inter Epigrammata *Leonidae Alexandrini*, quibus nonnulla nostri carmina admista sunt, vide *Valcken.* in Diatr. p. 169. C. Hecale ap. *Callimach.* Fr. 454. p. 578. ἐκ δ' ἄρτους σιπύηθεν ἅλις κατέθηκεν ἑλοῦσα. Eos, qui in eodem συσσιτίῳ erant, quosque Pythagoras κοινοβίους appellaverat, Charondas ὁμοσιπύους vocavit. Vid. *Casaub.* ad Athen. I. p. 17. 49. — Apud *Suidam* ὁμοσπύους perperam legitur.

X. Cod. Vat. p. 197. V. 1 – 4. edidit *Salmas.* ad Tertull. de Pall. p. 415. Integrum *Kusterus* ad Suid. T. I. p. 436. *Reiske* in Anth. p. 56. nr. 525. Cynici supellex Veneri dedicatur a Rhodone, formoso puero, cujus amore captus ille cynicam vitam reliquerat. — V. 1. 2. laudat *Suidas* in βλαύτῃ, et hinc *Petavius* ad Synes. p. 32. ubi βλαύτια illustrat. Adde *Salmas.* l. c. Veteres philosophi, et qui vitae simplicitatem prae se ferebant, βλαυτίοις utebantur; quae nonnunquam tamen, ut elegantius calceamenti genus, commemorantur. Vide ad Ep. XXXVIII. 3. — Σκίπων Cod. *Suidas* vulgo σκιπίων· in pr. edit. σκίπων, quod verum judicat *Brunckius* ad Eurip. Hec. 65. p. 285. *Antip. Sid.* Ep. LXXX., Cynicae vitae instrumenta enarrans, ᾧ μία τις πήρα, μία διπλοΐς, εἷς ἅμ' ἐφοίτα Σκίπων, αὐτάρκους ὅπλα σαοφροσύνας. — V. 2. ἀρκεῖται apogr. Lips. ἔγκειται *Suid.* — T. 223.] V. 3. ὄλπη. ampulla, guttus. *Casaub.* ad Theophr. Char. V. p. 75. — V. 5. Commode *Meinecke* attulit Ep. *Meleagri* XXXVII. τὸν θρασὺν εἶλον ἐγώ, τὸ δ' ἐπ' ὀφρύσι κεῖνο φρύαγμα Σκηπτροφόρου σοφίας ἠνίδε ποσσὶ πατῶ. — V. 6. Cod. στρεπτοῖς, quod *Reiskius* accipiebat de atrio, περὶ ὃ καὶ ἐν ᾧ στρέφονται πολλοί. Male. Verissima est *Brunckii* emendatio, στεπτοῖς. *vestibulum multis donariis exornatum.* — Θῆκε τ' *Kuster.* qui v. 5. ὧδε Ῥ. habet.

XI. Cod. Vat. p. 198. Primum distichon edidit *Salmas.* ad Tertull. p. 298. Integrum carmen *Kuster.* ad Suid. T. II. p. 398. *Reisk.* Anth. p. 59. nr. 530. Argumentum hujus carminis *Kusteri* verbis dabo: „Est „Epigramma de Posochare Cynico conceptum, cujus „peram, pellem, baculum, ampullam oleariam et pi„leum post ejus mortem a Fame ad myricam suspensa „fuisse Leonidas jocatur." Fuit, qui de Limo, formoso puero, cogitaret; perperam. Fames tropaeum de Posochare statuisse dicitur, quod ille, fame enectus, in agro ad myricam perierat. — V. 1. In Vat. καλλειψητόν. Apogr. Lips. ἐπεσκληρυμμένον. Nostram lectionem *Suidas* exhibet. — στέρφος. Vide *Inepp. Hesychii* v. Nymphae, quae Jasoni per quietem apparebant, στέρφεσιν αἰγείοις ἐζωσμέναι erant, ap. *Apollon. Rhod.* IV. 1348. ubi vide Schol. Cynici imitabantur Herculem, quem στερφόπεπλον vocat *Lycophr.* 652. *Apoll. Rhod.* IV. 1438. ἀμφὶ δὲ δέρμα πελώριον ἕστο λέοντος ὠμόν, ἀδέψητον. Fortasse etiam

De trabibus occurrit ap. *Orpheum* in Argon: 1155. ἔκλαγε φηγὸς Ἣν ποθ' ὑπ' Ἀργώαισι τομαῖς ἡρμόσσατο Παλλάς. Quod si cui displicuerit, is per me legat:

καὶ βάκτρον τοῦθ', ὅπλον ἐκ κοτίνου.

ut fere *Diodor. Zon.* Ep. IV. καὶ τὰν ἐκ κοτίνοιο καλαύροπα. *Callimach.* Ep. XXXVII. σκίπωνα, γεροντικὸν ὅπλον, κείρας. — V. 3. κώλπαν ἀστλ. omisso τ' Cod. Ap. *Suidam*, qui h. v. protulit in κυνοῦχος, legitur κώλπαν. Nostrum et *Kusterus* dedit. ἀστλίγγ. ampulla nunquam a sordibus purgata. *Lucian.* T. III. p. 18. μετὰ δὲ ἀπόῤῥητα καὶ ξένα ῥήματα, καὶ σπανιάκις ὑπὸ τῶν πάλαι εἰρημένα — εἰ ἀπεστλεγγίσθαι μὲν τὸ ἀποξύεσθαι λέγοις, τὸ δὲ ἡλίῳ θέρεσθαι εἱληθερεῖσθαι. *Hesych.* ἀπεστλεγγισμένον. ἀπεξυσμένον. Vide *Intpp. Hesychii* v. στλεγγίς, et notata ad *Theodorid* Ep. III. — κυνοῦχος. Secundum *Suidam* ὁ τὸν κύνα κρατῶν δεσμός· cui interpretationi ceteri omnes contradicunt. *Hesych.* κυνοῦχος. θυλάκιον. βαλλάντιον ἢ μαρσίππιον. *Pollux* V. 31. in apparatu venatorio recensendo, κυνοῦχος, ait, δέρμα μόσχειον, εἰς ὃ ἐντίθενται τὸ δίκτυον, τῷ σχήματι πεποιημένον, ὥσπερ τὰ σύσπαστα βαλλάντια. Cf. eund. X. 64. At vix intelligitur, ad quam rem ejusmodi marsupium Cynico, pera instructo, utile fuerit. Quare *Suidae* interpretatio, quam linguae analogia patitur, admittenda videtur, praesertim in poëta, quem a doctrinae affectatione minime liberum fuisse constat. κυνοῦχον ἀχάλκωτον *Ulitius* ad Gratii Cyneg. 401. p. 259. collare sine clavis interpretatur. Ex hoc loco colligi potest, fuisse Cynicos, qui, quo magis canibus essent similes, collari instructi incederent. — V. 4. laudat *Suid.* in σκίπωνον. — πῖλον. Fortasse quod certam vitae sedem non habens Cynicus noster, per terram errabat. Pileis enim viatores instructi esse solebant. *Graevius* Lect. Hesiod. c. XII. p. 60. sq. *Solanus* ad Lucian. T. III. p. 330. ed. Bip. — V. 6. Λιμός. Famem, ut deum, introducit

Alciphron L. III. 60. p. 426. εἰ μὴ ἄρα τοῖς μὲν γυναίοις Ἀφροδίτη πολιοῦχος, τοῖς δὲ ἀνδράσιν ὁ Λιμὸς καθίδρυται.

XII. Cod. Vat. p. 198. Edidit *Kuster.* ad Suid. v. ἀδρανὲς, ubi laudatur verſ. 6. et particula quinti. *Reisk.* Anth. p. 57. nr. 528. Soſippus, venator, ſenex factus, Mercurio artis inſtrumenta dedicat. — V. 1. Cod. ἀντυκτῆρας. *Suidas*, qui h. v. excitat v. ἀντιμφῆ, δόνακας ἀντυκτῆρας offert. Noſtrum *Kuſterus* in ſuo apogr. invenit. Nec contemnenda emendatio. Sunt tela, *quae cum impetu feruntur.* *Oppian.* Κυνηγ. II. 132. καὶ σύας αἰθυκτῆρας ἐπὶ χθονὸς ἀσκαίροντας. Halieut. I. 368. φύσκαλοι αἰθυκτῆρες. ubi vide *Schneider.* *Reiskius* ἀνθευτῆρας edidit, ut eſſent *arundines retentrices*, quibus piſcis, ne aufugiat, retinetur. Perperam. In hoc enim diſticho venatorum arma enumerantur. — Quod ad ποδάγρην attinet, diſertam ejus deſcriptionem dedit *Pollux* V. 32. ſqq. Vocatur etiam ποδοστράβη ſecundum *Heſych.* v. Cf. *Ulitium* ad Gratii Cyneg. 99. p. 130. ſq. ἀντιμφὶς refe-

ἐπὶ σχεδίας κινδυνεύοντα διαπλεῦσαι τὸν βίον. *Pindar.* Olymp. VI. 177. εὔθυν δὲ πλόον, καμάτων ἐκτὸς ἐόντα δίδου. Schol.: ἔν τε εὐθυμίᾳ καὶ εὐδαιμονίᾳ ὄντα παρέσχες διανήξεσθαι τὸν βίον. Quae loca laudat *Wesseling.* ad Herodot. p. 422. 63. Alia vide ap. *Gatacker.* ad M. Anton. p. 67. E. — ἀδρανίῃ. *Macedon.* Ep. XXI. μή τις ἐμεῖο αἰπόλος ἐγγελάῃ γήραος ἀδρανίην. Vide, quae collegit *Heinrich* in Obss. p. 39. δέδεται hinc fortasse sumsit *Phanias* Ep. II. πολιῷ γυῖα δεθεὶς καμάτῳ. Similiter ἀνάπτεσθαι ἐν καμάτοισιν dixit *Apollon. Rhod.* II. 214.

XIII. Cod. Vat. p. 199. *Kuster.* ad Suid. T. I. p. 204. *Reisk.* in Anth. p. 60. nr. 532. Leonidas Veneri, quae ipsum ex morbo servaverat, bellaria quaedam dedicat, majora promittens, si eum majorum participem fecerit. — V. 1. *Brunckius* in Analect. λαφρίῃ ediderat. In Lectt. haec monuit: „Imitati sunt hoc „carmen Lentulus Gaetulicus II. 166. III. et Cornelius „Longinus II. 200. I. ex quorum altero bene hic repo„situm est ἐκ πενίης pro corrupto ἐκ πλάνης, quod neque „sensus neque metrum admittit; nam in πλάνη prior „semper corripitur. In Cod. scriptum est Λαθρίῃ, ad „quam vocem haec annotavit Salmasius: τὸ Λαθρίῃ *quid* „*sit, quaerendum. An* Δαλίῃ? Ἄρτεμι Δηλία. *Placet.* Δαλίῃ, „ἐκ πενίης *scribendum videtur.* Nec Δαλίῃ, nec λαφρίῃ, quod „reposuit Vir cl. ad Suidam III. 263. (p. 526. ed. Lips.) „hic locum tenere potest. Dedicatio enim non Dianae, „sed Veneri facta, ut ex comparatione Epigrammatum „Gaetulici et Longini cuique manifestum erit. Repo„nenda est Cod. lectio Λαθρίῃ, quod Veneris est epithe„ton: Venus clandestina, furtiva, quae alio, sed ejus„dem significationis nomine Σκοτία dicitur. Vide He„sych. hac voce; et quos ibi laudant interpretes.“ Haec *Brunckius.* λαφρίῃ non tam *Toupii* commentum est, quam *Reiskii*; qui ipse tamen huic conjecturae parum habebat fidei. Codicis lectionem ille interpretatur de

dea praeside et tutrice eorum, quibus tenebris et ignoratione opus est, hoc carmen nimirum a *Leonida* exsule scriptum suspicatus. Quae suspicio tota nititur depravata lectione ἐκ πλάνης. — *Λαθρία* ut nomen puellae occurrit ap. *Pausan.* p. 248. — Mox *Reiskius* vertit, ac si legisset ἔρυμα πλάνης, *certa statio exilii.* — *Toupius* non solum ἐκ πενίης, sed etiam ἐκ σπανίης conjecit. Illud ut suavius praefert; nec dubitare nos sinit *Longini* imitatio. — Pro πενέστεω apogr. Lips. πενεύτεω. πενέστης h. l. non eo sensu accipiendum, quo vulgo de Thessalorum plebe usurpatur, (vide *Ruhnken.* ad Tim. p. 212. *Schneider* ad Xenoph. H. Gr. p. 96.) sed *pauperem* simpliciter denotat. — V. 2. ὀλίγης σιπύου Cod. non, ut *Brunck.* ait, ὀλιγησιπύου, quod in pluribus apographis reperitur, etiam in *Kusteri.* Conf. ad Ep. IX. 10 — V. 3. *Suidas* excitat in ψαῖστα et πιήεντα. — εὐθήσαυρον, *bene asservatam.* In Cod. est ἐλαίην. — V. 4. ἀπὸ κελίδιον Cod. quod *Salmas.* emendavit et post eum *Toupius. Nicander* in Alex. 216.

¶. 224.] *XIV.* Cod. Vat. p. 200. in marg. ἐσφαλμένον. Edidit *Kuster.* ad Suid. T. II. p. 334. unde *Toupius* in Em. in Hesych. T. IV. p. 198. *Reiske* in Anth. p. 61. nr. 534. Helluonis et parasitae dedicatio ad voracitatis deos. Comparavit *Meinecke Ariston.* Ep. I. Tom. II. p. 258. — V. 1. Λαβροσύνα et φιλευχείλῳ Cod. Parum feliciter *Reisk.* φιλοσκύλῳ, i. e. secundum eum τῷ σκύλλειν φιλοῦντι, *vellicare et discerpere amanti*, conjecit. Optima est *Brunckii* lectio. Gulositatis est *ligurrire*, λείχειν. Λαφυγμὸς ut persona videtur commemorari in *Aristoph.* Nub. 52. ubi delicatam conjugem describit Strepsiades, ὄζουσαν — Δαπάνης, Λαφυγμοῦ, Κωλιάδος, Γενετυλλίδος. In Achaia deus colebatur Δειπνεύς, ἀπὸ τῶν δείπνων σχὼν τὴν προσηγορίαν, Munychiae heros Ἀκρατοπότης, apud Spartanos Μάττων καὶ Κέραων, coquorum numina, tradente *Athen.* L. II. p. 39. C. D. — V. 2. nomen dedicantis in Cod. Δεισόζου scribitur. Unde *Brunckius* noverit, helluonem nostrum non sic, ut in Cod. est, sed Deïsoum appellatum fuisse, equidem ignoro. Ceterum in hoc versu Cod. Lips. terminabat unum Epigramma et secernebat illud a sequentibus, interjecto ἄδηλον. Quod unde factum sit, non apparet; nec tanti est. — V. 3. 4. ex schedis *Salmasii* protulit *Jungerm.* ad Polluc. X. p. 1274. κυάστορας legens, ut est in Cod. qui etiam Λαρισαίως habet. Ollae Larissaeae an alibi occurrant, nescio. *Schneiderus* Λαρισσαίους correxit, et Λαρισσαίους δημιουργοὺς occurrere in dicto Gorgiae ap. *Aristot.* de Rep. L. III. 2. in margine notavit. Prope Larissam, urbem Phthiotidis, Oloossa jacet, quam πόλιν λευκὴν appellat *Homer.* in Cat. Nav. 246. ut *Strabo* ait, ἀπὸ τοῦ λευκάργιλος εἶναι L. IX. p. 440. Ex hac argilla Larissae ollas fuisse factas, verisimile est. — In forma χύτρως haerebat *Reiskius*, qui χύτρας cum *Kustero* dedit. Sed masculinam terminationem asserit *Diphilus* in Epiclero ap. *Polluc.* X. 99. χύτρον μέγαν παρὰ τοῦ μαγείρου. Similem

depravationem paſſus eſt locus *Herodoti* VII. 176. p. 588. 28. ubi cum χύτρους γυναικείους legeretur, *Euſtathius* haec verba excitans ad *Dionyſ. Perieg.* v. 437. χύτρας, formam vulgarem, dedit. *Salmaſ.* ad Solin. p. 83. D. *Ammiani Marcellini* locum laudat ex L. XXII. *Sunt therma lutra, quae Chytras indigenae vocant.* ubi *Chytros* legendum ſuſpicatur *Bod. a Stapel* ad Theophr. IV. p. 477. — In vocabulo κυάστορας (ap. Lipſ. ἠνάστορας) emendando valde trepidat *Reiskius*, qui ex pluribus conjecturis tandem probat εὐγάστορας. *Brunckii* lectionem κυογάστορας de ollis ventrem implentibus et curantibus male quidam interpretatur; nam ad ipſarum ollarum ventrem reſpicitur. Lagena Βακχιακὸς χόστας dicitur γαστροφορεῖν ap. *Philipp.* Ep. LVIII. γάστρην τρίποδος dixit *Homer.* Il. σ. 348. Vide *Klotz* ad Tyrt. p. 54. ſq. — Vera autem videtur *Toupii* emendatio, κυτογάστορας. quod epitheton *Leonidae* indolem refert. — V. 5. excitat *Suid.* v. κύθετος. ubi εὔγναπτον. — Ad v. 6. *Brunckius*

ginem Baccho dedicat. Morem infantium ſtatuas diis, Dianae inprimis et Lucinae, dedicandi attigit *Dorvill.* in Vann. crit. p. 196. Sed hujus rei alia fuit ratio. Hic mulier filium Baccho (cujus myſteria quantopere in Magna Graecia floruerint, nuper docuit *Boettigerus* in Proluſ. de Orig. Tiroc. an. 1794.) de meliori commendat. — V. 1. „Μίκυθος hic pro nomine proprio „habui; hinc notatum a Salmaſio ad Heſychium v. μικκόθονον, τὸ μικρὸν, καὶ νήπιον. Appellative etiam ſumi „poteſt.“ *Brunck.* Cave appellative ſumas; quamvis v. 3. ad nominis analogiam reſpicitur. Μίκυθος autem vetus nomen apud Siculos fuit. *Micytho* ſervo Anaxilaus, priſcus rex Siciliae, liberorum ſuorum tutelam commiſit, ſecundum *Juſtin.* IV. 2. Cf. *Macrob.* Sat. I. c. XI. Rheginum, quem Μίκυθον vocat *Herodotus* VII. 170. p. 585. Σμίκυθον nominat *Pauſan.* V. p. 447. Vide praeter *Valcken.* ad h l. *Weſſelingium* ad Diod. Sic. X. 48. et 66. Σμίκυθον Macedonem commemorat *Plutarch.* T. II. p. 177. D. — Hoc diſtichon protulit *Suidas* in ῥωπικά. Cum ῥῶπος viliſſima mercium retrimenta ſint, (vide *Kuhn.* ad Polluc. I. p. 69.) τὸ ῥωπικὸν rem vilem notare videtur. *Longinus* ſic vocavit genus dicendi, quod, quia ineptis lenociniis fucatum eſt, nullius eſt pretii; vide *Ruhnken.* p. 247. et *Toupium* p. 283. qui noſtri carminis non immemor fuit. Fuſe hoc vocabulum pertractavit *Salmaſ.* ad Scr. H. Aug. T. II. p. 534. ſq. — ζωὸν, quod mihi nonnihil ſuſpectum eſſe fateor, *Reiskius* cum γραψαμένα jungit, ut ſit ζωγραφησαμένη.

XVI. Cod. Vat. p. 412. Εἰς ἄγαλμα Ἑρμοῦ. Planud. p. 345. St. 484. W. Carmen paulo obſcurius. Miccalio, vir pauper, ut calo, Mercurio ſtatuam dedicaſſe videtur; hanc Μικκαλίωνος ἄγαλμα vocat, ut a Miccalione poſitam. — V. 1. Cod. Vat. ὑλοφόρου τὤγαλμαθ', ὁδοιπόρε, Μικαλίωνος. unde ſcribendum videtur τὤγαλμα. Nomen

viri etiam in Planudea uno duntaxat κ scribitur. Male. Derivatur enim a μίκκος. — V. 2. In contextu *Brunckius* dedit: ἀλλ' ἴδε τόνδ', Ἑρμῆ — quam lectionem a sua sententia prorsus alienam esse ait in Lect. p. 49. Scribendum esse: ἀλλ' ἴδε τόνδ' Ἑρμῆς κ. ἑ. Idem cum dicit, in *editis libris* minus concinne legi Ἑρμῆς δ' ἀλλ' ἴδε τὸν κ. ἑ. suspiceris procul dubio, eum suam lectionem ex libris mstis sumsisse; quod secus puto. In Vaticano quidem legitur: Ἑρμῆς δ' ἀλίδεστον κ. ἑ. quod quamvis corruptum, nihil tamen a Planudeae lectione discrepat. Ceterum verba secundum notum Graecae linguae idiotismum sic jungi debent: Ἑρμῆς ἴδε, ὡς οὗτος ὁ ὑλοφόρος ἠπίστατο δωροδοκῆσαι ἀπ' ὀ. ἑ. Non latuit deum hujus calonis pietas, qui in tenui fortuna invenit, quod deo donaret. — V. 3. ὡς δ' ἐξ οἴζυρῆς. Planud. et Cod. Vat. — Ultima hujus carminis hoc dicunt: virum bonum, in quacunque tandem vitae conditione collocatus sit, pau-

„apices non quaerunt aucupes, ubi calamos suos struant; „sed in umbrosis locis et ad aquae rivos capturam esse „sciunt." *Brunck.* Vir doctus, quem significat, est *Heringa* in Obss. p. 53. sive *Reiskius*, qui λιτὸν edidit. In eandem conjecturam incidentem *Toupium Brunckii* rationes ab opinione sua revocasse videntur, in Emend. in Hesych. T. IV. p. 339. — V. 3. ὑλειωρὸν. Cod. ὑλήωρον. *Salmas.* et *Reisk.* — V. 4. συναγείω. Cod. Genuinam lectionem dederunt *Salmas. Jens. Reisk.*

¶. 225.] *XVIII.* Cod. Vat. Ἄδηλον. οἱ δὲ Λεωνίδου Ταραντίνου. *Leonidae*, cujus ingenio omnino dignum est, tribuit Planud. p. 418. St. 553. W. Heronax Satyris et Baccho tres vini cados, totidem vinearum primitias, dedicat. V. 2. 3. excit. *Suidas* v. δράγματα. V. 3. 4. in κάδος. V. 5. cum parte sexti in οἴνοψ. οἴνοπος. μέλας. — V. 2. *Suidae* lectionem πρῶτα δράγματα φ. probat *Brunckius*, *primitias vineae recens consitae, quae primos tum fructus reddebat.* — De φυταλιῇ vide ad Epigr. ἀδέσπ. CLXXXIII. — V. 4. πρωτοχύτοιο. i. e. πρώτου. Primum ex uvis vineae, tum demum consitae, expressum vinum describitur.

XIX. Cod. Vat. p. 142. sq. Planud. p. 431. St. 565. W. Tres fratres, venator, auceps et piscator, Pani dona ferunt. Hoc argumentum Anthologiae poëtae usque ad fastidium repetiverunt, quorum imitationes vide in Planud. VI. cap. XV. V. 1. laudat *Suidas* v. ὁμαίμος. 1. 2. in ἀγρεσίη. — V. 3. Vulgo ἐν ἀπὸ μὲν πτ. In Cod. Vat. ὧν ἀπὸ τῶν πτανῶν. — In versus exitu Δᾶμις Cod.

XX. Cod. Vat. p. 196. Planud. p. 424. St. 559. W. Imitando hoc carmen expressit *Antip. Sid.* Ep. XXIII. Tres puellae Dianae institam, communi opera elaboratam, dedicant. — V. 1. laudat *Suid.* in πέζα. Vide de hoc vocabulo Intpp. *Hesychii* v. πέζα. Est limbus, qui stolam in ima parte ambit. Dextram ejus partem Bittion

elaboraverat, *μέχρι παλαιστῆς ἢ σπιθάμης.* Altera menſura priore paulo major eſt. *παλαιστὴ* eſt palma, vola manus, non multo latior quatuor digitis. *Heſych.* *παλαιστή. παλάμη. τὸ τεττάρων δακτύλων μέτρον.* *σπιθάμη* dodrans, duodecim digitorum menſura. *σπιθάμη. τὸ μέτρον, τὸ ἀπὸ τοῦ μεγάλου δακτύλου ἐπὶ τὸν μικρὸν διάστημα ἐκταθέν.* *Idem.* Vide *Bodaeum a St.* ad Theophr. L. II. p. 89. Erat igitur limbus admodum latus. — *θάτερα.* partem oppoſitam, ſiniſtram. — Inter utramque oram Maeander, tertiae puellae opus, cum virginibus pictus erat. *Maeandri* inter ornamenta veſtium noti vel ex *Virgilio* Aen. V. 250. *Victori chlamydem auratam, quam plurima circum Purpura Maeandro duplici Meliboea cucurrit.* Nuper etiam rem ex veteribus monimentis illuſtravit *Boettigerus in den Vaſengemahlden* Faſc. I. 1. p. 89. — V. 5. *νῆμα.* Hic opus textum ſignificat; filum ap. *Theocrit.* XXV. 74. *μαλακὸν περὶ γούνατι νῆμα χειρὶ κατατρίψοντι.* Vide *Valcken.* ad Adon. p. 270. B. — V. 6.

Ἰτωνίδος Ἀθηνᾶς, τόδε τὸ ἐλεγεῖον ἐπιγράψας· Τοὺς θυρεοὺς — — Conf. *Justin.* XXV. 3. Genuinam esse inscriptionem dubitat *Maffei* in Crit. Lapid. p. 31. — V. 1. τοὺς θυρεούς. θυρεός, ἀσπὶς ἢ σκουτάριον secundum *Hesych.* Verum discrimen est inter θυρεὸν et ἀσπίδα, quod docuit *Perizon.* ad Aelian. V. H. III. 24. *Alberti* in Obss. phil. p. 374. sq. *Spanhem.* ad Julian. Orat. I. p. 242. qui etiam ad *Callim.* H. in Del. 184. p. 502. de θυρεὸς disputat, nostri loci non immemor. Veterum grammaticorum interpretationes diligenter collegit *Wetsten.* ad N. T. II. p. 260. — Ἰτωνίδι. Nomen Itonidis Minerva accepit ab Itone, oppido Thessaliae, secundum *Hecataeum* ap. *Schol.* in Apoll. Rh. I. 551. Ejus templum, quo Pyrrhus Gallorum spolia dicavit, situm erat inter Pheras et Larissam, teste *Pausan.* I. p. 31. Scribitur autem Ἰτωνία, Ἰτωνιὰς et Ἰτωνίς. Conf. *Luc. Holsten.* ad Steph. Byz. p. 151. et *Spanh.* ad Callim. H. in Cerer. 75. p. 796. — V. 2. ἐκρέμασεν. Plan. Cod. Vat. — V. 4. Αἰακίδαι. Pyrrhus generis sui originem referebat ad Pictum, Neoptolemi filium. Nota res. Vid. *Pausan.* I. 11. p. 17.

¶. 226.] *XXII.* Ex *Pausania* L. I. p. 31. relatum est in Append. Planud p. 504. St. *10. W. Adscripti fuerunt hi versus spoliis Macedonum, quae Pyrrhus, Antigono devicto, Jovi Dodonaeo dicavit. — V. 1. αἵδε ad ἀσπίδες referendum. His armis Macedones olim Asiam devastarunt, his Graeciam redegerunt in servitutem. — V. 4. Vulgo ap. *Pausan.* Μακεδονίας legitur. — Ceterum hoc Epigramma *Brunckius Leonidae* ex conjectura tribuit.

XXIII. Cod. Vat. p. 165. Planud. p. 443. St. 576. W. Agnon arma Lucanis erepta Minervae dedicat. Tarentini cum Lucanis crebro bella gesserunt; vide *Heynii* Opusc. Acad. T. II. p. 227. etiam *Leonidae* aevo, duce Pyrrho Ol. CXXV. Cf. *Strabon.* p. 429. B. —

V. 1. *ὀφαντοὺς θώρηκας. loricas linteas* intellige. Vide *Drakenborch.* ad Sil. Ital. IX. 587. *Casaub.* ad Sueton. Galb. c. XIX. — V. 2. *τόσσας δ'* Plan. — V. 3. *ταῦτα ἀπό.* et in marg. *γρ. τόσσ' ἀπό.* Cod. Vat. — *Κορυφάσια* Cod. et Planud. librariis hanc vocem cum *ἔντεα* jungentibus. Minervae Coryphasiae templum fuit in promontorio Coryphasio prope Mothonem, ut diserte tradit *Pausan.* IV. 36. p. 371. Cf. *Vales.* ad Harpocr. p. 40. Docte argutus, ut Sancti Patres solent, *Arnobius* IV. p. 137. *Desisterne illa Minervam se dicere, cui Coryphasiae nomen est, vel ex Coryphae matris signo, vel quod e vertice Jovis palmam ferens emicuit?* Jupiter *κορυφαῖος* occurrit ap. *Pausan.* II. p. 121. et ap. eundem ex *Telesillae* fragmento *Ἄρτεμις κορυφαία* L. II. 38. p. 175. — V. 4. *Ἄγων* (quod *Brodaeus* pro participio habuit) *Εὐάνθεύς.* Planud. *Εὐάνθεις.* Cod. Vat. — Agnonis nomen passim ap. veteres obvium. Inter comites Alexandri fuit Agnon Teïus. *Plutarch.* Vit. Al. Tom. IV. p. 32. ed.

μάκαρες legitur. *Mnasalc.* Ep. IV. κάμακας δολιχάς. *Homer.* Il. ε. 563. κάμακι ἀργυρέῃσι. — ἀμφίβολοι fortasse appellantur hastae in utraque parte armatae. De cuspide inferioris partis multa collegit *Boettiger. über den Raub der Cassandra* p. 56. not. 54. Fracta hasta, inferiore cuspide pugnabant, ut praeclare intelligitur ex *Polyb.* VI. 25. 5. — V. 3. Homericum dicendi genus. Il. β. 727. Philoctetae absentis copiae πόθεόν γε μὲν ἀρχόν. *Nossis* Ep. VI. arma dominis suis demta οὐ ποθεῦντι καλῶν πάχεας, οὓς ἔλιπον. — V. 4. Παλλάδι. Minervam Itoniam significari, temere affirmavit *Brodaeus.* — ἀμφίχανεν (scribe ἀμφίχανε) θάνατος. Anthol. Lat. T. II. p. 45. LXIII. *Mors, quae perpetuo cunctos absorbet hiatu.* Noster Epigr. LXXXV. οἴην, γαῖ', ἀμφίχανες κεφαλήν. *Sophocles* in Antig. 117. Polynices Thebis inhians φονίαισιν ἀμφιχανὼν κύκλῳ λόγχαις ἑπτάπυλον στόμα ἔβα. Vide *Abresch.* ad Aeschyl. L. II. p. 444.

XXV. Cod. Vat. p. 141. Planud. p. 412. St. 547. W. ubi multa carmina ex nostro expressa leguntur. Diophantus piscator artis instrumenta Mercurio, ut videtur, dedicat. — V. 1. „εὐκαμπές. Salmasius ad „dedicationem statuae Regillae p. 87. hic scribendum „esse contendit εὐκαπὲς, de qua scriptura videndus Dor„ville ad Charit. p. 442. Supra in Epigr. XIV. 5. Sui„das in edit. principe εὔγναπτόν τε κρίαγραν. Vide eun„dem Dorville laudati operis p. 215. et 105. Hoc, ut „Leonidae fere omnia, Dorica fuit dialecto scriptum, „cujus formas habet Vat. Cod. in ult. dist. τέχνας, ἀρ„χαίας, τεχνοσύνας." *Brunck.* Vulgatam similis licentiae exemplis defendere licet. *Nicander* Alex. 92. καὶ δὲ σύγ' ἢ μαλάχης ῥαδάμνους ἢ φυλλάδα τήξας. Oraculum ap. *Euseb.* in Praepar. Evang. V. 7. p. 192. B. αὐλοὶ καὶ τυμπάνων πάταγοι. Vide etiam, quae ad nostram lectionem defendendam protulit *Toup.* in Addend. ad Theocr. p. 402. ἀγκίστροιο εὐκαμπέος αἰχμῇ dixit *Oppian.* Hal. III. 128. —

V. 2. χάρμεσιν. Cod. — V. 4. Vulgo εὕρεμα δ. Nec aliter Vat. Cod. In Cod. Mediceo ἄρρεμα, teste *Dorvillio* ad Charit. p. 214. qui hinc ἄρμενα elicuit. *Antip. Sidon.* Ep. XV. θῆκαν ἄρμενα τέχνας. Ep. ἀδέσπ. XC. πάσης ἄρμενον ἐργασίης. CXVI. λιμηρῆς ἄρμενον ἐργασίης. — V. 6. ἐρέτας vulgo et in Cod. Vat. quam lectionem in nostro poëta reprehendere non ausim; nec ausus est *Dorvillius*, qui ad Charit. p. 105. conjecturam ἐρετμοὺς haesitabundus proponit. Ut hic ἐρέται, *remiges*, pro ἐρετμοῖς, *remigiis*, ponuntur, sic Ep. V. σαγηνευτὴς, quod *piscatorem* significat, positum est pro *everriculo*, sive nassa, qua piscatores utuntur. Si hujus loci meminisset *Brunckius*, ἐρετμοὺς, quod vocabulum nulla auctoritate nititur, non recepisset. — V. 7. ἀνάκτορι τ. Mercurio, ni fallor. In iis quidem carminibus, quae ex nostro expressa sunt, piscatores instrumenta sua Mercurio dedicant. Cf. *Oppiani* Halieut. L. III. v. 13. sqq. et 26. sq

XXVI. Planud. p. 343. St. 483. W. *Theocriti*, non

Josepho Scaligero, qui conjecit: τὴν φλέβ' ὀδαξάμενος — ſatis ingenioſe; ſed mutatione non opus eſt.

¶.227.] *XXVII*. Planud. p. 328. St. 467. W. In ſtatuam Mercurii, pecudum cuſtodis, a paſtore poſitam. Mercurius diis paſtoralibus paſſim annumeratur. *Pauſan.* L. II. 3. p. 117. Mercurii ſignum deſcribit, ariete adſtante, ὅτι Ἑρμῆς μάλιστα δοκεῖ θεῶν, ἐφορᾷν καὶ αὔξειν ποίμνας, καθὰ δὴ καὶ Ὅμηρος ἐν Ἰλιάδι ἐποίησεν· υἱὸν Φόρβαντος πολυμήλου, τόν ῥα μάλιστα Ἑρμείας Τρώων ἐφίλει καὶ κτῆσιν ὄπασσε. ex Il. ξ. 490. Vide *Arnald.* de Diis Aſſeſſ. p. 137. — V. 1. vulgo αἰγῶν legitur. — V. 4. τοῦ γ' ἀρπακτῆρος μήτι μέλεσθε λύκου. Vulgo. Haec *Brunckius* ſine auctoritate mutaſſe videtur, cum aut nulla aut minima mutatione indigerent; tertium verſum intactum reliquit, qui corruptiſſimus eſt. Scribendum enim, niſi me omnia fallunt:

ἀλλὰ μολεῖτ' ἀν' ὄρη, χλωρᾶς 'κεκορεσμέναι ὕλας,
τοῦ θ' ἀρπακτῆρος μή τι μέλεσθε λύκου.

Similiter *Julius Aegypt.* Ep. VIII. ubi piſcator ſenio confectus, armis ſuis dedicatis, ἰχθύες, ait, ἀλλὰ νέμοισθε γεγηθότες, ὅττι θαλάσσα Δῶκεν ἔχειν Κινύρου γῆρας ἐλευθερίην.

XXVIII. Cod. Vat. p. 177. Planud. p. 447. St. 580. W. Faber lignarius Minervae inſtrumenta ſua ponit. Pro Θῆρις v. 1. *Suidas* habet Δῆρις in v. δαιδαλόχειρ. Idem laudat v. 2. voce πρίων. v. 3. in ῥυκάνα.

XXIX. Cod. Vat. p. 409. Planud. p. 56. St. 80. W. Repetivit, quaedam ex Palatinis membranis corrigens, *Salmaſ.* in Inſcript. Herod. p. 13. ſq. Mercurius in eadem ara cum Hercule poſitus, de aſſeſſoris ſui iniquitate conqueritur, quod, quae utrique fuiſſent appoſita, ſolus devorare ſoleat. Mercurii et Herculis ſimulacra ob varias cauſas conjuncta paſſim commemorantur; de qua re vide *Arnaldum* de Diis Aſſ. p. 137. ſqq. quem noſtrum carmen fugit. In ſimili argumento luſit *Antip.*

Sidon. Ep. XXVIII. Ceterum Herculis ἀδηφαγία tritum poëtarum et comicorum et satyricorum argumentum fuit. Vide, quae notavit *Bergler.* ad *Aristoph.* Ran. 62. *Warton.* ad *Theocrit* Eid. VII. 153. XXIV. 136. — V. 1. οὗτε hic et vers. sq. Planudea. αὗτε Cod. — V. 3. ὁρῶν. Ald. pr. et Ascens. In Lect. Ald. pr. ὅρων, quod seqq. receperunt. — οἷον ὁρῇς. ut Amycus ap. *Theocrit.* Eid. XXII. 59. τοιόσδ', οἷον ὁρᾷς. — V. 5. Hic versus cum seq. intpp. vehementer exercuit. *Scholiast.* recte intellexit, sensum esse debere: Erga nos parum amice facimus. Quod autem aposiopesin esse ait et verbi ellipsin (λείπει· οὐ καλῶς συμβαίνομεν), in eo egregie fallitur. Hunc sensum reddidit *Grotius: Ambo boni vobis: inter nos non ita; quippe Huc si forte pirum quis tulit, ille vorat.* Pusillum mendum obesse putabat *Opsopoeus,* quominus haec emendate legerentur, corrigitque: ἀλλά ποθ' αὐτὸς. quo nihil efficitur. In hunc modum si locus emendari possit, praeferendum sit ποτ' αὐτὸ, quod *Scaligero*, sive, quod *Huetio* in mentem venit p. 7. ἀλλά

ὅσσας γὰρ κοινῇ τις παρθεῖτο τοῖς δυσὶν, οὗτος
αὐτῷ οἱ παραθεὶς ἀχράδας, ἐγκέκαφεν.

Ad ferendam opem mortalibus, *Mercurius ait*, *convenit facile nostra amborum voluntas: ceterum nobis inter nos parum convenit, propter rapinas bujus et violentiam: nam quidquid in commune ambobus aliquis apposuerit, id omne sibi ille apponit ac vorat.* Contra *Casaubonum* disputat *Salmasius*, qui aliquid deesse negans, τοῦθ' αὐτοὺς pro πρὸς ἡμᾶς accipi posse contendebat. Equidem tamen non dubito, quin nonnulla exciderint, fortasse post εὐάκοοι· reliqua vero sic correxerim:

αἱ δέ ποτ' αὔας
αἴ τ' ὠμὰς παρθῇ ἀχράδας, ἐγκέκαφεν.

sive siccas et vetulas, *sive acerbas et immaturas apposueris.* — κάπτειν et ἐγκάπτειν de voracibus passim. Vide *Casaubon.* Animadv. in Athen. p. 669. 59. *L. Bos* Obss. crit. p. 83. *Valcken.* ad Ammon. p. 20. sq. — V. 8. τοὺς Planud. Vat. Cod. Mox etiam Planud. οἴτε πέλοντα δ. οἴτε χύδαν. Novissimam vocem Cod. Vat. χύλαν scribit. — In εὐτρέπικεν haereo. Si vera est lectio, subaudiendum ἐγκάπτειν, *deglutire se parat*; ut ap. *Alciphr.* I. 22. p. 84. πρὸς τὰς καταπόσεις εὐτρεπιζόμενος. *Casaubonus* tamen in notis mstis ἐξέπιεν correxit. Hoc verum non videtur. In talibus enim non ἐκπίνειν, sed καταπίνειν usurpari solet. — Ceterum non omittendum est, *Gilbertum Wakefield* pro αἴτε utroque loco αἴ τε legere. — V. 10. Jam Mercurius, cum tantum ex hac societate detrimenti capiat, sacrificaturos rogat, ne dona sua utrique simul, sed singulis separatim dare velint. Hic, quid ἄμφω sibi velit, plane non intelligo; nec sincerum putavit *Jos. Scaliger*, qui ἄφνω conjecit; perperam. Scribendum, ni fallor:

ἀλλ' ὁ φέρων τι
ἀμφοῖν, μὴ κοινῇ τοῖς δυσὶ παρτιθέτω.

si quis utrique nostrum aliquid attulerit, ne tamen utrique in commune, sed partitione facta singulis singula apponat. Huic conjecturae insignem auctoritatem conciliat consensus acutissimi viri *Wakefield*, qui in idem incidit. — Pro κοινᾷ (sive κοινῇ Planud.) Cod. Vat. κοινὰ exhibet. — T. 228.] V. 11. τῷ Edit. Flor. Aldin. Ascens. τὴν Cod. Vat. Est in his verbis imitatio *Homeri* Od. I. 347. quam notare non neglexit *Munkerus* ad Anton. Lib. c. X. p. 68. — Pro ἄλλο τὸ Edit. pr. ἄλλοτε, aliae ἀλλό τε legunt. Nec aliter membranae Vat. et *Salmas. Casaub.* in notis msc. ἀλλὰ σὺ τοῦτο. — V. 12. Ἑρμῇ Cod. Vat. — Pro λόοι, quae est *Stephani* emendatio, a Cod. Vat. confirmata, vulgo λύει legitur. *Huetius* p. 7. λυέτω sive λόεσι tentabat.

XXX. Cod. Vat. p. 167. sq. Λεωνίδου Ταραντίνου, οἱ δὲ Γαιτοῦ, i. e. Γαιτουλικοῦ. Planud. p. 420. St. 555. W. Pani, Baccho et Nymphis Biton sacra facit. Imitatus est hoc carmen *Sabinus* T. II. p. 304. — V. 1. 2. lau-

ἐν ταῖς ἀγκείαισι. Vat. Cod. In marg. γρ. ἔν τε ἀναγκαίῃσι. Noſtram lectionem habet Planud. quae tamen in exitu verſus minus bene δεξιτερῇσι habet, ubi membranae nihil praeſidii ferunt. — Vocem συναγκεία illuſtrat *Weſſeling.* ad *Diodor. Sic.* T. I. p. 238. 16. — Cum Therimachus Pana roget, ut ipſi, cum in venatione, tum in pugna faveat, tela ut in feras, ſic in hoſtes dirigens, vix dubitandum eſt, quin ſcribi debeat: δῶρα καὶ ἀντιπάλων, ſive potius:

ἔν τε συναγκείαισι παρίσταςο δεξιτερῇ σῇ,
πρῶτα διδοὺς ἄγρης, πρῶτα καὶ ἀντιπάλων.

Perpetuus *Leonidae* imitator *Antip. Sid.* Ep. XX. ἀλλ' ὁ μὲν ἀγχυβόλων ἰῶν κράτος, ἃ δὲ φέροιτο Ἄκρα λύρας, ὁ δ' ἔχοι πρῶτα κυναγεσίας. δῶρα fortaſſe ex gloſſemate in contextum venit. Si ſervatur, minor erit gravitas, ſenſus idem.

XXXII. Cod. Vat. p. 162. Λεωνίδα, οἱ δὲ Μνασάλκου. Planud. p. 434. St. 568. W. ſine varietate. Cleolaus cervi cornua arbori affigit. — V. 1. Κλεόβουλος fuit a pr. manu in Cod. Vat. Κλεόλας Φλιάσιος commemoratur ap. *Pauſan.* V. 22. p. 435. Pro λοχήσας *Meinecke* conjecit τυχήσας, comparato *Homer.* Il. δ. 106. ὑπὸ στέρνοιο τυχήσας. At κνημοὶ hoc loco non, ut vir doctus exiſtimaſſe videtur, cervi crura, ſed longe aliud ſignificant, nempe δασεῖς, τραχεῖς καὶ δυςβάτους τόπους. *Heſych. Homer.* Il. β. 497. πολύκνημον. πολλοὺς ἔχουσαν κνημούς· κνημοὶ δὲ μεταφορικῶς ἀπὸ τῶν ἀνθρωπίνων κνημῶν. *Schol.* Vide *Gesner.* ad *Orphei* Argon. 635. — λοχήσας ὑπὸ κναμοῖσι idem eſt, quod ap. *Homerum* Il. δ. 106. dicitur δεδεγμένος ἐν προδοκῇσι, i. e. ἐπιτηρήσας, λοχήσας. *Theocrit.* Eid. XXV. 227. αὐτὰρ ἐγὼ θάμνοισιν ἄφαρ σκιεροῖσιν ἐκρύφθην — δεδεγμένος, ὁππόθ' ἵκοιτο. Eſt Latinorum *excipere.* Vide *Burmann.* ad Propert. II. 15. 23. — V. 2. laudat *Suidas* in Μαίανδρος, ubi ἔκτεινε. — V. 3. Partem hujus verſiculi profert idem v. σαυρωτήρ. et majorem diſtichi partem in φρύγμα

τα. — *σαυρωτὴρ* proprie infima pars hastae, ut Il. κ. 153. tum pro ipsa hasta videtur positum. — *ὀκτάῤῥιζα φράγματα*, *cornua octo ramorum*. *φράγματα. τὰ κέρατα, οἷς ἡ τῶν ἐλάφων κεφαλὴ πέφρακται. κεφαλώματα* interpretatur *Suidas*. — V. 4. ἄλλος inepta lectio. Nihil profecto impediebat Cleolaum, quominus ipse cervi, quem interfecerat, cornua pinui affigeret. Scribendum est:

ἧλος ἔπαξε πίτυν.

Cleolaus clavo affixit cornua. Haud aliter Glaucon et Corydon venatores in Ep. *Erycii* I. Tom. II. p. 295. *καὶ οἱ δωδεκάδωρα κέρα Ἅλῳ μακροτένοντι παρὰ πλατάνιστον ἔπαξαν Κυρείαν, νομίῳ καλὸν ἄγαλμα θεῷ.* ubi Cod. quoque ἄλλῳ praebebat, cujus vitium correxit *Kusterus* ad *Suidam* in *δωδεκάδωρα.* Hanc emendationem, ante hos quatuor annos prolatam in Emendatt. in Ep. gr. p. 12. nunc firmavit Cod Vat auctoritas, ubi ἅλος, accentu perperam posito, reperitur. Haec igitur dubitationem non habent. Sed praeterea offendor in epitheto κραναόν,

probat *Wyttenbachius* in Bibl. crit. Tom. I. P. II. p. 35. et εὔσημος corrigit, cogitans de pila artificiose elaborata, qualem Cupidini promittit Venus ap. *Apollon. Rhod.* III. 135. sqq. et, qui poëtam expressit, *Philostrat.* in Icon. VIII. p. 873. ῥαπτὴν σφαῖραν vocat *Glaucus* Ep. I. *Dio Chrysost.* Orat. VIII. p. 281. ludunt οἱ παῖδες τοῖς ἀστραγάλοις καὶ ταῖς σφαίραις ταῖς ποικίλαις. — V. 2. πλατάγη. εἶδος ὀργάνου ἦχον καὶ ψόφον ἀποτελοῦντος. *Suid.* *Brodaeus* laudat *Apollon. Rh.* II. 1056. ubi aenea Herculis crepitacula χαλκείην πλατάγην vocat; nihil forte diversa a πλαταγωνίοις, quae describit *Pollux* IX. 127. καλεῖται μὲν γὰρ οὕτω καὶ τὸ κρόταλον καὶ τὸ σεῖστρον, ᾧ καταβαυκαλῶσιν αἱ τίτθαι ψυχαγωγοῦσαι τὰ δυςυπνοῦντα τῶν παιδίων. Hoc distichon in Cod. Vat. recentiore charactere scriptum postponitur posteriori; literis tamen appositis error emendatus. — Pro πυξινήν *Stephanus* etiam τρυξινήν legi monet. — ¶. 229.] V. 3. *Brunckius* exhibuit lect. Planud. In Cod. Vat. corrupte στραγγάλας αἷς ἐπεμήνατο. Elegans est usus verbi ἐπιμαίνεσθαι de vehementiori studio usurpati. *Nicias* Ep. VII. apis ἐφ' ὡραίοις ἄνθεσι μαιωμένα. Vide, quae de hoc verbo collegit *T. Hemsterh.* ad Lucian. T. II. p. 346. ed. Bip. — ῥόμβον. De rhombo, quem pueri flagello agitant, vide *Suid.* v. *Schol. Apollon. Rhod.* I. 1139.

XXXIV. Cod. Vat. p. 147. Planud. p. 441. St. 574. W. Venator Pani munera quaedam dedicat. — V. 1. αἰγόνυχι. Plan. Margini Wechel. ubi αἰγόνυχι exhibetur, adpictum αἰγώνυχι. — V. 2. *Suidas* profert in ἀγρεία κοιδῇ. ubi recte ἀγρείης legitur; vulgo ἀγρίης. De hoc platani epitheto vide ad *Mnasalc.* XII. 2. Ap. eundem vero σκύτος legitur (in ed. Flor. σκῦλος), quod metrum corrumpit. Vide *Kuster.* ad *Aristoph.* Plut. 514. et *Toup.* in Cur. Nov. p. 159. — V. 3. ῥαιβόκραον ap. Steph. In tribus Aldin. et ap. *Suid.* ῥαιβόκρανον. Caprarium describens *Theocrit.* Eid. VII. 18. ῥοικὰν δ' ἔχεν

ἀγριελαίῳ Δεξιτερῇ κορύναν. De ῥαιβὸς vide ad *Archilochi* Fr. IX. 3. Epitheton a *Leonida* clavae tributum *Crinagoras* Priapo tribuit Ep. VI. εὐστόρθυγγι Πριήπῳ. — V. 4. ἃ. Vat. Cod. et Steph. Tres Aldinae et Ascens. ἅ. — In exitu versus vulgo ἄκρους. In Cod. Vat. λύκος, superscripto υ. — V. 5. Verba γαυλούς τε γλαγοπῆγας excitat *Suid.* v. γαῦλος. In antiquis *Suidae* editt. γλαγοπέδας. In uno Cod. Paris. *Kusterus* γλαγοπῆγας invenit scriptum. *Homer.* Il. π. 641. ὡς ὅτε μυῖαι σταθμῷ ἔνι βρομέωσι περιγλαγέας κατὰ πέλλας. — In v. ἀγμαῖον *Suidas* laudat ἀγμαῖόν τε κυνάγχαν. — V. 6. pro καὶ τὸν *Brunckius*, a *Schneidero* monitus, corrigit καὶ τὰν, ut *Suidas* habet in λαιμοπέδην. δι' ἧς δεσμεῖται ὁ κύων. Ex comparatione Epigr. *Diodori Zonae* IV. quod ex nostro expressum videtur, acute suspicatus est *Schneiderus*, in nostro deesse distichon, quod preces continuerit.

XXXV. Bis legitur in Vatic. Cod. p. 202. et 411.

XXXVI. Planud. p. 337. St. 477. W. Cum lemmate Λεωνίδου, οἱ δὲ Περίτου εἰς ἄγαλμα Πριήπου. Verba οἱ δὲ Περίτου primum accesserunt in Aldina pr. *Brunckius* latere censet Θεοκρίτου. Expressum est hoc carmen in Lusibus XXIV. Anthol. Lat. T. II. p. 498.:

Hic me custodem foecundi villicus horti
Mandati curam jussit habere loci.
Fur, habeas poenam, licet indignere, feramque
Propter olus, dicas, hoc ego? propter olus.

τὸν ἀγρυπνοῦντα. *non negligentem* (*Catull.* XIX. 20), sed apprime attentum. — V. 3. τοῦτο. Idem color in Epigr. *Tymn.* III. ἔπρεπεν μὴ λαχάνων ἕνεκεν τάδε καὶ κολοκυντῶν, Φήσει τις, με λέγειν. ἔπρεπεν· ἀλλὰ λέγω.

XXXVII. Planud. p. 367. St. 506. W. Hoc et sequens Epigr. scriptum in statuam *Anacreontis*, Athenis in arce positam. *Pausan.* I. p. 59. τοῦ δὲ τοῦ Ξανθίππου πλησίον ἕστηκεν Ἀνακρέων ὁ Τήϊος, πρῶτος μετὰ Σαπφὼ τὴν Λεσβίαν τὰ πολλὰ ὧν ἔγραψεν ἐρωτικὰ ποιήσας. καί οἱ τὸ σχῆμά ἐστιν οἷον ᾄδοντος ἂν ἐν μέθῃ γένοιτο ἀνθρώπου. Vide in eandem statuam *Eugen.* T. II. p. 453. Inprimis autem memorabilia haec *Leonidae* carmina, unde, quale *Anacreontis* in illa statua σχῆμα fuerit, praeclare intelligimus. Cf. *Heynium* in Comment. T. X. p. 98. Conspiciebatur senex ille Teïus σεσαλαγμένος οἴνῳ, quod ad Satyri descriptionem transtulit *Macedon.* Ep. XXVI. Σάτυρον σεσαλαγμένον οἴνῳ. *Agathias* Ep. XXVI. γαστέρα μὲν σεσάλακτο γέρων εὐώδεϊ Βάκχῳ. *Marc. Argentar.* Ep. XVII. ἐκ Βρομίου γυῖα σαλευόμενον. *Clemens Alex.* Paedag. II. p. 179. 35. τὸ σῶμα ἀσάλευτον οἴνῳ καὶ ἀκράδαντον. — Insidebat lapidi *coronatus*; pro στρεπτὸν enim vix dubites quin στεπτὸν legendum sit. Primum enim vulgata sensu caret; deinde vinosum senem sine corona conspici nefas. Eorundem vocabulorum confusionem notavimus supra Ep. X. 6. Inciderunt autem in hanc lectionem *Schnei-*

derus in annot. mft. *Heynius* l. c. et *Wakefield* in Delect. Trag. T. II. p. 14. δινωτὸν λίθον *Heynius* interpretatur de *marmore sculpto*. Nota sunt δινωτὰ λέχεα in *Homeri* Il. γ. 391. et ἀσπὶς δινωτὴ Il. ν. 407. ubi *Eustath*. p. 913. 35. ἡ πάντοσε ἴση, τοῦτ' ἔστι περιφερής. quae interpretatio huic quoque loco convenit. Est lapis rotundatus in cylindri formam. Putabam olim:

δινωτοῦ στεπτὸν ὕπερθε δίφρου.

cui conjecturae patrocinatur *Apollon. Rhod*. L. III. 43. ἡ δ' ἄρα μούνη Ἧστο δόμῳ δινωτὸν ἀνὰ θρόνον. — V. 3 λίχνα ὄμματα ad Anacreontis amores referenda. Conf ad *Meleagr*. Ep. XXXIX. 1. Pro ἐπ' ὄμμασιν *Schneiderus* ὑπ' corrigit, in quam conjecturam *Wakefieldius* quoque incidit. *Barnesius* in Append. Anacr. p. 499. ἐν edidit. — ὑγρὰ δεδορκώς. sive mollioribus, quales oculos Veneri tribuit *Anacreon* Od. XXIX. 21. ubi vide *Fischerum*, sive marcidis vino oculis, quales sunt ebriorum. Vide *Ruhnken*. ad *Rutil. Lup*. L. II. p. 101. — Vestis usque

Flor. μεγιστὴν ceterae. Μεγίστην *Urfin.* — V. 8. Manibus lyram tenet, τὴν δυςέρωτα. *ad quam graves amoris dolores cantat.* De voce δυςέρως vide *Brunck.* ad Theocrit. in Lectt. p. 62. — V. 9. Cum labi videretur fenex, Bacchum poëta rogat, ut eum tueatur. Hos verfus haud fcio an *M. Argentarius* ante oculos habuerit Ep. XVII. Tom. II. p. 270. — θέρωπα. Ufus eft hac forma *Anacreon* ap. *Athen.* IV. p. 177. A. ubi veriffime *Cafaubonus* θρέψας in θέρωψ mutavit. At nondum perfanatus eft locus, qui vulgo fic legitur: τίς ἐρασμίην θρέψας θυμὸν ἐςέβη τερένων ἡμίοπον ὑπ' αὐλὸν ὀρχεῖσθαι. Scribendum videtur: τίς ἔρως φίλον, ὦ θέρωψ, θυμὸν ἐςέβη τερένων ἡμιόπων ὑπ' αὐλῶν ὀρχεῖσθαι. *Quae cupiditas animum meum invafit.* Glycerium ad Menandrum ἄξω σε ἅπερ μίτων Ἀριάδνης εἰς Αἴγυπτον, οὐ Διόνυσον, ἀλλὰ Διονύσου θεράποντα. *Alciphr.* L. II. 4. p. 256.

XXXVIII. Legitur in Vat. Cod. in primis poft titulum foliis fine varietate. Planud. p. 367. St. 506. W. In eandem Anacreontis ftatuam. — V. 1. μέθης vulgo. — V. 2. ὑποσκέλισται. *Eubulus* ap. *Athen.* L. II. p. 36. D. de vini viribus: πολλὰς γὰρ εἰς ἓν μικρὸν ἀγγεῖον χυθεὶς Ὑποσκελίζει ῥᾷστα τοὺς πεπωκότας. ubi in praecedente verfu ὅς γε καὶ σφάλλει πόδας corrigendum effe fufpicatus fum in Emend. in Epigr. gr. p. 14. Utramque vocem jungit *Themift.* Orat. XX. p. 235. D. ὑποσκελιζομένη τε καὶ σφαλλομένη. *Apollonid.* Epigr. I. Tom. II. p. 132. λάβρος δ' εἰς Βάκχον ὀλισθών, Ἄχρις ὑπὸ σφαλεροῦ ζωροπότει γόνατος. Cf. *T. Hemfterh.* ad Lucian. T. II. p. 267. ed. Bip. — V. 3. ἐς ἄχρι. Vulgo. — γυίων pro ipfis pedibus accipiendum effe, apparet ex praec. Epigr. v. 4. et ex imitatione *Eugenis* fupra laudata. γυῖα. μέλη. ἢ πόδες τοῦ σώματος. *Suid.* ubi corrigendum videtur: γυῖα, μέλη τοῦ σώματος, ἢ πόδες. Vide Intpp. *Hefychii* in γυῖα. βλαύτων hoc loco elegantius quoddam calceamentorum genus fignificare videtur. Conf. *Athen.* L. XII. p. 543. F. et ap. *Hermip-*

pum L. XV. p. 668. A. Βλαύτης δ' οὐδεὶς ἔτ' ἔρως λευκῆς. ut scribendus versus pro οὐδεὶς ἕτερος. — V. 5. τὴν χ. Edit Flor. — V. 6. Βάθυλον. Ed. Flor. tres Aldinae et Ascens.

XXXIX. Planud. p. 336. St. 475. W. cum lemmate εἰς ἕτερον Πᾶνα. cujus fides apud ejus auctorem esto. Viatores hac inscriptione a turbida tepidaque aqua ad fontem limpidum frigidumque mittuntur. — V. 1. ἰλύος χαραδραίης θερμὸν, ὕδωρ scil. aquam e colluvie. *Hesych.* χαράδρα. χείμαῤῥος ποταμός. κατάγει δὲ οὗτος παντοῖα ἐν τῷ ῥεύματι καὶ κατασύρει. χαράδραι. — οἱ κοῖλοι τόποι ἀπὸ τῶν καταφερομένων ὀμβρίων. Vide *Fischer*. ad Anacr p 355. — V. 3. δαμαλίβοτον. Steph. vitiose. ἄκρη, Planud. — V. 4. ποιμενίᾳ πίτυι. *Theocrit.* Eid. I. 22. ἅπερ ὁ θῶκος τῆνος ὁ ποιμενικός. — V. 6. κελαρίζον. Vulgo. — ψυχρότερον νιφάδος. Vide not. ad *Meleagri* Ep. XVI.

XL. Planud. p. 331. St. 471. W. In Amorem

πρῶς. Hinc *Philoſtratus* in Ep. XLII. p. 933. δοκεῖς δέ μοι μηδὲ Θεσπιακή τις εἶναι, πάντως γὰρ κἂν τῷ Ἔρωτι ἔθυες. — V. 3. ὃν Πρ. ἔγνω. cujus numen expertus eſt Praxiteles, cujusque exemplar, in ipſius pectore inſidens, expreſſit. Ad verba, ὃν περὶ Φρύνῃ δερκόμενος, haec notavit *Brunckius:* „Haec non intelligo, quae cautus Brodaeus non magis „quam prunas attigit. Locus corruptus eſt, et niſi mea „me fallit opinio, ſcribendum eſt — ὃν πυρὶ Φρύνης αἰθό„μενος. Non uno in loco περὶ et πυρὶ ſunt permutata. In „αἰθόμενος autem ſi prima litera Α male picta a librario „pro Δ accepta fuit, tantillum hoc vocis corruptelae oc„caſionem dare potuit.“ Mihi haec emendatio frigidiuscula videtur. Depravatam lectionem ſic correxerim:

ὃν παρὰ Φρύνῃ

εὑρόμενος — — —

cui conjecturae patrocinatur imitatio *Tullii Gemini* Ep. II. in eandem ſtatuam:

Ἀντί μ' Ἔρωτος Ἔρωτα, βροτῷ θεὸν ὤπασε Φρύνῃ
Πραξιτέλης, μισθὸν καὶ θεὸν εὑρόμενος.

¶. 231.] *XLI.* In Vat. Cod. in primis poſt titulum foliis. Planud. p. 326. St. 466. W. In celeberrimam illam Venerem Anadyomenen, Apellis opus, quam a Cois emtam Auguſtus in templo Veneris genetricis conſecravit, narrante *Plinio* L. XXXV. 36. 15. Cf. *Heyn.* in Commentat. X. p. 107. Noſtrum carmen expreſſit *Antip. Sidon.* Ep. XXXII. ubi reliqua in eandem imaginem Epigrammata indicavimus. Peculiari disputatione noſtrum illuſtravit *Ilgenius* Lipſ. 1785. repetita et aucta in Opuſc. philolog. p. 13. ſqq. unde quae in rem noſtram faciunt, enotabimus. — V. 1. τὰν ἐκφυγοῦσαν. De Venere recens nata loquitur *Leonidas.* Ut hic poëta, ſic *Himerius*, poëtarum veſtigia premens, Venerem deſcribit, Orat. I. 20. p. 364. ἐκ μέσου τοῦ πελάγους ἀνιεῖσαν, ἔτι τὸν ἀφρὸν μετὰ τὴν θάλασσαν ἐξ ἄκρων πλοκάμων

στάζουσαν. Spumam maris divae adhuc adhaesisse, sponte intelligitur ex verbis ἀφρῷ μορμύρουσαν, ubi Cod. Vat. μοιρμύρουσαν exhibet; at in ipsorum verborum interpretatione haeremus. *Ruhnkenius*, ubi de verbo μορμύρειν, docte, ut solet, disputat, Epist. crit. I. p. 67. inter alia haec habet: „Μορμύρειν, *murmurare*, *murmur*, de maris, „fluminum fontiumque sonitu frequens est apud utrius„que linguae poëtas. Quibus praeivit *Homerus* Il. ε. „404. περὶ δὲ ῥόος Ὠκεανοῖο Ἀφρῷ μορμύρων ῥέεν ἄσπετος. „Quod cum legisset cultissimus Epigrammatum scriptor „*Leonidas Tarentinus*, praeclare se speravit locuturum, si „diceret: τὰν ἐκφυγοῦσαν ματρὸς ἐκ κόλπων ἔτι Ἀφρῷ τε „μορμύρουσαν εὐλεχῆ Κύπριν. At mihi, ut lenissime dicam, „ipse Homerus talem imitationem non videtur probatu„rus fuisse.“ *Brunckius*, ut poëtam a crimine ineptae imitationis vindicaret, corrigere tentavit πλημμύρουσαν,

vidit, vivam spirantemque expressit; cum contra ἰδὼν ἐξεμάξατο nihil dicat, nisi, *postquam* viderat Venerem. At haec nonne fere eodem redeunt? — Apte idem comparavit *Platon.* Ep. IX. ποῦ γυμνὴν εἶδέ με Πραξιτέλης; *Lucian.* Ep. III. τὴν Παφίην γυμνὴν οὐδεὶς ἴδεν, εἰ δέ τις εἶδεν, Οὗτος ὁ τὴν γυμνὴν στησάμενος Παφίην. — Vitiose editt. vett. ἱμερότατον. — V. 3. ἔμψυχον. Haud infrequens de artis operibus, quae vivere et spirare videntur, ut illa ap. *Theocrit.* Eid. XV. 83. ἔμψυχ', οὐκ ἐνυφαντά. ubi exquisita dedit *Valckenar.* p. 377. Cf. *Lennep.* ad Phalar. p. 22. — ἐξεμάξατο. Hoc quoque proprie de pictoribus et sculptoribus usurpatur, qui speciem aliquam marmore coloribusve expressam repraesentant. Lysippus Alexandri ὅλαν ἀπεμάξατο μορφάν, ap. *Archelaum* T. II. p. 58. *Philostrat.* in Vit. Apollon. VI. 19. p. 256. οἱ Φειδίαι δὲ καὶ οἱ Πραξιτέλαι ἀνελθόντες ἐς τὸν οὐρανὸν καὶ ἀπομαξάμενοι τὰ τῶν θεῶν εἴδη τέχνην αὐτὰ ἐποιοῦντο. Hinc de eo, qui alterius mores indolemque refert. *Alciphr.* III. 64. p. 434. ὁ δὲ παῖς ἐς τὸ ἀκριβέστατον ἐξεμάξατο τὸν διδάσκαλον. *Cyrus* Ep. III. πάντ' ἀπομαξαμένην ἔργα τὰ Πηνελόπης. Quod autem alicujus rei similitudinem refert, ἔκμαγμα et ἐκμαγεῖον vocatur. Vide *Eustath.* ad Odyss. p. 684. 36. *Hemsterh.* ad Polluc. IX. p. 1116. — V. 5. Obscurum est in Apogr. nostro, utrum εὐ an ἐν in Cod. legatur. — ἐκθλίβει κόμαν. Venerem Anadyomenen comam manibus pressisse, omnes tradiderunt. Comparat *Heynius Ovid.* IV. ex Ponto I. 29. *Dea Aequoreo madidas quae premit imbre comas.* Trist. II. 527. *Sic madidos siccat digitis Venus uda capillos Et modo maternis tecta videtur aquis.* Adde *Auson.* Ep. CIV. *Ut complexa manu madidos salis aequore crines Humidulas spuma stringit utraque comas.* — V. 6. γαληνὸς πόθος. Vide notata ad *Meleagr.* Ep. LXIX. *Ilgen* his verbis interpretatur: *Hilare desiderium, amor et blanditiae ridens ac renidens ex oculis.* — V. 7. μαζὼς κυδώνιοι. De malis cydoniis ductam imaginem plu-

res illuſtrarunt. *Ariſtoph.* Acharn. 1197. *τῶν τιτθίων ὡς σκληρὰ καὶ κυδώνια.* *Ariſtaenet.* I. Ep. III. p. 8. *τὸν κυδωνιῶντα τῆς παθουμένης μαζόν.* Vide, quae diſputavit *Miſcherlich.* ad *Catulli* LXIV. 65 *luctantes papillas* — *ἀκμῆς ἄγγελος.* Hinc fortaſſe *Philodem.* Ep. XIV. *λευκαί με κατασπείρουσιν ἔθειραι — συνετῆς ἄγγελοι ἡλικίης.* Cf. Ep. XIX. — V. 8. Ipſa Juno et Minerva, hanc Veneris imaginem videntes, pulcritudine ejus ſuam ſpeciem ſuperari fatebuntur. Contra de Venere male picta *Martialis* L. I. Ep. CIII *Qui pinxit Venerem tuam, Lycori, Blanditus, puto, pictor eſt Minervae*

XLII. Cod. Vat p. 476. Planud. p. 203. St. 443. W. ubi plurima ſunt in Myronis vaccam Epigrammata. Noſtrum non eſt ex optimis. Hinc tamen *Philippus* Ep. XLIX. *εἰς ἔργα δ' οὐκ εἴασε προσθήσας βύσει.*

XLIII. Cod. Vat. p. 385. Planud. p. 36. St. 53. W. Ap. *Stob.* in Flor. LXI. p. 389 Gesn 253. Grot. Luſus

[redacted]

Ante diemque meae decutiuntur opes. — V. 1. θάλλουσαν. vi transitiva, *gignentem.* ut *Alexander Aetol.* V. 9. θαλλήσει μέγαν υἱόν. — V. 3. πεπαινόμεν', i. e. πεπαινόμενα, conjicit *Meinecke*, quia πεπαίνειν in activo non significare videatur *maturescere.* Nec opus est a vulgari significatione recedere, nec vulgatam mutare. Pyrus loquitur; haec, quod dicunt, orationis subjectum est in verbo πεπαίνομεν, a quo pendet accusativus ὄππόσα. *Quoscunque fructus ad maturitatem perduxi.* Gravius est, quod κλάδοισι primam h. l. producit; cujus rei insolentia vitii suspicionem fecit *Schneidero.* Fortasse legendum:

ὅσσα γὰρ ἄρτι κλάδοισι πεπαίνομεν — —

ubi vides, quam facile ἄρτι excidere potuerit. Pro ἐφέλκει vulgo ὑφέλκει legitur, quod haud scio an membranarum lectioni praeferendum sit.

¶. 232] *XLV.* Cod. Vat. p. 452. Planud. p. 25. St. 39. W. Ficus matura Democritum arcessit, verba ad viatorem faciens. — In Planudea hoc carmen *Philippo* tribuitur. — V. 1. φιλοπωριστήν. Dubito, utrum de hortulano accipiendum sit, an de homine delicato, pomorum, quae autumnus affert, inprimis amante. Hoc tamen verius videtur. — V. 3. ἡ λευκόπρωος. Cod. Vat. Ficos prae maturitate jam albescentes et flavescentes interpretatur *Brodaeus.* Verum peculiare ficorum genus intelligendum videtur. *Athen.* L. III. p. 76. C. Λευκερινεὸς δέ τι εἶδός ἐστι συκῆς, καὶ ἴσως αὕτη ἐστὶν ἡ τὰ λευκὰ σῦκα φέρουσα. μνημονεύει δὲ αὐτῆς Ἕρμιππος ἐν Ἰάμβοις οὕτως· τὰς λευκερινεὼς δὲ χωρὶς ἰσχάδας. Vide *Schneider.* ad Columell. L. X. p. 552. Mox Cod. Vat. ἐφώδιος. — V. 4. τὰς ἀπύρους κυβόλους. foetus arboreos *panes* vocat, propter formam oblongam. Sunt enim ἄκολοι offae oblongae, pastilli, qui κολλύρια vocantur. *Salmas.* ad Solin. p. 936. sq. *Suidas:* ἀκόλους. κλάσματα. καὶ θρύσματα ἄρτων. Hoc nomine nonnunquam quodvis cibi genus appellatur, teste

Eustathio in Od. p. 628. 3. εὕρηται δὲ καὶ ἡ ἁπλῶς τροφὴ ἄκολος λεγομένη, ὡς Ἀθηναῖος δηλοῖ. Vide *Spanhem.* ad Callim. H. in Cerer. 116. p. 807. Ceterum ἄπυρος minime cum *Salmasio* a πυρὸς derivandum eſt, quod priorem producit, ſed a πῦρ. Frequenter commemoratur ἡ ἄπυρος τροφὴ, quae ſine ignis adjumento facile comparari poteſt, ut poma, mel, alia hujus generis. Vide *Weſſeling.* ad Diodor. Sic. T. II. p. 346. ſq. *Valckenar.* ad Hippol. p. 266. E. — V. 6. ἀκρήτου χε. Vulgo et in Cod. Vat. Noſtra igitur lectio ex conjectura profecta videtur eaque probabili. *Suid.* ἄχραντον. ἄψαυστον. κυρίως, οὗ χεὶρ οὐχ ἥψατο. Eadem lectio obverſata eſſe videtur *Grotio*, cum verteret: *ſi vis Arboris intactae carpere primus opes.* Fuiſſe, qui ἀκήρατον conjicerent, monuit *Brodaeus.*

XLVI. Cod. Vat. p. 369. Planud. p. 25. St. 40. W. Vitis conqueritur de iis, qui uvas immaturas lapidibus

De Lycurgo *vesano in nova vite* (cf. *Propert.* III. 15. 23.) vide *Burmann.* ad Anthol. Lat. T. II. p. 652.

XLVII. Cod. Vat. p. 410. Planud. p. 3. St. 6. W. Idem argumentum, *Leonidam* imitatus, tractavit *Meleager* Ep. CXV. ubi vide not. — V. 2. Ἄρηος Cod. Vat. ἄχαριν χάριτα. donum, quod gratia non sequitur. — V. 3. κλωνοί. Cod. male. *Conum insignis galeae. Virgil.* Aen. III. 468. — γανῶσαι. proprie de metallis splendentibus. *Schol. Aristoph.* Acharn. 7. ἐγανώθην. ἐχάρην .... ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν λαμπρυνομένων χαλκωμάτων. Hinc γανῶσαι, ap. recentiores praesertim, metalli laminis aliquid obducere. Vide *Casaub.* ad Athen. I. 6. — V. 4. κλαμαρά. Cod. κλαδαρὸς explicatur *vibratilis*. Vide Intpp. *Hesych.* in κλαδαρόμματοι. *oculis mobilibus et quasi fractis praediti.* Melius de hasta *tenui et fragili* accipias verba κλαδαραὶ κάμακες. *Polyb.* VI. 25. 5. δόρατα — λεπτὰ καὶ κλαδαρά. Vide ad Fragm. Tom. V. p. 95. — V. 5. ἐκ δὲ μετώπου. *Theocrit.* Eid. II. 107. ἐκ δὲ μετώπω ἱδρώς μευ κοχύεσκεν ἶσον νοτίαισιν ἐέρσαις. Quem locum *Burmannus* comparavit ad *Propert.* II. 18. 12. *Quae si forte aliquid vultu mihi dura negarat, Frigida de tota fronte cadebat aqua. Valerius Aedituus* ap. *Gell.* N. A. XIX. 9. *Per pectus miserum manat subito mihi sudor.* — V. 7. ἀνδρεῶνα. ἵνα συνίασιν οἱ ἄνδρες, ὥσπερ ἐξέδρα, ἵνα συγκάθηνται. *Schol.* Locum, quo potandi causa convenitur, intellexit *Antipater Sid.* Ep. XXIX. ἀπτολέμων τάδ' ἔοικεν ἐν οἰνοπλῆξι τεράμνοις πλάθειν. Vide not. ad *Meleagr.* Ep. CXV. — Pro νυμφίδιον Cod. νυμφάδιον. — V. 9. αἱματόεντα. Anthol. Latin. II. CCXXXI. *Grandia qui exiguis deducit facta figuris, Ad Venerem abeat, nos tuba saeva juvat. Sanguine quae rubeant Gradivum carmina placent.* — δεξιτεροῖο. Cod. Vat.

XLVIII. Cod. Vat. p. 374. *Leonidae* vindicat carmen, quod Planud. p. 80. St. 116. W. *Antipatro Thessalonicensi* tribuit. Parvum navigium, deorum praesidio et favore tutum, magnas se naves aequare ait. —

V. 1 ποντοπορεῦσαι. Cod. male. διιθύνειν εὔπλοιην idem quod εὐπλοεῖν. Me minus tuto, quam magnas naves, per mare currere dicunt. — T. 233.] V. 3. θαλάσσῃ πᾶν ἴσον. Mari omnia paria; nihil interest, parvo magnove navigio vehåris; saepe enim fluctus magna frangunt, minoribus parcunt. Cod. Vat. θαλάσσῃ. — V. 4. ἡ κρίσις. Haec in fortunae arbitrio sunt posita. *Dio Chrysost.* Or. LXIII. p. 589. τύχης γοῦν ἐν θαλάττῃ γενομένης, εὐπλοεῖ ναῦς. Idem Orat. LXIV. p. 593. de nautis: οὐδὲ γὰρ πίσσῃ τὴν ψυχὴν, οὔτε σχοινίοις ἐπιτρέπουσιν, οὔτε τριδάκτυλον αὐτοὺς σώζει ξύλον πεύκινον· ἀλλ' ἐπέτρεψαν βεβαίῳ καὶ μεγάλῳ πράγματι, τῇ τύχῃ. — V. 5. Alia plus habeat praesidii in clavo ceterisque armis nauticis; ego diis confidam unice.

XLIX. Cod. Vat. p. 362. Planud. p. 90. St. 132. W. In Homerum, ceteros poëtas, ut sol stellas, fulgore suo exstinguentem. — V. 1. κύκλα σελήνης. Vide ad Epigr.

Quintil. II. 4. 26. Nisi igitur hoc carmen merus est lusus poëticus in Venerem, vel inter Spartanos sine armis dominantem, ejus acumen non magis perspicio, quam *Heynius*, quem vide in Comment. Tom. X. p. 108. —

V. 1. ποτὶ τὰν κ. Vulgo. In Vat. Cod. ποταν (τι). In Plan. πότ' pro ποκ' habetur. — V. 2. ἡ ἔξιθι Cod. Gudian. — ὁπλομανεῖ. De eo, qui armorum studia magis, quam par est, sequitur, *Synesius* Epist. CV. ἐπεὶ καὶ φιλοπαίγμων ὤν, ὅςγε παιδόθεν αἰτίαν ἔσχον ὁπλομανεῖν καὶ ἱππομανεῖν παρὰ τοῦ δέοντος. Similia verba, in quibus μαίνεσθαι immoderatum desiderium significat, (vide *Cuper.* in Obss. I. 19. p. 134.) collegit *Athen.* L. XI. p. 464. — V. 3. ἄπαλὸν γελάσασα. *Homer.* Od. ξ. 465. *Longus* II. p. 33. στὰς δὲ πλησίον ἐγέλα πάνυ ἁπαλόν. *Ovidius* Heroid. XVI. 83. *Dulce Venus risit.* — V. 4. εἶπεν. Cod. Vat. — V. 5. ἀναιδέες. *Grotius* vertit: *Sed natio mendax, Historici fingunt, arma tenere deum.* — Fuisse videntur, qui, cum severam Lacedaemoniorum disciplinam, duram vitam, moresque rudes et inhumanos vituperare vellent, vel ea, quae apud alios homines ad formandos animos moresque emolliendos facerent, amorem et Venerem, apud Spartanos ingenium mutasse, Veneremque adeo Lacedaemone armatam esse dicerent. Ejusmodi reprehensores fortasse respexit *Leonidas.*

LI. Cod. Vat. p. 192. Tarentino poëtae vindicat; in Planud. p. 427. St. 562. W. sine auctoris nomine prostat. Scriptum in exuvias leonis, qui, cum vitulum de grege rapuisset, a pastore occisus est. — V. 1. πυρσῷ τ. λ. ἀπ' ὠφλοιώσατο Cod. φλοιὸς, qui proprie *cortex* est, unde ἐσθὴς φλοΐνη ap. *Herodot.* III. 98. nonnunquam pro pelle ponitur. αὐτόφλοιον. αὐτόδερμον. *Hesych.* *Nonnus* Dion. XIV. ταυρείην ἀδόρητον ἀπεφλοίωσε καλύπτρην. *Schneiderus* ad *Nicandri* Alex. 302. Μαρσύου ἧχί τε Φοῖβος ἀπὸ φλόα δύσατο γυίων; laudat *Varronem* ap. *Nonium* in *Cortex*:

Sic invitata matura anima corporeum corticem facile reliquit. — V. 2. „Βουπαλίων corruptum est. Huetius „p. 41. reponit βουπολίω. Sed a βουπόλος non magis fit „βουπολίων, quam a βουκόλος βουκολίων. Melius scribere„tur βου ἐλάτης. Solus hic bubulcus erat, ut e re narrata „manifestum." *Brunck.* Melius *Meinecke* tentat βουποίμην, ut ap. *Antiphil.* Ep. XXX sive βουπάμων, ut infra Ep LXIX. Posterius parum abest, quin verum putem.— In vers. 3. vulgo verba εὐθηλήμονα μόσχον desiderantur; nec in Cod. Vat. leguntur. Exhibet ea Codex regius, olim *Jani Lascaris*, quem *Brunckius* versum mutilum ex *Suida* supplevisse existimat. Laudat h. v. *Suidas* in βρύχοντα et εὐθηλήμονα. Vide *Toup.* in Cur. Nov. p. 174. — Pro καταβρύκοντα, quod *Suidae* debetur, vulgo καταβρύχοντα legunt. Utriusque vocabuli prima origine nihil diversam significationem tradidit *Pierson.* ad Moer. p. 101. Est βρύκειν avide, dentibus stridentibus, edere;

dicam, quod Amorem laedere queat. Dulcis deus; Venus (quae et ipsa ejus vulnera experta est) testis. Jam sequentia praeter opinionem adjicit. — V. 2. ἐκ δολίου χέρος. Arcui, quod Amoris est, tribuitur. *Insidiosis telis petor.* — ¶. 234.] V. 3. πᾶς τεφρεῦμαι. Vide ad *Asclepiad.* Ep. XIII. 4. — ἄτρακτον, *sagittam.* Notus *Thucydidis* locus L. IV. 40. πολλοῦ ἂν ἄξιον εἶναι τὸν ἄτρακτον, (λέγων τὸν οἰστὸν) εἰ τοὺς ἀγαθοὺς διεγίνωσκε. ubi vide *Duckerum.* Laudat h. v. *Suidas* in ἄτρακτον, ubi sic, ut ap. *Brunckium*, legitur, assentiente Cod. Vat. Vulgo θερμῷ δ' ἔπι θερμὸν ἰάλλει. — Seq. vers. Planud. ἰοβόλος. — De verbo λωφᾷν vide *Intpp. Hesychii* v. λωφῆσαι. *Dorville* ad *Charit.* p. 355. et *Valcken.* in Diatr. p. 126. — V. 6. „Ultimum distichon valde corruptum est, tam in Vatic. „membranis, quam in Planudeae codd. qui nihil hic „juvant. Ex illis hoc tantum notavit Salmasius in ultimo „versu: ἔσσομ' ἀλεξόμενος. Conjecturis indulgere licet. „Sic scribo:

„καὶ θνητὸς τὸν ἀλιτρὸν ἐσώκει δαίμον' ἁλίσκειν,
„τισαίμην. τί πλέον δ' ἔσσετ' ἀλευομένῳ;

„Clara haec et perspicua. *Si mortalis perniciosum deum* „*capere posset, ulciscerer: at capere non possum; fugien-* „*dum ergo. Sed etiamsi fugero, quid juvabit? Ipse mul-* „*to velocior me semper attinget.*" *Brunck.* qui alio loco p. 315. se hoc distichon in eam fere sententiam emendasse ait, quam expresserit *Archias* Ep. III. φεύγειν δὴ τὸν Ἔρωτα κενὸς πόνος· οὐ γὰρ ἀλύξω Πεζὸς ὑπὸ πτηνοῦ πυκνὰ διωκόμενος. Anonymus in ed. Steph. exemplo Bibl. Bodlejanae hoc distichon alio pertinere putabat. *Scaliger* in not. mstis et ap. *Huet.* p. 43. conjecit: χὼ θνητὸς τὸν ἀλιτρὸν ἴσω, καὶ θνητὸς ὁ δαίμων Τίσομαι· ἐγκλήμων δ' ἔσθ' ὁ μ' ἀλεξάμενος. quae parum sunt perspicua. *Huetius* ipse corrigit: χὼ θνητὸς τὸν ἀλιτρὸν ἐγ' ὡς καὶ θνητὸς ὁ δαίμων Τίσομαι; *An ego mortalis ulciscar perniciosum illum deum*

ſincerum eſt, ut plura alia a *Leonida* confictum videri debet. Corruptelae tamen ſuſpicionem movet infinitivus σπείρεσθαι, qui non habet, unde pendeat, niſi fortaſſe verba in hunc modum conjunxeris: ἡ ὀλιγῶλαξ, ὀλίγη σπείρεσθαι, adjectivo ex compoſito aſſumto. — V. 2. λεπτὰς δ' ὁ σχεδών. Cod. — V. 3. τοῦτό τε ῥωπαίου Cod. *Suidas* in v. ῥωπεύειν, ξυλεύεσθαι, legit: τοῦτό τοι ῥωπεύεις ὀλιγόξυλον. Fortaſſe tamen hoc exemplum ad proximam vocem ῥωπήια, τοὺς συνδένδρους τόπους, pertinet. *Reiskius* ῥωπεύειν edidit. ῥωπεῖον *Kuſterus*. *Homer.* Il. ν. 199. ἀνὰ ῥωπήια πυκνά. Vide *Euſtath* p. 896. 50.

LV. Cod. Vat. p. 324. Ex Jenſianis nr. 113. repetivit *Heringa* in Obſſ. crit. p. 269. *Reiske* in Anth. nr. 764. p. 159. *Toup.* ad Suid. p. 555. Homines hortatur, ut ſuis contenti, rei familiaris augendae cauſa longinquas peregrinationes ne ſuscipiant. — V. 1. ἄνθρωπε. Cod. Alii ἄνθρωπε. In ſenſu explicando *Reiskius*

denique cum *Heringa* conspirat, nisi quod scribit, καὶ εἴ τι π. Tantum erroris et conjecturarum prava distinctio peperit. — V. 5. λιτή τε *Heringa* et *Reisk.* — V. 6. φύστη. mazae genus. Vide *Hesych.* et *Polluc.* VI. 76. *Athen.* L. III. p. 114. F. τὴν μὴ ἄγαν τετριμμένην. L. IV. 149. A. τὸ δὲ δεῖπνον ἦν τοιοῦτον· πυρὸς καὶ φύστη μάζα νόμον χάριν κ. τ. λ. ubi μάζα delendum censet *Toupius*. Perperam. *Aristoph.* Vesp. 608. φύστην μᾶζαν προσενέγκῃ. — γρώνη. saxum excavatum. Vide *Schol.* ad *Lycophr.* v. 20. *Nicander* in Alex. 77. πέλλισιν ἐν γρώνῃσιν, ὅτ' εἴαρι πῖον ἀμέλξαις. *Schol.*: κοίλαις καὶ βαθείαις καὶ δεκτικαῖς. Hunc versum excitat *Suid.* in φύστη, sed corrupte. Vide *Flor. Christian.* in Aristoph. Vesp. 608. Totum distichon *Alberti* ad Hesych. T. II. p. 1532. — V. 7. ἢ καί. Cod. — χόνδροι ap. *Suidam* ἁλῶν θρόμβοι. παχὺς ἅλς. Esset igitur χόνδρος ἐποψίδιος, sal obsonii loco cum pane sumtus. χόνδρος ἁλὸς est ap. *Aristoph.* in Acharn. 520. *Phoenix Coloph.* ap. Athen. L. VIII. p. 359. F. καὶ ἅλα λήψεται χόνδρον. de quo loco vide *Casaub.* p. 623. ἡδυμιγής. non purus, sed mixtus Athenienses thymum cum sale commiscebant. *Aristoph.* Acharn. 1098 ἅλας θυμίτας οἶσε, παῖ, καὶ κρόμμυα. quod quid sit, *Schol.* explicuit ad v. 772. θυμιτιδᾶν ἁλῶν. οἷον μετὰ θύμου τετριμμένων. ἅλας ἡδυσμένους commemorat *Athen.* L. IX. p. 366. B. — Alii χόνδρον de alica accipiunt, sive ptisana e zea facta. ἄρτους χονδρίτους ex alica subactos, ad augendum robur inprimis utiles, novimus ex *Athen.* L. III. p. 115. D. Cf. p. 127. *Dioscorid.* II. 118. — Verum hac significatione admissa, epitheta quam vim habeant, non satis video.

LVI. Cod. Vat. p. 409. Ex Jensian. nr. 139. protulit *Heringa* p. 271. *Reiske* in Anth. p. 170. nr. 790. Ad Mercurium prope hortum et caprarum pascua collocatum. — V. 1. *Salmasius* proferens ad Solin. p. 569. A. εὐλάχανον περιῶνα tanquam membranarum lectionem

Theophr. VI. p. 548. *Hermippus* ap. *A*
C. πάντες αἰεὶ ἐμβάλλουσι μάραθον εἰς τὰς
ἀιξ latinorum *olus* est et vilem cibum
Berglero ad Alciphr. p. 386. Oper
disputat *Salmas.* in Hom. Hyl. Iatr. c
male tentat *Heringa*: Ἑρμῆ, καὶ ταύτα
Reiskius vocem αἰγιβοσιν ab αἰγίβοτος,
praeter necessitatem corrigens: Ἑρμ
φίλα αἰγιβοσιν. o *Pan*, *qui caprimulgis*
prarum sunt pascua. *Hesych.* βοσις. τ
in τιθαιβώσσειν. — S. 235.] V. 3.
v. seq. λαγόνων.

LVII. Cod. Vat. p. 489. Planud
ubi plurima leguntur Epigrammata
Priapus, vere ineunte, nautas ad
piendam hortatur. — V. 3. σεσίγηκ
mem tempestatibus agitatum, silet.
ψύδε, σιγᾷ μὲν πόντος, σιγῶντι δ' ἀῆται.
Vulgo. Edit. Ald. sec. et tert. ἀλιό
τὰ πρυμνήσια. *Hesych.* — V. 7. ὁ 'Αλ
tavit. Non opus est metro auxilium
salvum est. — V. 8. ἄνθρωφ', ὃς πλώ
Aldi in posteriores editt. venit. In a

LIX. Planud. p. 284b. St. 420. W. fine auctoris nomine. *Leonidae* vindicat Cod. Vat. p. 217. nec non Edit. Flor. et Aldinae. Praeclarum Epigramma, quo Diogenes ad Charontem verba faciens inducitur. — V. 1. 2. *Suidas* laudat in πορθμίς — λυπηρέ. *Propert.* III. 16. 23. *Scandenda est torvi publica cymba senis.* — πορθμ. κυανέην *tristia vela ratis.* *Propert.* II. 20. 72. *ferruginea cymba Virgilii* Aen VI. 304 — V. 3. Quod si cymba jam referta est umbris, tamen me recipe: *non ego sum classi sarcina magna tuae.* *Ovid* Heroid II. 68. Laudat hunc vers. *Suid.* in ἀποφθίμενον· una cum quarto in βᾶρις et ὀχειδεις. Altero loco edit. pr. ἀ κρυόεσσα habet, idque *Br.* vulgatae praeferendum censet. Vers. seq. *Suid.* ed. pr. ἀποφθίμενον. Cod. ἀπὸ φθίμενον. *Brunckius* ὑπὸ φθιμένων legendum esset monet ut est ap. *Archiam* Ep. XXXIV. qui nostrum carmen expressit: εἰ καί σοι βέβριθεν ὑπ' εἰδώλοισι καμόντων βᾶρις. *Schneiderus* tamen

lian. H. A. L. III. 38. — V. 3. habet *Suidas* in πρόκιος et κιλευθήτησιν. *Schol.* ad *Theocrit.* Eid. IV. 16. poëtae verba laudat πρόκιον ἐνδυκέως εἶδαρ ἰδὼν, quae *Toup.* in Anim. ad Schol. p. 212. cum noſtro loco comparans, corrigit: κοιλὸς, Πρόκιος, ἐνδυκέως πρώϊον εἶδαρ ἔδων. — V. 4. laudat *Suid.* in ἱέρη. Ducta ſunt haec ex *Heſiodi* Scuto 395. τέττιγι, ᾧ τε πόσις καὶ βρῶσις θῆλυς ἐέρση. Vide *Graev.* in Lect. Heſ. c. XIX. Verba θῆλυς ἐέρση per generis metaplaſmum dicta laudat *Athen* L. V. p 189. E. θῆλυν per πολύγονον et τροφίμην interpretatur *Apollodor.* ap. Stob. in Ecl. L. I. c. 52. p. 1010. ed. Heer. — V. 5. 6. excitatur ap. *Suidam* v. εὐπήληκος et 6. iterum v. ὄνειρ. — Pro ὕψει in Vat. Cod. a pr. man. ὕψηι legitur, et mox ἐφ' ἑζόμενον. — V. 8. Planud. ἡμεῖων. — „αὐλοθετεῖ. non ſignificat: fiſtulas compingit, ut hoc „verbum Stephanus interpretatur in Theſauro, ſine „auctoritate nec exemplo. αὐλὸς, *tibia*, diverſum quid a „*fiſtula.* Hanc Pan invenit, illam Minerva. Eadem com„poſitionis eſt ratio, quae in verbo ἀγωνοθετέω. In Pana„thenaeorum celebratione muſica certamina agebantur, „in quibus ξυναυλία, de qua videndus *Meurſius* Panath. „c. X. Vertendum: *Diva enim virgo tibiarum concen„tus inſtituit,* ſeu *tibiae inventrix eſt.* Similia vid. ap. „*Toup.* ad Suid. P. III. p. 244." (p. 510. ed. Lipſ.) *Brunck.*

LXI. Vat. Cod. p. 372. Planud. p. 10. St. 19. W. Expreſſum ex Epigr. *Eueni* VII. ubi vide not. — V. 1. ἴξαλος. Vide ad *Simmiae* Ep. I. — αἰγὸς πόσις. Hoc Latini poëtae ſibi vindicarunt. *Virgil.* Georg. III. 125. *quem legere ducem, et pecori dixere maritum. Horat.* I. Carm. XVII. 6. *quaerunt latentes et thyma deviae Olentis uxores mariti.* — V. 3. τείρει. Plan. male. *Homer.* Il. λ. 559. ὄνος — κείρει εἰσελθὼν βαθὺ λήϊον. κόπτει τοῖς ὀδοῦσιν, ἐσθίει. *Schol.* Eſt Latinorum *tondere.* Auctor Culicis v. 50. *Tondentur tenero viridantia gramina morſu. Virgil.*

Georg. I. 15. *Ter centum nivei tondent dumeta juvenci.* — V. 5. πάλι γλυκύ. Plan. γλυκὺ omittit Vat.

LXII Cod. Vat. p. 373. Planud p. 79. St. 115. W. In navem onerariam, quam, post multas navigationes, ignis in terra consumsit. Idem argumentum exornarunt *Antiphil.* Ep. XXVI. *Secundus* Ep. III. *Julian. Aeg.* Ep. XLV. — V. 2. κειρομένη. *Meinecke* mallet γειναμένη, quod firmaveris ex *Catull.* LXIV. 1. *Peliaco quondam prognatae vertice pinus Di[illegible]atur liquidas Neptuni nasse per undas.* Sed parum probabile, poetam eodem vocabulo intra tres versus bis usum fuisse. Nec mutatione opus est. κείρεσθαι hic est, quod vulgo τέμνεσθαι dicitur. *Apollon Rhod.* L. II. 1191. καὶ τάμε χαλκῷ δούρατα Πηλιάδος κορυφῆς πέρι. *Hesych.* κεῖρει, τέμνει. Frequenter ap. historicos, qui agros populantur, τὴν γῆν κείρειν dicuntur. *Thucyd.* I. 64. *Aelian.* V. H. II. 44. Cod Vat. versu 1. μ' ἔφλεξε. v. 2. κειρομένη legit. — V. 3. γόνας. Planud — V. 4. Cod. γεινομένην. Mare, de cujus furore

implicita, ut Latini loquuntur, mihi non displicet. At versu sequ. ferri non potest particula δὴ, quam idem in δ' αὖ mutavit. Ceterum cum οὐδενὸς πλάνης insolentius sit dictum, nec enuntiationes ita, ut par est, connexae sint, corrigendum esse puto:

οὐ γάρ ἐστι δύςβατος
οὐδὲ σκαληνός. οὔτ' ἔνεσθ' ἁπλῶς πλάνη.

neque ullus omnino in eo error est. *Eurip.* Rhes. 851. ἁπλῶς 'Αχαιῶν οὐδέν' αἰτιώμεθα. *Thucyd.* L. VII. 34. τῶν δὲ 'Αθηναίων κατέδυ μὲν οὐδεμία ἁπλῶς. *Polyb.* VII. 22. 12. οὐδέπω γινώσκοντος οὐδενὸς ἁπλῶς τὸ γεγονός. *Suidas* in ἁπλῶς· ἁπλῶς δὲ οὐδὲν εἶδος τῶν μελλόντων ἔγνωσαν. — Quod via ad inferos ἰθεῖα dicitur, id imitatus est auctor Ep. inter ἀδέσπ. CCCCXLIII. εἰς 'Αΐδην ἰθεῖα κατήλυσις. In *Aristoph.* Ran. 127. Hercules Baccho eandem viam indicaturus, βούλει, inquit, ταχεῖαν καὶ καταντη σοι φράσω; ἀντὶ τοῦ κατωφερῆ. *Schol.* — Perperam v. 5 *Brunckius* κὴκμεμυκότων una voce edidit Ap. *Grotium* recte κὴκ μεμυκότων, divisim. *Wakefield.* κἀκ emendavit. Minus recte *Leonidae* interpres vertit: *haec via ab umbris silentibus frequentatur*; quo sententiae vis et elegantia corrumpitur. Verte cum *Grotio: Et inveniri prona vel coeco gradu* κάνθους ἔμυσας. Epigr. ἀδέσπ. DCLX. καμμύσαντες τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα. *Philo* Tom. I. p. 645. 31. Conf. *Wetsten.* ad N. T. I. p. 402.

¶. 237.] *LXIV.* Cod. Vat. p. 309. Planud. p. 193. St. 282. W. Aristocrates, qui vitam coelebs transegerat, moriturus homines, ut liberis procreandis dent operam, hortatur. — V. 2. ὀλιγοχρονίης. Aristocratem florente aetate periisse, hinc intelligi debet. Quid autem sit, quod, haec locutus, caput tangat, ignoro. — V. 4. λάκνοι. Cod. Vat. De verbo λάκνειν ad animi affectiones translato conf. *Gatacker* ad M. Antonin. p. 333. — V. 5. στυλήσαιτο Cod. Hunc locum attigit *Barthius* ad

[redacted]

Statii Theb. I. 394. p. 135. *Opsopoeus* comparavit *Eurip.* in Iphig. Taur. 57. στῦλοι γὰρ οἴκων εἰσὶ παῖδες ἄρσενες. *Artemidorus* hunc versum laudans Oneir. II. 10. p. 93. in somnus per columnas liberos significari docet. Clytaemnestra de Agamemnonis dignitate agens ap. *Aeschyl.* in Agam. 906. λέγοιμ' ἂν ἄνδρα τόνδε — ὑψηλῆς στέγης στῦλον ποδήρη, μονογενὲς τέκνον πατρί. - Hinc *domum fundare* dicuntur, qui liberos procreant, ap. *Senec* in Octav. 532. *Dignaque nostram sobole fundare domum.* Ut *columina* ap. Latinos, sic στύλους de viris, quibus respublica, domus, fides nititur, etiam apud sacros scriptores usurpatum attigit *Gataker.* in Misc. Adv. II. 20. p. 382. sq. — Mox Cod. Vat. κακὸν δ' ἀ. ἰδέσθαι. Novissimum manifesto corruptum; sed κακὸς quoque vulgato minus est elegans. — V. 6. In Analect. ἄρρενος ἀνέρος exhibetur. *Br.* τἀνέρος emendavit in Lectt. ex Planudeae codd. et Flor. ed ut ait. Omnes editt. quas consului, idem habent. Pro αὖ *Casaub.* in notis mstis

[redacted]

θρεπτ' ἠχθήρεν. Planud. et Cod. Vat. — In fine ἀλισσοφροσύνην Cod. Aristocrates, quod verum et justum esset, intellexit quidem, sed cum pravos mulierum mores nosset, ipse praeceptis suis morem gerere noluit. Apte *Meinecke* contulit *Ovid.* Metam. X. 243. sqq. de Pygmalione, qui — *offensus vitiis, quae plurima menti Femineae natura dedit, sine conjuge coelebs Vivebat. Susarion* Comicus: κακὸν γυναῖκες, ἀλλ' ὅμως, ὦ δημόται, Οὐκ ἔστιν οἰκεῖν οἰκίαν ἄνευ κακοῦ — quae cum similibus laudat *Valcken.* ad Eurip. Hippol. p. 234.

LXV. Cod. Vat. p. 236. Planud. p. 267. St. 384. W. In tumulum locustae Philaenidis. — Particulam vers. I. et 2. excitat *Suid.* v. τυμβεία. τυμβείτης, ὁ μνηματίτης· εἰ καὶ μικρὸς ἰδεῖν λᾶας ὁ τυμβείτης ἄμμιν ἐπικρέμαται. In Plan. ἐπ' οὔδεος, quae jungenda esse vidit Vir Doct. ap. *Huetium* p. 26. In Cod. Plan. legitur Εἰ μικρός τις, superscripto γρ. ἔστιν. et mox ἐπ' οὔδεος ὦ παρ' ὁδῖτα. — V. 2. τυμβείτης ἄ. ἐπὶ κρέμαται. Cod. Quamvis parvum cippi marmor et solo fere aequum, nihilominus tamen Philaenis laudanda est. — V. 4. ἀκανθοβάτιν. ἀκανθίας, οὐκ εἶδος τέττιγος, ἀλλ' ἐπίθετον, ἀπὸ τοῦ ἠχεῖν ἐν ἀκάνθαις. *Suid.* Conf. *Aelian.* V. H. XI. 44. — V. 5. Hunc versum *Br.* ex Cod. Vat. emendatum dedit. Cum eo conspirat *Suidas* in καλαμίτης — καὶ θηλυκὸν καλαμῖτις — et v. ἐφίλατο, ubi διπλοῦς legitur pro δισσούς. Planud. διπλοῦς ἐς λ. ἐ. καί με θανοῦσαν Κάτθετ' ἐφυπνιδίων χηραμένην λαλάγων. Hic Vir Doct. ap. *Huetium* χηραμένη emendavit. In Cod. Vat. legitur: καὶ θέτ' ἐφ' ὑμνιδίῳ χρησαμένην πατάγῳ. Superscriptum γρ. χηραμένην. In *Brunckii* lectione *Schneidero* nonnulla debentur. Jungit ἐπιχηραμένη, eamque vocem ad Philaenidem refert. Sine dubio verum ὑπνίδιος, *somnum adducens*, ut in *Phaenni* Ep. II. ἀκρὶς ἀπὸ πτερύγων, τὸν βαθὺν ὕπνον ἄγον. At reliqua ut persanata sint, vereor. Eadem res bis dicitur, ordine perquam incommodo: Philaenis locustam suam per duos annos amavit, eam-

quae, jucundo ejus strepitu gavisa (cf. Il. ξ. 570.), composuit, i. e. sepelivit, *neque mortuam neglexit.* Postrema verba nonne satis indicant, in praecedentibus nullam sepulturae mentionem esse factam, sed poetam de iis, quae locustae viventi contigerint, egisse? Quid si scripserit:

καὶ θρέψ' ὑπνιδίῳ χρεμαμέναν κατάγῳ.

Facile θρέψ' in θανοῦσ' abire potuisse, nemo non videt. *Meleager* Ep. CXX. Phanium leporem ἐν κόλποις στέργουσα διέτρεφεν. *Mnasalc.* Ep. XIII. τᾶς ποτ' ἐλαφρότατον χέρσος ἔθρεψε γόνυ. — Restitui autem lectionem Cod. χρεμισαμέναν, quae elegantior est, quam ut a librario proficisci potuerit. χρᾶσθαι καταγῷ est *strepitum edere* *Machon* ap. Athen. L. VIII. p. 349. D. citharoedus δεινῶς ἀπᾴδων, τῇ λύρᾳ τ' εὖ χρώμενος. Cf. *Casaub.* p. 606. 47. *Herodot.* VII. 99. βοῇ τε καὶ οἰμωγῇ ἐχρέωντο. Exquisitiorem hujus verbi usum multis exemplis allatis enu-

modeſtum. *μνήμην* *Brunckii* videtur conjectura, ſed minime probanda. Planud. et Vat. membr. *μνήμης* habent. Praeclare *Caſaubonus* in ſchedis Bibl. Bodl. *μνήμονες Εὐβούλοιο.* — V. 2. *κοινὸς λιμήν.* *Sophocles* in Aj. 1219. *Ἅιδης κοινός.* Electr. 136. *ἐξ Ἀΐδα παγκοίνου λίμνας.* Antigon. 1284. *ἰὼ δυσκάθαρτος Ἅιδου λιμήν* Poëta ap. *Plutarchum* T. II. p. 106. C. *λιμὴν γὰρ ἀίδας ἐννιᾶν*, ut pro *ἐν' αἶαν* legendum eſt cum *Ruhnkenio* ad Longin. p. 139. quem vide etiam in Epiſt. crit. p. 286. Adde *Gronov.* ad Plauti Caſin. Prolog. 19.

LXVII. Cod. Vat. p. 283. Planud. p. 215. St. 313. W. In ſepulcrum prope viam ſemiapertum, ita ut humati oſſa apparerent. — V. 1. Vulgo *τίς ποτ' ἄρ' εἶ;* et ¶. 238.] V. 2. *τλῆμον' ἐν.* — *λάρνακι.* *Homer.* Il. ω. 795. *ὀστέα χρυσείην ἐς λάρνακα θῆκαν ἑλόντες.* Ep. *ἀδέσπ.* DCLXV. *ὀμβρήσας δακρύοις λάρνακα μαρμαρέην.* — V. 4. *λεπτὰ παρὰ ξέεται.* Cod. ut etiam ſequ. verſ. *παρὰ τρίψουσι.*

LXVIII. Cod. Vat. p. 283. Planud. p. 215. St. 313. W. Argumentum idem, quod in praecedente. Sepultus loquitur. — V. 2. *ἁρμονίης ὦνερ.* Edit. Flor. et tres Ald. In Aſcenſ. *ὦ 'ναρ*, quod *Stephan.* repetivit. In Vat. eſt: *ἁρμονίης ὦ 'νερ.* *Brodaeus* ſic vertit, ac ſi *ἁρμονίῃ* legerit: *apte cohaerentes lapides.* *Opſopoeus* corrigit: *ἁρμονίη τε*, vertitque: *harmoniaque, o vir, lapisque ſuperincumbens.* quae graecis non clariora ſunt. Vera videtur *Brunckii* correctio; niſi forte fuit: *ἁρμονίαις τ' ὦ 'νερ —.* *Homeri* Od. ε. 248. *γόμφοισιν δ' ἄρα τήνγε καὶ ἁρμονίῃσιν ἄρηρεν.* et 361. *ὄφρ' ἂν μέν κεν δούρατ' ἐν ἁρμονίῃσιν ἀρήρῃ.* *Heſych.*: *ἁρμονίης. συζεύξεως.* *Suidas*: *ἁρμονίαι δὲ λέγονται καὶ τὰ συμπτυσσόμενα τῶν κραβάτων μέρη.* — Mox Vat. *ἐπὶ κεκλιμένη.* — V. 3. Vulgo *κωλῆνες.* *Opſopoeus* *κώληπες* videtur legiſſe, nam *tibias* vertit. *κωλῆνες* eſſent *pernae.* *Euripides* ap. *Athen.* p. 368. *οὐδὲ κωλῆνες νεκρῶν*, ſive potius *νεβρῶν*, ut *Caſaubonus* emendavit. Praeclare Cod.

[redacted]

Vat. σκώληκες, *vermes*. *Palladas* Ep. CXLIV. πρὶν τοίνυν σκώληξι βορὴν, τύμβοις τε ῥιφῆναι. *Alciphron* I. Ep. XVII. p. 66. ἐξειλκύσαμεν μυΐσκαν ἤδη καὶ σκώληξιν ἐπιβρύοντα κάμηλον. — ὑπεκσορεῦ editt. vett. — V. 4. ἐπὶ ἐπνόμεθα. Cod. Vat. ῥῆν ἐπιέσσασθαι illuſtravit *T. Hemſterh.* et *Alberti* ad Heſych. v. — V. 5. Hanc ſemitam nunc primum homines fecerunt. Hunc verſum *Br.* pro libidine mutavit. In Planud. vitioſe legitur τὴν οὔπω πρηνῆ ὁδὸν quae lectio orta eſt ex depravata Vat. Cod. ſcriptura, τὴν οὔπω πρὶν τὴν ὁδὸν ἐ. quae ne litera quidem mutata ſic ſcribenda ſunt:

> ἣ γὰρ τὴν οὔπω πρὶν ἴτην ὁδὸν ἐτμήξαντο
> ἄνθρωποι — — —

viam, qua nemo olim ambulabat, nunc primum fecerunt homines τὴν pro ἣν poſitum: ἣν ὁδὸν οὔπω πρὶν ἴτην, ταύτην ἐτμήξαντο. *Heſych.* ἴτην. ἐπορεύοντο, δυϊκῶς. Duali autem

[redacted]

ſterb. ad Heſych. Tom. I. p. 1197. apparet, illud vocabulum nonniſi uno μ ſcribendum eſſe. Verbum enim πάσασθαι, unde haec derivantur, ubi *poſſidere* ſignificat, primam ſyllabam conſtanter producit. Vide *Valckenar.* ad Ammon. p. 189. ſq. et *Ruhnk.* ad Tim. p. 209. — V. 5. τί πλείω μυθεῦμ', ἐπὶ π. μ. Plan. et verſ. ſq. φεῦ αὐτος γαίης. In Vat. φεῦ γαίης ὅσσης ὅσσον ἐ. μ. Haec in talibus antitheſis perquam frequens. *Ovid.* XII. Met. 615. *Jam cinis eſt et de tam magno reſtat Achille Neſcio quid, parvam quod non bene compleat urnam.* Cf. *Propert.* II. 7. 51. Imperii plus, quam par erat, avidis filiis Oedipus imprecatur, χθονὸς λαχεῖν τοσοῦτό γ', ἐνθανεῖν μόνον, ap. *Sophocl.* in Oed. Col. 790. Maxime huc facit praeclarus *Plinii* locus, H. N. II. 68. p. 107. ubi, poſtquam de hominum in augendis poſſeſſionibus cupiditate dixit, *Ut publicos*, ait, *gentium furores tranſeam, haec in qua conterminos pellimus, furtoque vicini ceſpitem noſtro ſolo adfodimus. ut qui latiſſime rura metatus fuerit, ultraque fines exegerit accolas, quota terrae parte gaudeat? vel cum ad menſuram avaritiae ſuae propagaverit, quam tandem portionem ejus defunctus obtineat?*

LXX. In Planud. p. 212. St. 309. W. ἄδηλον eſt. *Leonidae* tribuit Vat. Cod. p. 281. ubi adſcriptum: ζήτει διὰ τὰ σφάλματα. *Huetius* p. 21. quatuor haec diſticha male in unum carmen coaluiſſe, atque in totidem Epigrammata dividenda putabat. In quo egregie fallitur. Optime enim ſingulae hujus carminis partes inter ſe cohaerent. Scriptum eſt in Phidonem, Criti filium, qui, cum ipſe vitam reliquiſſet, alios quoque, ut brevis hujus et aerumnoſae vitae onus devolvant, hortatur. — V. 1. ὦ 'νθρωπε. Plan. ἄνθρωπε. Vat. — πρὸς ἠῶ, *ad dias luminis oras*, ut *Lucretius* loquitur L. I. 23. — V. 2. χωλοποιός. Ed. Ald. pr. χωλοποιὸς Aſcenſ. — V. 3. ὑπὸ λείπεται ἢ ὅσσον. Vat. ἢ τόσον ὅσσον, ut ap. *Stephan.* legitur, primum in Aſcenſ. reperio. Flor. et Aldinae ἢ ὅσον

ὅσσον. Comparari meretur locus eximius *Senecae* Ep. XCIX. *Hoc, quod aetatem vocamus humanam, compara immenso: videbis, quam exiguum sit, quod optamus, quod extendimus. Ex hoc quantum lacrymae, quantum sollicitudines occupant — quantum valetudo, quantum timor, quantum teneri, aut rudes, aut inutiles anni? — Aujice labores, luctus, pericula, et intelliges, etiam in longissima vita minimum esse, quod vivitur.* — στιγμή. Proverbialis locutionis speciem habet *Simonides* ap. *Plutarchum* T. II. p. 111. C. τὰ γὰρ χίλια καὶ τὰ μύρια ἔτη στιγμή τίς ἐστιν ἀόριστος, μᾶλλον δὲ μόριόν τι βραχύτατον στιγμῆς. Idem p. 117. E καὶ ὁ μακρότατος βίος ὀλίγος ἐστὶ καὶ στιγμιαῖος πρὸς τὸν ἄπειρον αἰῶνα. Quare, qui alios, ut vitae voluptatibus fruantur, admonent, στιγμή inquiunt. χρόνου τῆς ὁ βίος ἐστί· ζῆν καὶ οὐ παραζῆν προσήκει ap. eund. p. 13. B. Cf. p. 104. B. — ¶. 239.] V. 7. Phidon homines hortatur, ut portum quaerant, τὴν χειμέριον ζωὴν vitantes.

ἐπιγράμματος; ὅτι ἐσφαλμένον. ἐὰν ἔχῃ; νοῦν οὐκ ἔσφαλται, ἀλλὰ μᾶλλον πεφώτισται·

ἐκ τοίης ὤνθρωπε ἀπ' ἠκριβωμένοι ὀστῶν
　ἁρμονίης ὕψος ἠέρα καὶ νεφέλας.
ὦνερ ἴδ' ὡς ἀχρεῖον ἐπεὶ περὶ νήματος ἄκρον
　εὐλὴ ἀκέρκιστον λῶπος ἐφ' ἑζομένη.
οἷον τὸ ψαλάθριον ἀπεψιλωμένον οἷον·
　πολλῶν ἀραχναίου στυγνότερον σκελετοῦ.
ἦ οὖν (ἠοῦν) ἐξ ἠοῦς· ὅσσον σθένος ὦνερ ἐρευνῶν
　εἴης ἐν λιτῇ κεκλιμένος βιοτῇ.
　　　ω
αἰὲν τοῦτον σῷ μεμνημένος ἄχρις ὁμιλῇς
　ζωῆς, ἐξοίης ἡρμόνισας καλάμης.

His tenebris si quis lumen accendere voluerit, caveat ille, ne tempus frustra insumat. Nam aut egregie fallor, aut hi versus in lectorum ludibrium conficti sunt ab otioso grammatico, quales ii, quos protulit *Sextus Empir.* adv. Gramm. I. 13. 316. p. 287. ubi *Fabricius* frustra egit interpretem.

LXXI. Cod. Vat. p. 230. Planud. p 223. St. 325. W. Prexus Samiae cum viatore colloquium. — V. 1. εὖσα. Plan. — V. 2. Καλλιτέλους Cod. Vat. a pr. man. — καὶ ποδαπή. Si audimus *Theophrastum* in Char. XIII. p. 101. hoc epitaphium a περιέργῳ τινὶ compositum est. τοῦ περιέργου enim est, γυναικὸς τελευτησάσης, ἐπιγράψαι ἐπὶ τὸ μνῆμα τοῦ τε ἀνδρὸς αὐτῆς καὶ τοῦ πατρὸς καὶ τῆς μητρὸς καὶ αὐτῆς τῆς γυναικὸς τοὔνομα, καὶ ποδαπή ἐστι. Sic enim pro vulgato ποταπὴ scribendum cum *Dorvill.* ad Charit. p. 337. Cf. *Fischerum* in Ind. Theophr. v. ποταπή. — V. 5. οὖσα Cod. Vat. Miraberis *Brunckii* inconstantiam, qui hic Planudeae adhaesit, cum v. 1. εὖσα ex Cod. correxerit. — V. 7. ζώῃ. Plan. — Binas hujus carminis imitationes vide inter Epigr. *Antipatri Sid.* LXXXV. et LXXXVI.

LXXII. Cod. Vat. p. 278. junctim cum seq. Epigr. ut edidit *L. Holsten.* ad Steph. Byz. v. Λύκαστος p. 192. Recte a *Brunckio* divisa esse, nemo dubitabit. Utrumque scriptum in Prataliden Cretensem, venustate, pugnandi venandique peritia excellentem. — V. 1. Λυκάστῳ Cod. et v. 2. λινοστασίης. *Antip. Sidon.* Ep XX. ἃ δὲ φέρεσκε ἄγρα λύρας. — Versus tertii lacunam *Brunckius* ingeniose explet sic: χθονὶ Μινωΐ πάρεδρον. Nihil aptius, quam Prataliden, et Cretensem et excellentem virum, Minoi item Cretensi jungi.

LXXIII. Color est, ut in Ep. *Meleagri* LXXXIV. quod hinc ductum videtur. — V. 1. παιδεῖον omittitur in contextu. In marg. γρ. παιδίον. Veram esse lectionem *Brunckianam*, ex Cretensium moribus intelligitur, apud quos Minos — ἵνα μὴ πολυτεκνῶσι, τὴν πρὸς τοὺς ἄῤῥενας ἐποίησεν ὁμιλίαν, secundum *Aristotel.* in Rep. II. 8. p. 119. *Sosicrates* ap. Athen. L. XIII. p. 561. F. Κρῆτες ἐν ταῖς

φόρεις λαρίδεσσιν. Vat. ἰχθυβόλοις. Ed. Flor. Omnes reliquae καύηξιν ἢ ἰχθυβόροις. Infra Ep. LXXXII. de naufrago: κἠγὼ μὲν ἁλιζώοις λαρίδεσσι κέκλαυμαι. *Artemidor.* Oneir. II. 17. p. 105. λάροι καὶ αἴθυιαι – τοὺς πλέοντας εἰς ἔσχατον κίνδυνον κατάγει. *Theon.* Ep. II. Ἀλκυόσιν, Ληναῖε, μέλεις τάχα. quae tractavit *Dorvill.* ad Charit. p. 251. Delphinus ἐπὶ τοὺς αἰγιαλοὺς ἐπικυμανθεὶς, βορὰ γίνεται αἰθυίαις τε καὶ λάροις. [redacted] L. VII. p. 283. C. Idem L. II. p. 44. D. ὑδροπότης ἦν [redacted] ὁ Μουσικὸς, περὶ οὗ Φρύνιχός φησι λάρους θρηνεῖν. quod dictum ex nostro Epigrammate lucem lucratur. De καύηξ vide *T. Hemsterb.* ad Aristoph. Plut. p. 312. — V. 7. κενεὸν. Vat. κεκλαυμένον. Plan. — V. 8. Τελεσταγόρην. *Steph.* In Ed. Flor. tribus Ald. et Asc. Τελευταγόρην. Bene notus Telestagoras Naxius ex *Aristotele* ap. *Athen.* VIII. p. 348. B.

LXXV. Ut *Leonidae* legitur in Cod. Vat. p. 311. In Append. Plan. p. 517. St. *20. W. *Theocriti* nomen praefert, inter cujus carmina crebro est editum. Vide *T. Hemsterb.* ad Hesych. Tom. I. p. 13?2. De Orthone Syracusano, qui, cum noctu domum rediret ebrius, in via periit. *Martialis* L. XI. Ep. 83.

A Sinuessanis conviva Philostratus undis
Conductum repetens nocte jubente larem,
Paene imitatus obit saevis Elpenora fatis,
Praeceps per longos dum ruit usque gradus.
Non esset, Nymphae, tam magna pericula passus,
Si potius vestras ille bibisset aquas.

— V. 1. Vulgo συρηκόσιος. Male apogr. *Hemsterb.* Ὄνθων. — V. 2. χειμερίης vulgo. — V. 3. ἀντὶ δὲ πολλᾶς πατρίδος. Vulgo. In Cod. Vat. πολλῆς. quod in apogr. *Hemsterb.* in φίλης mutatum erat. *Jo. Auratus* tentavit ἀντὶ παλαιᾶς. *Stephan.* πέλλας. *Heinsius* βώλου. *Reiskius* πότνας. Habes, quod eligas. *Toupius* in vulgata acquiescendum putabat, γῆς subaudiens: *pro patria terra eaque multa et praecla-*

ra, *peregrino tumulo exceptus sum.* *Theocrit.* Eid. XVII. 76 πολλᾶς μὲν κρατέει γαίας. Infortunium fuisse, si quis exigua terra conderetur. Eid. V. 43 μὴ βάθιον τύμμα πυγίσματος, ὕβδ', ταφείης. Nec *Valckenarius* quidquam mutandum putat. Equidem, parum abest, quin in horum virorum sententia acquiescam, quorum tamen auctoritas vix efficiet, ut antithesis in verbis, πολλῆς πατρίδος et ὀθνείην, justa sit et elegans. Comparanti mihi *Addaei* Ep. IX. Αἰγυπτίην κεῖμαι βῶλον ἐφεσσάμενος — nostrum locum vetere mendo deturpari probabile visum est. Quid si *Leonidas* scripserit:

ἀντὶ δὲ πάτρης
ὀθνείην κεῖμαι βῶλον ἐφεσσάμενος.

Haec saltem concinna sunt. ὀθνείην βῶλον apte de sepulcro in terra peregrina. *Dioscorides* Ep. XXI. φιλόκριτον — ξείνα Μέμφις ἔκρυψε τάφῳ, Ἔνθα δρομὰν Νείλου ὁ πολὺς ῥόος

„uti legendum esse manifestum est ex praecedenti *εἷς* „*ἄνεμος*.“ *Brunck*. Fallitur vir doctissimus; nam nulla plane relatio inter verba *εἷς ἄνεμος* et *πνοιὴ μία*. *Reiskius* *πνοιὴ*, *κολόκυμα δὲ ν.* dedit, *fluctum decumanum*, de qua voce vide notata *Vossii* ad Catull. p. 228. sq. Fortasse non *ἅμα* solum, sed etiam *πνοιὴ* depravatum est. Possis etiam suspicari — *πνοιὴ*, *μάλα κῦμα δὲ ν. ἀθρόον* — ut sit *κῦμα ἀθρόον* *unda vehementior*. Non multum tamen huic conjecturae tribuo. — V. 4. *εἰς πολιὴν* *Brunckii* videtur esse emendatio, nisi fortasse jam in Buheriano apogr. sic emendatum reperit. Codex legit *ἐς κοίλην*. quod cur mutaretur, causa non erat. Est mare dehiscens, ut docent Intpp. *Polluc.* I. 108. Cum hoc epitheto comparatum vehementer friget *Brunckii* *πολιήν*. — V. 5. *οὐ μὴν ὁ δ.* *Jensius*: unde *Heringa* *οὐ δαίμων* fecit. Veram lectionem *Reiskius* vidit. — *ἐπὶ γαίῃ*. *Jens.* et *Reisk.* contra Cod. fidem. — V. 6. *ἔλαχες* Cod. Hoc si verum, praecedente versu *οὐ μὴν σοὶ δαίμων* legendum. *Brunckius* *Reiskii* emendationem secutus est. — V. 7. *ἐπὶ τρ.* Cod. — V. 8. „Cod. *πεπταμένους αἰγιαλοὺς*, quod „mutandum non erat. *Heringae* auctoritatem secutus sum. „Sed *ἐπὶ* cum verbis quietis quarto etiam casui jungi„tur, cujus constructionis exempla bene multa congessit „*Abresch.* ad Thucyd cujus indicem vide in *ἐπί*.“ *Brunck*. In Analectis ex *Heringae* emendatione *πεπταμένοις θ. ἐπ' αἰγιαλοῖς* legitur. — *πεπταμένους*. Epigr. LXXIV. *εὗρεῖ ἐν αἰγιαλῷ*. Loca aperta et patentia, ubi nihil impedimenti ambulantibus navigantibusve objicitur, *ἀναπεπταμένα* vocantur. Epaminondas Boeotiam appellabat *χώραν ὑπτίαν καὶ ἀναπεπταμένην*. *Plutarch*. T. II. p. 193. E. *πεδίον ὑποπεπταμένον πάμφορον*. *Lucian*. T. III. p. 377. 71. *ἐν πελάγεϊ ἀναπεπταμένῳ*. *Herodot*. L. VIII. 60. Conf. *Casaub.* ad Athen. L. V. p. 357.

LXXVII. Cod. Vat. p. 321. Protulit *Alberti* ad Hesych. v. *τελλίνη*. *Jensius* nr. 28. *Reisk.* in Anthol.

p. 125. nr. 679. — V. 1. *Guyetus*, teste *Alberti*, τελλινος conjecit a τέλλις, ut δελφὶς, δελφῖνος. Haec nominis forma obvia ap. *Plutarch.* T. II. p. 193. F. ubi Tellinis, ut mali tibicinis, una cum Antigenide fit mentio. *Heringa* Ἕλληνος tentavit, ut de *Anacreonte* intelligeretur, deceptus prava lectione *Jensii* τήιον, τὸν πρῶτον — —. Scriptum est hoc carmen in Tellenem, tibicinem et poëtam, cujus carmina ludicra ob liberam et venustam dicacitatem laudantur, docente *Ruhnkenio* in Epist. crit. I. p. 118. qui excitavit locum *Zenobii* in Prov. Cent. I. 45. ἄειδε τὰ Τέλληνος ἐπὶ τῶν σκωπτικῶν τίθεται παροιμία. Τέλλην γὰρ αὐλητὴς ἐγένετο καὶ μελῶν ποιητὴς, παίγνιά τε κατέλιπεν εὐρυθμότατα καὶ χάριν ἔχοντα πλείστην καὶ σκώμματα κομψότατα. — ὑποβώλεψ Cod. Quod *Guyetus* mutavit in βώλεῖ, *Heringa* in βώλου, *Reiskius* in βώλακι. — V. 2. τῆνον est Cod. lectio, quae in quibusdam apogr. in τήιον deprava-

et *Pierson.* ad Moer. p. 358. qui similia contulit. *Theocrit.* Eid. XXVIII. 1. ὦ φιλέριθ' ἀλακάτα. — V. 4. ᾔσεν. *Reisk.* Cantilenam, qua mulierculae pensa trahentes tempus fallebant, servavit *Pollux* L IX. 125. Res ipsa passim commemoratur ap. poëtas. *Ovid.* Trist. IIII. El. I. 13. *Cantantis pariter, pariter data pensa trahentis Fallitur ancillae decipiturque labor.* *Tibull.* L. II. 1. 65. *Atque aliqua assiduae textis operata Minervae Cantat, et applauso tela sonat latere.* *Aristoph* Ran. 1349. cf. Schol. Parcas ad colum canentes finxit *Catull.* LXI. 321. sqq. Vide *Burmann.* ad Anth. Lat. T. II. p. 267. *Leonidam* fortasse ante oculos habuit Auctor Epigr. apud *Gruter.* p. 139. 10. et *Fleetwood.* p. 322. Βιττὼ καὶ Φαινὶς φίλαι ἡμέριαι ξυνέριθοι, Αἱ πενιχραὶ γραῖαι, τῇδ' ἐκλίθημεν ὁμοῦ, Ἀμφότεροι Κώϊαι, πρῶται γένος. ὦ γλυκὺς ὄρθρος, Πρὸς λύχνον ᾧ μύθους ᾔδομεν ἡμιθέων. — ἄγχι θυρῶν. Cod. Nostrum est ex emendatione *Reiskii.* Obversabatur poëtae Homericum ἐπὶ γήραος οὐδῷ. Il. χ. 60. — V. 5. *Reiskius*, neglecta cod. fide, pro καί τι scripsit νύκτα, quam emendationem certissimam esse non dubitat. Sed longe elegantior est repetitio vocularum καί τι, ad qu[illegible]αεν subaudiendum est. Mulierem illam *noctu* cantasse, sponte intelligitur ex verbis ἄχρις ἐπ' ἠοῦς, nec id expressis verbis dicere necesse habebat *Leonidas.* Tenebras *Reiskio* objiciebat prava Jensiani cod. lectio ἄχρις ἐπ' ἠοῦς. — Cod. Vat. δεινευμένη. — V. 6. Ἀθηναίης, Ἐργάνης puta, (conf. *Valcken.* ad Theocr. Adon. p. 373.) δολιχὸν, Gratiis juvantibus, percurrebat mulier *assiduae textis operata Minervae.* *Tibull.* II. 1. 65. — δολιχὸς de quovis labore dixisse videntur veteres. Ut hic anus texendo *Minervae stadium* decurrit, sic ap. *Sosipatrum* Ep. II. mulier cum viro congressa ἤνυσεν ἀκλινέως (f. ἤνυ' ἀκέντητος) τὸν Κύπριδος δολιχόν. Eadem ratione *industriae curriculum* dixit *Cicero* Philipp. VII. 7. *exercitationes ingenii, curricula mentis,* idem in Catone 38. Nostrum locum optime illustrat *Pindar.*

Pyth. 9. 33. ἁ μὲν οὔθ᾽ ἱστῶν παλιμβάμους ἐφίλασεν ὁδούς. — Pro σὺν Χάρισι *Reiskius* legit τὸν κροκίαι, male. Quidni enim eximium textricis opus Gratiis juvantibus perfectum dicatur, quae et ipsae dearum texebant vestimenta? Venerem Diomedes vulnerabat ἀμβροσίου διὰ πέπλου, ὅν οἱ Χάριτες κάμον αὐταί *Homer*. Il. ε. 358. — V. 7. Cod. ἡ ῥικνή *Brunckii* ῥικνὴν, cum κρόκην jungendum, quidam *tenue filum* interpretatur. Possis *tortum filum*, ut ap. *Tibull*. I 6. 77. *victa senecta Ducit inops tremula stamina torta manu*. Putabam olim, legendum esse — ἡ ῥαδινὴν — κρόκην. *Ennius* ap. *Nonium* v. *Gracilentum*: *Deducunt habiles radios filo gracilento*, ut *Lipsius* emendavit. Aliter *Burm*. ad Ovid. Tom. I. p. 385. Nunc vero censeo, aut cod. lectionem sine ulla mutatione servandam, aut scribendum esse:

ἡ ῥικνῇ, ῥικνοῦ περὶ γούνατος, ἄρκιον ἱστῷ
χειρὶ στρογγύλουσ᾽ ἱμερόεσσα κρόκην.

V. 3. ἡ τρεῖς Cod. et verſ. ſq. θάλψαι. Hoc ſervavit *Reiskius*. Requirebatur tamen paſſivum θάλψασθαι. — Ceterum ſuaviter dictum hoc de ſene, cui nihil apricatione jucundius. — V. 5. οὐ κόμπῳ. Male haec accepit *Leonidae* interpres. Senſus eſt: Haec eum non in vanam firmi animi oſtentationem dixiſſe, re ipſa declaravit, cum nulla mora interpoſita manum ſibi ipſe inferret. Sic plane *Philoſtr.* in Vit. Apoll VI. 20. p. 260. εἰ τὸν θάνατον ἐπεχύθης, ἀλλὰ μὴ κόμπου ἕνεκα ἐπαινοῦσι. Variis violentae mortis generibus commemoratis *Arrianus* in Epict. II. 6. p. 151. ψόφος ἐστὶ ταῦτα πάντα καὶ κόμπος κενῶν ὀνομάτων. — ἀπὸ ζωὴν ὤσατο. *vitae onus devolvit ſibi.* γῆρας ἀπωσαμένη. Hymn. in Cerer. 276. μόρσιμα δ᾽ οὔτι φυγεῖν θέμις· οὐ σοφίᾳ τις ἀπώσεται. *Eurip.* in Heracl. 616. ὠσάμενος πενίην. Epigr. *Pancratis* Tom. I. p. 259. — V. 6. κὴς Cod. κὲς Jenſ. et Reisk. — ἐς πλεόνων μετοικεσίην fortaſſe ductum ex *Eurip.* Hipp. 836. τὸ κατὰ γᾶς θέλω, τὸ κατὰ γᾶς κνέφας Μετοικεῖν, σκότῳ (fort. μετοικεῖν ποθῶ,) θανὼν ὁ τλάμων. Qui hanc vitam relinquunt, in aliam civitatem migrare videntur. Mortem migrationem eſſe, poſt Socratem multi dixerunt, quorum loca collegit *Gatacker* ad M. Anton. II. p. 46. E. F.

LXXX. Cod. Vat. p. 210. Planud. p. 275. St. 398. W. Scriptum in Alcmanem poëtam, qui Lydus Spartanusve fuerit, incertum eſt. Civem Spartanum fuiſſe Alcmanem, ex Ep. *Alexandri Aetoli* III. colligitur. Cf. *Plutarch.* T. II. p. 599. D. et *Burette* dans les Mémoires de l'Académie des Inſcr. Tom. XIX. p. 306. ſq. Sepultus erat Spartae prope τὸ Σέβριον, teſte *Pauſania* L. III. 15. p. 244. qui eum in carminibus Laconica dialecto uſum fuiſſe ait. Hoc Epigr. imitatus eſt *Antip. Theſſ.* Ep. LVI. — V. 1. 2. laudat *Suidas* in ὑμεναίων, ſecundum iterum v. κύκνος. ὑμεναίων pro quovis carmine lyrico videtur poſitum. — V. 3. Hujus verſiculi partem cum v. 4. excitat *Suid.* in λαῖσθος. ὁ ἔσχατος. — εἰδ᾽ ὅ γε

λαῖεθος ἄχθος ἑ. In Cod. Vat. λάεθος. Hoc distichon nemo paulo attentius legerit, quin aliquid ad sensus perspicuitatem et elegantiam desideret. *Antipater Thess.* l. c. Κεῖται δ' ἠπείροις διδύμαις ἔρις, εἴθ' ὅγε Λυδὸς, εἴτε Λάκων· πολλαὶ πατρίδες ὑμνοπόλοις. Hinc *Scaliger* in notis mstis emendavit: Σπάρτας μεγάλαν ἔριν. *Wyttenbachius* autem in Bibl. crit. Tom. I. P. II. p. 35. corrigit: εἴθ' ὅγε Λυδῶν ἄχθος ἑ. Hoc verum videtur; sed vel hac emendatione admissa sensus est obscurior. Ex *Antipatri* imitatione suspicor, distichon initio carminis periisse; verba autem τύμβος ἔχει postea inserta esse, ut sensus quodammodo evaderet integer. Hoc si verum est, tale quid olim scriptum fuisse debet:

Σπάρτας δ' εἰ πολίτης, μεγάλα γ' ἔρις, εἴθ' ὅγε Λυδῶν
ἄχθος ἀποῤῥίψας οἴχεται εἰς Ἀΐδην.

Vehementer dubitatur, Alcman utrum Spartae civis an Lydus ad inferos descenderit. In Λυδῶν ἄχθος ad servitu-

inprimis huc facit. Ceterum poëtae apibus passim comparantur. Vide *Muretum* Var. Lect. VIII. 1. p. 171. sq. Intpp. *Horatii* IV. Carm. II. 28. — Μουσῶν ἄνθεα. De muliere a Musis aliena *Sappho* ap. *Plutarch.* Tom. II. p. 146. οὐ γὰρ πεδέχεις βρόδων τῶν ἐκ Πιερίας. — In Schedis Krohn. Μουσέων legitur. — δρεπτομένην vulgo. δρεπτομέναν Vat. a pr. man. — V. 3. εἰς ὑμέναιον. Cf. ad *Meleagr.* Ep. CXXV. — V. 4. βάσκανος. Respicitur *Erinnae* Ep. III. p. 58. ubi vid. not.

¶. 242.] *LXXXII.* Cod. Vat. p. 310. Planud. p. 255. St. 369. W. In Timolytum, quem Cretenses piratae in mare praecipitaverant. — V. 1. οὐδὲ δίκαιοι. De Cretensium perfidia vide quae dedit *Wesseling.* ad Diodor. Sic. XVIII. 32. et T. II. p. 589. Loca veterum larga manu effudit *Wetsten.* ad N. T. II. p. 370. — ἁλιφθόρος an alibi occurrat, ignoro. *Hesych.* ἁλιφθερῶσαι. ἀφανίσαι. ἀπολέσαι. *Piratam* significat. — V. 3. ὡς καί. Vulgo. ὡς corr. *Br.* in Lectt. *Sic me etiam.* *Opsopoeus* οἱ καί — legebat. — V. 4. Κρηταιεῦς ὦ Τ. καθ' ἅδου. Cod. Vat. quae lectio partim optima est, partim pessima. Κρηταιεῦς (qua forma *Leonidas* utitur Ep. LXXII. cf. *Steph. Byz.* p. 386.) praeferendum videtur vulgatae Κρηταίης. *Sic me quoque Cretenses in mare deturbarunt.* — V. 5. λαρίδεσσιν. Vat. Conf. LXXIV. 5. ἁλίζωοι, qui victum ex undis quaerunt. Piscatores ap. *Pancraten Athenaei* L. VII. p. 321. F. ἅς τε βόας περκῆες ἁλίζωοι καλέουσιν. Vim hujus vocabuli expressit *Theocrit.* ap. eund. VII. p. 284. A. ἀνὴρ, ἐξ ἁλὸς ᾧ ζωή.

LXXXIII. Cod. Vat. p. 311. Plan. p. 202. St. 295. W. — »Lemma in Vat. Cod. εἰς Ἀλκιμένην μαχητήν. Et versu ultimo: ἦν ποτ' ἐγὼ δήϊος Ἀντιπάτρου. Pla»nudea: δήϊος Ἀλκιμένης. Hoc maxime absurdum; nam »si homo ille bellum contra aliquem gessit, is nomi»nandus erat, cui arma intulit. Hoc saltem boni habet »Vaticana lectio δήϊος Ἀντιπάτρου. Sed ridicula utraque.

„Alcimenes hic rusticus erat, qui noxias herbas assidue „in agro suo runcabat; hujus mortui et in eodem agro „sepulti tumulum sentes et rubi obtexerunt, quorum „ait se antea, dum viveret, hostem fuisse infestissimum. „οἷς pro ἣν reposito praeclarus emergit sensus.“ *Brunck.* Quod in Vat. membranis 'Αντιπάτρου ait legi pro 'Αλκιμένης, id falsum esse videtur. In nostro quidem apogr. Planudeae lectio, sine ullo mutationis vestigio, habetur. — V. 3. εἰ omittitur in Vat. Mox κέκρυπτ' ibidem. — παλιούρου καὶ βάτου. Notus *Ciceronis* locus in Tusc. Qu. V. 23. *Archimedem, cujus ego quaestor ignoratum a Syracusanis, cum esse omnino negarent, septum undique et vestitum vepribus et dumetis indagavi sepulcrum.* In Anthol. Lat. Tom. II. p. 134. mulier rogat agricolam: *Ne patiare meis tumulis increscere sylvas. Sic tibi dona Ceres larga det et Bromius.* ubi vide *Burmanni* not.

LXXXIV. Cod Vat. p. 270. Planud. p. 208. St.

genii, et propterea omnibus gratum. — V. 1. pro *οἷον* *Jos. Scaliger* in not. mstis conjiciebat *εἷον*, qua correctione non est opus. — *ἀμφέχανες*. Vide ad Ep. XXIV. 4. — Vat. pro more *κατὰ φθιμένοιο* et *ἀμφ' ἔχανες*. — In Plan. *οἵαν γᾶ κ.* — V. 3. *πολλαῖς μ. ξ. ἀρεσκομένην*. Plan. *Theaet.* Ep. II. *ἥνδανον ἀνθρώποις, τὸ δ' ἐπιπλέον ἥνδανε Μούσαις.* Gratiis placuisse dicitur, qui morum suavitate et jucunditate omnibus gratus venit. Cf. *Theocrit.* XVIII. 105. sqq. — *σὺν ξανθαῖς Χάρισιν* dixit *Pindar.* Nem. ε. 99. Huc facit Id. Pyth. ε. 60. *Σὲ δ' ἠΰκομοι φλέγοντι Χάριτες· Μακάριος, ὃς ἔχεις Καὶ πεδὰ μέγαν κάματον Λόγων φερτάτων Μναμήϊον.* — In vers. sq. vulgo *πολλὸν δὲ μνήμῃ πᾶσιν Ἀριστοκράτευς.* Edd. vett. *μνήμη*. *Jos. Scaliger* tentavit *πολλοῦ δ' ἐν μνήμῃ*. Etiam *Casaubonus* aliquid conjecit, sed obscuri sunt ductus in schedis. Cod. Vat. habet: *πολλῶν δὲ μνήμῃ π. Ἀριστοκράτευς.* Hic Codicis cum Planudea consensus in verbo *Ἀριστοκράτευς* efficit, ut scribendum putem:

πολλὸν μὲν ξανθαῖσιν ἀρεσκομένου Χαρίτεσσι,
πολλοῦ δ' ἐν μνήμῃ πᾶσιν Ἀριστοκράτευς.

ut genitivi pendeant a *κεφαλήν*· quae constructio longe elegantior ea, quae ex *Brunckii* lectione exsistit. Prius *πολλὸν* adverbialiter sumendum, ut *πολλὸν ἄριστον* ap. *Homer.* Il. α. 91. — Alterum vero, quod ex *Scaligeri* emendatione assumsi, *πολλοῦ δ' ἐν μνήμῃ*, dictum, ut *πολὺν εἶναι ἐν τοῖς τῶν ἀνθρώπων λόγοις.* *Aeschin.* c. Ctesiph. p. 306. *πολὺν μὲν τὸν Ἀλέξανδρον καὶ Φίλιππον ἐν ταῖς διαβολαῖς φέρων.* — V. 5. „*δημολογῆσαι*. Verbum hoc in Lexicis non „comparet. Idem est quod *δημοῦσθαι*, quod Hesychius „exponit *εὐφραίνεσθαι, παίζειν*. Vide Kuhnk. ad Timaeum. „Moeris: *δημούμενον. ἀττικῶς. γελοιάζοντα. ἑλληνικῶς.*" *Brunck.* *Schneiderus* confert *Nicandr.* in Alex. 160. *δήμια λαβράζουσι φλύαροι γίνονται.* *Eutecnius.* *Casaubonus*, interpretamenti loco, adscripserat *δημηγορῆσαι*. — V. 6. 7. omittit Vat. — *στρεβλός. δύσκολος. καμπύλος.* *Suid.*

στρεβλὴ ὀφρὺς fastum et arrogantiam eorum significat, qui Catones simulant, praecipue philosophorum. *Alciphron* L. I. 34. p. 138. ἐξ οὗ φιλοσοφεῖν ἐπενόησας, σεμνός τις ἐγένου, καὶ τὰς ὀφρῦς ὑπὲρ τοὺς κροτάφους ἐπῆρας. ubi vide *Bergler.* et quae collegit *T. Hemsterh.* ad Lucian. T. II. p. 457. ed. Bip. — Sensus est: Aristocrates, quamvis vir bonus et probus, ab omni tamen supercilio simulataque tristitia alienissimus fuit: quod rarum in viris aeque ac mulieribus, secundum *Juvenalem*, qui non ferendam ait uxorem, quae — *cum magnis virtutibus affert Grande supercilium.* Sat. VI. 168. *Martial.* L. XI. 2. *Triste supercilium, durique severa Catonis Frons, et aratoris filia Fabricii, Et personati fastus et regula morum, Quidquid et in tenebris non sumus, ite foras.* — Ad hunc vers. *Casaubonus* adscripserat ἐφελκόμενον. — ¶. 243.] V. 7. κρατῆρος. Planud. κρατῆρσιν correxit *Scaliger.* et *Casaubonus.* — ἄδειν. ita ut *verecundum Bac-*

filiabus exstructo, ipse, moerore, ut videtur, consumtus, obiit. — V. 1. et 2. Cod. et Plan. αὐτά. — V. 3. τόύτῳ Vat.

LXXXVII. Bis legitur in membranis Vat. p. 259. in margine, et p. 278. sq. Planud. p. 243. St. 353. W. In mulierem vinosam, cujus tumulo scyphus impositus erat, et cujus *umbra sitim sentiebat* (quod lenae imprecatur *Propert.* IV. 5. 2.). Imitatus est hoc carmen *Antip. Sid.* Ep. XC. — V. 1. πίθων σποδός. quae non calices, sed totos cados siccabat. Hinc sumsit *Antip. Sid.* Ep. LIX. Βακχυλὶς ἡ Βάκχου κυλίκων σποδός. — V. 3. γνωστόν. Cod. Vat. utroque loco, elegantius vulgato. — Ἀττικὴ κύλιξ. In Ep. ἀδεσπ. DCLXVIII. πίθος vinosae mulieris tumulo impositus – πίθος μοι, σύμβολον εὐφροσύνης, τεχνὸς ἔπεστι τάφος. *Propertius* IV. 5. 73. *Sit tumulus lenae curto vetus amphora collo: Urgeat hanc supra vis, caprifice, tua.* — Atticos et Argivos calices inprimis celebres fuisse, ait *Athenaeus* L. XI. p. 480. C. Atheniensibus artem vasa e terra fingendi tribuit antiquitas, eosque terra promontorii Κωλιάδος usos esse, tradit *Eratosth.* ap. *Macrob.* in Sat. V. 21. unde *Plutarchus* T. II. p. 42. D. eum, qui in oratione nihil nisi Atticismum animadvertat, similem esse ait τῷ μὴ βουλομένῳ πιεῖν ἀντίδοτον, ἂν μὴ τὸ ἀγγεῖον ἐκ τῆς Ἀττικῆς Κωλιάδος ᾖ κεκεραμευμένον. Inter Atticas merces τοὺς κεράμους numerat *Aristoph.* in Acharn. 902. Cf. *Herodot.* V. p. 416. 93. ibique *Valckenar.* Κεκροπὶς λάγυνος est ap. *Posidipp.* Ep. XI. et κύλικες Ἀθηναῖοι in *Pindari* fragmentis p. 16. — V. 4. Color videtur ductus ex *Simonid.* Ep. LV. ubi de Anacreonte dicit: μοῦνος δ' εἰν Ἀχέροντι βαρύνεται, οὐχ ὅτι λείπων Ἠέλιον, λήθης ἐνθάδ' ἔκυρσε δόμων, Ἀλλ' ὅτι τὸν χαρίεντα μετ' ἠϊθέοισι Μεγιστέα Καὶ τὸν Σμερδίεω Θρῆκα λέλοιπε πόθον. — Post ὑπὲρ Vat. loco sec. γε inserit. — V. 5. οὐδ' ἀνδρός. Vat. loco sec. Recte. ἔλιπεν Vat. utroque loco.

LXXXVIII. Cod. Vat. p. 246. Planud. p. 244. St. 355. W. Naufragus navigaturis ventum fecundum optat, fimul monens eos, ne, fi quid acciderit, undas, fed fuam ipforum audaciam accufent. — V. 1. ἀήτης vulgo. *Jof. Scaliger* in not. mftis ἦν δ' ἄρα ἴτης tentavit. Notum vocabulum ex *Ariftoph.* Nub. 444. θρασύς, εὔγλωττος, τολμηρός, ἴτης. *Schol.* ἰταμός, ἀναιδής, καὶ δι' αὐτῶν χωρῶν τῶν πραγμάτων. unde haec fumit *Suidas* v. ἴτης. Cf. Etym. M. v. — Junxit itaque *Scaliger* πλόος ἴτης. Quod quamvis doctum, multo minus tamen probabile *Brunckiano* κύτης, quod Vat. fervavit. — V. 2 λιμένι acute. Non iis, quos petis, portubus, fed longe aliis, Orci fcilic. Ep. LXVI. κοινὸς πᾶσι λιμὴν Ἀΐδης.

LXXXIX. Cod. Vat. p. 246. Planud. p. 244. St. 355. W. Naufragus nautarum miratur audaciam, qui vel a tumulo fuo proficifcantur. Paetum, qui naufragio perierat, lugens *Propertius* I. III. 5. 27. *Reddite corp-*

μενος. — ἰχθύσι κύρμα. *Primo miser excidit aevo, Et nova longinquis piscibus esca natat.* *Propert.* III. 5. 7. ubi *Burm.* nostrum Epigramma comparavit. — V. 6. οἴχημαι. Plan. — Pro ἔπεστι Vat. a pr. manu ὕπεστι.

XCI. Cod Vat. p. 250. Planud. p. 247. St. 358. W. In tumulum piscatoris, in summa senectute exstincti. — V. 1. εὐάγρων. qui nullum victum habebat, quem capiebat ex undis, ἐξ ἁλὸς ᾧ ζωή, τὰ δὲ δίκτυα κεῖνῳ ἄροτρα. *Theocrit.* ap. Athen. L. VII. p. 284. A. — V. 2. αἰθύης. Vat. De nauta *Callimach.* Ep. XL. οὐδὲ γὰρ αὐτὸς ἥσυχος, αἰθυίῃ δ' ἶσα θαλασσοπορεῖ. Ap. eundem in Fragm. CXI. nescio quis felicem praedicat – ναυτιλίης ὃς νῆϊν ἔχει βίον· ἀλλ' ἐμὸς αἰὼν Κύμασιν αἰθυίης μᾶλλον ἐσωκίσατο. ubi vide not. *T. Hemsterh.* — V. 3. ἰχθύσι ληϊστῆρα divisim Plan. et Vat. Quod *Brunckius* posuit, analogiae legibus vix respondet. ἰχθύος ἀγρευτῆρες piscatores vocat *Theocrit.* Eid. XXI. 6. ἰχθυοθηρευτῆρα habemus in Ep. *Apollonidae* XXIII. Ap. *Hesych.* ἁλιεῦσι θαλαττουργοῖς ἢ ἰχθυοθηρευταῖς. Hinc *Schneiderus* acute et probabiliter conjecit: ἰχθυοληϊστῆρα. — χηραμοδύτης appellatur piscator, qui *piscium latebras perscrutatur.* χηραμοί· οἱ φωλεοὶ τῶν θηρίων καὶ αἱ καταδύσεις. *Aelian.* Hist. An. XVII. 5. ἀσπίδες – ἀφανίζονται εἰς τοὺς χηραμούς τε καὶ φωλεοὺς ἕρπουσαι. — V. 4. Quamvis parvo navigio utebatur, quodque vel minimus ventus subverteret, (*Artemidor.* II. 23. p. 109. sq.) et cum eo perpetuo in fluctibus versaretur, illum tamen non ventorum impetus, sed annorum exstinxit numerus. ναυτιλίη pro ipso navigio. Sic veteres abstractum pro concreto passim. *Antip. Thess.* Ep. LXIX. ὀλίγης ναυτίλον εἰρεσίης. Vide *Valcken.* ad Hippol. p. 207. sq. — V. 5. ἀπ' ὤλεσεν et κατ' αἰγίς. Cod. Vat. — ἤλασε. senem ad inferos detrusit. Violentiae significationem habet verbum ἐλᾶν. Ep. inter ἀδέσπ. DXXIV. puellam ἤλασεν εἰς Ἀχέροντα διὰ πλατὺ κῦμα καμόντων Μοῖρα. *Apollon. Rhod.* L. II. 815. ἔνθ' αὖ Ἀβαντιάδην πεπρωμένη ἤλασε μοῖρα Ἴδμονα

— V. 8. ἴδαιαν καλύβην. Edit. Flor. tres Ald. et Asc. — καλύβη σχοινῖτις, quale illud piscatorum tugurium ap. *Theocrit.* Eid. XXI. 7. στρωσάμενοι βρύον αὖον ὑπὸ πλεκταῖς καλύβαισι Κεκλίμενοι τοίχῳ τῷ φυλλίνῳ. *Catullus* XIX. 1. 2. *villulam palustrem Tectam vimine junceo, caricisque maniplis.* — λύχνος ὁποῖα. De superstitione quadam circa λύχνον apud veteres Romanos *Plutarch.* T. II. p. 702. E. ᾤετο τῇ πρὸς τὸ ἄσβεστον καὶ ἱερὸν πῦρ συγγενείᾳ παντὸς φθορὰν πυρὸς ἀφοσιώσασθαι τοὺς πρεσβυτέρους. δύο γὰρ εἶναι φθορὰς, ὥσπερ ἀνθρώπου, τὴν μὲν βίαιον, σβεννυμένου, τὴν δὲ ὥσπερ κατὰ φύσιν ἀπομαραινομένου — V. 9. σῆμα δὲ τούτου π. ἀφ' ἥρμοσαν. Vat. Scriptum fuit igitur:

σῆμα δὲ τοῦτ' οὐ παῖδες —

— V. 11. Hunc versum expressit *Apollonid.* Ep. XXVI. in piscatoris epitaphio, χῶσαν δέ μ', ὅσσος ἦν συνεργέτης λαός. sic enim legendus senarius scazon, cum ap. *Brunckium*

θοῖσιν ἐλυσθεὶς μοῖραν ανεπλησε.
Prius vocabulum de piscatore
currat, dubito. Lexicographi
Hanc ob causam, ni fallor, :
— τοῦ δὲ θανόντος, Γρίπων ὁ γριπε
sit piscatoris. Vera videtur em
est, et *Scaligero* digna.

XCIV. In Planudea p. 2
gentili non addito. Vat. Cod.
drino diserte tribuit, ἰσόψηφον
grammatum genus ab illo *L*
esse constat. Est in naufragi
rem effugisset, in litore a lup
sum ex *Antip. Thess.* Ep. LXII
crit. Eid. XXV. 168. αἰνολέον
bus adjectivum cum substant
grav. ad Eurip. Troad. 536
fuisse videtur in membranis V
vill. ad Charit. p. 182.— P
excitavit *Burmann.* ad Anth.
Per freta, per maria, trajectu
debuerat obitus remanere in A
amnis in mare Adriaticum in

XCV. Vat. Cod. p. 28

ἠνυσάμην. *impetravi.* Vide *Dawes.* Misc. crit. p. 205. Pro vulgato ἠνύσατο, quod poëtae menti adversatur, ἠνυσάμην ex *Huetii* emendatione p. 24. in contextum venit. — Nomen viri in Plan. Θάρσυς est, in Vat. Θράσυς. Θράσις, Elei pugilis nomen, occurrit ap. *Pausan.* VI. 3. p. 457. apud quem VI. 7. p. 468. etiam Χαρμίδης occurrit. — V. 3. »ἔνοχον ἀγκύρης βάρος, i. e. ἐνεχόμενον, »*inhaerens fundo maris.* Vel active significat ἔνοχον *ad re»movendum pondus aliquod, quod ancoram retinebat.*« *Brunck.* Haec non satis accurate interpretatur vir doctissimus. βάρος ἀγκύρης ipsa est anchora. Quae quia pondere suo fundo maris inhaeret, ibique retinetur, ἔνοχον βάρος dicitur. — V. 4. ῥώνιον θ' ὑγρόν. Vat. — V. 7. ἀπώγειον una voce Planud. et ἐς μέγα. Utrumque emendatum ex Cod. — V. 8. ἀπ' ἔβρασε. Cod. Vide ad Ep. LI. 3. — ἄχρις est in ed. Flor. quam insequentes editt. reliquerunt et ἄχρι exhibent. — V. 9. ψυχρὸν βάρος. inutile pondus. ut ἐπικουρίη ψυχρὴ ap. *Herodot.* L. VI. p. 488. 72. ubi vide *Wesseling.* — πρίστις. Veram scripturam πρῆστις esse, pronuntiat Editor in Lectt. remittens ad *Salmas.* in Plin. p. 713. Dubitatur tamen, utra scriptura sit verior. Vide *Schneiderum* ad *Oppian.* de Pisc. I. 370. et ad *Aelian.* H. A. IX. 49. p. 303. — ἀπ' ἐκλάσατο. Vat. — V. 11. Θράσυος. Vat. Θάρσυος. Plan.

¶. 246.] *XCVI.* Cod. Vat. p. 248. Planud. p. 256. St. 370. W. Naufragus mari iratus conqueritur, quod non procul ab undis sepultus sit. — V. 3. ψηλῆς Vat. ψιλῆς, nullis arboribus consiti, nudi et deserti. Vide *Gronov.* ad Herodot. I. 80. p. 39. Hanc vocem restituere conanti *Scholiastae Theocriti* Eid. III. 43. ἐξετέθη παρὰ τῆς μητρὸς Ῥοδόπης ἐν ψιλῷ (vulgo ὑψηλῷ) τόπῳ, non obtemperarunt typothetae, qui in Animadv. ad *Theocrit.* p. XXXV. hanc emendationem prorsus omiserunt. Eadem ratione erratum est in *Arrian.* de Exp. Alex. I. p. 6. — ἔπτυσας. *Alciphron* I. 10. p. 41. ἵν' εἴ που τι

τῶν ἐκ ναυαγίας ἀποπτυσθὲν εὑρεθείη σῶμα. ubi vide *Bergler.* — Notanda locutio ἐπικείμενος ὄχλον pro κόνιν, γῆν, quae ut vulgaria et nimis trita *Leonidas* respuit.

XCVII. Cod Vat. p. 267. sq. Planud. p. 272. St. 392. W. Viatores poëta monet, ut, Hipponactis tumulum praetereuntes, sibi ab ejus bile et furore caveant. Imitatus est *Gaetulicus* Ep. VI. De Hipponacte vid. *Fabricii* Bibl. Gr. Tom. II. p. 167. ed. Harl. — V. 1. *Alcaeus Messen.* Ep. XVIII. in eundem: ἀλλά τις Ἱππώνακτος ἐπὴν παρὰ σῆμα νέηται, Εὐχέσθω κνώσσειν εὐμενέοντα νέκυν. — V. 2. σφῆκα. Hinc Hipponactem *Philipp.* Ep. LXXXIII. σφῆκα τὸν κοιμώμενον appellat. Comparandum *Homeri* simile de vespis Il. π. 263. τοὺς δ' εἴπερ παρά τίς τε κιὼν ἄνθρωπος ὁδίτης Κινήσει ἀέκων — Πρόσσω πᾶς πέτεται — et quae de vesparum ira collegit *Bochart.* in Hieroz. T. II. p. 542. qui nostrum tamen versum vitiose profert p. 543. [illegible]

ut hic versus jam satis emendatus sit. *Scholiastes*, ac si τεκέων legerit, interpretatur: ἤγουν ὁ καὶ τοὺς παῖδας κεκωμῳδηκώς. De verbo βαύζειν vide *Valcken.* ad Ammon. p. 231. B. — V. 6. καὶ εἰν Ἀΐδῃ. Sic scribendum, non ἅιδῃ. *Theocrit.* Eid. I. 103. Δάφνις κεἰν Ἀΐδα κακὸν ἔσσεται ἄλγος Ἔρωτι. Eid. XVI. 30. ὄφρα καὶ εἰν Ἀΐδαο κεκρυμμένος ἐσθλὰ ἀκούσῃς. *Diocles* Ep. IV. θάλασσα — οἴδέ με κεἰν Ἀΐδῃ.

XCVIII. Cod. Vat. p. 311. νομίζω, ὅτι ἐν Ἐφέσῳ κεῖται ταῦτα. Planud. p. 283ᵃ. St. 410. W. Pastor Clitagoras sibi ab aliis pastoribus inferias fieri optat. — V. 2. κεὐμάλλους veteres Plan. editt. quod *Stephanus* in εὐμάλλους mutavit. Sed haec lectio interpretamentum est ejus, quam Vat., etsi nonnihil depravatam, servavit, κεὐήρους, quod pro εὐείρους scriptum esse, facile apparet. *Sophocles* in Trachin. 675. ἀργῆτ' οἰὸς εὐείρῳ πόκῳ. — ἐμβατέοντες. vos, qui oves ad pascua ducentes in hos colles erigitis. *Scaliger* tamen ἐμβοτέοντες legit, ad analogiam τοῦ μηλοβοτέω. At sic praepositionis, quae verbo adhaeret, nulla omnino vis est. Fortasse non male cogitaveris de pastoribus αἰγιβάταις, de quibus vid. *Phaedri* Fab. III. 3. — V. 4. τίνυτε Vat. Cod. a pr. man. — V. 5. Similia sunt haec inferiis, quas Daphnis et Chloë Dorconi ferunt ap. *Longum* L. I. p. 27. καὶ γάλα κατέσπεισαν καὶ βότρυας κατέθλιψαν καὶ σύριγγας πολλὰς κατέκλασαν. ἠκούσθη καὶ τῶν βοῶν ἐλεεινὰ μυκήματα, καὶ δρόμοι τινὲς ὤφθησαν ἅμα τοῖς μυκήμασιν ἄτακτοι· καὶ ὡς ἐν ποιμέσιν εἰκάζετο καὶ αἰπόλοις, ταῦτα θρῆνος ἦν τῶν βοῶν ἐπὶ βουκόλῳ τετελευτηκότι. — V. 6. βοσκομένοις Vat. πρηα Edit. Flor. — V. 7. ἀμέρσας. *Brunckius* in Lect. ad Agath. Epigr. LIX. p. 243. conjicit ἀμέρξας, quod jam *Scaliger* emendaverat. — χωρίτης. *Apollon.* ap. Steph. Byz. p. 761. στέψει τὸν νηὸν ὁ γλυκύς σοι χωρίτης Πλοίῳ κομίζων δῶρα πλουσίου Νείλου. quem locum cum nostro comparat *Toup.* in Epist. crit. p. 102. — V. 9. Lacte ex ovis uberibus cineres suos inspergi cupit. Iphigenia in descriptione inferia-

rum ponit πηγὰς οὐρείων ἐκ μόσχων Βάκχου τ' οἰνηρὰς λοιβὰς ξουθᾶν τε πόνημα μελισσᾶν in *Eurip.* Iphig. Taur. 163. ubi vide *Heathii* notas p. 85. Cf. *Alcaei Mess.* Ep. XVII. — V. 10. ἀνασχόμενος Vat. — V. 11. χερνίδ' Editt. vett. — In Cod. Vat. huic Epigrammati nectitur distichon, praefigendum Epigrammati *Theocr.* XIV. ut fecit *Brunckius.*

¶. 247.] *XCIX.* Cod. Vat. p. 280. Planud. p. 287ᵃ. St. 415. W. Matris querelae de filio immatura morte vitae erepto. Veri affectus plenum carmen. — V. 3. ἀπώλετο. Vat. — In κλαίω ὀδυρομένη haerebat doctissimus *Gilbertus Wakefield*, qui in Delectu Trag. T. I. p. 230. κναίω conjicit, *senectutem lacero*, *consumo.* Simile esset *Euripidis* in Med. 158. μὴ λίαν τάκου· Ὀδυρομένα σὸν εὐνέταν. Vide tamen ad Ep. *Mnasalcae* VIII. Non raro synonyma in hunc modum cumulantur. — V. 5. βαίνειν. Plan. Quod hic *Scaliger* ex ingenio restituendum vidit, βαίην, Vat. membranae offerunt. Mox οὔτ' ἐμοὶ Flor.

coridis VIII. et IX. ubi poëta ad Adonidem – *σύμπλουν σύμμε λαβὼν ἄπαγε*, hoc ſenſu: nihil me impediet, quominus ſtatim moriar et tecum ad inferos abeam. Suſpicor, *Leonidam* ſcripſiſſe:

— — *πένθεος* Ἀίδης

ἰητὴρ, ζωῆς ἔκ με κομισσάμενος.

unus moeroris mei medicus Orcus eſt, ex his regionibus ad inferos me deducens. Sic plane *Diphilus* ap. *Clem. Alex.* Strom. VI. p. 744. 25. *Οὐκ ἔστι βίοτος, ὃς οὐ κέκτηται κακὰ, Λύπας, μερίμνας, ἁρπαγὰς, στρέβλας, νόσους. Τούτων δ θάνατος ὥςπερ ἰατρὸς φανεὶς Ἀπέλυσε τοὺς ἔχοντας ἀναπαύσας ὕπνῳ.* ut poſteriora haec emendavit *Valckenar.* in Hippol. p. 313. D. ubi multa ſimilia de morte dedit. Mortem *λοῖσθον ἰατρὸν νόσων* vocavit *Sophocles* ap. Stob. p. 602. 27. et *Aeſchylus* ap. Eund. l. c. *ὦ θάνατε παιὰν, μή μ' ἀτιμάσῃς μολεῖν· Μόνος γὰρ εἶ σὺ τῶν ἀνηκέστων κακῶν Ἰατρός.* Hinc *Charito* L. III. p. 45. 9. *οὐ γὰρ ὑπέμενε Καλλιρόης ἀπεζεῦχθαι· μόνον δὲ τὸν θάνατον τοῦ πένθους ἰατρὸν ἐνόμιζε.* *Phalaris* Epiſt. CVII. p. 309. *σώματος μὲν γὰρ ἀῤῥωστίαν θεραπεύει τέχνη· ψυχῆς δὲ νόσον, ἰατρὸς ἴᾶται θάνατος.* Plura hujus generis collegit *Gatacker.* in Miſc. Obſſ. poſth. c. X. p. 508. ſq.

C. In Plan. p. 282. St. 408. W. *ἄδηλον. εἰς Λεωνίδην.* Veteres tamen editiones, Flor. Aldina pr. et tertia cum Aſcenſ. *Λεωνίδου.* In Cod. Vat. p. 320. lemma eſt: *Εἰς Λεωνίδα τὸν Ταραντῖνον ἐπιγραμματοφόρον τὸν τὰ ἰσόψηφα γράφοντα, τοῦ αὐτοῦ.* Haec ab imperito librario adſcripta ſunt. Is *Leonidas*, qui *ἰσόψηφα* ſcripſit, non Tarentinus fuit, ſed Alexandrinus. Verba *τοῦ αὐτοῦ* quo referenda ſint, non apparet. Praeceſſit enim in Cod. Epigramma *ἀδέσποτον*, quo excipitur Epigr. *Antipatri Sidonii*. Hujus fortaſſe noſtrum carmen eſt. Si quis tamen ipſum *Leonidam* hoc Epitaphium ſibi ſcripſiſſe contenderit, non valde refragabor. Solent enim nonnunquam poëtae de ſe

magnifice loqui. — V. 2. δέ μοι. Vulgo. — V. 3. Haec exulum vita non vitalis, ἄβιος βίος. Nostri loci non meminerat *Valcken.* cum ad Theocr. Adon. p 215. de ἄβιος et βίος ἀβίωτος disputaret. *Vitam non vitalem*, βίον ἀβίωτον, idem attigit ad Hippol. p. 252. C. *Alberti* ad Hesych. Tom. I. p. 18. — V. 4. [illegible] Cod. Vat. — V. 5. [illegible] *Leonidae* gloria nunquam concidet. [illegible] *Hesych.* *Homer.* Il. β. 373. [illegible] — V. 5 αὐτά. *Schneiderus* suspicatur [illegible] — [illegible] *Tull. Laur.* III. de Sappho: [illegible]

Ceterum *Leonidae Tarentino* Cod. Vat. praeterea tribuit Epigr. in Theocritea X. et XVII. *Leonidae Alexandrino* Ep. II. et XXXVII. fortasse etiam XLI. ubi [illegible] adscriptum sine gentili. Cum tamen in eadem pagina plurima Tarentini Epigr. legantur, hoc quoque eidem tribuendum videtur.

epitheton, quo *Stesichorus* ipsam pugnarum deam ornaverat ap. *Schol. Aristoph.* Nub. 964. Παλλάδα περσέπολιν κλήζω, πολεμαδόκον, ἁγνάν. in quo versu etiam *Tzetz.* Chil. I. 683. πολεμαδόκον exhibet, *Schol. Aristidis* autem Tom. II. p. 269. πολεμοδόκον. Recte sic vocatur dea, quae in pugna hostem excipit, ἡ δεχομένη τὸν πόλεμον, i. e. τὴν μάχην, neque quidquam vetabat, quominus *Nicias* eandem vocem ad hastam transferret. Non tamen acquiescebat in vulgata *Gilbertus Wakefield*, qui in Delectu Trag. Tom. I. p. 55. πολεμάδικε, *in pugna vibrata*, corrigit. Mihi Codicis lectio placet. — δοῦρε. Vat. et *Reisk.* — κράνεια. Vide Ep. *Anytes* I. ἕσταθι τῇδε κράνεια βροτοκτόνε. — V. 2. ἐγρεσιμάχα. *Orpheus* in Prooem. 38. Παλλάδα ἐγρεμάχην κούρην. — V. 3. Viri nomen Μήνιος graecum esse dubitans *Reiskius*, substituit Μαίκιος, nimis audacter. Idem ἢ γὰρ τὸν edidit: *nam profecto hunc tu in prima acie servasti. Wolf.* ἣν γὰρ conjecit. — V. 4. in membranis corruptissimus est: ἐν προμάχοις ἱδρύσας δήϊον ἀμπέλιον. in marg. γρ. ἀμπεδίον. *Reiskius* dedit: ἐν πρ. ἔρυσας δ. ἀ. At secunda verbi persona non locum habet, cum inde a v. 2. ipsa hasta loquatur. Mihi *Brunckii* emendatio, qua, unius verbi transpositione lenique mutatione, sensus restitutus est, aut vera, aut vero proxima esse videtur.

II. Cod. Vat. p. 165. *Reisk.* in Anthol. nr. 419. p. 11. Omissa in hoc carmine rei, quae dedicatur, mentio. Sive hasta, sive scutum fuisse videtur. — V. 1. 2. habet *Suidas* in δῆρις, ubi Ἄρηϊ legitur, ut in Cod. Vat. In hac lectione *Reiskium* non offendisse, miror. Si dativus verus est, poëta non στυγερὰν scripsit, sed γλυκερὰν — *pugnam Marti gratam.* Lenior tamen *Brunckii* emendatio. *Hegesippus* Epigr. I. χορῶν λίποισα καὶ ὕμνων Ἀρτέμιτος στυγερὰ δῆρις Ἐνυαλίου. Cogitandum de puellarum choris in Dianae honorem institutis, de quibus egit *Spanhem.* ad *Callimachi* H. in Dian. 170. et 242. Carmina in

III. Cod. Vat. p. 193. Anth
516. Lucinae mulier post puerperiu
dedicat. Conf. *Leonid. Tar.* Ep. III.
τρις. Cod. Ἀμφάρατρος apogr. Lips.
dedit *Ampharatras*, tanquam in gra
gisset. Verum hoc quoque nomen ir
Non dubito, quin hic idem nomen
riorum oscitantia depravavit etiam
XX. ex nostro expresso. Vide not. —
purpurei, ut ap. *Theocrit.* Eid. XXV
φαρέεσσ' ὑδάτινα βράκη. Quae compar
Sapphus p. 239. ed. *Wolf.* — V.
man. sec. — V. 3. 4. laudat *Suida*
ἄντι μ. εὐχωλαῖς. Cod. Vat. ἅς τὸ μ. εὐ
lectio debetur *Kustero.* — Pro οἱ in
τοι habet. male. *Quae te votis susce*
ea, in puerperii doloribus versante, m
Reiskius dedit: ἅν σε μετ' εὐχωλαῖς.

IV. Cod. Vat. p. 409. Planud. p
Fons loquitur, prope quem Simus
exstruxerat. Erat autem hic locus
gratum proinde viatoribus diverticulu
res monimenta ponere in locis frequ

ἐκπόπροθι, ἂν ἐπιγγείλω. Cod. Vat. — παριδρύεται. Simus fontem adduxiſſe, lapidibusque cinxiſſe videtur.

¶. 249.] *V.* Planud. p. 328. St. 467. W. In Mercurii ſtatuam prope Gymnaſium. Hinc fiebat, ut pueri, qui in gymnaſio exercebantur, deo frequenter coronas ponerent. Invocat poëta Mercurium Cyllenium. Κυλλήνης μεδέων. *Homeri* Hymn. in Merc. 2. Simulacrum hujus dei Cyllenae inſigni veneratione cultum commemorat *Pauſan.* VI. p. 519. — λαγχάνειν vero dii dicuntur loca, in quibus aras et templa habent, quaeque adeo praecipua tutela dignari exiſtimantur. Hinc λαγχάνειν pro *tueri* ponitur ap. *Dionyſ. Halic.* Ant. Rom. IV. p. 275. δαίμονες, οἳ τοὺς πατέρας ἡμῶν λελόγχατε. *Callimach.* H. in Apoll. 43. κεῖνος ὀϊστευτὴν ἔλαχ' ἀνέρα, κεῖνος ἀοιδόν. — V. 3. ἀμάρατον pro ἀμάραντον poſitum putat *Brodaeus*; quod fieri poſſe negat *Schneiderus*. Legendum eſſe, leni mutatione, ἀμάρακον. De amaraco, quod nonnulli ſampſuchum appellabant, vide *Athen.* L. XV. p. 681. B. *Caſaubon.* p. 963. Eorum, qui diverſa putant amaracum et ſampſuchum, ſententiam examinat *Bod. a Stapel* ad *Theophraſt.* VI. p. 546. et 588.

VI. Planud. p. 328. St. 467. W. In Panem, Piſiſtrati cujusdam alvearia cuſtodientem. — V. 2. ἀποπρολιπών. quandoquidem in Maenalo praecipue habitare putatur. *Theocrit.* Eid. I. 123. ὦ Πὰν, Πὰν, εἴτ' ἐσσὶ κατ' ὤρεα μακρὰ Λυκαίω, Εἴτε τύγ' ἀμφιπολεῖς μέγα Μαίναλον, ἔνθ' ἐπὶ νᾶσον Τὰν Σικελὰν, Ἑλίκας δὲ λίπε Ῥίον. — V. 4. ὄρεγμα ποδός. ut ap. *Euripid.* Helen. 553. εἰ τὴν ὄρεγμα δεινὸν ἡμιλλημένην. ubi vide *Musgr.* — Panem apium cuſtodem celebrat *Diodor. Zon.* Ep. VI. 6.

VII. Cod. Vat. p. 453. Planud. p. 49. St. 71. W. Apes hortatur, ut mel ſedulo colligant. — V. 1. αἴολον. Plan. Cod. Vat. De florum varietate explicant interpretes. Vera videtur *Brunckii* emendatio αἴολε, i. e. εὐκίνητε. *Heſych.* αἴολα. ταχέα. αἰόλλει. στρέφει. κινεῖ. αἰολίδας. ταχεῖς.

Antiphil. Ep. XXIX. χαίροιτ' εὐαγέες, καὶ ἐν ἄνθεσι ποιμαίνοισθε, Αἰθέριον πτηναὶ νέκταρος ἐργάτιδες. — V. 2. Cod. vitiose ξουθὰ, ἐς φορέους, et in marg. ἀμφορέας'. Apis, quae flores vehementer appetit, μαίνεται ἐπὶ ἄνθεσι, ut ap. *Callim.* H. in Cerer. 30. θεᾷ δ' ἐπεμαίνετο χώρῳ. Vide, quos laudat *Valcken.* ad Theocrit. Eid. II. 49. et *Warton.* T. II. p. 309. — V. 3. τίθευσο. Vat. — V. 4. θάλαμος. Haud scio, an *Nicias* scripserit:

ὄφρα τεὰς πλήθῃς κηροπαγεῖς θαλάμας.

ut est ap. *Apollonid.* Ep. VI. ἐκ δὲ μελιχροῦ Νέκταρος ἐμπλήσαις κηροπαγεῖς θαλάμας. *Antiphil.* Ep. XXIX. μελισσῶν — αὐτοπαγεῖς θαλάμας. De apibus *Nicander* in Alexiph. 448. κοίλοιο κατὰ δρυὸς ἐκτίσσαντο Πρῶτόν που θαλάμας συνομήρεες. ubi vulgo θαλάμους legitur. Eadem est lectionis diversitas in *Oppiani* Hal. I. 445. Vide *Koen.* ad Gregor. De Dial. p. 209.

VIII. Cod. Vat. p. 236. Planud. p. 265. St. 381. W.

non poteſt. — ἀποῤῥαδινῶν φθόγγων. Cod. Vat. — Pro πτερύγων *Suidas* στομάτων legit. *Mnaſalc.* Ep. X. ξουθᾶν ἐκ πτερύγων ἀδὺ κρέκουσα μέλος. *Phaennus* Ep. II. λιγυρὰν Μοῦσαν ἐνίην Ἀκρὶς ἀπὸ πτερύγων. — V. 3. ἀραιάν. Durum eſt, quod media corripitur. Cod. Vat. ἀρεάν. unde nihil proficimus. Ceterum χεῖρα ἀραιὴν Veneri tribuit *Homer.* Il. ε. 425. — λαθραίης Cod. Vat. a pr. man. — μάρψεν. *Apollon. Rhod.* L. II. 537. ἀλλ' ἄρα τήν γε Δείματι πεπτηυῖαν ἑῇ φέρε χειρὶ μεμαρπώς.

IX. Cod. Vat. p. 563. Plan. p. 136. St. 197. W. In quendam, qui, cum comam tinxiſſet, calvus factus eſt. — V. 1. τὴν κεφαλήν. canos puta crines: niſi fortaſſe poëta ſcripſit:

τὴν πολιὴν βάπτων τις ἀπώλεσε τὰς τρίχας αὐτάς.

Librario τὴν κεφαλὴν ſcribenti obverſabatur Epigr. *Luciani* VI. τὴν κεφαλὴν βάπτεις, γῆρας δέ σου οὔποτε βάψεις. cujus loci longe diverſa eſt ratio. *Lucillius* Ep. XXXII. Τὰς πολιὰς βάψασα Θεμιστονόη τριχόρωνος Γίνεται ἐξαπίνης οὐ νέα, ἀλλὰ Ῥέα. — V. 2. ὠὸν ἀ. γέγονε. (γέγονεν Cod.) *Petron.* Satyr. c. CIX. *Infelix modo crinibus nitebas Phoebo pulcrior et ſorore Phoebi. At nunc laevior aere, vel rotundo Horti tubere, quod creavit unda.* — V. 3. ἐβόησε. Plan. Vat. *Joſeph. Scaliger* in marg. Aldinae correxit: τοῦτο βαφεὺς δ' ἐνόησε. ſenſu non ſatis commodo. Felicius Anonymus in ſched. Bibl. Bodl. β. δ' ἐποίησε. quam lectionem *Grotius* videtur expreſſiſſe: *Sic opera tonſoris agit miſer otia tonſor, Cui coma nec nigrans ulla nec alba cadit.* De forma poëtica ποῦ, quam *Brunckius* recepit, vide *Maittaire* de Dial. p. 8.

τα ſit. Senſus eſt: quod ipſi et liberis ejus proprium et perpetuum ſit. *Heſych.* εὐμαρές. ἀσφαλές. — In fine verſ. *Suid.* loco pr. ἀφανρές. Laudatur Pallas, quod juſtitiam praeclare intelligat eamque tueatur. τάλαντα δίκης, circumſcriptio juſtitiae, quae trutina mortalium facta explorat. ἀφαυρῶς εἶδε dictum, ut in Ep. inter ἀδέσπ. DCXCVI. οὐ γὰρ ἀμαυρῶς Δαίμονες ἡμετέρην ἔβλεπον εὐσεβίην. — Pro ἰθείης, quod *Suidas* habet, Cod. Vat. εὐθείης. — V. 5. 6. *Suidas* in ἀνθεμίδων, qui καὶ εἰ χ. habet. *Reiskius* Codicis lectionem in κατὰ χ. mutavit, ut ſit καταθεσσείσαις. Junge: καὶ Χαρίτεσσιν ἂν εἴη τοῦτο τὸ ἄλσος θεοδείσαις, i. e. ἐν τούτῳ τῷ ἄλσει θεεῖν καὶ σάμβαλα βαλεῖν etc. Per te, o Diana, Gratiis quoque liceat in hoc luco ambulare levibusque ſuis pedibus florum calcare areolos. Precatur igitur poëta, ut Gratiae Palladis agro venuſtatem et amoenitatem concilient. Fortaſſe etiam in eodem agro, aut in vicinia Gratiarum ſacellum fuit. — V. 6. σύμβολα *Suid.* et apogr. Lipſ. Membranae σάμβαλα exhibent. *Suidas:* σάμβαλα.

[redacted]

qui Dianae aedem jam ornaturus es. — ἐπέβης μέλαθρον attigit *Toupius* in Epist. crit. p. 136: ubi *Hesychii* ἱερόβατον κύννον comparat, *cirrum votivum in templo suspensum.* ἐπιβαίνειν nimirum pro *ingredi, accedere* passim usurpatum, hic de re inanima dictum, paulo insolentius ad aures accidit.

IV. Anth. Plan. p. 322. St. 462. W. In Dianae imaginem ex aere. — V. 1. Vulgo legitur εἰ δ' Ἄρτεμιν. Hic minima profecto mutatione *Brunckius* εἶδ' scripsit. *Lucian.* Ep. III. τὴν Παφίην γυμνὴν οὐδεὶς ἴδεν· εἰ δέ τις εἶδεν, Οὗτος ὁ τὴν γυμνὴν στησάμενος Παφίην. Sed quamvis speciosa est haec emendatio, vide tamen, an hic versus cum sequente bene coëat. Nec solum duo verba me offendunt sine copula posita, sed etiam hoc, quod ipse statuarius dicitur μηνύειν τὴν Ἄρτεμιν, cum verbum μηνύειν hoc sensu, ni fallor, de rebus tantum usurpetur. Vide itaque, an scribendum sit:

ὡς πρέπει, Ἄρτεμίς εἰμι· καὶ Ἄρτεμιν αὐτὸς ὁ χαλκὸς
μηνύει Ζανὸς, κοὐχ ἑτέρου θύγατρα.

Ipsum profecto aes Dianam ostendit et Dianae indolem, ut summi Jovis filiam agnoscere non nequeas. Epigr. ἀδέσπ. CCLXXV. Εἰ μὴ χαλκὸς ἔλαμπεν, ἐμήνυε δ' ἔργον ἄνακτος Ἔμμεναι Ἡφαίστου δαιδαλέοιο τέχνης. CCXCVII. μηνύει μορφὰ τὸ πάλαι θράσος. — ¶. 251.] V. 3. τεκμαίρου. Similiter auctor Ep. inter ἀδέσπ. CCCIX. Αὐτὸν Ἀλέξανδρον τεκμαίρεο· ὧδε τὰ κείνου Ὄμματα καὶ ζωὸν θάρσος ὁ χαλκὸς ἔχει. — κυνηγέσιον, quod modo de venatione ipsa, modo de venationis praeda, modo de canibus dicitur, (vide *Xenoph.* de Venat. c. VI. 12. X. 4.) hic venationis locum (*das Revier*) significat.

V. Cod. Vat. p. 425. Διοτίμου. Eidem tribuitur in Planud. initio, dubitante tamen Scholiaste, utrum *Diotimi* sit, an *Callimachi.* Inter *Callimachi* Epigrammata relatum nr. LXVI. p. 330. ed. *Ern.* »Factum est hoc

[redacted]

„Epigramma in pictam imaginem, quae Herculis cum „Antaeo certamen repraesentabat. Hinc manifestum, „scribendum ἅδε Ποσειδῶνος. ἅδε δεικτικῶς. *Hicce Neptuni* „*filius.* Sic Vat. Cod. et duo regii Planudeae.“ *Brunck.* Herculem cum Antaeo pugnantem descripsit *Philostrat.* Icon. II. 21. p. 844. Poëta latinus in Anth. Lat. I. 45. p. 25. — V. 1. *Schol.* male jungit τὴν ἥβην πάλης. Sensus est, Herculem et Antaeum, utrumque juvenem, luctae certamen instituisse. — V. 2. Vulgo ἅτε legitur. Errorem notavit *Dorvill.* ad Charit. p. 514. ἅδε est etiam in schedis Krohnianis et Anonymi in Bibl. Bodl. — V. 3. χάλκεος ἀμφὶ Cod. Vat. ἀντὶ vulgo. Proponebantur victoribus in certaminibus gymnicis praeter alia etiam lebetes. *Pindar.* Isthm. α. 16. τριπόδεσσιν ἐκόσμησαν δόμον Καὶ λεβήτεσσιν, φιάλαισί τε χρυσοῦ Γευόμενοι στεφάνων νικαφόρων. *Diotimus* autem hoc loco, quod etiam *Obsopoeus* observavit, *Homeri* vestigia legit Il. XXII. 159. de Achille et Hectore: ἐπεὶ οὐχ ἱερήιον, οὐδὲ βοείην Ἀρνύσθην, ἅτε

[redacted]

givis tribuerent. *Theocritus* Eid. XXIV. 109. ubi Herculis magiſtros recenſet: Ὅσσα δ' ἀπὸ σκελέων ἑδροστρόφοι Ἀργόθεν ἄνδρες Ἀλλάλως σφάλλοντι — Πάντ' ἔμαθ' Ἑρμείαο διδασκόμενος παρὰ παιδί. Ad Argivorum in lucta peritiam *Caſaubonus* referebat locum *Ariſtophontis* ap. *Athen.* L. VI. p. 238. C. quem adſcribam. Paraſita loquitur:

Βούλομαι δ' αὐτῷ προςειπεῖν, οἷός εἰμι τοὺς τρόπους.
ἄν τις ἑστιᾷ, πάρειμι πρῶτος, ὥςτ' ἤδη πάλαι
Ζωμὸς . . . . . καλοῦμαι. δεῖ τιν' ἄρασθαι μέσον
τῶν παροινούντων; παλαιστὴν νόμισον ΑΥΤΑΡΓΕΙΟΝ μ' ὁρᾷν.

Hic quantopere vulgata lectio in metrum peccet, nemo non intelligit, qui tetrametri trochaici menſuram non plane ignorat. Proprium luctatoris nomen latet, ut ex ſequentibus manifeſtum eſt, ubi idem homo ſe Capaneo comparat. Correxerim itaque:

παλαιστὴν νόμισον ΑΝΤΑΙΟΝ μ' ὁρᾷν.

Nam Antaeus, quem *Diotimus* noſter non minus ac *Philoſtratus* l. c. p. 845. fin. artis imperitiſſimum fingit, a nonnullis pro luctatore omnibus numeris abſoluto habebatur. Vide, quae ex *Hieronymo* et *Euſebii* Chronico collegit *Salmaſ.* in Plin. p. 205.

VI. Cod. Vat. p. 323. Edidit *Jenſius* nr. III. *Reisk.* in Anth. p. 158. nr. 762. In duas ſorores, alteram Cereris, alteram Gratiarum antiſtitem, quae octoginta annos natae occubuerant. — V. 1. Cod. habet αἰνομινοι *Jenſ.* αἰνόμιμοι ex ſuo Apogr. dedit, unde *Reiskius* fecit κλεινόνυμοι, praeclara enim et dignitatis plena eſſe nomina Ἀναξὼ et Κλεινώ. *Bernardus* in Epiſt. ad Reisk. p. 507. tentat αἰνόμυθοι. Ex his conjecturis nulla eſt, quae placeat, non magis quam *Brunckii* αἱ νόμιμοι. Aequitatis et juſtitiae mentio ab hoc loco aliena eſt. Multa inter ſe communia habebant illae mulierculae, parentes, aetatem, munus; quid? ſi etiam vitae ſocietatem memoraſſet poë-

[redacted]

ta: Κοινόβιοι δύο γρῆες — —. Hoc proxime abest a membranarum lectione, nec per se improbabile est. Si quis tamen in αἰνόμενοι gentile nomen latere contenderit, me non valde repugnantem habebit. — Pro ἦμεν in Cod. a pr. man. ἡμὲν fuit. *Jens.* ἡ μὲν, quod *R.* correxit. — V. 2. Κλῃνά. et sic in lemmate: Ἀναξὼ καὶ Κλῃνά. — Idem Ἐπικρατέως. *Reisk.* Ἐπικράτεος. — V. 3. Δήμητρι δ'. Codex, quod haud scio an Brunckianae lectioni praeferendum sit. Memorabile exemplum Anaxus, quae, Cereris sacerdos, viro nupserat, unde apparet, errare, qui matrimonium his sacerdotibus interdictum fuisse dicant. Vide inprimis *St. Croix* de Mysteriis p. 151. ed. vernac. — V. 4. πρεσβύτεως Cod. — V. 5. „ἠκείλειπον. „Haec est Cod. scriptura, sed mendosa. Scribendum „ἐλλείπομεν.“ *Brunck. Jens.* omisit ἐς, quod *R.* restituit, sensum ita explicans: Octoginta annos, minus novem dies, implevimus, antequam in hoc fatum deferremur.

[redacted]

male affectis opem ferre et ipsam poëtae manum restituere conentur.

VII. Cod. Vat. p. 282. Edidit *Jens.* nr. 61. *Reisk.* in Anth. p. 138. nr. 711. In tumulum mulieris, tristitia et luctu, propter viri mortem, confectae. — V. 1. inepto errore legitur πολυπένθερον in Cod. quod *Reisk.* in πολυπένθιμον mutavit. — V. 2. βοᾷν in funeribus usurpatum de iis, qui defunctos conclamant, illustravit *Dorvill.* ad Charit. p. 350. Vide not. ad *Anytes* Ep. XIX. Male *Reiskius*, prosodiae securus, βοῶσ' ἀγυιὰς scripsit, cujus correctionis causa non apparet. Mortui ante portas urbium concremabantur. Si quis vero in εὐρείας haesitaverit, otioso epitheto, non mirer. Fortasse urbis nomen latet, in qua habitabat Scyllis Polyaeni filia, v. c. Εὐταίας. Eutaeae, urbis in Arcadia. — V. 3. „παῖ-„δα τὸν Ἡγεμάχου τὸν Ἐφέσιον. Inconsiderate *Reiskium* se-„cûtus sum, cujus lectionem seu emendationem, non „enim declarat, quid in suo apographo habuerit, falsam „esse, claudicans metrum satis arguit. Recte in Vat. „Cod. scriptum παῖδα τὸν Ἡγεμάχειον ἐφέστιον — quod „reponendum. *Hesych.* ἐφέστιος. αὐτόχθων ἢ πολίτης. „Unde habuit *Reiskius*, virum hunc Ephesium fuisse?" *Brunck.* — V. 4. πατρῴους. Filiae, defunctis maritis, ad parentes redire solent. — V. 5. κατ' ἔφθιτο. Vat. — V. 7. In utriusque honorem hujus tam insignis pietatis monimentum ad trivium exstructum est. λείη τρίοδος. via a multis calcata et frequentata. λείη καὶ ἀπίκροτος junxit *Archimelus* Ep. II.

¶. 252.] *VIII.* Cod. Vat. p. 270. Διοτίμου Ἀθηναίου τοῦ Διοπείθους. Εἰς Λέσβονα τινὰ αὐλητὴν ἀγαθόν. Haec omnia antiqua manu scripta esse, in apogr. Gothano notatur. Contra *Brunckius* hunc titulum rec. man. additum esse ait. Habetur hoc Epigr. in Planud. p. 208. St. 303. W. In tumulum Lesbi, tibicinis et gratiosi olim hominis. —

[redacted]

impetum facientibus, cum interdiu tonitru fragor crebro exauditus esset, noctu subsecutum est ingens frigus, cum plurima nive *Pausan.* X. 23. p. 854. Quin nivem interdum inter fulgura decidisse legimus; cujus prodigii exemplum narrat *Reimarus* in *Neuen Bemerkungen vom Blitze* p. 70. — V. 2. νειφόμενα Vat.

XI. Vat. Cod p. 245. Planud p. 286[a]. St. 414. W. In matrem, quae filio suo juveni justa fecerat. Anth. Lat. T. II. p. 51. Ep. LXXII. *Plaudite vos steriles; soboles hanc perdidit: et sic Saepe solent ramos frangere poma suos.* Ibid. Ep CCLXV. p. 204. *Exemplis referenda mea est deserta senectus, Ut steriles vere possint gaudere maritae.* — V. 2. εἰ μέλλοι. Vulgo. ἢ μέλλοι. Cod. Vat. — V. 3. σῶμα. Vat. — V. 4. ἔτρεφε. Anthol. Lat. L. IV. Ep. 172. p. 126. *Me decuit morti prius occubuisse supremae, Teque mihi tales, nate, dare exsequias.* Ibid. Ep. 219. p. 165. *Formosus, frugi, doctus, pius, a patre moesto Accepit tumulos, qui dare debuerat.* ubi similia

[redacted]

de hujus pueri (quem non nominat, ſed ſignificat tantum) pulcritudine non opus eſt lapidibus credamus, cum Prieneus eum viderit, quo nemo eſt pulchritudinis ſpectator accuratior et elegantior. Haec ſi recte interpretati ſumus, verſus quartus pro epitaphio habendus. Sed quomodo, quaeſo, factum eſt, ut eidem puero in diverſis regionibus tumuli exſtruerentur? et quid eſt, quod poëtam impediverit, quominus alterum illum puerum, cujus pulchritudinem ex Prienei teſtimonio laudat, nomine appellet? Nihil quidem notius, quam puerorum mulierumque pulchritudine excellentium nomina a veteribus parietibus, columnis, arboribus inſcripta eſſe, quod multi notarunt. Vide *Kuſter.* ad Suid. v. Ῥαμνουσία Tom. III. p. 251. et v. καλοὶ Tom. II. p. 235. *Interpp. Callimachi* Fragm. CI. p. 466. *Theocrit.* Eid. XVIII. 46. Sed hoc nihil ad noſtrum locum facit, ubi de στήλαις et τάφοις agitur, ejusdem Philoclis laudem Corinthi, Megaris et ad Amphiarai Balnea celebrantibus. Fortaſſe tamen aliud quid dixerat *Aratus*; nam in Cod. non ταὐτὸ, ſed ταῦτα legitur. Hoc in hunc ſenſum acceperim: Alius alio loco pulchritudinis laude floret: ſic Philocles Argis formoſus exiſtimabatur; aliae urbes eandem laudem aliis tribuunt; ubique enim hoc elogium reperitur: Pulcher olim fuit etc. Haec interpretatio paulo melius, ni fallor, procedit; etſi ſic quoque ultimum diſtichon praecedentibus nullo alio vinculo jungitur, niſi verbis — ἀλλ' ὀλίγοις γράμμασι λειπόμεθα —. In his autem verbis membranae non ὀλίγοις, ſed ὀλίγοι habent. — Amphiarai Λοετρὰ commemorat *Euphorion* ap. *Steph. Byz.* p. 734. Κλειτρὶς, αὐλητὴς, Ὠρωπός τε καὶ Ἀμφιάρεια Λοετρά. quem verſum *Salmaſ.* in Plin. p. 104. F. ſic laudat: Αὐλὶς ἴδ' Ὠρ. Erant in agro Oropio in confiniis Atticae et Boeotiae, ubi Amphiaraus fanum habebat et πηγὴν πλησίον τοῦ ναοῦ, ἣν Ἀμφιαράου καλοῦσιν. *Pauſan.* I. 34. p. 84. et II. 37. p. 200. τοῦ ἐξ Ἀμφιαράου

ὕδατος tanquam faluberrimi mentionem facit *Erafiftratus* ap. *Athen.* L. II. p. 46. C. ubi cf. *Cafaub.* p. 93. 34. — V. 6. περισσότερος. idem quod περίεργος, et in rebus amatoriis frequentiffimum, monente *Burgefs* ad *Dawefii* Mifc. crit. p. 356. *Ariftaenet.* L. II. 21. περίεργος διατελῶ πρὸς τὰ γύναια πανταχῆ. Vide *Abrefch.* in Lectt. p. 286.

II. Cod. Vat. p. 568. Planud. p. 164. St. 239. W. *Stephan Byz.* in Γάργαρα· πόλις τῆς Τρωάδος, ἐπὶ τῷ ἄκρῳ τῆς Ἴδης. — ἐκεῖ δὲ Διότιμος ὁ Ἀδραμυττηνὸς ἐδίδασκε γράμματα, εἰς ὃν Ἄρατος εἶπεν· Αἰάζω . . . . Habetur etiam ap. *Macrobium* in Saturn. V. 20. ubi enumeratis fcriptoribus, qui Gargarae mentionem fecerunt, *Arati etiam*, ait, *liber fertur elegion: in quo de Diotimo quodam poëta fic ait:* Αἰάζω Δ . . . Et ap. *Euftathium* Il. ξ. p. 978. 41. — Varios *Diotimos* recenfet *Jonfius* in Scr. Hift. Phil. II 15. — Ap. *Stephan.* v. 1. corrupte αἰάζω ὅτι μοῦνον ὅς — et fq. verf. παισὶ Γαργαρέων. Pofterius etiam *Euftathius* legit.

[redacted]

II. Cod. Vat. p. 192. Edidit *Ruhnken.* Epist. crit. II. p. 180. *Dorvillius* in Sic. Tom. I. p. 197. *Reiske* in Anth. p. 50. nr. 512. Tractavit *Toup.* ad *Suid.* T. II. p. 259. In stolam, qua Hegelochia Dianam, quae ei apparuerat, amicivit. — V. 3. Hujus versus initium profert *Suidas* in ἕσσατο. *Brunckius* ad hunc locum notavit haec: „Suidas: ἕσσατο. περιεβάλετο. ἕσσατο Δαμαρέτου θυ„γάτηρ. Male a grammatico adhibitum hoc exemplum. „Nam ἕσσατο hic non significat περιεβάλετο, sed ea Dia„nae statuam amicivit, quod est περιέβαλε. Itidem con„tra genuinam sermonis proprietatem et accuratum „graecismum peccavit ipse poëta, qui hic verbo medio „uti non debuisset, sed activo ἕσσε. Apud Homerum „discrimen hoc semper observatum, a posteris autem „neglectum, qua incuria linguae multum suae perspi„cuitatis abscessit. Hinc est fortasse, quod cl. Reiskius „aliam interpretandi rationem inivit: sed saltem scri„bere debuisset εἵσατο, unde sensus aeque bonus emer„git." *Reiskius* nimirum vertit: *Hanc Dianam filia Demareti dedicavit.* — Cod. οἱ αὐτᾶ, ut saepe circumflexum ponit loco gravis. Hinc orta quorundam apographorum lectio οἱ αὐτᾷ, cui patrocinatur *Koenius* ad *Gregor.* de Dial. p. 35. allato loco *Homeri* Il. ι. 324. κακῶς δ' ἄρα οἱ πέλει αὐτῇ. Nemo dubitabit, quin sic loqui liceat; sed in hoc contextu omnino verior est *Suidae* lectio, qui hoc hemistichium cum v. 4. laudat in λύγα, ubi ὡς λύγα πυρὸς exhibet, plane ut est in Cod. Vat. — Veram lectionem αὐγὰ restituit *Ruhnken.* Epist. crit. p. 180. quem secutus est *Reiskius.* *Homeri* Hymn. in Ven. 86. φαεινότερον πυρὸς αὐγῆς. *Dio Chrysost.* Or. XXXVI. p. 447. C. καί που τίς ἀφίκετο ἐπίπνοια θείας φύσεώς τε καὶ ἀληθείας, καθάπερ αὐγὴ πυρὸς ἐξ ἀφανοῦς λάμψαντος. quae loca *Ruhnkenius* ad emendationem suam firmandam opportune adhibuit. De apparitionibus deorum dearumque vide *Dorvill.* ad Chariton. p. 142. *Heyne* ad Aen. L. I. Exc. XIII.

[redacted]

III. Cod Vat. p. 164. Planud. p. 443. St. 576. W. Timanor scutum, quo multum in proeliis usus fuerat, Minervae suspendit. — V. 1. profert *Suidas* in Τιμάνωρ. 1. et 2. idem in ἄημμα. Legit enim cum Vat. Cod. Τιμάνωρος ἄημμα. quo, quod nemo non videt, metrum jugulatur. *Kusterus* etiam Planudeae lectionem ἧμαι pro vitiosa habens, ἥμμαι corrigit. Cave quid novandum duxeris. Expressit *Hegesippus* Ep. *Mnasalcae* II. ἧσο κατ' ἠγάθεον τόδ' ἀνάκτορον, ἀσπὶ φαεννά. Sed nonnihil offendor epitheto βροτέων, quo vix quidquam vidi otiosius et languidius. An scribendum:

ἀσπὶς ἀπὸ βριαρῶν ὤμων Τιμάνορος ἧμαι.

Secundus Ep. I. Tom. III. p. 5. ἴδ' ὡς βριαροῖσιν ἀπ' ὤμοις Ὅπλα φέρουσι θεῶν, νήπι' ἀγαλλόμενοι. — V. 2. ὑποῤῥοφίας. Cod. Vat. et *Suid.* *Brunckius* haec notavit: „ὑπωροφίας. „Scripseram ὑπωροφιὰς, quod pro adjectivo habebam, re„ferendo ad ἀσπίς. Sed vereor, ut graecum sit. ὑπωροφίας

[redacted]

nisi quod in editionibus post Florentinam καὶ vitiose exhibetur. Probanda *Brunckii* emendatio.

IV. Cod. Vat. p. 247. Edidit *Leichius* in Carm. Sepulcr. p. 26. qui *Dorvillio* vapulat ad *Charit.* p. 80. *Reiske* in Anth. p. 77. nr. 578. De piscatoribus, qui, cum naufragi cadaver simul cum piscibus extraxissent ex undis, illud una cum piscibus in litore humaverant. — V. 1. σιγηνεῖς Cod. — V. 2. πολύκλαυτον. multis lacrymis digni naufragi reliquias. Hic sensus verborum, si genuina est lectio. Vide tamen, an scribendum sit:

πολύκλυστον ναυτιλίης σκύβαλον.

undis multum jactatum. σκύβαλον proprie id, quod abjicitur, propter vilitatem plerumque; hinc res vilissimas et abjectissimas significare coepit. Vide *Gatacker* in Adverf. posth. c. XLIII. p. 869. et quae congessit *Wetsten.* ad N. T. II. p. 275. Hic est vile ejectamentum, ex omnibus hominibus et rebus, quibus navis onusta fuit, reliquum. — V. 3. κέρδεα, ἃ μὴ θέμις. pisces, quos humanam carnem delibasse probabile erat, nec vendere nec iis vesci voluerunt. — V. 5. 6. Huic disticho in membranis lemma appositum: Ἄδηλον· εἰς ναυηγὸν ἕτερον. Inepte. De eodem agitur homine, cujus dimidiam partem pisces devoraverant, quem tamen terra, per piscatorum pietatem, totum accepit. In fine vers. 6. Cod. λοίμης legit. λοιπῆς a *Dorvillio* repertum, recepit *Reiskius*, qui praeterea ἀντὶ δὲ in ἀντί γε mutavit. Hoc *Br.* cum in textu posuisset, in notis damnavit. δὲ hoc loco, ut in multis aliis, pro γὰρ positum. In fine ἐπέχεις *Br.* iterum temere posuerat, in bonum *Reiskium* hoc facinus rejiciens, qui diserte monuit, indolem linguae ἐπέχεις flagitare quidem, sed ab Anthologiae poëtis verbum ἐπέχειν pro simplici ἔχειν, sensu solutae orationis scriptoribus ignorato, usurpari. Neque codicis lectionem loco suo movit. — Acumen hujus distichi minime per-

[redacted]

ſpexerat *Bernardus*, qui in Epiſt. ad Reisk. p. 228. corrigit: σύ, χθών, τὸν ναυηγὸν ἔχεις ὅλον, quia ſcilicet ἡμίβρωτος fuerit.

¶. 255.] *V.* Cod. Vat. p. 278. Edidit *Holſten.* ad *Steph. Byz.* p. 117. *Dorville* ad *Charit.* p. 365. In Hermionenſem quendam Zoilum, Argis ſepultum. — V. 1. ἀλλοδαπῇ Cod. Vat. a man. ſec. Cum Hermione urbs ſit Argolidis, illius urbis civis, qui 'Αργείαν γαῖαν ἐπέσσατο, paulo inſolentius ἐν ἀλλοδαπῶν ſepultus eſſe dicitur. Tantum igitur valebat patriae amor, ut, qui non in ſuae urbis pomoerio, quamvis in patriis finibus, ſepultus eſſet, ſe minus beatum exiſtimaret. — V. 2. ἐπ' ἑσσάμενος. Vat. Verſus fortaſſe expreſſi ex *Leonidae Tar.* Ep. LXXV. ἀντὶ δὲ γαίης πατρίδος ὀθνείην κεῖμαι ἐφεσσάμενος. — V. 3. Tumulum ei exſtruxit conjux cum liberis. ἀμᾶσθαι. ἐφέλκεσθαι τὴν γῆν. *Heſych.* ubi vulgatam temere ſollicitari ex hoc *Hegeſippi* loco apparet.

[redacted]

Holst. — V. 3. ἐκύλισαν. Cod. Noctis caligo et mare tempestuosum navem everterunt, ἐξεκύλισαν. Epigr. ἀδέσπ. CCCLXXXIV. pinum πρόῤῥιζον ἐξεκύλισσε Νότος. *Agath.* Ep. LXXVII. Ajax τὸν Πριαμίδην ἐξεκύλισσε πέδῳ. — V. 5. ῥάσθη Cod. Vat. quod in apographis emendatum est. — In fine vers. *Holsten.* ὁ δὲ κλύδων. *Brunckii* lectio est in Vat. — V. 6. τρηχεῖαν Σ. Insula saxosa et aspera, quare Perseum ibi omnia in saxa mutasse narrabant. *Strabo* L. X. p. 487. Cf. *Palaeph.* XXXII. 16. *Hemsterh.* ad *Polluc.* X. 156. p. 1342. *Saxum Seriphium* appellat *Tacitus* Annal. IV. 21. Apud *Ovidium* tamen Metam. VII. 464. *plana* est *Seriphus*, sed vix vera lectio, quamvis ab *Heinsio* defensa. — αἴδοιον ἔθι Vat. αἰδοίνοθι *Holsten.* — V. 7. „πρὸς ξείνων. ita in Cod. scriptum, et »sic exhibuit Holstenius; sed mendose. Praepositio »πρὸς sensui inutilis constructionem turbat. Ordo enim »est ὧδε ὑπὸ χερσὶν αἰδοίων ξείνων λαχὼν πυρός. — De Proxe»norum munere et officio videndus summus Valckenaer »ad Ammon. p. 201. Ita quidem verba bene constitu»ta; sed res ipsa non adeo perspicua est. Cadaver hujus »Abderitae in Seriphi littus a fluctibus ejectum fuit. »Quomodo Proxeni Abderitarum in Seriphiorum urbe »cognoscere potuerunt, cadaver hoc esse hominis Abde»ritae? id poëta ipse dixerit. Si Abderita Seriphum jam »navigaverat, et ibi aliquamdiu moratus, incolis adeo »notus erat, ut ejus cadaver, licet fluctuum attritu de»formatum, agnosci potuerit, tunc ille homo ibi suos »ἰδίους ξένους habuit, nec jam illius sepulturae cura τοὺς »προξένους, publicos hospites, respicere debuit. Hoc »primum me in cogitationem adduxerat, scriptum a »poëta fuisse ὧν ξείνων ὑπὸ χερσί. Sed alterum, quod mi»hi suggessit Schneiderus meus, quum a codicis scriptu»ra minus recedat, verius est.« *Brunck.* Fac, nave, qua Abderion vehebatur, haud procul a Seriphi litore disjecta, nautarum aliquos salvos ad insulam enatasse,

[redacted]

et nihil difficultatis superesit. Illi proxenis Abderitae cadaver, a fluctibus in litus delatum, indicabant. Ceterum orationis color idem, qui in Ep. *Leonidae Tar.* LXXVI. ἀλλ' ἐνὶ γαίῃ Πατρίδι καὶ τύμβου καὶ κτερέων ἔλαχε Κηδεμόνων ἐν χερσίν, ἐπεὶ τρηχεῖα θάλασσα Νεκρὸν πεπταμένοις θῆκεν ἐπ' αἰγιαλοῖς.

VII. Cod. Vat. p. 293. Planud. p. 193. St. 281. W. In virum bonum Aristonoum. — V. 1. *Casaubonus* ἀπὸ corrigit; non male. Duas a rogo vias ad inferos tendere, alteram a dextra parte, qua boni descendant, alteram a sinistra, qua mali deducantur, hoc tantum loco me legere memini. — V. 4. ἡγησίλεω. Primus, ut videtur, *Aeschylus* Plutonem ἀγεσίλαον appellavit ap. *Athen.* L. III. p. 99. Vide *Intpp. Hesychii* v. ἀγεσίλαος. Simile est epitheton Orci ἀγήσανδρος ap. *Hesych.* πολυδέγμων et πολυδέκτης, de quibus egit *Rubnken.* ad H. in Cerer. 9.

VIII. Cod. Vat. p. 253. Planud. p. 218. St. 318. W.

[redacted]

praetereas.— Sic nec interrogandi nota post πολλὰ locum habet, qua editiones ante *Br.* carent. Commentarii loco sit *Callimach.* Ep. XXXIX. ubi Timon: μὴ χαίρειν εἴπῃς με, κακὸν κέαρ, ἀλλὰ πάρελθε.

EUPHORIONIS EPIGRAMMATA.

T. 256.] *I.* Cod. Vat. p. 194. Edidit *Reiske* in Anth. p. 43. nr. 497. Illustravit et emendavit *Toup.* in Emend. ad Suid. P. III. p. 364. retractavit in Ep. crit. p. 135. Eudoxo Apollini crines dedicante, poëta deum rogat, ut puero perennem pulchritudinem tribuat. De more Apollini comam dedicandi vide Ep. *Rhiani* X. *Theodorid.* V. *Antip. Thess.* XXI. *Philostr.* Icon. L. I. 7. p. 773. — V. 1. laudat *Suid.* v. ἔθειρα Tom. I. p. 683. qui ἔπεξε praebet pro ἔπλεξε Codicis. Veram lectionem etiam *Reiskius* vidit. — V. 3. *Suidas* in πλοκαμὶς T. III p. 132. ἀντὶ δέ σοι legit. Nostra lectio est in Cod. *Reiskius* τῆς πλοκαμῖδος dedit. Idem v. 4. ὥσπερ γῆθεν ἐπὶ κ. ἀεξόμενος. Novissimum vocabulum sic in Cod. legitur. Sed ἀεξόμενον corrigendum esse, *R.* suspicatus est. Idem de ὡς χερσῆθεν cogitabat. Cod. Vat. habet: ὦ χαρνῆθεν ἐπὶ κισσὸς ἀεξόμενος. quod in ὠ'χαρνῆθεν leviter immutatum pro vera lectione habuit *Valckenar.* in Diatr. p. 152. A. B. Sensum non explicavit, qui tamen planissimus est, si κάλλος pro *ornamento* accipis. Tum Phoebum poëta rogat, ut Eudoxo, ad musicam fortasse poëticamve laudem adspiranti, pro coma hederaceae coronae ornamentum tribuat. De hedera Acharnensi autem vide quae dedimus ad *Simmiae Theb.* Ep. I. 4. — *Toupium*, cum primum tentasset, ὡς ἀρχῆθεν ἐπὶ κισσὸς ἀεξομένῳ, sive etiam, ὡς νάρκισσος ἐπὶ γῆθεν ἀεξομένῳ, mox facti poenituit, et in Ep. crit. p. 135. eam emendationem

proposuit, quam *Br.* in contextum recipere dignatus est. Idem esse χαρνῆθεν et ἐχαρνῆθεν, ut μοργοὺς pro ἀμοργοὺς, μαυρὸν pro ἀμαυρὸν, σφοδελὸν pro ἀσφόδελον, quae profert *Suidas* P. II. p 574. Similia vide ap. *Casaub.* ad Sueton. Jul. Caes. c. 29. *Salmas.* ad Steph. Byz. v. Τάρνη. *Alberti* ad Hesych. in Ἀθύρ. Ceterum ad conjecturam suam firmandam *Toupius* laudat *Theocrit.* Eid. XX. 21. καὶ γάρ ἐμοὶ τὸ πάροιθεν ἐπάνθεεν ἁδύ τι κάλλος, Ὡς κισσὸς ποτὶ πρέμνον, ἐμὰν δ' ἐπύκαζεν ὑπήναν. Sed vereor, ut hi versus labis expertes sint. — In eadem autem re similes preces fundit *Martial.* L. IX. 17. *Tu juvenile decus serva, nec pulchrior ille In longa fueris quam breviore coma.*

II. Cod. Vat. p. 310. Edidit *Holsten.* ad Stephan. Byz. p. 104. *Jensius* nr. 66. *Reiske* in Anth. nr. 716. p. 140. Scriptum in cenotaphium naufragi, in Dryopum agro exstructum. — V. 1. Cod. οὐχοτρηχὺσσελιθαῖος. et sic *Holsten.* et *Jens.* nisi quod prior τραχὺς exhibet. *Reiskius* in textu dedit: οὐχὶ ῥάκος σὺ φαιὸν, *illa tua*

[redacted]

Bip. — ῥήσσει. *nostra Actiacum verrit ossa mare:* Propert. II. 12. 44. — V. 5. Hic cod. πολυμήδεος ἡ κεινὴ χ. praebet. Emendatior lectio *Reiskio* debetur, qui praeterea Ξένια edidit: *Ego vero pro Xenia infelici vacua humus exaggerata sum.* Haec displicuerunt *Toupio*, qui verba ἀντὶ ξενίης πολυκηδέος interpretatur *sepulturae loco*, idque eleganter ab *Euphorione* positum affirmat. Quod nos ei non tam facile credimus. Mihi quoque in ξενίης nomen proprium latere videtur, non quidem defuncti, sed matris ejus sive conjugis, quae sive filii sive mariti memoriae cenotaphium in Dryopum terra exstruxit. Vide igitur, an corrigendum sit:

χερσὶ δ' ἐγὼ Ξενίης πολυκηδέος ἡ κενεὴ χθὼν
ὠγκώθην — — —

Mulieri luctu et tristitia affectae recte tribuitur epitheton πολυκηδής. χερσὶν ὠγκώθην, ut Ep. ἀδέσπ. DCXIX. Ἑλλήνων ἐχθραῖς χερσὶν ἐχωννύμεθα. DCCIV. δειλαίων τρεφέων δειλαὶ χέρες, αἳ συνέλεξαν τὴν ὀλίγην σποδιήν. — V. 6. ὠγκώθην. Vat.

PHAENNI EPIGRAMMATA.

¶. 257.] *I.* Cod. Vat. p. 274. Planud. p. 202. St. 294. W. In Leonidam, qui gloriose perire, quam inglorius vivere maluit. — V. 1. αὖτις. Cod. Vat. Aldin. pr. et Ascens. αὖτος ed. fil. Ald. — οὐκ ἔτλας, non sustinuisti, virtute tua indignum judicasti redire. — V. 2. σπερχόμενος πολέμῳ obscurius dictum. Num σπέρχεσθαι h. l. *irasci, succensere* significat, quo sensu cum tertio casu conjungi solet? (vide *Valcken.* ad *Herodot.* L. VII. p. 601. sq.) Sed quid? *Leonidas ira in bellum accensus*, quo sensu accipiendus erit? num eo, quo fortes viri hostibus irasci, ira in hostes concitari dicuntur? an

[redacted]

Leonidas pugnae ſuccenſere dicitur gravi, quae ipſi minus faverit? Neutra interpretatio ſatis commoda. Altera tamen et linguae indoli et contextui videtur aptior. — V. 4. Ἐδμάεθης. Ed. Flor. — πατέρων. Secundum illud *Simonidis* Ep. XXX. ὦ ξεῖν', ἀγγέλλειν Λακεδαιμονίοις, ὅτι τῇδε κείμεθα, τοῖς κείνων ῥήμασι πειθόμενοι.

II. Cod. Vat. p. 236. Planud. p. 267. St. 384. W. ubi plura ſunt de cicadis et locuſtis carmina. — V. 2. in Aldinis legitur ἄγων. Hinc *Scaliger* in notis mſtis correxit λιγυρὰν πεκα. — Pro ἐνίην Vat. habet ἐνείην, Planud. ἐνίειν. — In fine verſ. ſec. Vat. verba transponit: ἄγων ὕπνον. — V. 3. τὸν ἐοικότα. tumulum mihi convenientem, pro corporis menſura et amplitudine. ὀλίγον σῶμα cicadae celebrat *Leonid. Tar.* Ep. LXV. — V. 4. Ὠρωποῦ. Vide not. ad *Mnaſalcae* Ep. XI. 2. unde noſtrum expreſſum eſt. — Cod. Vat. Ὠρεόπου. et ἀπὸ φθιμένης.

[redacted]

536. — V. 4. βιασάμενος. Edit. Flor. et Ald. pr. Reliquae βιασσάμενος.

II. Vat. Cod. p. 236. Planud. p. 267. St. 385. W. Expressum ex Ep. *Niciae* VIII. In cicadam a puero captam et interemtam. — V. 1. οὐκ ἔτι. Plan. — V. 3. γηρύοντα et ἠχέτα Vat. Posterius Planud. quoque habet. — V. 4. παιδὸς ἀπ' ἠϊθέου χειρὶ μεταπτάμενον. Tres Aldinae et *Suid.* qui hoc distichon in ἠχέτης excitavit. Ascens. χεῖρε habet, quod *Stephanus* recepit, qui praeterea legendum putat κατήναρον et ἐπ' ἠϊθέου χεῖρε μεταπτάμενον sive ἀπ' ἠϊθέου χειρὸς ἀποπτάμενον. In κατήναρον etiam *Jos. Scaliger* incidit. Cod. Vat. legit: παιδὸς ἀπ' ἠϊθέου χειρί με πεπταμένα. In margine γρ. χεῖρ' ἅμα πεπταμένα. Hinc pronum erat ἀναπεπταμένα corrigere; idque verum videtur. Sed reliqua nondum persanata sunt. Scribendum puto:

παιδὸς ἀπηναίου χεὶρ ἀναπεπταμένα.

ἀπηναῖος. ἀπάνθρωπος. ὠμός. — ἀπηνής. σκληρός. ὠμός. χαλεπός. κακός. *Hesych.* Nihil hoc epitheto aptius; cum contra ἠϊθέου mire otiosum sit. Possis etiam παιδὸς νηπιάχου. Cf. *Oppian.* Hal. 403.

PANCRATIS EPIGRAMMATA.

T. 259.] *I.* Cod. Vat. p. 206. Edidit *Dorville* in Vanno Crit. p. 199. *Reiske* in Anthol. p. 68. nr. 553. Clio, Dianae aeditua, filiarum suarum imagines in templo dedicat, precibus pro earum incolumitate adjectis. Habemus igitur in hoc epigrammate exemplum sacerdotis Dianae maritatae et liberis florentis. In nonnullis tamen hujus divae templis sacerdotes a matrimonio abstinebant. *Pausan.* VIII. p. 626. Idem de Minervae sacerdotibus tradit *Galenus* ad Epid. L. III. Tex. IV. —

Vide Intrpp. *Luciani* T. I. p. 373. ed. Bip. — V. 2. *Reiskius* νεοκόρης edidit, cum in apogr. Lipf. reperiffet νεοκορίης. Genuinam Cod. lectionem exhibuit *Dorvill.* — V. 3. τετρέτης. Vat. τετραετῆς. *Reisk.* — „In ὑπὸ μη„τρὸς fubaudiendum ἀνάκεινται feu ἀνατεθειμέναι ἑστήκασι. „Vide Dorvill. l. c.“ *Brunck.* Idem εὔτεκνα fubftantive pro καλὰ τέκνα pofitum effe monet. Hoc carmen fi de puellarum imaginibus Dianae dedicatis acceperis, non inepte, puto, facies. Conf. *Leonid. Tar.* Ep. XV. *Noffis* Ep. X. — *Reiskius* tamen *ipfas puellas* divae dicatas effe voluit. „Nam deftinabantur, ait, hae puellae „facro Dianae cultui eidem, quam mater obibat. Pue„ros diis dedicandi mos olim vigebat, ut hodie ille „viget, quo monafteriis deftinantur et offeruntur utri„usque fexus infantes.“ — V. 4. νεοκορίης. Apogr. Lipf. *Reiskius* νεοκόρης.

II. Cod. Vat. p. 163. Planud. p. 447. St. 579. W. Polycrates quidam faber ferrarius artis inftrumenta Vul-

[redacted]

[redacted]

ANTAGORAE EPIGRAMMATA.

T. 260.] *I.* Cod. Vat. p. 222. ubi primum disticlion deest. Reliquis praefixum lemma: Εἰς Πολέμωνα καὶ Κράτητα, ὅτι ὁ Κράτης ἔγημεν Ἱππαρχίαν τὴν φιλόσοφον. Hipparchiae cum Cratete nuptiae nihil faciunt ad praesens carmen. *Antagorae* tribuit *Diogen. Laërt.* L. IV. 21. p. 240. unde relatum est in Append. Anth. Plan. p. 526. St. *24. W. Scriptum est in Cratetem et Polemonem philosophos, qui, cum in magna familiaritate vixissent, eodem tumulo conditi sunt. — V. 4. Hunc versum sic, ut hic legitur, restituit *Tanaquil Faber.* Ap. *Diogen.* et in Cod. Vat. legitur: μῦθος ἱερὸς ἤεισεν. sine sensu. Msc. reg. ἤϊσεν. Flor. ἦσα. *Casaubono* verum videbatur μῦθος ἱερὸς ᾖξεν. quod recepta lectione non deterius. — V. 5. Laudat poëta vitam puram, sanctam et ex philosophiae praeceptis transactam. Junge βίοτος σοφίας, vita, qualis philosophum decet. ἐπεκόσμει θεῖον αὐτῶν αἰῶνα. Non enim sic vivebant, ut plurimi, qui, quae in scholis praecipiunt, in ipsa vita contemnere et vilipendere videntur. Pro σεμνοῖς, quod *Brunckii* inventum esse videtur, *Diogen.* et Vat. Cod. στρεπτοῖς legunt; Msc. Flor. τρεπτοῖς. *Tan. Faber* στρυφνοῖς conjecit. Mihi *Antagoras* scripsisse videtur:

αἰῶν', ἀστρέπτοις δόγμασι πειθόμενος.

Cynicae philosophiae praecepta rigida vocat et immutabilia, ut *Horat.* I. Epist. I. 17. *Stoicum virtutis verae custodem rigidumque satellitem.*

II. Etiam hos versus ab *Antagora* in Amorem conscriptos servavit *Diogen. Laërt.* L. IV. 26. p. 242. — In primo statim vocabulo vitiosi sunt vulgati libri, ἐνδοίῃ exhibentes. ἐν δοιῇ correxit *Stephanus;* ut est ap *Callim.* H. in Jov. 5. ἐν δοιῇ μάλα θυμός. Hinc verbum ἐνδοιάζεσθαι,

[redacted]

dubium haerere, quod illustravit *Valcken.* in Diatr. p. 109. C. — V. 2. ante *Stephan.* fuit ἦεν. — πρῶτον. Amor omnium deorum antiquissimus. Vide *Platon.* Conviv. T. III. p. 178. B. — Vide ad Simmiae Alas v. 1. — Ἔρεβος. *Aristophan.* in Av. 695. Ἐρέβους δ' ἐν ἀπείροσι κόλποις Τίκτει πρώτιστον ὑπηνέμιον Νὺξ ἡ μελανόπτερος ᾠόν, Ἐξ οὗ περιτελλομέναις ὥραις ἔβλαστεν Ἔρως ὁ ποθεινός. — V. 5. γαίης. Telluris filium Amorem dixit *Sappho* ap. *Schol. Apoll. Rhod.* L. III. 26. — V. 6. ἀνέμων. Hoc *Alcaeo* tributum legi; sed locus nunc non succurrit. — Ante *Stephanum* τοι αἶσα κακὰ legebatur. Ille τοῖος εὖ ex codd. protulit. Vers. ult. vulgo ἀνθρώπων habetur. Amorem in homines modo bona modo mala parare, tragica gravitate extulit *Eurip.* Iph. Aul. 548. δίδυμ' Ἔρως χρυσοκόμας Τόξ' ἐντείνεται χαρίτων· Τὸ μὲν ἐπ' εὐαίωνι τύχᾳ, Τὸ δ' ἐπὶ συγχύσει βιοτᾶς. — σῶμα διφυὲς Amori *Antagoras* tribuit secundum *Orpheum* in Argon 13. διφυῆ, περιωπέα, κυδρὸν Ἔρωτα. quod *Gesnerus* de duplici Amoris sexu in-

[redacted]

„sagittis confixit.“ *Brunck.* In Analect. Γιγάντων ediderat. ἴσχε τόξον βίης. *vim arcus, quo Pythus robur confecisti, cohibeas.* — V. 2. Cod. Vat. ἑκάεργε ἀνάσσων. Brunckiana lectio, si recte memini, etiam in Lips. apographo habetur. Sed minime vera est. Ἄπολλον enim in ἀνάσσων depravari vix potuit. Nec opus est nomine, cum verbum Ἑκάεργε, qui deus invocetur, abunde declaret. Fortasse corrigendum:

ἴσχε βίης, Ἑκάεργ', ἀνάκτωρ.

ἀνάκτωρ. θεός. βασιλεύς. *Hesych.* — V. 3. οὐ σοὶ Cod. Vat. In marg. apogr. Lips. notatum γρ. οὔ ἡ. minus feliciter. λυκοκτόνος, quod Apollinis est epitheton, ad ejus pharetram transfertur. Vide *Aeschyli* VII. c. Theb. 147. *Schol.* ad *Soph.* Electr. 6. — V. 4. τόνδε δ' ἐπ' ἠϊθέοις Cod. Vat. ubi versus aliter, sed perperam distinguuntur. In Brunckiana lectione metrum affectum est. Cod. lectio, leviter immutata, servanda videtur:

τόνδε δ' ἐπ' ἠϊθέοις ὀϊστόν.

— V. 5. στρέφειν. Vat. et mox τόφρ' ἀ. πάτρης. *Brunckius* totam hanc ῥῆσιν interrogative accepit, quasi poëta Apollinem roget, ut unam ex iis sagittis expromat, quibus olim lupos confixerit, eaque juvenum animos petat. Quod mihi secus videtur. Nullus interrogationi locus est; sed *Phaedimus* duplices Apollini sagittas tribuit; alias, quibus in hostes, ferasve, alias, quibus in juvenes utatur; illae timendae et pestiferae, hae exoptandae et salutiferae. Versus autem leviter depravati. Scribe:

(ἦ σοι φαρέτρη λύεται λυκοκτόνος)
τόνδε δ' ἐπ' ἠϊθέοις ὀϊστὸν
στρέφειν ἔρωτος, ὄφρ' ἀλέξωνται πάτρῃ
θαρσαλέοι φιλότατι κούρων.

Jam enim nullus est usus pharetrae, gravibus illis spiculis refertae; sed illam amoris sagittam in juvenes verte etc. Servavi cod. lectionem στρέφειν, quae se optime tuetur,

M 5

[redacted]

infinitivo locum imperativi obtinente. λύεσθαι positum pro καταλύεσθαι, proprie de iis, qui dimittuntur, rude donantur; deinde ad res transfertur sepositas et nullius utilitatis. Agitur autem hoc loco de sancta illa paederastia, in qua Lacedaemonii, Cretenses, Thebani virtutis et victoriae cardinem verti arbitrabantur. Lacedaemonios ante proelium initum Amori sacra fecisse, ὡς ἐν τῇ τῶν παραταττομένων φιλίᾳ κειμένης τῆς σωτηρίας τε καὶ νίκης, narrat *Athen.* L. XIII. p. 561. F. simile quid addens de Cretensibus et de Thebanis: ὁ δὲ παρὰ Θηβαίοις ἱερὸς λόχος καλούμενος συνέστηκεν ἐξ ἐραστῶν καὶ ἐρωμένων, τὴν τοῦ θεοῦ σεμνότητα ἐμφαίνων, ἀσπαζομένων θάνατον ἔνδοξον ἀντ' αἰσχροῦ καὶ ἐπονειδίστου βίου. Inprimis huc facit praeclarus locus *Aeliani* in V. H. III. c. IX. ubi veterum loca de amoris ad virtutem vi collegit *Perizonius*. Melistio, in cujus gratiam Phaedimus hoc carmen composuit, Boeotius fuisse videtur, et fortasse sacrae cohorti adscriptus. Eum Schoeniensem fuisse, apparet ex v. 10. Fuit au-

[redacted]

H. in Jov. 95. οὔτ' ἀρετῆς ἄτερ ὄλβος ἐπίσταται ἄνδρας ἀέξειν. — V. 9. δεῖ. Cod. — Μελιστίωνος πατρώϊον σέβας pro circumlocutione habendum videtur: Melistio, qui gloriam et virtutem a parentibus tanquam patrimonium accepit. Ut hic juvenis rebus in bello fortiter gestis gratiam apud cives suos consequatur, optat poëta. ἐπίηρα. ἡ μετ' ἐπικουρίας χάρις. *Schol. Homer.* Il. α. 578. — Pro Σχοινιέων Cod. Σχοινέων. contra metrum et legem, quam scripsit *Stephan. Byz.* in Σχοινοῦς.

II. Cod. Vat. p. 608. Φαιδίμου τρίμετρον. In apogr. Lips. male legitur Φειδίου. Tanquam *Phaedri*, nescio cujus, edidit *Bentlejus* in Fr. Callimachi p. 567. Callistratus Mercurio statuam ponit. — V. 2. μορφῆς ξυνὸν ἥλικος τύπον. Juvenis erat Callistratus, cum hanc statuam collocaret, eadem aetate, qua Mercurius repraesentari solebat. ξυνὸς itaque τύπος, species utrique, deo et Callistrato, communis. — V. 3. Κηφεισιεύς. Vat. In apogr. Lips. Κηφισσιεύς. *Apollodorus* ap. *Gellium* N. A. XVII. 4. de Menandro: Κηφισιεὺς ὢν ἐκ Διοπείθεος πατρός. — χαρεὶς pro χάρις, quod est in Cod. emendavit *Reiskius* in not. mstis et *Bentlej.* qui deos χαρῆναι dici monet, cum victimas aut dona libenter accipientes animum donantibus propitium ostendant.

III. Cod. Vat. p. 193. *Kuster.* ad *Suidam* v. λεχώ, ubi Lexicographus medium distichon laudat, v. 1 – 4. protulit. Eosdem versus exhibuit *Dorvill.* in Vanno crit. p. 198. reliquos p. 196. Integrum vir doct. in Miscell. Obss. Nov. I. P. III. p. 134. *Reiske* in Anth. p. 53. nr. 517. Cichesiae filius, Leon, ni fallor, et Themistodice Dianam, quae illi mulieri in puerperio opem tulerat, muneribus colunt. — V. 1. Κιχησίου. *Kuster.* εἵσατο. Vat. — V. 2. laudat *Suid.* in πτύγμα. Apogr. Lips. ὀλίγων πέγμα. In marg. γρ. ὀλίγον πτύγμα. *Suidas* ὀλίγων. *Hesychius:* πτύγμα. κόλπωμα. δίπλωμα. *Homeri* Il. ε. 315.

πρόσθε δέ οἱ πέπλοιο φαεινοῦ πτύγμ' ἐκάλυψεν. — V. 3. *πρηεῖα, lenis Ilithyia,* quam chorus invocat ap. *Horatium* in Carm. Sec. 13. *Rite maturos aperire partus Lenis Ilithyia.* — *λέχοι.* Cod. — *ὑπερέσχες χεῖρας. Apollon. Rhod.* L. III. 986. *καὶ Διός, ὃς ξείνοις ἱκέτῃσί τε χεῖρ' ὑπερίσχει.* Epigr. *ἀδέσπ.* CXV. *Λατῷα σὺ δὲ παιδὸς ὑπὲρ χέρα Τιμαρετείας Θησαμένα.* — V. 4. *ἄτερ τόξου.* Vide ad *Nossidis* Ep. III. Similis color est in his ad Amorem verbis ap. *Tibullum* II. 1. 81. *Sancte, veni, dapibus festis; sed pone sagittas, Et procul ardentes, hinc procul abde faces.* — ¶. 262.] V. 5. „Tertium distichon in Cod. a praecedentibus non „separatum. Margini adscripsit *Salmasius: diversum a „superiore videtur, contra quam exscriptor putavit.* In „eadem sententia fuisse videntur Kuster, qui ad Suidam „v. *λεχὼ* edidit, et Dorville, quem vide in critica Vanno „p. 196. et 198. Hoc quidem in medio positum et „tam verum quam falsum esse potest: praecedentibus „connexum hoc distichon, etiam absque minima mu- [redacted]

IV. Cod. Vat. p. 324. Εἰς ναυαγὸν Ἀριστάγοραν περὶ Σκίαθον κινδυνεύσαντα. quod falſum eſt, et ex depravata Cod. lectione originem duxit. Edidit *Holſten.* ad Stephan. p. 326. *Jenſius* nr. 114. *Reisk.* in Anth. nr. 765. p. 160. Scriptum eſt in Polyanthum, naufragum, cujus cadaver cum piſcatores inveniſſent, uxor, Ariſtagora, mariti cineres ſepelivit. — V. 2. Ἀρισταγόρην Cod. Vat. Emendata lectio debetur *Heringae* in Obſſ. p. 144. — V. 4. Σκίαθον. inſula prope Euboeam, (vide *Holſten.* ad Steph. v. Σκίαθος, et *Schol. Apoll. Rhod.* L. I. 583.) Toronaeo ſinu ex adverſo poſita. κόλπον τὸν Τορωναῖον, cujus tranquillitas paroemiae locum fecit, deſcribit *Thucyd.* L. IV. p. 376. — V. 5. μὲν *Jenſ.* et *Holſten.*

HERMODORI EPIGRAMMA.

Planud. p. 324. St. 464. W. Comparat poëta Venerem Cnidiam et Minervam Athenis poſitam, utramque tam excellentem, ut, cui palma tribuenda ſit, in ambiguo relinquatur. Geminum germanum eſt Ep. ἀδέσπ. CCXLVIII. Plures fuerunt Minervae ſtatuae Athenis valde illuſtres, (vide *Brodaeum*) ut incertum ſit, quam poëta ſignificaverit. — V. 4. βουκόλος. ingenio ruſtico et ad pulcritudinis ſenſum duro. Apud *Lucianum* in Deor. Dial. XX. 4. Tom. II. p. 60. ed. Bip. Minerva Paridis judicium ſubitura Mercurium rogat: τί δέ; τῶν πολεμικῶν ἐστιν αὐτῷ ἐπιθυμία καὶ φιλόδοξός τις, ἢ τὸ πᾶν βουκόλος;

[redacted]

ARTEMIDORI GRAMMATICI

EPIGRAMMATA.

¶. 263.] I. In Analectis haec Epigrammata *Artemidori* praecedunt Bucolica *Theocriti*, in cujus editionibus inter carmina epigrammatica ultimo loco reperiri solent. Prius inter Theocritea legitur in Anth. Steph. p. 518. Wech. *21. et in Cod. Vat. p. 433. post alia Syracusani poëtae etiam hoc habetur cum lemmate: τοῦ αὐτοῦ εἰς ἑαυτόν, ὅτι Θεόκριτος Συρακούσιος ἦν. In antiquis editionibus inscribitur modo Θεοκρίτου, modo ὡς ἀπὸ Θεοκρίτου. In Cod. Politiani inter praefationes graecas: ἔστι δὲ εἰς αὐτὸν καὶ τουτὶ τοὐπίγραμμα· ἄλλος ὁ Χῖος. . . *Artemidoro* tribuitur in editione Aldina, teste *Reiskio*. Respexisse videtur hoc Epigr. *Suidas* v. Θεόκριτος Χῖος· — ἔστι δὲ καὶ ἕτερος Θεόκριτος Πραξαγόρου καὶ Φιλίννης. De *Theocrito* [redacted]

derentur, nec patria, ſed externa dialecto (Μοῦσα ὀθνείῃ) conſcripta eſſent, pro ſpuriis eſſe habenda.

II. Cod. Vat. p. 389. Ἀρτεμιδώρου γραμματικοῦ ἐπὶ τῇ ἀθροίσει τῶν βουκολικῶν ποιημάτων. Edidit *Goens* in Anim. ad Porphyr. de Antro Nymph. p. 88. et ante eum *Salmaſ.* ad Solin. p. 598. A. Ex Cod. Vat. idem profert *Warton.* in Praef. ad Theocrit. p. XI. not. 4. Conf. *Koen.* in *Gregor.* D. D. in Corrigendis p. 130. 20. — V. 1. Μοῖσαι σποράδην. *Warton.* βωκολικαὶ Μῶσαι σποράδες *Salm.* *Theocriti* carmina bucolica olim diſſipata fuiſſe ſignificat. — V. 2. ἐντὶ μιας vitioſe *Goens.*

THEOCRITI SYRACUSANI
EPIGRAMMATA.

H. Stephanus Theocriti Epigrammata ex veteribus hujus poëtae editionibus Anthologiae Planudeae adjecit inde a pag. 516 – 518. iis exceptis, quae jam a *Planude* paſſim exhibita meminerat. Eadem repetita ſunt in Append. Anthol. Wechel. p. 19 – 21. His fortaſſe in poſterum adjicietur Epigramma *Erycio* vulgo tributum nr. X. quod Cod. Vat. ſub *Theocriti* nomine profert. Viciſſim ex iis, quae hic tanquam Syracuſani poëtae leguntur, nonnulla idem codex aliis poëtis tribuit. Haec ſuo loco indicabuntur.

P. 376.] *I.* Cod. Vat. p. 204. Muſis et Apollini coronae dedicantur. — V. 1. κατάκαρπος ed. Flor. De ſerpyllo vide ad *Meleagri* Carm. I. 53. — V. 2. κῆται ταῖς Ἑλικωνιάσιν. Cod. Vat. — V. 3. μελάμφυλοι. Vat. — V. 4. „Recte „ſcriptus eſt hic verſus, cujus lectio non ſollicitanda: „Δελφὶς πέτρα τὴν ἀγλαΐην τούτου τοῦ δένδρου σοὶ ἔφυσε. Sci„licet ἀγλάϊσε ſignificationem hic tranſitivam habet. „Huc forte reſpexit Heſychius: ἀγλαΐζει. θάλλει. Poſte-

[redacted]

„rius hoc verbum faepe etiam transitivum eft. Alexan„der Aetolus infra p. 419. Πειρήνης ὕδωρ θαλλήσει μέγαν „υἱόν." *Brunck.* *Toupius* in Addendis p. 406. corrigit: Δελφίδ' ἐπεὶ πέτραν. *Delphicam enim petram hae tibi ornarunt.* Ep. ἀδεσπ. DCI. πολλάκι καὶ Βρομίου κλήμασιν ἠγλάϊσα. — Δελφὶς πέτρα eft ap. *Sophocl.* Oedip. T. 472. *Eurip.* Androm. 398. *Nicander* Alexiph. 198. ἢ ὑπὸ δάφνης — ἢ πρώτη Φοίβοιο κατέστεψε Δελφίδα χαίτην. — V. 5. ὁμαλὸς conjunctim editt. veteres. Aliae ὁ μαλός. *Reiskius* tentavit ὁ μάχλος. non male. Vat. Cod. μᾶλος. *Hefych.* μαλός. λευκός. unde μάλουρις, ἥτις τὴν οὐρὰν ἔχει λευκήν, ap. eundem. Metri caufa *Wartonus* μαλλὸς fcripfit, *caper ille albus.* — V. 6. πεερμίνθου. Vat. a pr. man.

II. Cod. Vat. p. 172. fine auctoris nomine: Ἀνάθημα τῷ Πανὶ παρὰ Δάφνιδος. Sic quoque ap. *Reiskium* in Anth. p. 18. nr. 448. — V. 1. laudat *Suidas* in λευκόχρως. ubi καλᾶ habet, ut Vat. Cod. — *Warton* praeter neceffitatem καλὰ conjicit. — V. 2. βουκολικοὺς ὕμνους.

[redacted]

ἐμπαίου. Vat. a pr. man. Supra correctum ἐμπαίου. — Mox ἀρτιπαγής. Idem. Hunc versum sensu proprio accipio. Daphnis, venationis labore lassus, feris insidiari desierat, cum, en, ipse in libidinosorum deorum insidias incidit. Eleganter poëta ludit in notissima de Panis in Daphnidem amore fabula. Conf. *Meleag.* Ep. XLVII. *Diodor. Zon.* Ep. VI.*. *Glauc.* Ep. II. *Reiskius* hic mira comminiscitur. — V. 3. ἀγρεύει δ' ὅτι vitiose Vat. Cod. — ἀγρεύειν de insidiis amantium passim. Conf. inprimis Ep. *Rhiani* VII. et facete dictum *Demarati* ap. *Plutarch.* T. II. p. 220. C. — V. 3. τὸν κροκόεντα κισσόν. Conf. *Intpp. Theocr.* Eid. I. 31. *Nicaenet.* Ep. IV. εἶχε δὲ κιττῷ μέτωπον, οἷα καὶ σὺ, κεκροκωμένον. Priapum corona ornatum habes ap. *Catull* XIX. 10. in Lusibus nr. LXXXII. *sacrum revinctus pampino caput.* — V. 5. ἄντρον εἴσω. Vat. Ambo dii antrum intrant *simul*, ὁμόῤῥοθοι. *Schol. Aristoph.* in Av. 852. ὁμοῤῥοθῶ. Σοφοκλέους ἐκ Πηλέως. ἀντὶ τοῦ τὸ αὐτὸ φρονῶ. ὁμοῤῥοθεῖν δὲ κυρίως τὸ ἅμα καὶ συμφώνως ἐρέσσειν. — V. 6. Vulgo est καταγρόμενον, quod nauci non esse pronuntiat *Toupius* in Cur. poster. p. 44. ubi καταρχόμενον corrigit. In Addendis autem p. 406. κατεγρόμενος. *ex somno te excitans.* Alteram hanc correctionem *Valckenarius* probat. In Cod. Vat. καταγομένου legitur. *Heinsius* et *Brodaeus* καταγρόμενος corrigendum censent. — καταρχόμενον, sive καταρχομένου; quod fortasse concinnius, tuearis ex *Schol. Nicandri* Alex. 455. τὴν μεταξὺ ὕπνου καὶ ἐγρηγόρσεως καταφορὰν κῶμα καλοῦσιν. Somni igitur initium et finem significat τὸ κῶμα. Sunt tamen alii, qui hanc vocem non, ut ille, de leni, sed de gravi somno interpretantur. *Theophan. Nonus* c. XXIX. Tom. I. p. 114. κῶμα λέγεται ὁ βαρὺς καὶ παρὰ φύσιν δυσέγερτος ὕπνος. ubi *Bernardus* mallet ὁ βαθύς. Hinc apparet, non sollicitandam esse lectionem *Hesychii*: κῶμα. — καταφορὰ ὕπνου βαθέος. ubi *Toupius* Em. in Hesych. P. III. p. 85. οὐ βαθέος corrigit. Vide inprimis *Foesium* Oecon. Hipp. v. p. 223.

[redacted]

¶. 377.] *IV.* Fragmentum hujus carminis, inde a versu 6 - 12. legitur in Anth. Plan. p. 27. St. 42. W. In Cod. Vat. p. 434. habetur v. 1 - 6. cum lemmate: Θεοκρίτου. εἰς ἄγαλμα. V. 6 - 12. ibid. p. 432. τοῦ αὐτοῦ εἰς ἀμπέλωνα δενδρῶδη καὶ ἄλσος. V. 13. usque ad finem p. 432. τοῦ αὐτοῦ εἰς Πρίαπον. Integrum carmen, sic ut hic habetur, dedit *Zacharias Calliergus*, qui haec Epigrammata primus vulgavit. Describit poëta locum amoenum Priapo sacrum. — V. 1. τὴν αὐτὰν λαύραν. Editt. vett. Nostram lectionem, quam confirmat Vat. protulit *Stephan.* in Poët. Gr. — Mox τὰς sive τῆς, ut nonnulli habent, depravatum esse pronuntiat *Valcken.* In Vat. Cod. τέδε ταὶ δρ. Hinc corrigendum videtur:

τήναν τὰν λαύραν, ὅθι ταὶ δρύες — —

In λαύραν posterior syllaba vi caesurae producitur. De hac voce vide *Casaubon.* ad *Athen.* XII. 10. p. 848. λαύρα. δημόσιος στενωπὸς καὶ ἄμφοδον, ῥύμη, ὁδὸς, δι' ἧς οἱ λαοὶ ῥέουσιν. Conf. *Polluc.* IX. 38. qui excitat locum

[redacted]

τελεῖν τὰν Ἀφροδίταν *Anacreon* XXIII. 16. ubi vide *Fiſcher*. p 94. *Spanhem.* ad Callim. H. in Apoll. 14. — V. 5. κᾶπος δὲ σκιερός. Ed. Flor. In edit. *Calliergi* σᾶκος et in marg. γρ. κᾶπος. Hoc *Brodaeus* amplectitur. *Salmaſ.* ad Herodem Att. v. 103. e cod. vetuſto ἕρκος δ' εὖ ἱερὸν legendum eſſe pronuntiat. In Cod. Vat ἕρκος δ' εὖθ' ἱερόν. Hinc orta conjectura *Toupii*, quam *Brunckius* in Lectt. p. 87. aſſenſu ſuo probavit: σακὸς δ' εὐίερος. Haec vox paſſim occurrit in Hymnis Orphicis. *Philipp.* Ep. X. δαῖμον, ἐπ' εὐιέρους βῆθι θυηπολίας. Recte idem *Toupius* vocem σηκὸς tuetur, laudato *Schol. Eurip.* Phoen. 1017. et *Valcken.* ad *Ammon.* p. 154. ſqq. — Finge tibi Priapum ſub *umbroſis* arborum *tectis* collocatum, quale ſacellum huic deo optat *Tibull.* I. 4. 1. Luſus nr. LXXXII. *Placet, Priape, qui ſub arboris coma Soles, ſacrum revinctus pampino caput, Sedere?* — V. 7. Ex iis, quae ſequuntur, haud ſcio an ducta ſit loci amoeni deſcriptio ap. *Longum* L. III. p. 68. 12. ed. *Villoiſ.* — ἄμπελος βοτρυόπαις, *vitis uvas, ut liberos, gignens*, fortaſſe ex *Ione Chio* I. 7. p. 16. ubi uvae παῖδες πυκινοὶ τῆς ἀμπέλου. Ex *Theocrito Philippus* Ep. XLV. ἄγχεις τὴν Βρομίου βοτρυόπαιδα χάριν. — V 9. quaedam editt. εἰαρινῷ. — V. 10. ποικιλότραυλα μέλη illuſtrat *Dorvill.* in Vann. crit. p. 153. Hirundo apud *Pamphil.* Ep. I. κελαδεῖ τραυλὰ διὰ στομάτων. — V. 11. μινυρίσματα, *querelae*, cum omnibus avibus, tum inprimis luſciniae tribuuntur. *Horat.* V. Carm. II. 26. *Queruntur in ſylvis aves.* ubi vide *Intrpp.* *Marc Argent.* Ep. XXVIII. μηκέτι νῦν μινύριζε παρὰ δρυὶ — κόσσυφε. — ἀνταχεῦσι eſt ex emendatione *Scaligeri* pro vulgato ἀντιαχεῦσι. — V. 12. μέλπουσι Vat. in marg. μέλπειτε. et στόμασιν. — V. 13. Quae ſequuntur, non ſatis expedita ſunt Is, qui loquitur, duo, ſed plane diverſa, rogari cupit Priapum: ut deus aut amorem in ejus pectore extinguat, aut contra amoris fructum ei concedat. Si Priapus conceſſerit prius, hoedum; ſi

[redacted]

posterius, tres victimas accipiet. Sed quis est, qui hoc carmine loquatur? Cur caprario (vide v. 1.) mandat preces ad deum Lampsacenum facere? Quomodo denique Priapus efficere potest, ut amoris flamma in pectore quiescat? — Pro ἀποστέρξαι, in quo verbo sententiae cardo vertitur, Vat. ἀποῤῥέξαι legit; quod ortum videtur ex ἐπιῤῥέξειν sequentis vers. ubi Vat. membr. iterum ἀποῤῥέξαι legunt — Pro ἵδρυσο v. 13. vulgo est ἵζεο. — V. 15. ἢν δ' ἀνανεῦσαι sive ἀνανεῦσαι Vat. ἢν κατανεύσῃ voluit *D. Heinsius*. *Valckenar*. praeferret ἐπινεύσῃ, quod est in Scholiis a *Leichio* laudatis l. c. Eadem scholia initio versus καλῶς exhibent. — V. 16. τοῦδε τυχών. Daphnidis compos factus. τρισσοθύην veteres edit. τρισσὰ θύη *Stephanus* et Cod. Vat. Hanc lectionem alteri praeferendam censet *Valckenarius*. — V. 17. τ' ἄγρα. Vat. et vers. ult. pro ἀεί legit νέοι.

V Cod. Vat. p. 433. Protulit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 188. e codice, ut ait, emendatum, nullis tamen [redacted]

λέπας, *Plato* Ep. VIII. ποταμὸς λασίην παραμείβεται ὄχθην, *Marian. Schol.* Ep. III. — Illud epitheton facile permutari potuit cum λασίας δρυὸς, quod librarius frequenter legerat. Vide *Rubnk.* Epist. crit. p. 148. — V. 6. αἰγιβόταν ὀρφανίσωμεν vulgo. Nostram lectionem, jam a *Stephano* prolatam, Codicis assensu firmavit *Dorvill.* Notandum est, pastorem hoc Epigrammate sibi permissum putare quod caprarius Eid. I. 15. sqq. ut nefas fugit. Pastores itaque et bubulci Pana minus timuisse videntur, quam caprarii, quos deus peculiari cura dignari existimabatur. Vide, quae in hanc rem disputavit *Hardion sur les Bergers de Théocrite dans les Mém. de l'Acad. des Inscript.* Tom. VI. p. 273. Ceterum frigide hoc carmen interpretantur, qui illud tabulae pictae adscriptum fuisse existimant.

¶. 378.] *VI.* Cod. Vat. p. 432. Thyrsidem consolatur de capella, quam lupus ipsi eripuerat. — V. 1. ὦ pro ἆ habet Vat. et mox τί τοι πλέον. — V. 2. δίγλήνως et ὀδυρώμενος Vat. — V. 3. οἴχεται. Cum sophistas *Theocritum* inprimis imitando expressisse constet, probabile est, hinc sumsisse *Alciphron.* L. I. 38. p. 172. οἴχεται Βακχὶς, ἡ καλὴ, Εὐθύκλεις φίλτατε, οἴχεται. — τὸ καλὸν τέκος. De delphino *Oppian.* Hal. V. 464. σκύμνος ἐκξηθεὶς, ὀλίγον βρέφος. — V. 5. κύνες καλεῦντι Vat. male. Vide ad *Leonid. Tar.* Ep. VI. 2. — τί τοι πλ. Vat. — V. 6. ὀστέον vulgo. Quod *Br.* recepit, debetur *Reiskio.* Cod. Vat. ὀστίον. et mox λεῖπετ' ἀποιχομένας. Serum est, nunc demum canes latrare, cum capella jam devorata sit.

VII. Cod. Vat. p. 204. In Aesculapii signum, Eetionis manu affabre sculptum, quod Nicias, qui Mileti artem medicam exercebat, posuerat. Nicias is est, cui *Theocritus* dedicavit Eid. XI. et ad cujus conjugem colum eburneam misit Eid. XXVIII. ubi vide inprimis v. 9. et 19. — V. 1. Μίλατον. Vat. Idem τῷ (fort. τὸ)

[redacted]

Παι. — V. 2. συνοισόμενος. Vat. — V. 3. ὅσα μεν ἐπ' ἄμαρ. Vat. — θυέεσσιν, quod vett. editt. habent, recentiores in θύεσσιν mutaverant. revocavit *Reiskius*. — V. 4. εὐώδους primus dedit *Stephanus*, cum antea εὐώδου vulgaretur — κέδρου. Hujus arboris ligno veteres ſaepe utebantur ad ξόανα Pici regis domum cedrinis avorum ſignis exornatam fingit *Virgil* Aen VII. 177. *Veterum effigies ex ordine avorum Antiqua e cedro.* Cedrinum Apollinem memorat *Plin* XIII. 6. Tom. I. p. 686. XXXVI. 5. T. II. p. 728 *Pauſan.* Boeot. IX. 18. p. 730. Vide *Martini* ad *Erneſti* Archaeol. p. 191. *Bod. a Stapel* ad *Theophr.* L. V p. 544. — V. 3. γλαφυρᾶς χερός. eleganti operae ſculptoris magnam mercedem pactus. ποθὰς χέρας Praxiteli tribuit auctor Ep. ἀδεσπ. CCCXV. — V 6. πᾶσαν ἀφῆκε τέχνην (τέχναν Vat.). Fere ut ap. *Achill. Tat.* VI. 6. p. 252. Ἰδὼν δὲ ὁ Θέρσανδρος τὸ κάλλος ἐκ παραδρομῆς — ἀφῆκε ψυχὴν ἐπ' αὐτήν

VIII. Cod Vat p. 291. Αἰτωλοῦ Αὐτομέδοντος. *Auto-*

[redacted]

λου· ἴσθι γὰρ, ὡς. *Toupius* ναυτίλος ἴσθ', ὡς ἐστ' οὐ π. *Wakefield* denique in Sylv. crit. IV. p. 198. distinguit: ναυτίλος ἴσθι· καὶ ὡς — ubi ἴσθι pro γίνου positum censet, ex observatione *Ammonii* p. 64. Sed hoc sensu positum ἴσθι participium adsciscit. — V. 5. Πληιάδων. Vat. — V. 6. ποντοπορῶν αὐτῆι Π. συγκατέδυς. Vat. *Graevius* ποντοπόρος ναύτης — συγκατέβης. Emendatior hujus versus lectio debetur *Piersono* Verif. I. 3. p. 41. *Callimachus* Ep. XLVIII. de Lyco quodam — ἐνὶ πόντῳ Ναῦν ἅμα καὶ ψυχὴν εἶδεν ἀπολλυμένην, Ἔμπορος Αἰγίνηθεν ὅτ' ἔπλεε· — φεῦγε θαλάττῃ Συμμίσγειν ἐρίφων, ναυτίλε, δυομένων.

IX. Cod. Vat. p. 204. Xenocles musicus Musis signum e marmore dedicat. — V. 1. ἐννέα πάσαις vulgo. Vat. Cod. ἄνθετο πάσαις et vers. seq. pro θῆκε legit τοῦτο. Vulgata elegantior. Illud πάσαις illustrat similibus allatis *Bernard. Martin.* Var. Lect. L. III. 22. p. 75. — V. 3. μουσικός. Xenocles, quem peritum esse musicum nemo facile infitias ibit. Neque profecto ingrati homo est animi. Musis enim, per quas in hominum celebritatem profluxit, grati animi documentum, hanc statuam, posuit. Pro ἑτέρως editt. ante *Stephanum* ἕτερος habent. — σοφίᾳ et τᾶιs Vat. De σοφίη, *artis peritia*, vide ad *Anacr.* Ep. LXXI.

II. 379.] X. Cod. Vat. p. 311. sq. τοῦ αὐτοῦ Λεωνίδα. *Tarentini* puta. *Brunckius* hoc carmen constituit ad mentem *Toupii* in Addend. p. 407. Compositum est in Eusthenem, sophistam et physiognomonem, in terra peregrina ab iis, quibus carus erat, sepultum. — V. 1. φυσιογνώμων. Quid sub physiognomia intellexerint veteres, vide ap. *Aristotelem* Analyt. Prior. L. II. 28. Eidem liber peculiaris de hac arte tribuitur. ἀπ' ὀφθαλμοῦ. Unum artis fontem poëta indicat, reliquis omissis. Non ex oculorum obtutu tantum, quamquam ex eo praecipue, sed ex omnibus corporis partibus de hominis natura et indole statuebant physiognomones. — V. 3. ἔθαψεν Vat.

a pr. man. — V. 4. χ' ὑμνοθέτης vulgo. χ' ὑμνοθέτας Vat. *Reiskius* conjecit: χ' ὑμνοθέτης ἐν τοῖς δαιμόνιος Φιλοκλῆς. *in quibus etiam erat divinus poëta Philocles* quam conjecturam *Valckenarius* merito abſurdam vocat. *Heinſius* hunc verſum ſic interpretatur: Etiam ipſis poëtis ibi notus et acceptus fuit, a quibus poſtea epicedium meruit. Itaque ne hoc quidem honore caruit, quem poëtae conferunt. — ὑμνοθέτῃ; et ἧς etiam *Toupius* hic ſcripſit. ἣν ſervat Vat. qui δαιμονίοις legit. αὐτοῖς languet. — V. 5. πάντων ὧν ἐπέοικεν ἔχει vulgo et in Cod. Vat. *Wartono* in mentem venit: πάντ' ὧν, ὡς ἐπέοικεν, ἔχει. *Br.* lectio debetur *Aurato*, eamque aſſenſu ſuo probavit *Stephanus* et *Toupius*. — τεθνειὼς Vat. — V. 6. Vulgatam lectionem καἴπερ ἄκικυς ἐὼν tuetur *Reiskius*. Vat. Cod. ἄκικυς, ut etiam in Append. Plan. habetur. Idem verum videbatur *Palmerio* in Exerc p 815. Non audeo damnare lectionem, quam et Codd. praeſtant, et quae ſenſum non omnino ineptum efficit. Vide *Heſych.* v. ἄκικυς. Memoratu dignum [illegible], hominem et peregri-

[redacted]

Aberrationes ortae ex scribendi compendio Δημομεδ'· postremam syllabam aliis aliter supplentibus. χορηγὸς, sive χοραγὸς, ut Vat. Cod., h. l. non is est, qui sumtus praebet, sed dux chori. Hoc colligo ex v. 3. ubi idem olim inter pueros certasse dicitur. Hoc sensu Dorienses vocabulum χορηγὸς et χορηγεῖν accipere solebant, teste *Athen.* L. XIV. p. 633. B. *Polluc.* IX. 41. Vide ad *Simonid.* Ep. LXXVI. et *Casaub.* ad *Sueton.* Vit. Aug. c. 52. p. 234. ubi de τρίποσι χορηγικοῖς agens, hoc Epigr. profert. Praeter tripodem victor Baccho etiam simulacrum dedicaverat. καὶ σέ. *et te ipsum tibi dicavit.* — V. 3. Veteres editt. παισί. *Stephan.* in Poët. Gr. πᾶσι. Vat. Cod. πᾶσι (sic). Hanc lectionem explicare conatus *Heinsius* in Lectt. Hesiod. 306. Damotelem *in omnibus excelluisse* ait. Inepte. Quamvis enim ἔργα μέτρια in boni viri laudem dicuntur, ubi in iis moderatio et temperantia apparet, nullis tamen rationibus effici poterit, ut in eo, qui de victoria certat, τὸ μέτριον εἶναι praestantiae significationem habeat. Melius itaque *Graevius* in Lectt. Hes. c. VII. p. 34. haec verba non ad certamina refert, sed Damotelem in omnibus rebus modum tenuisse, ubique modestum fuisse significari ait. Verum sic accepta verba contextum turbant, qui optimus est revocata antiqua scriptura: μέτριος ἦν ἐν παισί. Conf. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 61. Damoteles, cum inter pueros certaret, modicam laudem adeptus est; inter viros, victoriam retulit. — Laudatur autem inprimis, quod simul pulcritudinis et decori rationem habuerit.

XII. In Cod. Vat. p. 204. prius distichon exstat, quod laudat *Schol.* in Anth. Wech. p. 56. Duo posteriora exhibet p. 433. junctim cum Epigr. V. Eadem, v. 1. et 2. omissis, Planud. p. 38. St. 56. W. In statuam Veneris Uraniae, a Chrysogona, quae divae felicitatem eam, qua cum conjuge et liberis fruebatur, acceptam referebat, positam. — V. 1. πάνδαμος. Vat. — V. 3. 'Αμ-

[redacted]

φιλέους. Vat. — ἴσχε ex Cod. Vat. recepit *Br.* pro vulgato εἶχε. — V. 4. ἄν. Vulg. et Vat. A te omnia auspicantes, tuo, diva, favore fortunam suam in annum auctam et cumulatam viderunt. — V. 5. In vett. editt. Κὴ ὁμόνοια πάλαι θανάτων. Vitium sustulit *Stephan.* — Deos coluisse ipsis mortalibus prodest.

XIII. Hoc Epigr. et sequens unum esse, putabat *Reiskius*, improbante *Brunckio*, qui diversissima judicat, quamvis in ejusdem hominis memoriam composita eidemque tumulo insculpta. Utrumque, quibusdam aliis interjectis, in Anthologiae appendice legitur, p. 517. sq. Steph. In Cod. Vat. p. 311. prius distichon Ep. XIV. librarii errore annexum est Epigrammati *Leonidae Tar.* XCIII. Deinde sequitur alterum distichon, cui, nullo spatio relicto, subjicitur Ep. XIII. Utrique carmini unum lemma adscriptum: Θεοκρίτου, οἱ δὲ Λεωνίδου Ταραντίνου εἰς Εὐρυμέδοντος τάφον, ἀνδρὸς ἀγαθοῦ, ὃς υἱὸν ὁμώνυμον λείπων ἔτυχεν τοῦ αὐτοῦ τάφου. Vereor, ut hujus lemmatis auctor carminis sensum recte acceperit. Eurymedon,

[redacted]

V. 1. ante *Stephan.* ξεῖνε. — V. 2. σπουδῇ et ἔλθῃς *Urfin.* — V. 4. τῶν πρόσθ' ἔντι π. ᾠδοποιοῦ. Vat. vitiofe. Veterum poëtarum, fi quis alius, praeftantiffimus. Eid. VII. 4. εἴ τι περ ἐσθλὸν Χαῶν τῶν ἐπέκειθεν. Proxime accedunt haec *Apollon. Rhod.* L. III. 347. Παναχαιΐδος εἴ τι φέριστον Ἡρώων. — V. 5. ἥδετο. Vat.

XVI. Cod. Vat. p. 459. Sex priores hujus carminis verfus protulit *Salmaf.* in Plin. p. 76. B. a fe emendatos. Integrum *D. Heinfius* in Introd. in Hefiod. Ἔ. καὶ Ἡ. c. VI. p. 132. Scriptum in Epicharmi Syracufani ftatuam ex aere. — V. 1. ἅ τε φωνά. De ipfo hoc carmine five ftatuae infcriptione accipio, ut in Ep. *Sapphus* II. παιδνὴ ἄφωνος ἐοῖσα τάδ' ἐννέπω, αἴ τις ἔρηται, φωνὰν ἀκαμάταν κατθεμένα πρὸ ποδῶν. ubi vide not. Par autem erat, carmen in virum Dorienfem Dorica dialecto confcribi.— Δώριος et κωμῳδὰν editt. ante *Stephan.* Comoediae inventionem *Epicharmo* tributam effe putat *Bentlej.* in Diff. de Phalar. p. 108. quod ante eum nihil in hoc genere fcriptum fuerit. Erat enim Tragoedia et Comoedia, ut neceffe erat ante literarum ufum ap. Graecos vulgatum, tota αὐτοσχεδιαστικὴ, ut ait *Ariftot.* in Poët. c. IV. Sed vide, quae de artis dramaticae ap. Dorienfes flore nuper docte disputavit *Boettiger* in Prolus. de quatuor aetatibus rei fcenicae p. 6. Inter praeftantiffimos Comoediae fcriptores numeratur *Epicharmus* ap. *Platonem* in Theaet. Tom. I. p. 152. E. τῶν ποιητῶν οἱ ἄκροι τῆς ποιήσεως ἑκατέρας· κωμῳδίας μὲν Ἐπίχαρμος· τραγῳδίας δὲ Ὅμηρος. Ceterum an *Epicharmus* ille, quem fcenae ftudium illuftrem reddidit, idem fit cum Pythagoreo ὁμωνύμῳ, fufe disputavit *Mongitor* in Bibl. Sic. Tom. I. p. 180. Diverfos putat *Saxius* in Onom. I. p. 537. Vide *Fabricii* Bibl. Gr. T. II. p. 298. fqq. ed. *Harl.* — V. 3 - 8. fic ut *Br.* habet, emendatos protulit *Jof. Scaliger* in Opere de Emend. Temp. p. 230. nifi quod v. 5. Συρακόσσας legit. Hoc verfu vulgo legitur τὰν Συρακόσσαις ἑ. πελωριστᾷ πόλει,

[redacted]

Vat. Cod. οἱ Συρακούσσαις πελωρὶς τοῖ π. qua lectione *Scaligeri* correctio haud mediocre robur accipit. *Reiskius* τοὶ ex Scaligeranis conjecturis adoptans, reliqua pro sinceris habeoat. πελωριστὰ πόλις ipsi est civitas ad ingentem amplitudinem et paene portentosam seu rei veritate, seu orationis vanitate sublata. *Wartonus* τὸν Σ. ἐ πελώριον πόλει, infeliciter. *Tyrwhittus* ap. *Valcken.* πεδωριστᾷ pro μετεωριστᾷ positum corrigit. Urbem magnificam et primi ordinis significari. Huic emendationi plurimum tribuerim equidem, primum quod ad Vat. Cod. lectionem πελωριςται proxime accedit, tum quod sensum efficit maxime probabilem. Omnes enim Syracusarum cives poëta indicasse videtur. Nec auctoritate destitutum est vocabulum πεδωριστής. *Hesych.* et *Phot.* agnoscunt formam πεδουρὸς pro μετέωρος, et πεδαωριστὴς, ἵππος φρυαγματίας, καὶ μετεωριστής. *Toupius* adhaesit lectioni *Scaligeri*, quam interpretatur de *Pelorensibus*, *qui Syracusis sedes fixerunt.* Recte tamen *Reiskius* monuit, causam non esse, [redacted]

bus-de caufis fuiffe pofitam, prima, quod cives pecunia fua fublevaffet, altera, quod adolefcentibus vitae recte inftituendae praecepta dediffet. At fi dives erat *Epicharmus*, hinc non continuo fequitur, eum divitiis fuis ad cives fublevandos ufum fuiffe; quare fi iis in hunc modum ufus eft, *Theocritus*que ei laudem inde conciliare voluit, paulo difertius explicanda erat fententia. Fateor, mihi divitiarum *Epicharmi* commemorationem femper ab hoc loco alienam fuiffe vifam. Nec fortaffe haec *Theocriti* mens fuit. Flor. quidem editio legit: χρὴ μένων et Vat. Codex σωρὸν εἶχε ῥημάτων (omiffo γὰρ, quod metrum abeffe non patitur). Ut ii, qui bonis malisve abundant. σωρὸν ἀγαθῶν et κακῶν ἔχειν dicuntur apud *Ariftoph.* in Plut. 270. et 870. fic is, qui verbis et eloquentia pollebat, σωρὸν ῥημάτων habere non inepte diceretur. ἑσμὸς λόγων notum ex *Platon.* de Rep. L. V. p. 450. B. — Pro μεμναμένοι vulgo μεμναμένοις, in Vat. autem μεμναμένους legitur. τελεῖν ἐπίχειρα dicuntur, qui, quae in promtu funt, afferunt. Hoc in eos caderet, qui, ut fubito grati animi impulfui fatisfacerent, quae ad manus effent, *Epicharmo* donarent; vix autem in eos, qui eundem ftatua colebant. Vide fis igitur, an corrigi debeat:

τελεῖν ἐπίηρα.

Vide ad *Phaedimi* Ep. I. 10. — V. 9. πολλὰ γάρ. Vulgo. καὶ ex *Toupii* conjectura in textum venit. Pro παισὶν Cod. Vat. πᾶσιν habet. *Heinfius*, qui hoc diftichon profert in Not. ad Horat. p. 157. comicos et tragicos poëtas διδασκάλους appellatos effe ait, *quod pueros multa ad vitam utilia docerent;* in quo egregie fallitur. Formaffe potius dicitur puerorum animos poëta comicus, cum praeceptis falubribus fabulis fuis hic illic inferendis, tum praecipue humana mente ad veritatem naturae adumbranda. At jam vereor, ut haec difciplina puerorum aetati accommodata fit; nec profecto video, cur *Theocritus* id, quod

[p. 381.] *XVII.* Cod. Vat. p.
δου *Tarentini*). In tumulum nutr
dius puer ei exstruxerat. Conf. Ep
V. 1. τῷ Θρᾴσσῃ. Vat — V. 3. ἡ
sus exitu Vat. ἐκτανύσαι. — V. 4.
ἐστι —. Haec *Brunckius* ex *Toupii* n
τί μήν; est pro πῶς γὰρ οὔ; Vide
p. 109. Cod. Vat. perspicue: τί
pro καλεῖται idem τελευτᾷ. — Pro
fuit Κλείτω, cognomen χρηστίμη, qu
servitio praestitam, utilitatemque
puer, cui lac praebebat, imposit

XVIII. Cod. Vat. p. 312.
Proximo carmini adscriptum lem
Hinc suspiceris, hoc quoque carme
lo tamen simplicior oratio quam pr
V. 2. τὸ μέγιον κλέος. *ingens glori*
Phoeniss. p. 498. — V. 3. κατ'
totum orbem terrarum, inde ab
cem, complevit — V. 4. ἐξάγετ
Quod *Archilochum* Apollo amasse
pliciter de poëtica facultate acci
tamen spectat notam illam fabula

mine celebravit, vide *Valcken.* ad Phoen. p. 790. ubi partem hujus carminis excitat, et inprimis *Heynium* ad *Virgil.* Aen. II. Exc. I. *Fabric.* Bibl. Gr. Tom. I. p. 215. ed. *Harl.* — V. 1. vulgo ὑμῖν et ἀνήρ. Illud emendavit *Heinsius*, hoc *Valcken.* — τῷ Ζηνὸς ὅδ' ὑμῖν ὡνήρ. Vatic. Cod. — V. 2. λεοντομάχαν. Idem. — ὀξύχειρα. *Theocritus* in hoc epitheto Herculi tribuendo de luctatorum celeribus et bene exercitatis manibus cogitasse videtur; vel sic tamen heroum maximi dignitatem vix exaequavit, judice *Hemsterhusio* ad *Lucian.* T. II. p. 266. ed. Bip. — V. 3. ἐτ' ἄνωθεν male Vat. Conf. *Valcken.* ad Eid. VII. 5. — V. 4. συνέγραψεν. Hoc verbum non male ad imaginem Herculis a *Pisandro* adumbratam retuleris. *Strabo* enim L. XV. p. 1008. ubi Herculem leonis exuviis et clava instructum commemorat, ἡ τοῦ Ἡρακλέους δὲ στολὴ, ait, ἡ τοιαύτη πολὺ νεωτέρα τῆς Τρωϊκῆς μνήμης ἐστὶ, πλάσμα τῶν τὴν Ἡράκλειαν ποιησάντων, εἴτε Πείσανδρος ἦν, εἴτ' ἄλλος τις, τὰ δὲ ἀρχαῖα ξόανα οὐχ οὕτω διεσκεύασται; quem locum *Schneiderus* mihi indicavit. Conf. *Athen.* L. XII. p. 512. F. — Καμίρου. Vat. Καμείρου *Steph.* Genuinam lectionem ex antiquis editt. revocarunt *Scaliger* et *Casaub.* — V. 5. χὄσσους. Vat. — ἐξεπόνασεν. Ad versum *Euripid.* in Phoen. 1642. τἀντεταλμέν' οὐ δίκαιον ἐκπονεῖν, nostrum locum cum similibus excitavit *Valcken.* p. 552. — V. 8. μησίν. Vat. Hanc Pisandri statuam diu post ejus mortem a Camirensibus in tam illustris viri memoriam positam esse, significat *Theocritus.* Perperam in Vat. Cod. reliquis versibus subjicitur hic: ὅτι δέξιος ἦε ἔπεα ποιῆσαι, ex Ep. XVIII. huc traductus.

T. 382.] XX. Cod. Vat. p. 608. Planud. p. 272. St. 392. W. Deest hoc carmen in editione *Calliergi* et aliis vett. Primus *H. Stephanus* id in collectionem Epigrammatum Theocriteorum recepit. In Hipponactem, jambographum; metro Hipponacteo scriptum. — V. 1. μουσοποιός. Sic Pindarum vocat *Dio Chrys.* Or. II. p. 25. D.

Gr. Vulgatam *Reiskius* perperam d
verborum ordine quaedam hic mu
contra poëtae mentem. Hi versus o
ἀποβρίξαντες. ἀπονυστάξαντες. κοιμηθ
Odyss. μ. 7. Conf. *Eustath.* ad O
insula Delo mulieres colebant de
interpretem. Vide *Spanhem.* ad (
Comparandum de hoc Epigr. *Leo*
Hipponax vel post mortem malos
Ne mali ad ejus tumulum acceda
ab eo timendum est; quare veni
mulo considеant, et, si libet, vel

XXI. Cod. Vat. p. 433. Θεοκ
nec male, Planud. p. 28. St. 43.
τραπεζίτην Κάϊκον διακριτικόν. (ἢ μέ
Vat.) quod falsum. Exemplo Antl
Senatus l ipf. asservatur, teste *Reisk*
Quod Epigramma in vulgaribus e
adscribitur Leonidae in trapezit
ἀστοῖς καὶ ξείνοισιν, *id in edit. princ.*
curata Theocrito adscribitur hunc
ἐπίγραμμα· ὡς εὕρηται ἔν τινι ἀρχαι
τοῦ βουκάρου ἐν Παταβίῳ. Eaden

ex ipsis poëtae verbis elici nequit. Ipse Caïcus loquitur: *Haec mensa civibus idem quod peregrinis tribuit; si quid ibi deposueris, inde recipe, rationibus recte subductis.* Veteres calculis, ψήφοις, in rationibus usos fuisse constat. Hinc illa trapezitarum ap. *Athenaeum* descriptio L. VII. p. 305. F. εἰώθασι δονεῖν ψήφους αἴθωνι λογισμῷ. et οἱ περὶ τὰς ψήφους ap. *Alciphr.* L. I. 26. p. 108. In his igitur verbis nihil plane inest, quod Caïcum furem fuisse arguat, aut eum, ut *Brodaeus* interpretatur, aeris mutuati falso calculo usum esse. Pro ἐρχομένης Vat. ἀρχομένης legit. Male. Proprie ipse trapezita ἔρχεται πρὸς λόγον· quod h. l. in calculum rationibus subducendis adhibendum refertur. — V. 3. Alii praetextum quaerant (cur depositum, ubi repetitum fuerit, e vestigio reddant). Caïcus alienam pecuniam reposcentibus vel noctu numeratam reddet. — Haec ejusmodi sunt, ut nisi de viro bono et integro accipi nequeant. Jam *Brodaeum* audi: „καὶ νυκτός. ut dubiam et adulterinam pecuniam „numeret, aut intervertat ac suffuretur largius trapezi„ta. Nunquam tam intempesta nocte Caïcum mensa„rium adibis, quin ad defraudandos cives et peregrinos „alacrem atque erectum offendas.“ Nihil hac interpretatione falsius.

MOSCHI SYRACUSANI

EPIGRAMMA.

¶. 411.] Anthol. p. 330. St. 469. W. In Amorem arantem. Huic carmini gemmam aut tabulam pictam occasionem dedisse, vix dubites. — V. 1. βουλάτην Edit. Flor. Virga instructus est Amor, qua boves impellat. Apud *Anacreont.* Od. VII. ὑακινθίνῃ ῥάβδῳ nititur idem. — In humeris suspensam gerit πήρην, τὸν θύλακον, quo pa-

[redacted]

nem et ceterum victum ſervant agricolae. Vide *Alberti*
Obſſ. ad Matth. X. 1. — οὖλος Ἔρως. varias interpreta-
tiones admittit. *Tenerum* ſignificare videtur *deum*.
οὖλος ποτὲ μὲν τὸ μαλακὸν καὶ ἁπαλόν. *Heſych.* Alii *perni-
cioſum* interpretantur. Vitioſam putavit vulgarem *Wa-
kefield.* qui in Sylva crit. Tom. I. p. 55. δοῦλος corrigit:
ſervi officio fungens. — V. 5. „βρέξον ἀρούρας. Ex emen-
„datione *Valckenarii* in Diatr. Eurip. p. 52. In Anthol.
„legitur πρῆσον. Codices quidam πλῆσον commodiori ſen-
„ſu; ſed verum eſt βρέξον. Notus ὑέτιος Ζεύς, de quo
„videndi Intrpp. ad Tibullum I. 7. 26.“ *Brunck.* πλῆ-
σον habet ed. pr. et duae Aldinae. πρῆσον in Ald. pr. et
Aſcenſ. reperio. In Epigr. *Macedonii* III. agricola Ce-
rerem precatur — πλῆσον ἀρούρας δράγματος. Recte. Hae
nimirum Cereris partes ſunt, ut laetas faciat ſegetes et
agros impleat. Ad Jovem autem ii ſe convertunt, qui-
bus pluvia opus eſt. Atticos Jovem ὑέτιον ſive pluvium
hac verborum formula elicuiſſe conſtat: ὗσον, ὗσον, ὦ φίλε

[redacted]

DOSIADAE RHODII
ARA PRIOR.

V. 412.] Legitur haec Ara ſine Auctoris nomine in Cod. Vat. p. 673. cum Scholiis, unde eam deſcriptam, ſed ſine Scholiis, *Salmaſius* miſit ad *Joſephum Scaligerum*, qui ejus interpretationem fruſtra tentavit. Summi viri emendationes et explicatio exſtant in *Scaligeri* Epiſtolis nr. CCXLVIII. in Operibus poſthumis Pariſ. 1610. 4. p. 469. Cum reliquis figuratis carminibus utramque Aram edidit et illuſtravit *Salmaſius* in Inſcript. Herod. Att. Pariſ. 1619. 4. Hic eam *Doſiadae* vindicat, quod in Vat. Cod. alteri Arae ſubſcriptus eſt verſus: *Δωσιάδα βωμὸς Δωριέως, ὃν ἔστασε Μούσαις ἐν γᾷ*, quem ad priorem Aram pertinere arbitratur. Altera enim nihil ad Muſas attinet. *Doſiadam* autem, quicunque ille fuerit, ejusmodi difficilibus nugis otium ſefelliſſe, conſtat ex loco *Luciani* in Lexiph. T. I. p. 839. *Τὰ δὲ σὰ ὡς πεζὰ μέτροις παραβάλλειν, καθάπερ Δωσιάδα βωμὸς ἂν εἴη, καὶ ἡ τοῦ Λυκόφρονος Ἀλεξάνδρα, καὶ εἴ τις ἔτι τούτων τὴν φωνὴν κακοδαιμονέστερος.* Eum Rhodium fuiſſe, ſcimus ex inſcriptione Ovi Simmiae in Cod. Vat. *Βησαντίνου Ῥοδίου ᾠὸν ἢ Δωσιάδα ἢ Σιμμίου, ἀμφότεροι γὰρ Ῥόδιοι.* *Fortunius* tamen *Licetus* in Encyclopaedia ad Aram myſticam, Patav. 1630. 4. argumentis quibusdam parum firmis *Doſiadae* hanc aram abjudicat. Vide *Fabricii* Bibl. Gr. T. III. p. 810. ſq. Eſt in hoc carmine acroſtichis, quod primus animadvertit *Lacrozius*, cujus Epiſtolam vide in *Fabricii* Bibl. T. VI. p. 810. Literae initiales haec verba efficiunt:

Ὀλύμπιε, πολλοῖς ἔτεσι θύσειας.

Unde *Lacrozius* ſuſpicatur, hanc Aram dono miſſam fuiſſe Olympio cuidam, ſive in die ſuo natali, ſive Saturnalibus, pro more Graecorum, qui Romanos mores indue-

rant. Ceterum ad *Dosiadae* exemplum poëticam ejusmodi Aram concinnavit *Publilius Optatianus Porphyrius*, qui idem argumentum versibus jambicis, oratione plana et perspicua, pertractavit. Vide *Wernsdorf.* in Poët. Minor. T. II. p. 377. sqq. Apud utrumque poëtam Ara loquitur. Tenendum in hoc quoque carmine, ut in *Simmiae* Ovo, *omnia, quae hic de Musarum ara dicuntur, non ad aliam aram referri debere, quam ad hoc ipsum poematium in formam arae factum*; quae *Salmasii* verba sunt p. 130. Argumentum carminis hoc est: Ara dicit, se nec victimarum sanguine imbui, nec thuris infici odoribus; se nec ex auri plinthis, nec argenti glebis, nec denique ex cornibus, ut Apollinis quandam aram, extructam, sed Gratiarum Musarumque manibus factam esse. Denique poëtas invitat, ut hic sacra faciant. Jam singula videamus, glossis, quae in Vat. Cod. adscriptae leguntur, diligenter enotatis. — V. 1. ὁ νοῦς ὅλου τοῦ ποιήματος. Ὀλὸς ὁ σκοτεινός, φησὶ δὲ τὸ

[redacted]

ficat, quo sensu mihi quidem h. l. accipiendum videtur: *humidum victimarum atramentum*, i. e. *sanguis*, cujus circumscriptio continetur etiam verbis λιβάδεσσι φοινίῃσι. *Simonid.* Ep. XLVIII. φοινίσσᾳ ψεκάδι. ubi vide not. — Frustra laborat *Salmas.* in interpretanda voce κάλχην, quam *Brunckius* recte mutasse videtur in κάλχῃ, quod referendum ad ὀλός. *sanguis, veluti purpura. Schol. Soph.* in Antig. 20. κάλχη ἐστὶν ὁ κόχλος τῆς πορφύρας, ἥτις ἐκ τοῦ βυθοῦ τῆς θαλάσσης ἀνιοῦσα τὴν καλλίστην πορφύραν βάπτει. *Salmasius* de vestimento interpretatur; nam veteres grammatici κάλχην etiam per διφθέραν explicant. *Scaliger* citra necessitatem emendabat ὁλκὸς οὔ με λάβρος ἱρῶν. — V. 4. Tres versus jambicos Anacreonticos excipiunt totidem tetrametri trochaici. Initio vers. 4. Cod. Vat ναύλιες. Sic saltem in apogr. Spallett. habetur. *Salmas* μαύλιες edidit, cum hic, tum ad Script. Hist. Aug. T. II. p. 436. ubi hunc versum laudans πετρῶν Ναξίων, memoria lapsus, scripsit. *Scholiastes* verum servavit lectionem: Μαύλιες δ' αἱ μάχαιραι, πέτρης Ναξίας θοούμεναι. ἔστι Νάξος Θρᾴκης νῆσος φέρουσα ἀκόνας. Παμμάτων. τῶν θρεμμάτων. Ex alio Scholiasta *Valckenarius* ad Ammon. p. 189. protulit haec: Παμμάτων ἢ κτημάτων τοῦ Πανός, τουτέστιν αἱ μάχαιραι οὐ σφάττουσι πρόβατα καὶ βόας, ὧν ἔφορος ὁ Πάν. Idem παμάτων corrigendum esse docet cum *Salmasio*, et sic locum vertit: *Sacrae secures, quas Naxia cos acutas reddiderat, ovium tamen sanguine tingi timuerunt.* — Voce μαῦλις usus est *Nicander* in Ther. 705. Ex *Scholiastae Thucydidis* L. I. 6. *Suidas:* μαύλιας τὰς μαχαίρας ἐκάλουν· διὰ τὸ ἐμοῦ αὐλίζεσθαι. Vide *L. Bos* in Obss crit. p. 173. — Cotes Naxias, inter aquarias longe praestantissimas, commemorat *Plin.* XXXVI. 47. p. 753. — Pro φίδοντο, quae *Salmasii* conjectura est, in Cod. Palat. φείδοντο [ται] scribitur. Post παμμάτων autem lineae superscriptum est οὐ, quod sensus non

[redacted]

Ἀπόλλωνι ἢ Ἄρτεμις ἐποίησεν. — Ceterum pro λαβὼν τὰ

Cod Vat. λαβόντα vitiose legit; et verſ. ſequ. Κυνθίας. id eſt Κυνθίαις. quod verum videtur. — V. 14. Scholiaſt.: Σὺν Οὐρανοῦ γὰρ ἐκγόνοις. ταῖς Χάρισιν. Εἰμὰς (ſic) δὲ γηγενεῖς αἱ Μοῦσαι. θυγατέρες γὰρ αὐταὶ τῆς γῆς. Τάων δ᾽ ἀείζωον. τούτων, Μουσῶν φησὶ καὶ Χαρίτων. Si vera eſt Scholiaſtae interpretatio, nec video, quid obſtet, quominus eam putemus veram, Muſae vocantur *Terrae proles* propter Mnemoſynen, quae Terrae et Coeli filia fuit; ſive potius, quod et *Salmaſius* notavit, fuerunt, qui Muſas ipſas Coeli filias dicerent. *Diodorus* L. IV. 7. p. 252. ὀλίγοι δὲ τῶν ποιητῶν, ἐν οἷς ἐστι καὶ Ἀλκμὰν, θυγατέρας ἀποφαίνονται Οὐρανοῦ καὶ Γῆς. ubi *Weſſeling* laudat *Pauſan* IX. 29. p. 766. Idem veteres quosdam poëtas de Gratiis tradidiſſe, ex hoc lòco ſuſpicamur; alia enim hujus traditionis ap. veteres veſtigia nulla, quantum ſciam, exſtant. Ridicule *Licetus*, ut ex *Fabricio* video, ipſum enim librum nanciſci non contigit, ex hoc loco [redacted]

etiam ap. Tragicos passim obvia, exempla vide ad *Hesych.* T. II. p. 50. 12. *Scholiast.*: Σὺ δ' ὦ πιὼν κρήνηθεν. σὺ δὲ ὁ ἐκ τῆς κρήνης τοῦ Ἑλικῶνος ἐκπιὼν τούτων τῶν μουσικῶν πομάτων θύεις τοῖς θεοῖς σπονδὴν μέλιτος γλυκερωτέρην. — V. 21. Carmina libationem melle Hymettio longe dulciorem vocat. Ad Ὑμηττιαδῶν supplendum σπονδῶν sive μελισσῶν. — V. 22. ἄδην. Nihil timens, sed bono animo ad me accedere potes; non enim celo venenatum monstrum, quale sub Chryses ara latuit. — Cod. Vat. εἰς ἐμὴν τ. quod *Salmas.* correxit. Sunt enim versus anapaestici. — Verba ἰὸν ἱέντων τεράων *Scholiastes* sic explicat: οὐκ ἔχω δράκοντας ἰοβόλους. ἰὸν ἀντὶ ἰοβόλον. τὸ δὲ πορφυρέου κριοῦ, τοῦ χρυσομάλλου κριοῦ. Σοὶ Τριπάτωρ. σοὶ, ὦ Ἀθηνᾶ. φησὶ δὲ Ἀθήνην ἐκ τριῶν φῦναι (Cod. φῶ]) πατέρων· ἔνθεν Τριτογένειαν καλεῖσθαι. φῶρ ἀνέθηκε κριοῦ. τὸ ἀπίθανον τοῦ μύθου λύοντες οὐ κριὸν φησὶ τὸ ζῶον, πλοῖον δὲ κριὸν ἔμβολον ἔχοντα· ἀπὸ δὲ βωμοῦ ἀρξάμενος εἰς βωμὸν κατέληξεν. De posteriorum horum versuum interpretatione *Salmasius*, Scholiasten secutus, praeclare meruit. ' Verba ἐκεῖνος ἀμφὶ Νέαις Θρηϊκίαις est circumscriptio arae Chryses Minervae, sub qua latens vipera Philocteten morsu venenato petivit. Νέαι. νῆσος πλησίον Λήμνου, ἐν ᾗ Φιλοκτήτης κατά τινας ἐδήχθη ὑπὸ ὕδρου. *Stephan. Byz.* ubi vide *L. Holsten.* p. 220. et *Beckm.* ad Antig. Caryst. p. 18. Hanc insulam *Minervae sacram* fuisse, testatur *Plin.* H. N. IV. 23. p. 214. Eadem igitur esse videtur cum Chryse, quae et ipsa Lemno vicina fuit. Conf. *Valcken.* in Diatr. p. 127. — σχεδόθεν Μυρίνης. prope Lemnum. Myrina enim in Lemno. — φὼρ κριοῦ. Jason, velleris aurei praedo. Comparavit *Salmasius Philostratum Jun.* Imag. XVII. p. 889. Ἀναπλέοντες ἐς Τροίαν οἱ Ἀχαιοὶ, καὶ προσχόντες ταῖς νήσοις, ἐμαστεύοντο τὸν τῆς Χρύσης βωμὸν, ὃν Ἰάσων ποτὲ ἱδρύσατο, ὅτε ἐς Κόλχους ἔπλει. Φιλοκτήτης δὲ (vulgo τε) ἐκ τῆς ξὺν Ἡρακλεῖ μνήμης (fort. ξυνουσίας μεμνημένος) τὴν βωμὸν τοῖς ζητοῦσι δεικνὺς, ἐγχρίψαντος αὐτῷ τοῦ ὕδρου τὸν ἰὸν ἐς

[redacted]

θάτερον τοῖν ποδοῖν, οἱ μὲν ἐπὶ Τροίαν οἱ Ἀχαιοὶ στέλλονται, ὁ δὲ ἐν Λήμνῳ ταύτῃ κεῖται διαβόρῳ, φησὶ Σοφοκλῆς, κατασπάζων νόσῳ τὸν πόδα. Auctor Argumenti Philoctetis Sophoclei: Χρύσης Ἀθηνᾶς βωμὸν ἐπικεχωσμένον, ἐφ' οὗπερ Ἀχαιοῖς χρηστὸν ἦν θῦσαι, μόνος Ποίαντος ᾔδει παῖς πρὸς Ἡρακλεῖ συνών. Quod *Dosiadas* arietem *purpureum* vocavit, id fecit *Simonidis* exemplo docente *Schol.* ad *Apollon. Rhod.* L. IV. 177. πολλοὶ δὲ χρυσοῦν τὸ δέρας εἰρήκασιν, (οἷς Ἀπολλώνιος ἠκολούθησεν) ὁ δὲ Σιμωνίδης ποτὲ μὲν λευκὸν, ποτὲ δὲ πορφυροῦν. *Schol.* in *Eurip.* Medeam 4. πάγχρυσον δέρας. τοῦτο οἱ μὲν ὁλόχρυσον εἶναί φασιν, οἱ δὲ πορφυροῦν· καὶ Σιμωνίδης δὲ ἐν τῷ εἰς τὸν Ποσειδῶνα ὕμνῳ, ἀπὸ τῶν ἐν τῇ θαλάσσῃ πορφυρῶν κεχρῶσθαι αὐτὸ λέγει.

ARA SECUNDA.

¶. 413.] Secundam hanc Aram, quae passim cum Theocriteis carminibus edita est, modo sub *Simmiae*,

[redacted]

terpretatione, simili praesidio instructus, superaverat *Scaligerum*. *Holoboli Rhetoris* Scholia, ex Codice Vossiano Bibl. Leidensis descripta, in lucem protulit suis notis illustrata *Valcken.* in Diatr. p. 130. sqq. Haec ut repetamus, institutum nostrum postulat. Ubi illa posuerimus, notae in singulos versus subsequentur.

Ἑρμηνεία τοῦ Ὁλοβώλου ῥήτορος
Κύρου Μανουὴλ, καὶ μεγάλου Πρωτοσυγγέλου.

Ὡς ἀπὸ τοῦ βωμοῦ ὁ λόγος, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ βωμὸς, ὃν Ἔτευξε καὶ κατεσκεύασεν Ἰάσων, ὁ Μέροψ, ἤτοι ὁ Θεσσαλὸς, ὁ Δίσαβος δὲ, ὁ δὶς ἡβήσας, τὸ μὲν τῇ φύσει, τὸ δὲ τῆς Μηδείας ἑψήσει, καὶ τῇ ἐντεῦθεν ἀνανεώσει. ὁ Πόσις καὶ ὁ ἀνὴρ, διὰ τὸ μέτρον Αἴτης καὶ ἐρχστὴς, τῆς Στήτας καὶ τῆς γυναικὸς, τοῦ ἄρσενος καὶ τοῦ ἀνδρός. (in alio Cod. τῆς ἄρσενος καὶ τῆς ἀνδρώχς.) ἐπιβουλεύσασα γὰρ Μήδεια Θησεῖ, καὶ φωραθεῖσα, ἔφυγεν εἰς τὸ μέρος τῆς Ἀσίας, ὃ νῦν Μηδία ἐξ αὐτῆς κχλεῖται, ἀνδρῴαν περιβαλοῦσα στολήν. (al. Cod. πύλην.) οὐχὶ ὁ Σποδεύνας, ὁ Ἀχιλλεὺς, ὁ ἐν σποδῷ καὶ πυρᾷ (πυρὶ corr. *Valck.*) ἐυναζόμενος παρὰ τῆς οἰκείας μητρὸς Θέτιδος, ὡς δηλοῖ Λυκόφρων. πάλιν οὐχ ὁ Ἀχιλλεὺς, ὁ Ἶνις καὶ ὁ υἱὸς τῆς Ἐμπούσας ἤτοι τῆς Θέτιδος. φάσμα γάρ τι ἡ ἔμπουσα νυκτερινὸν εἰς μυρίας μορφὰς ἀλλοιούμενον, ὥς φησι καὶ Φιλόστρατος. μετεβάλλετο δὲ καὶ ἡ Θέτις εἰς μυρίας μορφὰς, ὅτε μιγῆναι αὐτῇ ὁ Πηλεὺς ἔσπευδεν· ᾗ καὶ ἐμίγη σηπίας εἴδει. Πάλιν οὐχ ὁ Ἀχιλλεὺς ὁ Μόρος καὶ ὁ θάνατος τοῦ Βούτα καὶ τοῦ βουκόλου ἢ τοῦ Ἀλεξάνδρου, τοῦ Τεύκρου καὶ τοῦ Τρωὸς, τοῦ Τεκνώματας τῆς κυνὸς, ἢ τοῦ υἱοῦ τῆς Ἑκάβης. Τοῦτο δὲ λέγει, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ ναὸς, ὃν κατεσκεύασεν ὁ ἀνὴρ τῆς Μηδείας, οὐχ ὁ Ἀχιλλεὺς, ὁ τοιόςδε καὶ τοῖος, ἀλλ' ὁ Ἰάσων· δύο γὰρ Θεσσαλοὺς ἄνδρας ἔσχεν ἡ Μήδεια, τὸν Ἰάσονα ἐν Θετταλίᾳ καὶ τὸν Ἀχιλλέα ἐν ταῖς νήσοις τῶν μακάρων. — Πότε δ' ἐμὲ ἔτευξεν ὁ Ἰάσων; Ἦμος καὶ ἡνίκα ἔσυρε (in al. cod. εὗρε. *Valcken.* ἔψανδρα latere putat, cujus explicatio vel ab *Holobolo* vel a librario omissa sit.) καὶ ἔρραισε καὶ ἔφθειρεν ἡ Μήδεια τὸν Οὖρον καὶ τὸν ὁρμητικὸν, Γυιόχαλκον καὶ χάλκεον ἄνδρα, τὸν Τάλων κωλύοντα

τοῦ· Ἀργοναύτας διελθεῖν (f. προσελθεῖν), ὃς ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ περιώδευε τὴν Κρήτην νῆσον καὶ ἐφύλαττεν· ὃν Μόρησε (Cod. μόρου) καὶ μετὰ μόρου καὶ κακοπαθείας ὁ Ἥφαιστος ἐκεκτήνατο, ὁ Ἀπάτωρ· ἐκ γὰρ τῆς Ἥρας μόνης ἐγεννήθη· ὥς φησιν Ἡσίοδος ἐν τῇ Θεογονίᾳ, ἣ καὶ ἔῤῥιψεν αὐτὸν ὡς ἐπώδυνον ἄχθος. ὁ Δίσευνος, ὁ δύο γυναῖκας ἔχων, τὴν Ἀφροδίτην καὶ τὴν Χάριν. Ἐμὸν δὲ Τεῦγμα, καὶ τὴν ἐμὴν κατασκευὴν, ἰδὼν ὁ Φιλοκτήτης, ὁ Κτάντας καὶ ὁ φονεὺς, τοῦ Θεοκρίτου ἢ τοῦ Ἀλεξάνδρου, τοῦ τὰς θεὰς κρίναντος (Cod. κρίνοντες)· ὁ Καύτης καὶ ὁ ἐνταφιαστὴς, τοῦ Τρισσοπέρου Ἡρακλέους (Cod. κλέους). γνώριμοι αὗται αἱ ἱστορίαι ἐν τῷ Λυκόφρονι. Καὶ τί ἐποίησεν, Ἄιξε καὶ ὥρμησεν, Ἀνεύξας (Cod. ἀνεύξας) καὶ κράξας· ἤτοι ἐμὲ ὕμνησε καὶ ἐδόξασεν ἰδὼν ὁ Φιλοκτήτης· εἰς δὲ ἀντίχαιρειν (οὕτω γὰρ τιμῶσι δαίμονες τοὺς τιμῶντας αὐτούς) Χάλεψε καὶ χαλεπῶς ἔτρωσε, Νιν καὶ αὐτὸν, ἐν Ἰῷ καὶ φαρμάκῳ, ὁ Σύργαστρος ἢ ὁ ὄφις ὁ τῇ γαστρὶ συρόμενος ὁ Ἐχίδης τὸ γῆρας· νεάζει γὰρ ὁ ὄφις τῇ τῆς παλαιᾶς λεβηρίδος ἀποβολῇ. Τοῦτον δ' Ἐλιννύοντα καὶ βραδύνοντα

tur. Ea ſe a Medeae viro, non Achille, ſed Jaſone exſtructam eſſe ait, poſtquam Medea Talum, Cretae cuſtodem, peremiſſet. Hanc aram cum Philoctetes vidiſſet, eum a vipera vulneratum eſſe. Eundem vulnere laborantem, ab Ulyſſe et Diomede ad bellum Trojanum conficiendum reductum eſſe. Jam vide, quomodo *Canterus*, *Auratum* ſecutus, haec acceperit, qui, ut Troili hiſtoriam inde eliceret, plurima, quae integerrima ſunt, mutare neceſſe habuit. Has conjecturas ut iterum recoquam, nemo ſanus poſtulabit. Qui tamen magni hujus viri aberrationes cognoſcere voluerit, ipſum *Canteri* librum, ſive *Theocritum* Heinſianum adeat. Eundem cum *Cantero* errorem erravit *Scaliger*, cujus duas conjecturas infra commemorabimus. — V. 1. εἶμ' ἄρσενος. Editt. vett. εἶμ' ἀρσενὸς Cod. Vat. Hoc *Salmaſius* in ἡμάρσενος mutavit, *ſemiviram*, ſive *ſemimaſculam* viraginem interpretatus. Noſtra lectio *Voſſii* debetur ingenio: εἱμάρσενος, *virili veſte indutae*, quandoquidem Medea, veneficio detecto, Theſeum fugiens, virili ſtola induta in Mediam fugit, unde Medicae ſtolae originem arceſſunt Grammatici. Vide *Euſtath.* ad Dionyſ. Perieg. 1017. p. 276. Ad στύτας Gloſſa interl. Cod. Voſſ. γυναικός. καὶ τῆς Μηδείας. Vide *Interpp. Heſychii* in στύτα. γυνή. — V. 2. πόσσις et δίσσαβος. edd. vett. Gloſſ. interl. ἀνὴρ Θεσσαλὸς ὁ Ἰάσων. *Philetas Cous* Coas mulieres, quae Meropes ſunt, (vid. ad *Meleagr.* Ep. XI.) Θεσσαλὰς vocavit, (vide Heſych. v. Θεσσαλαί) quod Coi incolae originem ex Theſſalia putabantur ducere. — δίσαβος. De Jaſonis juventute ipſi Medeae artibus reſtituta bene interpretatur *Holobolus*. *Scholiaſtes Euripid.* in Argum. Medeae: Φερεκύδης δὲ καὶ Σιμωνίδης φασὶν, ὡς ἡ Μήδεια ἀνεψήσασα τὸν Ἰάσονα νέον ἐποίησε· περὶ δὲ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Αἴσονος ὁ τοὺς Νόστους ποιήσας φησὶν οὕτως· Αὐτίκα δ' Αἴσονα θῆκε φίλον (f. πάλιν) κόρον ἡβώοντα, Γῆρας ἀποξύσασ' εἰδυίῃσι πραπίδεσσι, Φάρμακα πόλλ' ἕψουσα ἐπὶ χρυσέοισι (l. ἕψουσ' ἐνὶ χρυσείοισι)

[redacted]

μένοι. Ad hanc hiſtoriam mox v. 5. ſpectat epitheton Medeae ἔψανδρα. — V. 3. in vett. editt. abeſt τεῦξ' οὐ. Sic diſerte ſcriptum in Cod. Vat. Male *Salmaſ.* οὐ emendavit. De hujus loci ſententia, in qua declaranda fruſtra ſudavit *Salmaſius*, et quae ne *Voſſio* quidem, hic ab *Holobolo* deſtituto, perſpicua fuit, praeclare meritus eſt *Valcken.* in Diatr. p. 130. pro χρόνας κίνας, una literula inſerta, χρ. δ' κίνας ſcribens. Quo facto, ſenſus evadit hic: Jaſon me exſtruxit, non Achilles, Thetidis filius, *ſed Chryſes Minervae amator*, Jaſon, qui hoc Altare in honorem deae ſibi longe cariſſimae conſtruxit.— Ad βούτα gloſſa interl. Ἀλεξάνδρου. ad Ἐμπούσας, Θέτιδος. — V. 5 εὖσ' ἄνδρα. Vett. editt. quod *Salmaſ.* emendavit ex Cod. Vat. in quo ἐψ' ἄνδρα legi ait. In noſtro apogr. junctim habetur ἔψανδρα. In his explicandis mire a vero aberravit *Salmaſius.* — V. 6. θῦνον ἔῤῥαισεν Cod. Vat. et in marg. ἔῤῥαμεν. θῦνεν corrigebat *Salmaſ.* de Achille interpretatus. De Talo, qui οὖρος, *cuſtos*, vocaba-

[redacted]

T. I. p. 200. ed. Bip. — καύτας. Rogum Herculis incendit Philoctetes. Vid. *Munkerum* in Hygin. F. XXXVI. — V. 12. αἶξεν ἀναύξας. Vulgo. θώυξεν ἀνιύξας Vat Cod. In alio Cod. Voss. αἶξεν ἀνεύξας. *Salmasio* αἶν' (αἰνῶς) ἰύξας legenti ita obtemperavit *Vossius*, ut legeret ἄιξεν αἶν' ἰύξας. *exsiluit graviter vociferans.* — V. 13. – 18. *Brunckius* edidit, ut leguntur in Cod. Bibl. reg. cum hac sola varietate, quod ἄγαγε scriptum pro ἄγαγον. — V. 14. σύγγαστρος. Vat. Cod. ἐκδὺς γῆρας, quod in editis est et in membranis, *Salmasius* mutavit in ἐκδύγηρας, metri causa, ut ait. Sed metrum etiam in vulgata salvum et sartum est. Quidni enim spondeus in tertia sede versus jambici locum habeat? Attigit hunc vers., ubi de serpentibus, ineunte vere deponentibus senectutem, egit *Reines.* in Var. Lectt. p. 398. — V. 15. τόνδ' ἐλινεῦντ' editt. vett. τὸν δ' ἀεὶ λινεῦντ' Cod. Vat. εἰλινεῦντ' dedit *Salmas.* ἐλλινεῦντ' *Br.* invenit in Cod reg. Haec forma, sed in ἐλληνύει depravata, superest ap. *Hesychium*, qui ἑορτάζει, παύεται, ἀργεῖ interpretatur. *Hunc*, Philoctetem, *in insula Lemno commorantem*, *inde abduxit Ulysses cum Diomede.* ἀμφικλύστῳ. *Sophocl.* in Philoct. init. ἀκτὴ μὲν ἥδε τῆς περιῤῥύτου χθονὸς Λήμνου. — V. 17. ἶνίς τ' ἀνδρόβροτος ἰνοραίσταν. Vat. Cod. In alio Vossii Cod. erat ἴννις τ' ἀνδροβρῶτος ἰλιοῤῥαίστας. Haec sic corrigenda putabat *Jos. Scaliger:* εἶνίς τ' ἀνδροβρῶτος ἰλλοραίστας. Ulysses, qui Polyphemi oculum laesit. ἴλλους, ἤγουν τοὺς ὀφθαλμούς. Ingeniosam hanc conjecturam metrum vitiare, *Valckenarius* monuit. Versus bini paene ultimi (15. 16.) versus sunt jambici dimetri hypercatalectici; postremi duo ejusdem generis trimetri. Hos versus *Valck.* sic constituit, ut in Cod. reg. leguntur. In verbis ἶνις — ἰλιοραίστας continetur circumscriptio Diomedis, *filii viriveri*, Tydei, *Trojae vastatoris.* Tydei flagitium, quo Minervae iram commeruit, satis notum. Vide *Apollodor.* III. 7. p. 212. ubi vide *Heyn. Euripid.* in Meleagro fr. XVIII.

εἰς ἀνδροβρῶτας ἡδονὰς ἀφίξεται Κάρηνα Τυδεὺς γένυσι Μελανίππου σπάσας. Ulyſſes Diomedi patris facinora exprobrans in deperdita *Sophoclis* Tragoedia in *Villoiſ.* Anecdotis T. II. p. 94. dixit: οὐδ' ὡς πρὸ Θηβῶν ὠμοβρὼς (ſic lego pro ὠμοβρωτως) ἐδαίσατο Τὸν Ἀστάκειον παῖδα διὰ κάρα τεμών. — V. 18. ἦρ' ἀρδίων. *Voſſius Holoboli* Scholiis adſcripſerat haec: ἦρα hic plurale eſt, ut ſaepe, pro χάριν. Itaque ἦρ' ἀρδίων hic eſt χάριν ἀρδίων. Comparavit *Valcken.* p. 130. *Callimach.* fragm. XLI. ἦρα φιλοξενίης, pro ἕνεκα ſive χάριν φιλοξενίης, *propter hoſpitalitatem.* — τρίπορθον. Ter expugnatum Ilium, primum ab Hercule, deinde ab Amazonibus, denique a Graecis. Vide *Reineſium* in Var. Lectt. I. p. 78. Non omittendum, quod *Salmaſius* negavit hanc Aram *Doſiadae* eſſe; quod miraberis, cum Codd. eam *Doſiadae* manifeſto tribuant. Ratiunculae, quibus ſententiam ſuam confirmare conatus eſt, nituntur falſa v. 5. interpretatione. Quo errore diſſipato,

[redacted]

„telligitur. — Ex hoc opere non ſolum Elegia apud „*Stobaeum*, ſed reliqua etiam, quae ex Phanocle laudan„tur, ſumta videntur. *Plutarch.* Sympoſ. IV. 5. p. 671. B. „οἱ δὲ παιδικὰ τοῦ Διονύσου Ἄδωνιν γεγονέναι. καὶ Φανοκλῆς, „ἐρωτικὸς ἀνὴρ, ὧδέ πως πεποίηκεν·

„Εἴδαις θεῖον Ἄδωνιν ὀρειφοίτης Διόνυσος
„Ἥρπασεν, ἠγαθέην Κύπριν ἐποιχόμενος.

„*Hieronymus* Chron. p. 17. *Ob raptum Ganymedis Troi*, „*patri Ganymedis, et Tantalo bellum exortum eſt, ut ſcri*„*bit Phanocles poëta.* ubi vide *Joſ. Scaligerum*. *Hierony*„*mum* deſcripſit *Oroſius* I. 12. Quorum uterque feſti„nanter inſpectus eſt a *N. Heinſio* ad Ovid. Met. X. 83.“ Haec ille. De interitu Orphei varia narrantur ap. *Hygin.* Fab. Aſtron. II. 7. *Eratoſthenem* c. XXIV. Eum a Maenadibus discerptum fuiſſe, vulgaris fert opinio. Vide Not. ad *Apollodor.* I. 3. 3. p. 34. *Phanocles*, quod Orpheus Thraces puerilem amorem primus docuerit, Biſtonides mulieres hoc facinus in eum commiſiſſe narrat. Metricam verſionem hujus elegiae, quam *Flor. Chriſtiani* manu emendatam habebat, *Barthius* inſeruit Notis in *Claudian.* de R. Proſ. II. 19. p. 905. — V. 1. ἢ ὡς. Videtur *Phanocles* in eadem elegia de aliis amoribus egiſſe; nunc ad Orphei amorem in Calaïn procedit. Θρηΐκιον vulgo. Hoc ex Cod. Pariſino emendavit *Valckenar.* qui v. 1. — 8. protulit in Diatr. c. XIX. p. 199. C. — ἐκ θυμοῦ. *toto pectore*. Similia, hoc loco non omiſſo, laudat *Valcken.* ad *Theocrit.* Eid. II. 61. p. 52. — Βορηϊάδην. Boreae filius, Orphei aequalis, unus Argonautarum. *Burmannus*, cum Argonautarum catalogum contexeret, *Phanoclis* memor non erat. — V. 4. Saepe Orpheus amores ſuos in umbroſis lucis cantabat; at ne ſic quidem animum ſuum tranquillum potuit reddere. ἡσυχίη. Amores rogat *Aſclepiades* Ep. XIII. τοῦθ', ὅ τι μοι λοιπὸν ψυχῆς τὸ τοῦτό γ' ἔχειν πρὸς θεῶν ἡσυχίην ἄφετε. Comparat *Ruhnken.* *Homer.* Od. υ. 23. τῷ δὲ μάλ' ἐν πείσῃ κραδίη μένε τετληυῖα. τὸ

[redacted]

V. 5. Pro μελεδῶνες Codd. Leidensis et Paris. μελεδῶναι. — ὑπὸ ψυχῇ. *Theocrit.* Eid. XI. 15. ἔχθιστον ἔχων ὑποκάρδιον ἕλκος. Quod expressit *Nonnus* in Dion. X. 287. ἀμφιέπων ὑποκάρδιον ἰὸν ἐρώτων. XV. 243. καὶ νέος ἀμφιέπων ὑποκάρδιον ἕλκος ἐρώτων. — Cod. Leidens. δερκομένου. quod ut elegantius praefert *Valckenar.* μελεδῶνες δερκομένου Κάλαϊν ἀεὶ αὐτὸν ἔτρυχον. — V. 8. εὐμάκη. Sic *Trincav.* et *Gesn.* Codex Leidens. εὐήκη. quod secutus est *Leopard.* in Em. IV. 4. et *Valcken.* Sqq. *Ruhnkenius* comparat cum *Ovid.* Metam. X. 83. *Ille etiam Thracum populis fuit auctor, amorem In teneros transferre mares: citraque juventam Aetatis breve ver et primos carpere flores.* — Pro πρῶτον *Brunck.* πρῶτος legit. — V. 11. In fine versus αὐτὴν est ex *Gesneri* emendatione pro ὑπαί, a Cod. Paris. confirmata. — Huc facit *Lucian.* T. III. p. 109. 45. ὅτε τὸν Ὀρφέα διεσπάσαντο αἱ Θρᾷτται, φασὶ, τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ σὺν τῇ λύρᾳ εἰς τὸν Ἕβρον ἐμπεσοῦσαν, ἐμβληθῆναι εἰς τὸν μέλανα πόντον, καὶ ἐπιπλεῖν γε τὴν κεφαλὴν τῇ λύρᾳ, τὴν μὲν [redacted]

„Quod moneo, ne quis cum *Brunckio* νῆσον scribat.“ *Rubnken.* — V. 19. τύμβου. *Lucian.* l. c. lyram in Apollinis templo dedicatam esse ait. Alii eam ad Terpandrum fuisse delatam narrabant. Vide *Nicomachum Gerasenum* ap. *Fabric.* in Bibl. Gr. Tom. I. p. 294. sq. ed. Harl. ἀναύδους πέτρας, rupes sensu privatas, κωφὰς, intelligit. *rigidi silices*, ap. *Ovid.* l. c. 45. qui saepe Orphei vocem secuti erant. — V. 20. φόρτον στυγνὸν ἔκυθεν. Ed. Trinc. Hoc emendavit *Gesnerus*; qui et πικρὸν invenit, ut est in Cod. Leid. Φόρκου ὕδωρ. *mare* interpretatur *Grotius*. Cf. *Homer.* Od. α. 72. Qui deus hic Φόρκος vocatur, idem ap. alios Φόρκυς est, monente *Brunckio*, quem vide ad *Apollon. Rhod.* IV. 828. p. 169. — V. 22. κοιδοτάτη. Erant, qui in Antissaea regione, ibi enim Orphei caput sepultum esse ferunt, luscinias suavius canere dicerent. Vide *Antig. Caryst.* c. V. p. 9. et quae ibi notavit doctissimus *Niclas.* — ¶. 415.] V. 23. ἀρήϊα vulgo. ἀρήϊοι Cod. Leidens. et alius ap. *Gesnerum.* — V. 24. *Leopardus* Em. IV. 4. καὶ πάντων legit, improbante *Rubnkenio*, qui comparat Od. Σ. 347. ὄφρ' ἔτι μᾶλλον δύη ἄχος κραδίην Λαερτιάδην Ὀδυσῆα. — V. 26. φόνου. Cod. Paris. πόνου. — V. 27. στίζουσι. *Rubnken.* correxit τίνουσι. quod verum videtur. Inepta enim et vix toleranda in tam eleganti poëta repetitio ἃς ἀλόχους ἔστιζον et στίζουσι γυναῖκας. Binorum distichorum sententiam contraxit *Plutarch.* de S. N. V. p. 52. ed. *Wyttenb.* οὐδὲ γὰρ Θρᾷκας ἐπαινοῦμεν, ὅτι στίζουσιν ἄχρι νῦν, τιμωροῦντες τῷ Ὀρφεῖ, τὰς αὐτῶν γυναῖκας. Ad quem locum *Wyttenbachius* de illo apud Thracas more egit p. 67. Conf. etiam *Salmas.* ad Solin. p. 28. C. ubi *Phanoclis* distichon excitatur.

II. Habetur ap. *Clement. Alex.* Strom. VI. p. 750. Δημοσθένους εἰπόντος, Πᾶσι γὰρ ἡμῖν ὁ θάνατος ὀφείλεται καὶ τὰ ἑξῆς, ὁ Φανοκλῆς ἐν Ἔρωσιν ἢ Καλοῖς γράφει· Ἀλλά τοι — —. In fine v. 1. non legitur ap. *Clementem* τιν', sed πῇ, et

[redacted]

hanc lectionem ut veram tuetur *Wakefield.* in Sylva crit. Tom. III. p. 117.

NICAENETI SAMII EPIGRAMMATA.

¶. 416.] *I.* Cod. Vat. p. 183. Edidit *Wesseling* in Diss. Herod. p. 12. *Reiske* in Anth. p. 31. nr. 475. Philetis quidam Heroinis Libycis ex frugum primitiis sacra facit. De hoc carmine quid *Wesselingius* monuerit, videre non contigit. In schedis meis notavi, nescio unde, eum Χαρίτων ὄρος emendasse. — V. 1. Cod. Ἡρῶισσαι et ὄρος ἄκριτον. *Salmasius* hoc interpretatus est per μέγα. τὸν Ἄτλαντα. *Reiskius* de montium catena explicat. Jam constat, res densas, confertas, magno numero sese subsequentes, vocari ἀκρίτους. μῦθοι ἄκριτοι. ἀναρίθμητοι. [redacted]

τεῖον ἀπὸ χρυσέων θυσάνων ἀμαρύσσετο φέγγος. Hinc explicanda αἰγὶς θυσανόεσσα, quae Interpretes tantopere exercuit. Epitheton inventum ab iis, qui Jovem caprina pelle armaverant, qualis conſpicitur in gemma ap. *Winkelmann.* Monim. ined. Tab. I. nr. 1. propagatum eſt ad ea tempora, quibus pelli caprinae ſcutum ſucceſſerat. Pro αἶτε *Toupius* αἶγα legit; nihil opus. — V. 4. Cod. χλωροὺς ἀ. κ. στεφάνους. Apud *Toupium* invenio ξηρούς, fortaſſe ex *Weſſelingii* apographo. Vera eſt Cod. lectio. *Ovid.* de Vertumno Metam. L. XIV. 645. *Tempora saepe gerens foeno religata VIRENTI.* Idem deus ap. *Propertium* L. IV. El. II. 25. *Da falcem et torto frontem mihi comprime foeno, Jurabis noſtra gramina ſecta manu.* Juncea corona inſtructam pinxerat Samum inſulam artifex ap. *Philoſtr. Jun.* Im. I. p. 863. Ejusmodi corona etiam puellae Babyloniae inſtructae proſtabant. *Herodot.* I. 199. p. 94. Vide *Weſſel.* — V. 5. ὡς ἀπό. *Reisk.* et *Toup.* — Mox haereo in verbis – ἀλλὰ καὶ οὕτως, quae tum locum habere videntur, ubi quis dona, quae offert, extenuat. — V. 6. ἡρώισσαι. Cod. — Λιβύων ἀκτινότιδες. *Apollon. Rhod.* L. IV. 1309. ἀλλά σφεας ἐλέηραν ἀμηχανίῃ μινύθοντας Ἡρῶσσαι Λιβύης τιμήοροι. *Callimach.* Fragm. CXXVI. p. 492. δέσποιναι Λιβύης ἡρωΐδες, αἳ Νασαμώνων αὖλιν καὶ δολιχὰς θῖνας ἐπιβλέπετε, μητέρα μοι ζώουσαν ὀφέλλετε.

II. Anth. Plan. p. 328. St. 467. W. In Mercurium figlino opere, qualia antiquiſſima erant deorum ſimulacra, poſtquam *Dibutades Corinthius primus terra et argilla ſimilitudines fingere invenit, Plin.* H. N. XXXV. 12. ὀστράκινα καὶ πήλινα ἀγάλματα vocat *Artemidor.* in Onir. II. 44. Vide *Triller.* Obſſ. p. 328. ſqq. Recenſum ejusmodi ſignorum, quae quidem a veteribus commemorantur, inſtituit *Winkelm.* in Hiſt. Art. p. 11. — V. 1. male interpretatur *Brodaeus.* Ἑρμῆς ἐν ποσὶ γήϊνος, cujus pedes e terra ſunt facti. Vide *Heyn.* in Comment.

hanc lectionem ut veram tuetur *Wakefield.* in Sylva crit. Tom. III. p. 117.

NICAENETI SAMII
EPIGRAMMATA.

¶. 416.] *I.* Cod. Vat. p. 183. Edidit *Wesseling* in Diss. Herod. p. 12. *Reiske* in Anth. p. 31. nr. 475. Philetis quidam Heroinis Libycis ex frugum primitiis sacra facit. De hoc carmine quid *Wesselingius* monuerit, videre non contigit. In schedis meis notavi, nescio unde, eum Χαρίτων ὄρος emendasse. — V. 1. Cod. Ἡρώισσαι et ὄρος ἄκριτον. *Salmasius* hoc interpretatus est per μέγα. τὸν Ἄτλαντα. *Reiskius* de montium catena explicat. Jam constat, res densas, confertas, magno numero sese subsequentes, vocari ἀκρίτους. μῦθοι ἄκριτοι. ἀναρίθμητοι.

[redacted]

τοῖον ἀπὸ χρυσέων θυσάνων ἀμαρύσσετο φέγγος. Hinc explicanda *αἰγὶς θυσανόεσσα*, quae Interpretes tantopere exercuit. Epitheton inventum ab iis, qui Jovem caprina pelle armaverant, qualis conſpicitur in gemma ap. *Winkelmann.* Monim. ined. Tab. I. nr. 1. propagatum eſt ad ea tempora, quibus pelli caprinae ſcutum ſucceſſerat. Pro *αἶτε Toupius αἶγε* legit; nihil opus. — V. 4. Cod. *χλωροὺς ἰ. κ. στεφάνους.* Apud *Toupium* invenio *ξηροὺς*, fortaſſe ex *Weſſelingii* apographo. Vera eſt Cod. lectio. *Ovid.* de Vertumno Metam. L. XIV. 645. *Tempora ſaepe gerens foeno religata VIRENTI.* Idem deus ap. *Propertium* L. IV. El. II. 25. *Da falcem et torto frontem mihi comprime foeno, Jurabis noſtra gramina ſecta manu.* Juncea corona inſtructam pinxerat Samum inſulam artifex ap. *Philoſtr. Jun.* Im. I. p. 863. Ejusmodi corona etiam puellae Babyloniae inſtructae proſtabant. *Herodot.* I. 199. p. 94. Vide *Weſſel.* — V. 5. *ὡς ἀπό. Reisk.* et *Toup.* — Mox haereo in verbis — *ἀλλὰ καὶ οὕτως*, quae tum locum habere videntur, ubi quis dona, quae offert, extenuat. — V. 6. *ἡρωΐσσαι.* Cod. — *Λιβύων δεσπότιδες. Apollon. Rhod.* L. IV. 1309. *ἀλλά σφέας ἐλέηραν ἀμηχανίῃ μινύθοντας Ἡρῷσσαι Λιβύης τιμήοροι. Callimach.* Fragm. CXXVI. p. 492. *δέσποιναι Λιβύης ἡρωΐδες, αἳ Νασαμώνων Αὖλιν καὶ δολιχὰς θῖνας ἐπιβλέπετε, Μητέρα μοι ζώουσαν ὀφέλλετε.*

II. Anth. Plan. p. 328. St. 467. W. In Mercurium figlino opere, qualia antiquiſſima erant deorum ſimulacra, poſtquam *Dibutades Corinthius primus terra et argilla ſimilitudines fingere invenit, Plin.* H. N. XXXV. 12. *ὀστράκινα καὶ πήλινα ἀγάλματα* vocat *Artemidor.* in Onir. II. 44. Vide *Triller.* Obſſ. p. 328. ſqq. Recenſum ejusmodi ſignorum, quae quidem a veteribus commemorantur, inſtituit *Winkelm.* in Hiſt. Art. p. 11. — V. 1. male interpretatur *Brodaeus.* *Ἑρμῆς ἐν ποσὶ γήϊνος*, cujus pedes e terra ſunt facti. Vide *Heyn.* in Comment.

Soc. Reg. X. p. 84. Quid autem? Nonne vis oppositionis postulat, ut legamus:

ὕψοθεν ὀστράκινόν με — —

praesertim cum αὐτόθεν commodam interpretationem non admittat. — V. 2. ἀψῖδος κύκλος est τροχός. Τὸν δὲ τροχὸν γαίης τε καμίνου τ' ἔκγονον Marathonem invenisse, ait *Critias* ap. *Athen.* L. I. p. 28. C. *Xenarchus* apud eund. II. p. 64. patinam vocat τροχήλατον κόρην, tanquam *rotae filiam*, ubi vide, quae collegit *Casaubon.* p. 133. *Tibull.* L. II. 3. 48. *Fictaque Cumana lubrica terra rota.* — V. 4. ὦ ξένε vulgo. δύσμορον ἐργασίην *Brodaeus deformem* interpretatur. Male. Est *miser, sudoris plenus et tamen contemtus labor.*

III. Servavit *Athen.* L. XV. p. 673. B. unde relatum est in Planudeae Append. p. 523. St. *23. W. Epulas in agro celebrandas describit poëta. — V. 3. χαμεύνα. Epulantes ap. *Theocrit.* Eid. VII. 132. ἔν τε βαθείαις ἁδείας

[redacted]

δὲ ποιήσας τὸ εἰς Κρατῖνον ἐπίγραμμά φησι· οἶνός τοι .... *Casaubonus* vetusti Cod. orae haec reperiebat adscripta: τοῦτο δὲ Δημητρίου τοῦ Ἁλικαρνασσέως φασὶν εἶναι. Eidem *Demetrio* tribuit *Zenobius* in Prov. VI. 22. p. 159. ubi prius distichon habetur. *Suidas* Tom. III. p. 526. ὕδωρ δὲ πίνων καλὸν οὐ τέκοις ἔπος. τοῦτο ἐξ ἐπιγράμματος εἶναι μέρος, οἱ μὲν Ἀσκληπιάδου, οἱ δὲ Θεαιτήτου φασίν. Cf. *Michaël. Apostol.* Prov. XIX. 78. qui eadem habet, nisi quod ex *Zenobio* χρηστὸν οὐδὲν ἂν τέκῃς legit. Cum igitur quatuor auctoribus tribuatur, vere ἄδηλον est. — In v. 1. valde discrepant veteres. μέγας πέλει ἵππος. *Plan.* πέλει μέγας ἵππος. *Athen.* Οἶνος τοῦ χάριέν τι φέρειν ταχὺς ἵππος ἀοιδῶν. *Zenob.* *Brunckii* lectio, quae his omnibus elegantior est, manavit ex Cod. Vat. et jamdudum probata fuit assensu *Bentleji* ad *Horat.* I. Ep. XIX. 1. 2. *Prisco si credis, Maecenas docte, Cratino, Nulla placere diu nec vivere carmina possunt, Quae scribuntur aquae potoribus.* — ταχὺς ἵππος. Hinc sumsit *Antip. Sidon.* Ep. I. πίνωμεν· καὶ γὰρ δὴ ἐτήτυμον εἰς ὁδὸν ἵππος Οἶνος, ἐπεὶ πεζοῖς ἀτραπὸς εἰς Ἀΐδην. Similia quaedam de vino, hoc loco inprimis commemorato, collegit *Gatacker.* in Adv. Misc. Posth. c. XV. p. 557. — V. 2. καλὸν οὐ τέκοις ἔπος. *Plan. Suid.* χρηστὸν οὐδὲν ἂν τέκοις sive τέκῃς. *Athen. Zenob.* et *Toupius*, qui haec protulit in Addend. ad Theocr. p. 407. Aquae potores haud raro ut inepti et frigidi homines a poëtis traducuntur. *Amphis* ap. *Athen.* L. II. p. 44. A. ἔνιοι ὕδωρ πίνοντές εἰσ' ἀβέλτεροι. *Antip. Thess.* Ep. XLV. σήμερον Ἀρχιλόχοιο καὶ ἄρσενος ἦμαρ Ὁμήρου Σπένδομεν· ὁ κρητὴρ οὐ δέχεθ' ὑδροπότας. ubi vide not. — V. 3. τοῦτ' ἔλεγεν. Vat. Nostrum est in Planud. — ἔπινεν. Vat. — Nihil notius *Cratini* bibacitate, quem *Aristophanes* periisse ait, moerore consumtum, quod vini cadum vidisset fractum, in Pace v. 701. Exsecrationem Cleonis ap. eundem in Equit. 399. Εἴ σε μὴ μισῶ, γενοίμην ἐν Κρατίνου κώδιον — ad illius poëtae vinolentiam

[redacted]

ſpectare, monuit *Schol.* — Pro ὀδωδὼς, quod habetur in Flor. et Ald. pr. ὄδωδεν legit Ald. ſec. ὄδωδε Aſcenſ. et fil. Aldi. ὄδωδεν *Steph.* qui tamen ὀδωδὼς praeferendum cenſet. Cod. Fabricii: ὀδωδὼς πίθου. Vat. ὀδώδει. Vide *Rhodigin.* L. XXVIII. 35. — V. 5. τοὶ γὰρ ὑπὸ στεφάνοις μέγας ἔβρυεν, εἶχε δὲ κισσῷ. Planud. et Vat. In hac lectione μέγας ortum videtur ex μέγαρον ſive μέγαρα, cui δόμους ſubſtituit *Athenaeus*, ap. quem *Br.* lectiones habentur. — In verſus fine κιττῶν *Athen.* habet, quod *Caſaub.* mutavit in κιττῷ. — V. 6. ὥσπερ καί. Vat. et Plan. Pro κεκροκωμένον, in quo Planud. Athen. et Vat. Cod. conſpirant, *Caſaubonus* malebat κεκρικωμένον, *quaſi* κρίκῳ *ſive annulo tempora cinctum.* Hanc conjecturam, quam amplexus eſt *Heuſingerus* ad *Plutarch.* de Puer. Ed. p. 55. merito infelicem judicat *Bentlejus*, qui ſenſum ſic explicat: Cratino, quemadmodum Bacchi ſtatuis, ob perpetuam geſtationem coronae hederaceae frontem colore croci infectam fuiſſe. Certe hederae nigrae, qua olim

[redacted]

V. Cod. Vat. p. 287. „Exſtat in Planudea p. 249. „St. 361. W. valde corruptum. Biton hic, ut veriſimile „eſt, perierat in oſtio Strymonis fluvii, haud procul „Amphipoli, ubi ſepultus fuerat. Ab ea urbe longo ſa- „tis intervallo diſtabat Torone, naufragi patria, quo „nuntiare jubet tumulus Bitonis fatum. Emendationem „cl. Reiskio debeo." *Brunck.* — V. 2. λειπὼν εἰς αὐτὴν ἐ. 'Α. Planud. et Cod. Vat. — V. 4. Στρυμονίης ἐρίφων. Plan. et Vat. — Pro πανευδίῃ Cod. Vat. πανευδίῃ.

VI. Hos verſus, quos ſervavit *Parthenius* Erot. c. XI. *Brunckius* exhibet emendatos ad mentem *Iſ. Voſſii* ad Melam L. I. c. 16. p. 81. Verba *Parthenii* haec ſunt: Νικαίνετός φησι τὸν Καῦνον ἐρασθέντα τῆς ἀδελφῆς, ὡς οὐκ ἔληγε τοῦ πάθους, ἀπολιπεῖν τὴν οἰκίαν, καὶ ὁδεύσαντα πόῤῥω τῆς οἰκείας χώρας, πόλιν τε κτίσαι, καὶ τοὺς ἀπεσκεδασμένους τότε Ἴωνας ἐνοικίσαι· λέγει δὲ ἔπεσι τοῖςδε· Αὐτὰρ .... Longe aliter hanc fabulam narraverat *Nicander* Ἑτεροιουμένων libro ſec. unde eam ſervavit *Antonin. Liber.* c. XXX. Conf. etiam *Schol. Theocriti* Eid. VII. 115. ubi vulgo Δαῦνος pro Καῦνος legitur; quod dudum emendavit *Berkelius.* — V. 1. De Mileto Cauni patre agitur. Hunc verſum reſpexiſſe videtur *Stephan. Byz.* v. Οἰκοῦς. πόλις Καρίας. τὸ ἐθνικὸν Οἰκούσιος. καὶ Οἰκουσία. καὶ Οἰκούσιον ἄστυ. Pro Καλαινοῦς ante *Voſſium* in editis fuit καλαινέις. Mileti conjugem alii aliter appellant. *Antonino* vocatur Idothea Euryti filia; *Ovidio* Metam. IX. 450. Cyanee, Maeandri fil. *Scholiaſtae Theocriti* Aria; quo nomine *Schol. Apoll. Rhod.* I. 186. Mileti matrem appellat. — V. 4. Vulgo δ' ἐραδαλῆς. Emendavit *Voſſius.* Cf. *Intpp. Heſychii* voc. ῥαδαλόν. — V. 6. Vulgo corruptiſſime: βῆ δὲ φερένδιος. Eleganter emendavit *Voſſius:* βῆ δ' ἐπ' ἔραν Δίας. Dia fuit Cariae urbs ſecundum *Steph. Byz.* Sed hoc me male habet, quod cauſa, cur Caunus fugam capeſſiverit, indicatur nulla. Quare olim putabam legendum eſſe: βῆ δ' ὅγ' ἄφαρ δέννους φεύγων. *hominum vituperationem fu-*

giens. Sed nec hoc satis bene procedit; nec versus vitium sic plane tollitur, cum, ut nuper monuit doctissimus *Heyne* p. 31. Cypri insulae mentio ab hoc loco aliena sit, Cauno per medias terras fugiente. Quare ille suspicatur ὀφιώδεα Κάπρον. Sed vide, an *Nicaenetus* scripserit:

βῆ δ' ἐπ' ἔραν Δίας, φεύγων φρικώδεα Κύπριν,

quae lenissima mutatio commodum sensum praestat. *Nicaenetum* ante oculos habuisse videtur *Ovid.* Metam. IX. 632. *patriam fugit ille nefasque, Inque peregrina ponit nova moenia terra.* Eum Byblis sequitur: *Quibus illa relictis Caras et armiferos Lelegas, Lyciamque pererrat, Jam Cragon et Lymiren, Xanthique reliquerat undas.* — V. 7. Vulgo καὶ Κάπρος. De Crago Lyciae octo verticibus insigni vide *Strab.* L. XIV. p. 665. — Pro Κάρεια Καρῶν suspicatur *Heyne*, Calbin fluvium intelligi putans. — V. 9. αὐτῇ vulgo. Doctissimus *Legrand* suspicabatur αὐτοκασιγνήτη — οἶκτον *Brunck.* dedit cum edi-

[redacted]

ALEXANDRI AETOLI
FRAGMENTA.

¶. 418.] *I.* Cod. Vat. p. 172. Ἀλεξάνδρου Μαγνήτου. Planud. p. 432. St. 566. W. gentile non addidit *Alexandri* nomini. Tres fratres, venator, auceps et piſcator, Pani artis ſuae inſtrumenta dedicant. — V. 2. ἐκ βυθίων. Plan. et Vat. — V. 4. „ἰδρῖτα ab ἰδρίτης, idem quod „ἴδρις. Vide *Suidam* in ἴδριας. Sic etiam legitur in Vat. „Cod. Male in Planudea ἰδρυτὰ, quod *Brodaeo* vitii „ſuſpectum non fuit." *Brunck.* Vide *Toup.* in Cur. nov. p. 224. Cauſam reddit poëta, cur venatores et piſcatores ſimul eum colant. — καὶ Planudeae editt. veteres plane omittunt; Aſcenſ. κἂν inſeruit. — Totum hunc verſum Vat. Cod. ſic habet, ut *Suidas.* — V. 5. τῷ δ' ἀπό. Vat.

II. Planud. p. 325. St. 464. W. Hoc Epigramma in Venerem armatam ſcriptum eſſe, ut lemma indicat, ex ipſis poëtae verbis effici nequit. Quod enim Veneris ſtatuam Palladis manibus factam ait, operis praeſtantiam indicat. Scribendum autem cum *Heynio* in Comment. Soc. Reg. X. p. 106. αὐτὰ, ut *Aldus* in ſuo cod. repe- rit. Una tamen Aldina ſec. hanc lectionem in contextu exhibet. Argutius *ipſa* Minerva, priſtinae irae et aemulationis oblita, Venerem finxiſſe dicitur. ἀπηκριβώσατο. de labore accurato et eleganti. *Ariſtaen.* L. I. XI. p. 29. ἰδοὺ κάλλος ἀπηκριβωμένον τῇ φύσει. Vide *Erneſtum* in Lex. Technol. Rhet. v. ἀπακριβόω.

III. Cod. Vat. p. 319. Ἀλεξάνδρου. ζτ. ὅτι ἐσφαλται καὶ ἔστιν ἀδιανόητον. Edidit *Salmaſ.* ad Solin. p. 580. *Holſten.* ad Steph. Byz. p. 92. *Jenſius* nr. 129. *Reiskius* in Anth. p. 166. nr. 780. Peſſime corruptum et ſine auctoris nomine legitur ap. *Plutarch.* de Exilio Tom. II. p. 599. Alcman poëta ſe felicem praedicat, quod non

[redacted]

Sardibus, fed Spartae nutritus fuerit. Vide ad *Leonidae Tar.* Ep. LXXX. — V. 1. Σάρδιαι (a pr. man.) ἀρχαίαι Cod. Vat. ἀρχαῖαι *Jenf.* ἀρχαῖος *Plut.* Alcmanis majores igitur Sardibus vixerant; an ipfe *Alcman* in eadem urbe natus fuerit, ex his verbis confici non poteft. — V. 2. κέλσας ἢ τις ἀνὴρ μακέλλας. *Plutarch.* κέρνας ἦν τις ἂν ἢ μακέλας. Cod. Vat. Hae lectiones variis conjecturis locum dederunt. *Salmafius:* κελλὰς ἦν τις ἂν ἢ βακέλας, *monoculus effem aut caftratus.* Prius docte defendit *Visconti* V. cl. in Mufeo Pio-Clement. T. III. p. 14. not. c. ubi plures commemorat imagines facerdotum Ifidis altero oculo minore et lufco. *Perfius* Sat. V. 186. *Hinc grandes Galli et cum fiftro lufca facerdos Incuffere deos.* *Urfinus* in Fragm. Lyric. κέλμις ἢ τις ἀνὴρ βακέλας. At fic tautologia exoritur vix tolerabilis. De κέλμις vide *Zenob.* Prov. IV. 80. p. 104. ibique *Schottum.* Praeclare vidit *Reiskius*, pro κέρνας legendum effe χέρνας· fed in βακέλας, emendatione ab aliis occupata, ut erat

[redacted]

tarch. nec *Urfinus* hanc lectionem mutavit. Sinceriorem Cod. fcripturam dedit *Salmaf.* et *Heringa*, qui hoc diftichon laudat in Mifcell. Obff. Nov. III. 2. p. 930. — V. 6. „*Gyges* primam vulgo producit. Alexander tamen „Aetolus, ut in his fane peregrinis nominibus major „eft licentia, priorem in Γύγης corripuit: Θῆκαν Δασκύλεω „μείζονα καὶ Γύγεω. Ita nunc fertur et ap. Plutarchum et „Holftenium Δασκύλεω. Mendofe tamen, nifi auctori er„rorem potius quam librario impingas. Quippe Dafcy„lus five Dafcyles Gygis pater non tyrannus erat, fed „privatus. Aut fcripfit aut fcripfiffe debuit: Θῆκαν Καν„δαύλεω μείζονα καὶ Γύγεω. De Candaule et Gyge tyran„nis nota eft hiftoria.“ Haec *Bentlejus* fcripfit ad *Horat.* II. Carm. XVII. p. 132. Dafcylus, quem *Herodotus* commemorat L. I. 8. non tyrannus quidem, fed tamen ex primoribus Lydiae viris fuiffe videtur; quamvis non ignoro, fuiffe, qui Gygem paftorem dicerent. Vide *Valefii* Emendatt. II. 25. p. 78. Sed hi aliam traditionem fecuti funt. Quare doctam hanc lectionem follicitandam non puto. — Pro Δασκύλεω Vat. Cod. ἐνεκύλεω habet; τῷ υ fuperfcriptum eft ω. — Pro μείζονα *Plutarch.* et *Urfin.* κρείσσονα.

¶. 419.] *IV. Macrob.* Saturn. L. V. 22. *Alexander Aetolus, poëta egregius, in libro, qui infcribitur Mufae, refert, quanto ftudio populus Ephefius dedicato templo Dianae curaverit praemiis propofitis, ut, qui tunc erant poëtae ingeniofiffimi, in deam carmina diverfa componerent. In his verfibus Opis non comes Dianae,* [ut ap. Virgil. Aen. IX. 532.] *fed Diana ipfa vocata eft. Loquitur autem, ut dixi, de populo Ephefio:* ἀλλ' ὄγε . . . . — V. 1. Quum Ephefii Timotheum, Therfandri filium, propter citharae et cantus fcientiam a Graecis in fummo honore haberi comperiffent, hunc virum mille ficlorum aureorum mercede permoverunt, ut Dianam carminibus celebraret. *Timotheus*, Milefius, is eft, qui chorda-

[redacted]

rum in cithara numerum auxisse fertur ap. *Pausan.* L. III. 12. p. 237. cum quo conf. quae ex *Artemone* protulit *Athen.* L. XIV. p. 636. E. et quae collegit *Fabricius* in Bibl. Gr. T. II. p. 158. ed. *Harl.* — πάγχυ in πάγχυ mutandum esse, monuit *Brunck.* Γραικοῖσι pro Ἕλλησιν. ut *Callimach.* Fragm. CIV. et CLX. Vide *Stephan. Byz.* in Γραικοί. et *Hesych.* v. — V. 2. κιθάρης ἴδμονα. Epigr. ἀδέσπ. DXXXVIII. Πάτρα Μίλητος τίκτει τὸν Μούσαισι ποθεινὸν Τιμόθεον, κιθάρας δεξιὸν ἡνίοχον. — V. 3. ἤνεσεν et versu sq. ἱερὴν χιλιάδα legit *Macrob.* Hinc *Salmasius*, qui hos versus laudat ad Solin. p. 572. D. correxit: ποτήνεσεν ἀνέρι σίγλων Χρ. ἱερὴν τῶν τότε χιλιάδα. *mille Siglorum aureorum mercede, quales tum in usu.* Dubito, an verbum προσαινέω hic locum habeat, aut omnino eo sensu usurpetur, quem *Salmasius* ei tribuit. *Brunckius* ἤνυσεν tentat, interpretatione addita: *Dono M siclorum ab hoc viro impetravit, ut celebraret.* Sed hoc sensu media voce utuntur Graeci: ἠνύσατο. Fortasse fuit:

[redacted]

vocans ad *Scaligerum* in Manil. V. 632. — Κεγχρειῶν. Nomen Κεγχρέαι pluribus urbibus commune fuit. Vide *Steph. Byz.* p. 373. *Strabo* L. VIII. p. 376. Hoc loco Cenchreas Corinthiacas significari, puto ex loco *Pausan.* II. 2. p. 114. τὴν δὲ ἐς Κεγχρείας ἰόντων ἐξ ἰσθμοῦ ναὸς Ἀρτέμιδος καὶ ξόανον ἀρχαῖον. — V. 7. ἄκλεα ἔργα. *Macr.*

V. „Servavit hoc fragmentum Parthenius Erot. „c. XIV. unde descriptum typothetae datum est. Inter „corrigendas schedas e prelo missas subitaria opera quae„dam admodum corrupte scripta emendavi, non recor„datus felicem medicinam horum versuûm quibusdam „adhibuisse *Pierson.* ad Moerin p. 194." *Brunck.* Fabula de Antheo, quem Phobii, Milesiorum regis, conjux, cum ad amorem non potuisset pellicere, dolo interemit, per vaticinium effertur. Hinc apparet, *Alexandrum* in hoc carmine Apollinem loquentem induxisse. — V. 1. Νηληϊάδαο corrigendum esse, monuit *Brunck.* Erat Phobius ex familia Nelei illius, qui, Athenis relictis, cum Ionum colonia in Asiam venerat, ibique Miletum condiderat. *Aelian.* V. H. VIII. 5. Alii Νειλεὺς, alii Νηλεὺς scribunt. Vide *Perizon.* l. c. et *Davis.* ad Maxim. Tyr. XXXV. 7. p. 175. ed. *Reisk.* — V. 3. ἄλοχος. quam Cleobaeam nonnulli, alii Philaechmam appellabant, secundum *Parthenium.* — ἧς ἔτι νύμφης. quae cum paulo ante nupsisset Phobio. νύμφη· ἡ νεωστὶ γαμηθεῖσα. *Hesych.* νύμφαι· — αἱ νεόγαμοι κόραι. Idem. Vide *Spanhem.* ad Callim. H. in Apoll. 90. p. 140. — V. 4. ἠλάκατ' pro ἠλάκατα· pluralis pro singulari, ut ap. *Homerum* passim, Odyss. η. 105. λέπτ' ἠλάκατα στρωφῶσα. ζ. 53. ἠλάκατα στρωφῶσι ἁλιπόρφυρα. καλὸν pro καλῶς. — V. 5. Ἀσσησοῦ βασιλῆος. Assesus urbs agri Milesiaci. Vide *Steph. Byz.* Hinc Minerva Assesia ap. *Herodotum* L. I. 19. p. 9. ubi vide *Wesseling.* qui se non decernere ait, in hoc *Alexandri Aetoli* versu Ἀσσησοῦ viri an oppidi nomen sit. — V. 8. „Scr. Πειρήνης. notus fons in Corinthi arce. Actaeo-

[redacted]

„nis et patris Melissi historiam habent Schol. Apollon. „Rhod. IV. 1210. Diodor. Sic. in Excerpt. T. II. „p. 548. Maxim. Tyr. Diss. XXIV. p. 283. Plutarch. „Amator. narr. p. 772." *Brunck.* Ap. *Galeum* Μελίσσῳ Πετρήνῃ (pro Cod. lectione Πετρήνης), et mox θελήσει μέγαν υἱὸν legitur. *Valesius* ad Diodor. Sic. l. c. corrigit: οὐδὲ Μελίσσου Πειρήνης υἱοῦντ' ἃ. ὁ. θελήσει. Melius *Davisius*, qui nihil nisi Πειρήνης et θαλλήσει emendandum esse vidit. — Haec de Melissi filio, Actaeone, cujus mors Corinthiis libertatem a Bacchiadarum dominatione peperit, per digressionem inseruntur. — ἀλφεσίβοιαν ὕδωρ. ut ap. *Aeschyl.* in Suppl. 862. — V. 11. Ἄνθεος. Haec cum quinto versu arcte cohaerent. — Antheo conspecto, Phobii conjux, velut exsternata, amore inflammabitur. λιθέλευστος ἔρως, gravissimis poenis dignus, ut λιθόλευστος ἄρης ap. *Sophocl.* Aj. 254. λιθοβλητός. *Suid.* *Callimach.* Ep. IV. ψυχὴ — ἡ λιθέλευστος. — V. 13. Vulgo καθαψα-

[redacted]

μιστα τελέσαι, auribus a librario accepta, facile locum dabant depravationi in ἀτέλεστα κομίσαι. Sic *Heynio* quoque scribendum videbatur in nova *Parthenii* editione p. 39. Idem tamen in pentametro nihil mutat. — V. 15. »Scribe: καὶ ἅλα ξυνιῶνα τραπέζης. Hoc ex ipso »Parthenio manifestum est: ποτὲ δὲ Δία ξένιον καὶ κοινὴν »τράπεζαν προϊσχόμενος. Heliodor. Aeth. VI. p. 265. ἀλλὰ »πρὸς ξενίων καὶ φιλίων θεῶν· πρὸς ἁλῶν καὶ τραπέζης, ὧν, ὡς »οἶμαι, φιλανθρώπων ἐν ἡμετέρου πεπείρασθε.« *Brunck.* Adde *Plutarch.* T. II. p. 295. C. ἀπῆγεν οἴκαδε καὶ μεταδοὺς ἁλῶν καὶ τραπέζης. Fuit proverbialis dicendi ratio ἅλα καὶ τράπεζαν μὴ παραβαίνειν, quam attigit *Gatacker* in Misc. Adv. Posth. c. XLIII. p. 890. Hanc *Schottus* ad *Zenob.* Cent. I. 62. p. 20. e Pythagoreo praecepto fluxisse putat; mihi autem *Archilochus* ejus auctor fuisse videtur. *Dio Chrysost.* Or. LXXIV. T. II. p. 401. ed. *Reisk.* τὸν Ἀρχίλοχον οὐδὲν ὤνησαν οἱ ἅλες καὶ ἡ τράπεζα πρὸς τὴν ὁμολογίαν τῶν γάμων, ὥν φησιν αὐτός. — V. 16. Haec derivata videntur ex *Euripidis* Hippol. v. 653. ubi Phaedrae privignus se lustrationibus egere putat, quod nutricis, nefanda postulantis, verba audiverit: ἃ 'γὼ ῥυτοῖς ναμοῖσιν ἐξομόρξομαι, Εἰς ὦτα κλύζων· ubi vide similia a *Valckenario* collecta. Hunc locum laudavit etiam doctiss. *Legrand.* — ¶. 420.] V. 17. γάμον. ut *nuptiae* ap. Latinos de concubitu. Vide *Muncker.* ad *Anton. Liber.* c. I. p. 8. ed. Verh. — Mulier, ubi se contemtam viderit, iram et dolorem pectore premens, dolo Antheum perdere conabitur. — V. 21. »Melius Pierson νεῖον ἀνελκόμενος, quia »minus recedit a vulgato. Dein nulla literarum muta»tione διὰ μὲν καλὸν ἤειραν οὖσον. Ego sensui magis, quam »literarum ductibus intentus, multo meliorem, si sen»tentiam et sermonis proprietatem spectes, excogitavi »lectionem, licet altera probabiliorem speciem prae se »ferat. Nam οὖσον funis est nauticus, quo navis ad litus »ligatur, aliis πρυμνήσιον. Praeter Lycophronem, qui

[redacted]

„rara quaeque vocabula et a ceterorum usu remota con„sectatur, neminem novi, qui οὖσον adhibuerit, quod, „etiamsi magis esset tritum, nescio tamen an funi, quo „situla in puteum demittitur et attrahitur, aptari posset. „Tum epitheto καλὸν huic funi tributo quid ineptius „esse potest? Hic non significat *pulchrum*, sed notare „debet *bonum*, *usui aptum*, quod re ipsa falsi arguitur: „talis enim ruptus non fuisset. τῷ ὄγκῳ τὸν κάλον διέῤῥηξε, „gravitate funem disrupit, quod de aurea situla non „mirum. Penes eruditos judicium esto." *Brunck.* Vulgo legitur νῦν ἔγ' ἀνελκόμενος —. Prius vocabulum praeclare mutatum a *Piersono* in νεῖον, cujus nec reliquas emendationes improbasse videtur *Ruhnken.* in Auct. Em. ad Hesych. p. 804. ubi γαυλὸν ab eruditissimo *Moeridis* interprete minus apposite per *mulctram* explicari monet. In *Brunckii* lectionibus vix dubites quin κάλον vera sit et genuina *Alexandri* manus; sed ὄγκῳ longius abit a vulgato νοῦσον. Scribendum videtur:

[redacted]

cundissimus fores. — V. 26. „Scribe Νηλεΐδαο δώμας. „Barbarum est, quod ex Galei Parthenio dedi. A Νη„λεὺς, Νηλέως, patronymica sunt, Νηλεΐδης, Νηληΐδης, Νη„ληϊάδης. In scriptura patronymicorum mendosi sunt „fere ubique libri. Videndus Eustathius ad primum „Iliadis versum.“ *Brunck.* — V. 27. Antheus insidias sibi strui non animadvertens, vestem, matris suae opus, deposuit. Λελεγήϊον. i. e. *vestem Milesiam.* Miletus enim, in iis regionibus condita, ubi primum Leleges habitaverant, ipsa Λελεγηΐς dicta, ut ex *Didymi* Symposiaco docet *Stephan. Byz.* v. Μίλητος. — Mirum nomen, quod Anthei matri poëta tribuit, Ἑλλαμένη. Suspiceris Ἀλκαμένης, quamvis in talibus omnis conjectura lubrica est. *Legrand* ἑσσαμένης conjicit. — V. 30. λιρά. Usus est hoc vocabulo *Callimach.* Fr. CCXXIX. λῖρος ἐγώ· τί δέ σοι τόνδ' ἐπέθηκα φόβον; *Hesych.* λιρά. ἀναιδῆ. λιρός. ἀναίσχυντος. ἀναιδής. θρασύς. Vide *Arnald.* Lectt. Gr. p. 90. Idem vocabulum mihi persuadeo olim lectum fuisse in *Aeschyli* Eumen. 169. ubi vulgatur: κἀμοί γε λυπρὸς καὶ τὸν οὐκ ἐκλύσεται. Correxerim: κἂν ᾖ γε λιρὸς, αὐτὸν οὐκ ἐκλύσεται. *Quamvis sit impudentia et audacia plenus, illum tamen mihi non eripiet.* — V. 33. Vulgo ὀγκώσει legitur; neque mutandum erat hoc verbum, sed potius in praecedente versu vulneris sedes quaerenda. Scripserim equidem:

καὶ τόδε μὲν ξείνων πολλὸν ἀποτμοτάτῳ
ἠρίον ὀγκώσει τὸ μεμορμένον.

et hunc tumulum illa hospitum infelicissimo exstruet. *Euphorion* Ep. II. ἡ κενεὴ χθὼν Ὠγκώθην Δρυόπων διψάσιν ἐν βοτάναις. *Eurip.* in Ione 388. ὡς, εἰ μὲν οὐκέτ' ἔστιν, ὀγκωθῇ τάφῳ. — *Legrand* tentavit ἠρίον οἱ χώσει τὸ πεπρωμένον. *Heynius:* καὶ τότε μὲν ξείνων πολλὸν ἀποτμότατον Ἠρίον ὀγκώσει μεμορημένον. *Tum eum tumulus affabre factus premet.*

[redacted]

Insigne *Alexandri Aetoli* fragmentum, sed mire depravatum, exstat ap. *Athenaeum* L. XV. p. 699. C. quod cum omnibus vitiis describam:

Ὡς Ἀγαθοκλεῖος λάσιαι φρένες ἤλασαν ἔξω
  Πατρίδος, ἀρχαίων ἦν ὅδ᾽ ἀνὴρ προγόνων·
Εἰδὼς ἐκ νεότητος ἀεὶ ξείνοισιν ὁμιλεῖν,
  Ξεῖνος, Μιμνέρμου δεῖ σε πόσα κερνίων,
Παιδομανεῖ σὺν ἔρωτι πότην ἴσον ἔγραφε δ᾽ ὢν
  Ηρεῦς παρ᾽ Ὁμηρείην ἀγλαΐην ἀκέων,
Πισσυγγάσῃ φωρῶσαν κειδέας ἤ τινα χλεύην
  Φλοιῶν ἀθήρῃ σὺν κακοδαιμονίῃ,
Τοῖα Συρηκοσίοις καὶ ἔχων χάριν, ὡς καὶ Βοιωτοὺς
  Ἔκλυεν Εὐβοίῃ τέρψεται οὐδ᾽ ὀλίγον.

In hoc fragmento quaedam divinitus restituit *Casaubonus*, judicante etiam *Valckenario* in Diatr. p. 279. B. C. quaedam probabiliter; nonnulla plane non attigit. Tentavit hic ingenium *Westonus* in Hermesianacte

[redacted]

παιδομανὴς, δυσέρως τέ ποτ᾽ ἦν· ἴσον ἔγραφε δ᾽ ἁνὴρ
τοῖς παρ᾽ Ὁμηρείην ἀγλαΐην ἐπέων
παίγμασι στρωφῶσιν μάλα ἥδεσιν — —

Hanc monſtroſe corrupti loci medicinam nemo facile violentam dixerit. Puerorum amator erat is, de quo hoc loco agitur, (παιδομανὴς, ut *Meleagr.* Ep. XLVIII. *Rufin.* Ep. XIV. οὐκέτι παιδομανὴς, ὡς πρίν ποτε) et ſemper amoribus irretitus; id enim eſt δυσέρως, ut paſſim monuimus. Quae ſequuntur, continent deſcriptionem parodiarum ſcriptoris. Verba ſic jungenda: ὁ ἀνὴρ ἔγραφεν ἴσον τοῖς παραστρωφῶσιν ἀγλαΐην Ὁμηρείην παίγμασι μάλα ἥδεσι. In parodiis cum aliorum poëtarum illuſtrium, tum etiam *Homeri*, ſed *Homeri* praecipue, verſus in alienum ſenſum detorquebantur, riſus captandi cauſa. Hoc *Alexander Aetolus* vocat παραστρωφᾷν τὴν Ὁμηρείην ἀγλαΐην ἐπέων, *ſplendorem carminum Homericorum detorquere*, et quidem παίγμασι μάλ᾽ ἥδεσι, *luſibus valde jucundis.* — Horum parodiarum auctorum ſcribendi genus ſecutus eſt Euboeus, ἴσον ἔγραφεν αὐτοῖς. — Proxima fortaſſe ſic corrigi debent:

οἵ τ᾽ ἀνὰ κλεινὴν
φλοίακ᾽ ἀθύρουσιν — —

Ad οἵ τε ex ſuperioribus repetendum τοῖς. *Et iis par erat, qui celebrem phlyacem ludunt.* — In reliquis caecutio, niſi forte ultimum diſtichon ſic fere conſtitui poteſt:

(τοῖα Συρηκοσίοις καλὰ χάρματα) ὃς δὲ Βοιωτοῦ
ἔκλυε, κ᾽ Εὐβοίῳ τέρψεται οὐκ ὀλίγον.

Alexandri Aetoli verſum laudat *Gellius* XV. 20. καὶ τωθάζειν οὐδὲ παρ᾽ οἶνον μεμαθηκώς. Quem, ubi de verbo τωθάζειν disputat, protulit *Rubnkenius* ad Tim. p. 261.

PHALAECI EPIGRAMMATA.

T. 421.] I. Cod. Vat. p. 608. Quatuor priores versus profert *Salmas.* ad Solin. p. 28. D. ubi νικῶ pro ἐνίκησε poni evincere studet. In Cod. tamen νικῶ, idque verum. Sic *Callimach.* Ep. XVII. 2. Quid huic Epigrammati occasionem dederit, non satis video. An in quatuor athletarum imagines conscriptum est? Loquuntur certe, si recte video, cursor, luctatur, pancratiastes et pugil. In fine tamen tres tantum victoriae commemorantur; quare *Brunckius* illud pro mutilo habuit. Fateor, me hoc carmen non satis intelligere. Κρὴς v. 3. nomen est proprium. Κρηθεύς. Plures hoc nomine occurrunt in fabulis. *Pausan.* IV. 2. p. 283. V. 8. p. 393. *Antimachus* ap. eund. VIII. 25. p. 650. Ἄδρηστος Ταλαοῦ υἱὸς Κρηθηϊάδαο. — V. 5. κλεινὸς ἢ ὅσπερ ἄμμιν. Vat. — V. 6. ἔμοιγ. Vulgaris significatio, quae tribuitur voculae

δέκα τάλαντα, *Plutarch.* T. II. p. 334. E. F. — V. 1. περισσὸν εἰκόνισμα, imago humana specie major. κωμῳδογέλως, κωμῳδιῶν ὑποκριτής, secundum *Brunckium.* Vox Lexicis addenda. Post hanc vocem, ante εἰς, haud scio an comma ponendum sit, ut verba εἰς θρίαμβον jungantur cum sequentibus: qui ad triumphi pompam hedera et coronis, i. e. corona hederacea cinctus est. — V. 4. ἔστασα. Vat. — V. 5. Junge: ἄγκειται μνᾶμα τοῦ χαρίεντος· πάντων, ὅσσα αὐτὸς (λαμπρὸς ἀνὴρ) ἔπραξεν ἐν λέσχῃ καὶ ἐν τῷ οἴνῳ. Hos versus autem passim interpolavit *Brunckius.* Nam v. 5. pro κατέπραξε Cod. habet καθύπερθε et v. 7. ἔν τ' οἴνῳ το..ε καί τι τοῖς —. Ad verba ἐν οἴνῳ καὶ λέσχᾳ facit distichon nescio cujus ap. Athen. L. I. p. 32. C. ἦ γὰρ ἔπος τόδ' ἀληθὲς, ὅτ' οὐ μόνον ὕδατος αἶσαν, Ἀλλά τι καὶ λέσχης οἶνος ἔχειν ἐθέλει.

III. Cod. Vat. p. 169. sq. Φαλαίκου. *Kusterus*, qui hoc Epigr. profert ad *Suidam* v. θίασος, auctorem Φίλαινον vocat. *Phalaeci* nomen gerit in Anth. *Reisk.* p. 16. nr. 444. Mulier, quae in Bacchi famulitio consenuerat, ornamenta et instrumenta orgiorum deo consecrat. — V. 1. *Suidas* excitat ad v. θίασος et ῥόμβον. Instrumenti, quod hoc versu describitur, significatio paulo obscurior. στρεπτὸς ῥόμβος tympanum rotundum esse videtur, quod Bacchae manibus tenentes crebro rotabant. *Photii* Lex. Msc. ῥόμβος, ὃ ἔχουσιν οἱ ἐπιθειάζοντες, ὡς τὸ τύμπανον. οὕτως Εὔπολις. Si tamen *Photius* eum *Eupolidis* locum significavit, quem laudat *Schol. Apoll. Rhod.* IV. 144. comicus non de tympano, sed de trochisco magico locutus est. De tympano videndus inprimis *Perizon.* ad Aelian. L. IX. 8. — μύωπα θιάσοιο Βασσαρικοῦ illud instrumentum vocat, quod Bacchas incitat et stimulat. *Lucret.* L. II. 619. *Tympana tenta tonant palmis — Et Phrygio stimulat numero cava tibia mentes.* *Aeschylus* ap. *Strabon.* X. p. 721. C. πίμπλησι μέλος, μανίας ἐπαγωγὸν ὁμοκλάν. — V. 2. ap. *Suidam* in ἀμφίδορον et ἀχαίνη. — ἀμφίδορον ha-

bet apogr. Lipſ. Noſtrum eſt in Vat. et ap. *Suid.* — σκύλος temere in σκύλον mutavit *Kuſter.* Tom. I. p. 150. Vide *Salmaſ.* qui hoc diſtichon laudat ad Solin. p. 607. F. et *Toup.* in Cur. Sec. p. 159. *Brunckius* in Lect. p. 99. improbat lectionem, quam, a Cod. fide recedens, in Analectis dedit: καὶ σκύτος κ. τ. ἀχαιίνης. σκύλος. τὸ δέρμα. τὸ ἔνδυμα. *Schol.* ad *Nicandr.* Alex. 270. *Callimach.* ap. Suid. T. II. p. 279. τὸ δὲ σκύλος ἀνδρὶ καλύπτρη γιγνόμενον νιφετοῦ. Haec *Toupius* laudavit, ubi in noſtro verſu partem vulgatae tuetur, partem temere impugnat. ἀρτιδόρου, quod reponendum cenſet, ineptum eſt. ἀμφίδορος. πανταχόθεν περιέχουσα, πανταχόθεν δεδαρμένη. *Suid.* *pellis tota cum capite pedibusque, ita ut Baccham totam ambiret,* ut doctiſſimus editor explicuit. ἀχαιίναι· νεβρῶν ἐλάφων ἡλικία. *Heſych.* Fuſe de hoc vocabulo disputavit *Salmaſ.* ad Solin. p. 156. ſq. cujus ſententiam amplexus eſt *Bocharus* in Hieroz. III. 24. Varias eruditorum explicationes recenſet *Geſner.* Hiſtor. An. in *Cervus.* A. De vellere

tiva et paucis mutatis. κροτάλων χειροτυπὴς πάταγος. *Meleager* Ep. LX. ἰαχήματα ῥόπτρων. *Noster.* τυμπάνων ἰάκχοις. *Euripid.* in Palam. ap. *Strabon.* l. c. p. 720. C. — χαλκόδετα κρόταλα, ut χαλκόδετοι κοτύλαι, id eſt κύμβαλα, *Aeſchyli* ap. *Athen.* XI. p. 479. C. χαλκόδετα ἔμβολα in *Eurip.* Phoen. 115. pro χάλκεα. χαλκοβαρὴς κρόταλον. *Antip. Theſſ.* Ep. LXX. κρόταλα χαλκοῦ. *Euripid.* Cycl. 204. Vulgo ἐνδὲκ' ἀχλάδων κρόταλα legitur. Quomodo alii hoc fragmentum tentaverint, vide ap. *Schneiderum* in Fragm. Pind. p. 51. ſq. — V. 4. *Suid.* in κωνοφόρον. unde *Reiskius* κωνοφόρον ſumſit pro Cod. lectione κωνοφόρον. Nihil opus eſt mutatione. Significatur thyrſus cum cono, qui ejus ſummitati impoſitus eſt. Vide *Salmaſ.* ad Solin. p. 379. A. ubi h. v. laudat, et Homonym. Iatr. p. 4. — Pro χλοερὸν Cod. Vat. χλοερῶν. Hoc jam in Apogr. emendatum fuit. — ¶. 422.] V. 5. *Kuſterus* pravam lectionem κορύφοιο, quam dedit T. II. p. 197. ex *Suida* v. βρόμον, emendavit T. II. p. 352. Pro τυπάνου Lexicographus τυμπάνου praebet. Vide *Interpp. Catulli* LXIII. 8. τὸ βαρὺ tympani ſtrepitui proprie tribuitur. *Dioscorid.* Ep. XI. τύμπανον — οὗ βαρὺ μυκήσαντος. — ἤδε φορηθέν. Vat. pro ἤδέ. — V. 6. μιτροδέτου κόμης. Bacchus cum turba ſua mitras gerit. μίτρα pro diademate nonnunquam uſurpari, monuit *Vulcanius* ad *Callim.* H. in Del. 166. Ut ornamentum muliebre cum κεκρυφάλῳ jungitur in *Ariſtoph.* Theſm. 264. — λίκνος. myſtica vannus Iacchi. Vide *Spanhem.* ad Callim. H. in Jov. 48. — V. 7. Cum in apogr. Lipſ. εὐάνθει ſit, *Reiskius* ſcripſit εὐάνθης. Servanda Cod. lectio. Ferendis quatiendisque thyrſis minus valens mulier, aetate provectior, in compotationibus tamen ſatis fortis, thyrſum cum poculis commutavit. — Pro μετημφίασεν, quod Cod. habet et *Kuſter.* apud *Reiskium* μεθημμφίεσατο reperitur.

IV. Cod. Vat. p. 310. Φλάκκου ἢ Φαλαίκου. quod *Salmaſius* allevit Planudeae p. 252. St. (365. W.) ubi

φασήλλου. Agriculturam navigationi praeferendam esse iis, qui vitam extendere velint. — V. 1. θαλάττια ἔργα. Vulgo. Sive omnino navigatio intelligitur, sive inprimis navigatio lucri causa suscepta. — ἐπιβάλλευ. Flor. et tres Aldinae. — ἐπεβάλλετ' Vat. — V. 4. εἰς omittit Ald. pr et Ascens. Idem color est in Ep. *Damaget.* VIII. χαλεπὸν γὰρ Ἀχαιϊκὸν ἄνδρα νοῆσαι Ἄλκιμον, εἰς πολιὰν ὅστις ἔμεινε τρίχα. Verbi ἰδεῖν repetitione offensus *Wakefield* in Sylv. crit. T. III. p. 191. versum secundum sic constituit: εἴ τι τοι ἡδὺ μακρῆς πείραθ' ἱκεῖν βιοτῆς. Malim vero equidem putare, ἰδεῖν in quarto versu depravatum esse, quippe ex priore pentametro huc traductum. Vide, an poëta scripserit:

εἰν ἁλὶ δ' οὔ πως
εὐμαρὲς εἰς πολιὴν ἄνδρας ἐλθεῖν κεφαλήν.

Difficile, virum, qui in mari tantum non habitat, vitam usque ad canos producere. Epigr. ἀδέσπ. DCLIII. οὐ μὲν

Fortaſſe Halcyonem ſignificavit; quam avem λυγρὴν vocat *Apollon. Rhod.* L. IV. 363. τηλόθι οἴη Λυγρῇσι κατὰ πόντον ἅμ' ἀλκυόνεσσι φορεῦμαι. Eadem propter lugubrem cantum paſſim in rebus triſtibus commemoratur. *Euſtath.* in Hyſm. et Hyſm. L. X. p. 449. τὴν γλῶσσαν ἀλκυόνες πολυπενθέστεραι, ἀηδόνος θρηνητικώτεραι. Conf. inprimis *Homer.* Il. ι. 559. — V. 7. 8. laudat *Salmaſ.* ad Solin. p. 733. B. et 787. D. — V. 8. πρόορον Vat.

Ex Tom. II. p. 525.] *VI.* Servavit *Athen.* L. X. p. 440. D. E. Cleo, vinoſa mulier, Baccho veſtimentum dedicat. — V. 1. Pro χρυσωτὸν *Toupius* in Cur. nov. p. 234. κροσσωτὸν corrigit, probante *Brunckio* in Lectt. p. 235. Veſtis κροσσωτὸς nihil differt a θυσανωτῷ, ſecundum *Pollucem* L. VII. 64. θύσανοι δὲ οἱ λεγόμενοι κροσσοί· ὅθεν καὶ τὰ θυσανωτὰ παρὰ Ξενοφῶντι. Idem locum poëtae profert: — παρθένος δ' εἶναι δοκεῖ φορῶν κροσσωτοὺς καὶ γυναικείαν στολήν. ubi tamen alios κροκωτοὺς ſcripſiſſe notat. In ſcena cómica juvenes ἐπίκληροι geſtabant λευκὴν κροσσωτήν. *Pollux* L. IV. 120. Lucullus ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἡγεῖτο, θώρακα μὲν ἔχων σιδηροῦν, φολιδωτὸν, ἀποστίλβοντα, κροσσωτὴν δὲ ἐφεστρίδα. *Plutarch.* V. Lucull. c. XXVIII. Hic fortaſſe veſtimentum intelligitur, cujus pars interior κροσσοῖς ſive *cirris* inſtructa fuit, ut Ταραντινίδια ſecundum *Heſychium* v. Vulgo autem veſtis genus notabat, de cujus ora vel limbo dependebant cirri, qualem deſcribit *Phaedrus* L. II. 5. *Cui tunica ab humeris linteo Peluſio Erat deſtricta cirris dependentibus.* Vide *Salmaſ.* ad Scr. Hiſt. Aug. Tom. I. p. 549. ad Solin. p. 131. E. Loca veterum de κροσσοῖς collegit *Cuperus* in Obſſ. I. p. 19. — V. 2. τῷδε Διονύσῳ. *Athen.* quod emendavit *Caſaub.* — V. 4. οὐδ' ἅμά πω. Vulgo. Emendavit *Toup.* οὐδαμά πω.

CALLIMACHI EPIGRAMMATA.

¶. 461.] I. Cod. Vat. p. 575. Verſus quatuor priores edidit *Salmaſ.* in Plin. p. 594. Totum *D. Heinſius* in Not. ad Horat. p. 18. (*Erneſt.* nr. XXX. p. 299.) De puero, formoſo illo quidem, ſed meritorio. — V. 1. ποίημα τὸ κυκλικόν. Haec verba neque *Salmaſius* in Plin. p. 601. F. G. neque *Anna Fabri* recte explicuit. Haec quidem cyclicum carmen eſſe ait, quod, poëta circa vilem patulumque orbem morante, vel minimas res obſcura diligentia perſequatur. Ille ſenſum in hunc modum interpretatur: Fontem, unde omnes aquentur, amicam, quae ſe omnibus proſtituat, viam publicam, quae calcetur ab omnibus, et carmen cyclicum, *quod omnium manibus teratur*, uno eodemque loco habenda eſſe. Sed hoc non voluit *Callimachus*: poëma, quod

[redacted]

Bentlej. Ep. XIX. Σιμώνη περίφοιτος. *Theogn.* v. 595. ἐχθαίρω δὲ γυναῖκα περίδρομον, ἄνδρα τε μάργον, Ὃς τὴν ἀλλοτρίην βούλετ' ἄρουραν ἀροῦν. — οὐκ ἀπὸ κρήνης πίνω. Hinc profecit *Propert.* II. 18. 51. *Cui fuit indocti fugienda haec semita vulgi, Ipsa petita lacu nunc mihi dulcis aqua.* quem vulgo non recte accipiunt. *Horat.* I. Epist. III. 10. *Titius — Pindarici fontis qui non expalluit haustus, Fastidire lacus et rivos ausus apertos.* *Theognis* v. 936. ἔστε μὲν αὐτὸς (i. e. μόνος) ἔπινον ἀπὸ κρήνης μελανύδρου, Ἡδύ τι μοι ἐδόκει καὶ καλὸν εἶμεν ὕδωρ. Νῦν δ' ἤδη τεθόλωται, ὕδωρ δ' ἀναμίσγεται ὕδει· Ἄλλης δὲ κρήνης πίομαι ἢ ποταμοῦ. — Pro σικχαίνω Cod. vitiose σικχάνω. De ipso verbo vide *Intpp. Hesych.* v. σικχαζόμενος. *Athenaeus* L. VI. p. 262. A. ὁ δύσκολος, ὅς ἐστιν δυσάρεστος ἢ σικχός. — V. 5. Λυσανία legendum esse, suspicatur *Anna Fabri;* recte, ut mihi quidem videtur. Est enim pueri nomen Λυσανίας. Vide *Wetsten.* ad N. T. I. p. 669. Legitur etiam hoc carmen inter Puerilia. — V. 6. τοῦτο. Vat. Cod. et sic plurima habent apogr. Vide *Philarg.* Em. in Menandr. p. 168. In nonnullis apogr. τόδε legitur, unde *Bentlejus* fecit ὧδε. Restituenda est Codicis lectio. Cum poëta clamasset ναιχὶ καλὸς, echo haec repetens dicere visa est ἔχει καλός. Hinc *Bentlejus* colligit, jam *Callimachi* aevo similem fuisse sonum τοῦ αι et τοῦ ε· nec multum differre poterat ει et ι. — ἔχειν τινὰ in re amatoria, ut *habere* mulierem. Nihil nobilius dicto Aristippi, ἔχω τὴν Λαΐδα, οὐκ ἔχομαι, ad quod vide quae notavit *Menag.* in *Diog. Laërt.* L. II. 75.

II. Cod. Vat. p. 576. Prius distichon habet *Schol. Theocr.* Eid. II. 147. εἰώθασι γὰρ οἱ ἐρῶντες ὑπὲρ τῶν ἀγαπωμένων πλείονας κυάθους ἐπιχεῖσθαι. Καλλίμαχος· Ἔχει . . . . Posterius distichon exhibet Planud. p. 485. St. 629. W. (*Ernest.* XXXI. p. 298.) Poëta a pincerna merum poscit, quod in Dioclis pueri honorem ebibat. Conf. *Meleagr.* Ep. XCVIII. — V. 1. Διοκλέες Cod. Vera lectio est in

Schol. *Theocrit* l. c. Aquam a poculo, tam formoso puero dicato, longe abesse jubet. Ἀχελῷος priore loco aquam, posteriore deum et personam significat. *Ernestus* hic profert correctionem *Casauboni* ex not. *mstis*, sed procul dubio vitiose descriptam: Ἔγχει καὶ τ' ὄνομ' εἰπὲ (voluit εἰπὲ) οὐδ' Ἀ. Τῶν ἱερῶν τούτων κ. κ. *Schol. Theocrit.* κεῖνου omittit. — V. 3. Haec, quasi excusans priora, addit, ne deus se neglectum et contemtum existimet. Quaedam apogr. pessime οὐ δέ τις. In genuina lectione conspirant Vat. et Planud. Callimachea cum *Tibullo* comparavit *Vulpius* L. IV. 13. 5. *Atque utinam possis uni mihi bella videri! Displiceas aliis! Sic ego tutus ero.* Hinc fortasse colorem duxit Auctor Ep. incert. XIV. εἰ δέ τις οὐ φήσει, μὴ πείθεο· ναὶ μά σε, δαῖμον, Ψεύδετ'· ἐγὼ δ' ὁ λέγων τἀτρεκὲς οἶδα μόνος.

III. Cod. Vat. p. 579. (*Ernest.* XXXII. p. 300.) Ad Cleonicum quendam, qui viso Euxitheo amore contabuit. — V. 1. Quaedam apogr. Κλεόνικε. — V. 2. οὐκ

Cleonicum pallidum macilentumque videt, eum in eadem Charybdi laborare auguratur. Adde, quod idem color est in Epigr. *Meleagri* XLII. — θευμορίη. θεοῦ μοῖρα. *Hesych.* θευμορίη νοῦσος est ap. *Apollon. Rhod.* L. III. 676. ubi Schol.: ἐκ θεῶν μεμοιραμένη νόσος. Philopatris inter Lucianea T. III. p. 585. ὦχρος δέ σευ εἷλε παρειάς. μή που τρικάρηνον τεθέασαι, ἢ Ἑκάτην ἐξ Ἅιδου ἐληλυθυῖαν; ἢ καί τινι θεῶν ἐκ προνοίας συνήντηκας; — Ceterum hunc versum respexit *Spanhem.* ad Hymn. in Cer. p. 787. — V. 5. με συνήρπασε. Vat. quod cum a nullo editorum notatum sit, a *Salmasio* inter describendum correctum esse videtur. — καὶ σὺ γὰρ ἐλθών. Vat. Emendatio debetur *Piersono* Veris. II. 9. p. 245. *Strato* Ep. VII. Εἶδον ἐγώ τινα παῖδα ἐπανθοπλοκοῦντα κόρυμβον Ἀντιπαρερχόμενος τὰ στεφανοπλόκια. Οὐδ' ἄτρωτα παρῆλθον. — V. 6. ἀμφοτέροις. Plene ὄμμασιν ἀμφοτέροις *Strato* Ep. XXXV. 4. Ellipsin attigit *Gisb. Koen.* ad Greg. p. 13.

¶. 462.] *IV.* Cod. Vat. p. 579. (*Ernest.* XLIII. p. 308.) Latine hoc Epigramma expressit *Quintus Catulus* ap. *Gellium* N. A. XIX. 9.

Aufugit mi animus: credo, ut solet, ad Theotimum
Devenit. Sic est. Perfugium illud habet.
Quid si non interdixem, ne illum fugitivum
Mitteret ad se intro, sed magis ejiceret?
Ibimu' quaesitum. Verum ne ipsi teneamur,
Formido. Quid ago? Da Venu' consilium.

Ad v. 1. confer *Theocrit.* Eid. XXIX. 5. τὸ γὰρ ἅμισυ τᾶς ζοίας ἔχω, ζῇ τὰν σὰν ἰδέαν, τὸ δὲ λοιπὸν ἀπώλετο. Cf. *Asclepiad.* Ep. XIII. — V. 2. Ἔρις. Cod. — ἀφανές. *abiit, evanuit.* ἄφαντον γίνεσθαι passim ap. *Euripidem* Orest. 1496. Helen. 588. Vide *Wetsten.* ad N. T. I. p. 827. Cadavera fluctibus submersa ἀφανέα vocat *Achill. Tat.* V. 14. p. 211. ubi Melitta, κενόν, εἶπεν, ἐγὼ μόνη πέπονθα, καὶ οἷον ἐπὶ τοῖς ἀφανέσι ποιοῦσι νεκροῖς, κενοτάφιον μὲν γὰρ

[redacted]

εἶδον, κενογάμιον δὲ οὔ. ubi miror neminem vidiſſe, legendum eſſe: καινὸν ἐγὼ μόνη πέπονθα. Eadem Melitta L.V. 26. p. 238. κατ' ἐμοῦ γὰρ πάντα καινά. — Poſt ᾤχετο ſunt qui interrogandi notam ponant. ἐκεῖνον apographa nonnulla in ἐκεῖνον corruperunt. — V. 4. ὑπέχεσθε νέοι. Vat. Apographo *Ruhnkenii* adſcriptum: ἐπέχεσθε h. καλδοντα ἐμπεσεῖν. *retinete.* Praeclara emendatio *Bentleji* ὑποδέχεσθε. — V. 5. Οὐκαὶ συνιφηεον. Vat. Apographa discrepant. *Bentlej.* conjecit οὐκ εἷς ἐς τὸν ἔφηβον, laudato *Philoſtrat.* Vit. Apoll. I. 6. qui proverbium eſſe docet, ποῖ τρέχεις; ἢ ἐπὶ τὸν ἔφηβον; Verum proprium hic nomen requiri *Scaliger* vidit, qui in Epiſtola ad Salmaſium οὐκ εἰς Κηφισσὸν corrigit. — ἡ λιθόλευστος. ſic Vat. non ὁ. Vide ad *Alexandr. Aetol.* V. 12. — V. 6. ὅτι που στρέφεται. Vat. Noſtrum debetur *Valckenario*, qui comparabat *Lucian.* T. I. p. 637. ἐπιστρέφονται γὰρ εἰς τοὔπίσω, ὥσπερ οἱ δυσέρωτες.

V. Cod. Vat. p. 586. (*Erneſt.* XLIV. p. 310.)

[redacted]

ψυχὴν κατασχόντες, ἐκμαίνουσιν εἰς ἀναισχυντίαν· ὁ μὲν καίων αὐτὴν τῷ συνήθει πυρὶ, ὁ δὲ τὸν οἶνον ὑπέκκαυμα φέρων· οἶνος γὰρ ἔρωτος τροφή. *Ruhnkenius* in Epist. crit. p. 175. cum v. 3. et 6. comparat *Eurip.* Augen ap. *Stob.* XVII. p. 164. νῦν δ' οἶνος ἐξέστησέ μ'· ὁμολογῶ δέ σε Ἀδικεῖν· τὸ δ' ἀδίκημ' ἐγένετ' οὐχ ἑκούσιον. Quibus senariis characterem Euripideum plane impressum mihi agnoscere videor, quamvis aliter statuebat *Joannes Pierson. Propert.* I. 3. 13. *Et quamvis duplici correptum ardore juberent, Hac Amor, hac Liber, durus uterque deus.* — In fine versus *Anna* αὐτὸν conjiciebat. Vulgatam tuetur *Bentlejus* ex Epigr. *Menandri* (Tom. I. p. 203.) χαῖρε Νεοκλείδα, δίδυμον γένος, ὧν ὁ μὲν ὑμῶν Πατρίδα δουλοσύνης ῥύσατο — —. Adde quod perpetuus *Callimachi* imitator sic locutus est, *Nonnus* in Dion. XVII. p. 470. 30. Πάντες ἐθωρήσσοντο μεμηνότες· ὧν ὁ μὲν αὐτῶν Μάρψας εὐπαλάμῳ βεβιημένον αὐχένα δεσμῷ. Attigit hunc idiotismum *Brunckius* in Not. ad Sophocl. Philoctet. 316. p. 486. — V. 5. ἐβόησα. Cod. Vat. Hoc *Bentlejus* in ἐνόησα mutatum voluit. Nostrum debetur sagacitati *Piersoni* in Veris. p. 86. *Suidas:* ἐκόησεν. ἐνόησεν. Ἰακῶς παρὰ Καλλιμάχῳ. Usus est hac voce in Hecale Fragm. LIII. ἡ δ' ἐκόησε Τοὔνεκεν Αἰγεὺς ἔσχε. Nostrum carmen fortasse obversabatur *Alciphroni* L. III. 67. p. 440. ubi auctor Epistolae, pulchra puella visa, οὕτως, ait, ἐξεκαύθην εἰς ἔρωτα, ὥστε με ἐπιλαθόμενον, οἷός εἰμι, προςδραμόντα ἐθέλειν κύσαι τὸ στόμα. — V. 6. τὴν ἱερὴν. Cod. Vat. quod *Bentlejus* in δειρὴν mutavit. Satis probabiliter. *Theognis* v. 259. ἔνθα μέσην παρὰ παῖδα λαβὼν ἀγκῶν' ἐφίλησα Δειρὴν, ἡ δὲ τέρεν φθέγγετ' ἀπὸ στόματος. *Philostrat.* Epist. XXVIII. p. 926. ἐνετειλάμην αὐτοῖς καὶ τὴν δειρήν σου φιλῆσαι. *Alciphron* L. I. 28. p. 114. σὺ δὲ ἐξαπιναίως ἀναστὰς ἐπειρῶ τὴν δέρην ἀνακλάσας κύσαι. ubi vide *Bergler.* Longe diversam tamen lectionem olim in hoc versu obtinuisse, apparet ex *Plutarcho*, apud quem hoc distichon legitur Tom. II. p. 455. B. ἀλλ' ἐφίλησα τὴν φι-

[redacted]

λην. Hinc *Toup.* Em. in Suid. P. III. p. 322. emendavit τὴν φλιήν. *Salmasio* hanc emendationem tribuit *Wyttenbach.* in Not. ad *Plutarch.* T. II. P. II. p. 858. Eandem unus ex Codd. doctissimi editoris confirmabat. *Theocrit.* Eid. XXIII. 18. ἀλλ' ἐλθὼν ἔκλαιε ποτὶ στυγνοῖσι μελάθροις Καὶ κύσε τὴν φλιήν. *Lucret.* IV. 1170. *At lacrymans exclusus amator limina saepe Floribus et sertis operit, postesque superbos Unguit Amaracino, et foribus miser oscula figit.*

VI. Cod. Vat. p. 590. Edidit *D. Heinsius* in Not. ad Horat. p. 35. (*Ernest.* Ep. XLVI. p. 312.) Amoris flammam, qua olim flagraverit, poëta nondum omnino exstinctam esse veritus, amicum, ne se amplecti velit, admonet. — V. 1. Sunt haec verba dubitantis, et, quid rei sit, cum timore quodam explorantis, ita ut, quo rem propius spectet, minus minusque sibi confidat. κεκρυμμένον πῦρ. Hinc *Meleager* Ep. LV. μή, πρὸς Διός, ὦ φιλόβουλε, Κινήσῃς τέφρῃ πῦρ ὑποθαλπόμενον. *Horat.* II. Carm.

[redacted]

„tur poëta Menexeno, ſe a puero quodam amplexibus „ſubdole labefactari et in amorem illici.“ Haec ille. Menexenus igitur non ipſe eſt puer ille, cujus amplexus poëta timet, ſed amicus quidam, cui rem narrat. οὗτος ὁ σιγέρπης autem puer eſt, *Callimachi* deliciae, quibus tribuit, quae Cupidini ſunt propria — *qui ſubit et tacita callidus arte nocet. Ovid.* I. Amor. I. 2. 6. *Quippe ubi nec cauſas nec apertos cernimus ictus, Unde tamen veniant tot mala, caeca via eſt. — Sic eſt incautum quidquid habetur Amor. Propert.* II. El. I. 75. 76. et 80. Commentarii inſtar eſt *Apollon. Rhod.* L. III. 280. ubi Amor καρπαλίμοισι λαθὼν ποσὶν οὐδὸν ἄμειψεν, Ὀξέα δενδίλλων· αὐτῷ ὑπὸ βαιὸς ἐλυσθεὶς Αἰσονίδῃ. — βάλῃ recte dedit *Heinſ.* Plurima apogr. βάλοι.

VII. Cod. Vat. p. 592. (*Erneſt.* XXXIV. p. 302.) Ad puerum Menippum, qui poëtae paupertatem exprobraverat. — V. 1. ὅτι μου. Cod. μοι Apographa. — τοὐμὸν ὄνειρον. Proverbium olere ſcribit doctiſſima *Anna.* Recte. Apud *Platonem* de Rep. VIII. p. 563. D. Socrate quaedam de libertatis abuſu exempla proferente, Glauco, τὸ ἐμόν γε, ait, ἐμοὶ λέγεις ὄναρ· αὐτὸς γὰρ εἰς ἀγρὸν πορευόμενος θαμὰ αὐτὸ πάσχω. *Suidas* v. τὸ σὸν ὄναρ σοὶ διηγούμενος· εἰ γὰρ ἐγώ σοι νῦν αὐτὸν γνωρίζω, πέπονθα τὸ τῆς παροιμίας· τὸ σὸν ὄναρ σοὶ διηγούμενος. — V. 3. „ἀλγέω „τὴν — Bentlejus κεφαλὴν ſubintelligebat, quod merito „exploſit *A. Fabri* (?), quae pro τὴν reponebat μέν. Cl. „Toup. in correctione Addendorum in Theocrit. ἀλγέω „τι. Emendationum omnium peſſima eſt ea, quae τὸν „pro τὴν reponit, quum illud nec expreſſum nec ſubau„diendum quid habeat, quocum conjungatur. Veriſſi„mum eſt quod dedi θὴν, ἐπιπολὺ, ſive παραπληρωματικὸν „eſt. Frequens hujus ſive adverbii ſive particulae Theo„crito uſus. Saepiſſime τ et θ permutantur. In ſq. Ep. 4. „Cod. καί σύ ποθ᾽ ἠράσθης.“ *Brunck.* — In verſ. ult. Cod. καὶ φίλε τὸν habet. Editiones τῶν. Senſit *Anna*, antitheſin

[redacted]

in his verbis minus accuratam esse; quare corrigit: καὶ, φίλε, καὶ παρὰ σοῦ —. At hoc languet. Fortasse melius: καὶ, φίλε παῖ, παρὰ σοῦ τοῦτ' ἀνιηρότατον. *Haec verba, quum ab aliis accipio, acerba, quum ex te audio, longe acerbissima mihi videntur.*

ℑ. 463.] *VIII.* Cod. Vat. p. 604. Primus edidit *Bentlejus* ex Cod. Oxoniensi. (*Ernest.* Ep. LVI. p. 324.) Jovem poeta rogat, ut puero, in amore sibi respondenti, propitius esse velit, si contra, infestus. — V. 1. τὸ καλὸν μελανεῦντα. subfuscum, ita tamen, ut fuscus color eum deceat. τὸ καλὸν pro καλῶς positum illustravit *Valcken.* ad *Theocrit.* Eid. III. 2. — In fine vers. ἐμάχθει Cod. Vat. quod probabiliter emendavit *Bentlejus*, ut apparet ex imitatione *Dionysii* Ep. IV. Tom. II. p. 254. et Ep. ἀδεσπ. XIII. — V. 3. εὐχαίτην. τὸν καλὸν κομήτην Ganymedem vocat *Lucian.* D. D. V. p. 16. — V. 4. [illegible] Vat. Cod. Sic saltem Gothanum apogr.

[redacted]

tribus Ald. et Afcenf. Quod ad fententiam attinet, haud fcio an reliquis praeiverit *Plato* in Conviv. p. 319. E. λέγουσιν οἱ πολλοὶ, ὅτι τῷ ὀμνύντι μόνῳ συγγνώμη παρὰ θεῶν ἐκβάντι τῶν ὅρκων· Ἀφροδίσιον γὰρ ὅρκον οὔ φασιν εἶναι. *Ariftaenet.* II. 20. p. 105. τοὺς δὲ ὅρκους αὐτοὶ φασὶ μὴ προσπελάζειν τοῖς ὠσὶ τῶν θεῶν. Nefcio quis ap. *Stobaeum* l. c. Ἀφροδίσιος ὅρκος οὐκ ἐμποίνιμος. *Tibull.* I. 4. 20. *Nec jurare time; Veneris perjuria venti Irrita per terras et freta fumma ferunt. Gratia magna Jovi; vetuit pater ipfe valere, Juraffet cupide quidquid ineptus amor.* Conf. III. 6. 47. fqq. Qui plura cupit de perjuriis amantium, adeat *Cafaubon.* ad Athen. p. 827. 19. *Gatacker.* Adv. Mifc. pofth. c. X. p. 527. D. E. *Abrefch.* Lect. Ariftaen. p. 316. — V. 5. νῦν δ' ὁ μὲν ἄλλης δὴ θέρεται π. Planudea ex inepta Monachi interpolatione. — θέρεται. *Antip. Sidon.* Ep. XXXI. ἵνα μὴ διασῷ πάντα θέροιτο πυρί. — V. 6. ὡς Μεγαρέων. Locum *Theocriti* ex Eid. XIV. 48. laudare non neglexit *Brodaeus:* ἄμμες δ' οὔτε λόγω τινὸς ἄξιοι, οὔτ' ἀριθμητοὶ, Δύστανοι Μεγαρῆες, ἀτιμοτάτῃ ἐνὶ μοίρῃ. ubi vide *Schol.* et *Suidam* v. Ὑμεῖς ὦ Μεγαρεῖς T. III. p. 529. Ceterum *Burmannus* Callimachea admovit his *Propertii* III. 18. 15. *At tu, ftulta, deos, tu fingis inania verba, Forfitan ille alio pectus amore terit.*

X. Cod. Vat. p. 557. (*Erneft.* in Auctario Epigr. LXIII. p. 328.) Obfcurum eft Epigramma et in Cod. valde depravatum. Rem periculi plenam effe ait, amicitiam in difcrimen committere; nec tamen hoc in univerfum videtur pronuntiare, fed refpectu habito ad certam aliquam rem, amorem, ut videtur. — V. 1. ὅτι ταλα. Cod. quod *Erneftus* in τἄλλα mutavit. Feliciter. Sed idem reliquit ἀρχαῖος, quod an fincerum fit, valde dubito. Scribendum videtur:

ἀργεῖος Ὀρέστας.

Sed hoc leve eft prae iis, quae fequuntur. In Cod. eft λευκαρέταν μαν οὐκ ἐμάνη μανίην. non, ut Apographa quae

[redacted]

dam habent: λευκαρέταν μανῶν. *Ernestus* de ἐρωτομανῶν cogitavit, non habens tamen, quomodo versus initio succurreret. Ejus vestigiis insistens *Eldickius* in Suspic. p. 24. αὐτὰρ ἑταιρομανῶν conjicit. Parum commoda h. l. particula αὐτὰρ, nec auctor hujus conjecturae sibi satisfecisse videtur, dum codicum medicinam exspectandam putat. *Brunckius* μώναν ex ingenio scripsit; sed ne hoc quidem pro certo et genuino habens, tentat: λευκοχρόαν πυγᾶν. quod contextus non patitur, et a membranarum ductibus nimis recedit. Non magis probandum, quod proposuit *Zedelius* in Bibl. Crit. T. II. P. I. p. 112. Λευκαδεερωτομανῶν ὑ. ἐ. μανίαν. quod secundum ipsum auctorem *de insania Leucadio saltu exstinguenda* accipiendum est. Mihi probabile videtur, in primis pentametri syllabis latere nomen proprium ejus, quem poëta alloquitur, ut Ep. VI. 5. XI. 1. fortasse Εὔκρατες. Furor autem, quo Orestem liberum fuisse ait, vix alius esse potest, si contextum consulas, quam is, quo multi laborant, et

[redacted]

pides in Iphigenia in Tauris, ubi, si qua alibi, Pyladis amicitia in discrimen venit. — V. 6. *κἠγώ*. Ex plurimis amicis, quos meros Pylades esse putavi, nullus mihi superest.

XI. Cod. Vat. p. 585. Edidit *D. Heinsius* in Not. ad Horat. p. 54. ubi Venusinum poëtam hoc carmen expressisse docet I. Sat. 2. 105. *Leporem venator ut alta In nive sectatur, positum sic tangere nolit: Cantat et apponit: Meus est amor huic similis: nam Transvolat in medio posita et fugientia captat.* Haec expressit *Ovid.* Amor. II. 9. 9. et II. 19. 36. Conf. *Vavassor* in Antibarb. p. 504. — V. 1. *πτῶκα λαγωὸν* et versu sequ. *λασίης* 1. *δορκαλίδος* corrigi voluit *Mitscherlich.* ad *Horat.* I. Carm. I. 27. ut discimus ex *Heinrichii* Obss. p. 58. Nihil muto. *Homer.* Il. ε. 51. *ἐσθλὸν θηρητῆρα· δίδαξε γὰρ Ἄρτεμις αὐτὴ βάλλειν ἄγρια πάντα, τά τε τρέφει οὔρεσιν ὕλη.* Sic fortasse olim fuit ap. *Theocrit.* Eid. α. 110. *καὶ πτῶκας βάλλει καὶ θηρία πάντα* (vulgo *τἄλλα*) *διώκει.* — V. 3. *στείβῃ* Cod. Vat. *στίβη.* (sic emendavit *Anna*) *ψύχος. πάχνη.* *Hesych.* Ut hic verum vidit doctissima *Anna*, sic perperam pro *κεχρημένος* conjicit *κεχριμένος·* nec *Bentlejus* audiendus est, qui *κεχαρημένος* corrigit, hanc correctionem juvari censens loco *Horatii* I. Carm. I. 25. Sinceram esse vulgatam, multis exemplis prolatis edocuit *T. H.* ad Hymn. in Dian. 69. *χρῆσθαι* enim nonnunquam significat *versari in aliqua re*, *εἶναι*. Ad nostrum locum maxime facit *Herodot.* L. IV. 50. p. 304. *ὕεται γὰρ ἡ γῆ αὕτη τοῦ χειμῶνος πάμπαν ὀλίγῳ, νιφετῷ δὲ πάντα χρᾶται.* *Philo Jud.* p. 270. D. *νυκτὶ καὶ σκότῳ κεχρῆσθαι βαρεῖ.* — V. 4. *τῇ* *Heins.* male. Hoc sensu *τῇ* scribendum. Vide *Schol.* ad *Homer.* Od. ε. 346. *Hesych.* v. *τῆ.* — *ἔλαβεν.* Vat. — V. 5. 6. Iterum, statim post carmen integrum, hoc distichon habetur in Vat. Cod. p. 585. ut *ἄδηλον.* Idem excitavit *Salmas.* ad Solin. p. 601. E. ubi praeter alia quaedam vitiosa, legitur *κεῖμεν' ὑπερπέταται.* — *οὑμὸς* Cod.

[redacted]

loco altero. — μέσῳ κ. Vat. loco pr. μέσσῳ κ. προφέρεται. — φεύγοντα διώκειν. Hinc fortaſſe profecit *Macedon.* XIII. καὶ φεύγεις φιλέοντα καὶ οὐ φιλέοντα διώκεις, Ὄφρα πάλιν παύσῃ νον καὶ φιλέοντα φύγῃς. *Ariſtaenet.* II. Ep. XVI. p. 96. ἐκείνην διώκεις, ὅτι σε πόῤῥωθεν ἀποφεύγει· τῶν γὰρ μὴ ῥᾳδίων ἐφίεσθε. ubi vide *Abreſch.* p. 271. *Ovid.* II. Amor. XIX. 35. *Cuilibet eveniat; nocet indulgentia nobis. Quod ſequitur, fugio: quod fugit, ipſe ſequor.* — διώκειν οἶδε. In talibus οἶδε periphraſi inſervit. Vide *Abreſch.* Lectt. Ariſtaen. p. 336. Cf. *Reiskium* ad Conſtantin. Porphyr. Cerem. p. 1. b.

¶. 464.] *XII.* Vat. Cod. p. 589. ſq. Edidit *Dorvill.* ad Charit. p. 328. (*Erneſt.* XLV. p. 312.) In amatorem, qualem *Ovidius* vult eſſe in A. A. L. I. 737. *Miſerabilis eſto, Ut, qui te videat, dicere poſſit, amas.* Conf. *Aſclepiad.* Ep. X. — V. 1. ὡς δ' adſcripſerat Vir doct. apographo Ruhnkeniano, et mox εἶδον pro εἶδες. Merito [redacted]

qui partem hujus distichi laudat L. XV. p. 669. τῶν δένδρων ἀπὸ στεφάνων —. Prius corruptissimum; posterius fortasse verum. Non tamen in hac lectione acquiescens *Dorvillius* κροτάφων corrigit; quod minime recipiendum erat. *Asclepiades* Ep. X. χὡ σφιγχθεὶς οὐκ ἔμενε στέφανος. *Ovidius* L. I. Amor. VI. 37. *Ergo amor et modicum circum mea tempora vinum Mecum est et madidis lapsa corona comis. Propert.* II. 12. 51. *Ac veluti folia arentes liquere corollas, Quae passim calathis strata natare vides.* — ἐχέοντο verissimum est. — V. 5. ὤπτηταί, ut *Theocrit.* Eid. VII. 55. ὀπτευόμενον ἐξ Ἀφροδίτας. Eid. XXIII. 34. τὰν καρδίαν ὀπτευόμενος. Cf. *Meleagr.* Ep. IV. — Mox Cod. μεγάλη τι, quod *Bentlejus* in μέγα δή τι mutavit. Rectissime; et hanc conjecturam *Brunck.* merito in Lect. praetulit scripturae μεγάλως τι, quam editi habent. *Callimachi* locis, ubi μέγα δή τι occurrit, a *Bentlejo* excitatis, adde *Moschum* Eid. II. 142. ἐγὼ μέγα δή τι δυσάμμορος. *Strato* Ep. XXII. καῦμά μ' ἔχει μέγα δή τι. *Athen.* L. XIII. p. 360. C. ἂν δὴ φέρῃς τι, [ναὶ] μέγα δή τι καὶ φέροις. Distinctionem hujus versus in editione Lipsiensi emendavimus ad mentem *Brunckii* in Not. ad *Aristoph.* Lysistr. p. 80. ὤπτηταί μέγα δή τι· μὰ δαίμονας — —. Formula μὰ δαίμονας cum negatione necessario jungenda est: *Non, ita me dii ament! falsa conjectura ducor; ipse fur furis vestigia novi.* — Verba ἀπὸ ῥυσμοῦ εἰκάζω *Ernestus* vertit: *non de tramite aberro conjectura.* Mihi sensus non omnino expeditus est. Ῥυσμὸς secundum Abderitarum dialectum σχῆμα significat, docente *Suida*; alii per τύπον interpretantur, (vide inprimis *Eustath.* ad Dionys. Perieg. 271. et 620.) quod eodem redit. Hinc derivatum verbum ἀμειψιρυσμεῖν· ἀλλάσσειν τὴν σύγκρισιν ἢ μεταμορφοῦσθαι. *Hesych.* ubi vide *Kuster.* Eodem sensu verbum ῥυσμὸς accepit *Menag.* ad Diog. Laërt. p. 415. ubi partem hujus distichi profert. Num igitur dicere voluit *Callimachus*, se non ab externa specie conjecturam facere, sed rem

certis indiciis tenere? At haec ipsa indicia ab externa specie ducta. *Wakefield* in Sylva crit. Tom. III. p. 109. vertit: *non a scopo aberravit arcus meus*; remittens ad *Eustathii* commentar. in *Dionys. Perieg.* l. c. ubi nihil ad ejus interpretationem firmandam reperitur. — V. 6. φώς. *Achill. Tat.* V. 26. p. 237. οὐκ ἄν τις ἐπιδεῖξαι δύναιτο τὰ τοξεύματα (Amoris), μόνοι δὲ εἴδασιν οἱ ἐρῶντες τὰ τῶν ὁμοίων τραύματα. Hoc est, quod *Tibullus* dicit I. El. VIII. 5. ubi cum suam in dignoscendis amoris indiciis peritiam jactasset, *Ipsa Venus*, inquit, *magico religatum brachia nodo Perdocuit, multis non sine verberibus.* Item *Propertius* in loco vitioso L. I. 9. 7. *Me dolor et lacrymae merito fecere peritum, Atque utinam posito dicar amore rudis.* Hic probe intellexit *Burmannus*, τὸ *peritum* fulcro indigere; sed quod ipse conjecit, *veri fecere peritum*, nihil est. Legendum puto:

Me dolor et lacrymae merito fecere peritum
Vatem: utinam posito dicar amore rudis.

[redacted]

„amorem pelliceret: cum ecce X Augusti sponte se „puer obtulit. Gratias igitur Mercurio agit tam inopi„nati boni auctori; neque de mora viginti dierum, „qui intersuerant, conqueritur. Παρὰ τὰς εἴκοσι, *propter* „*viginti*. Id παρὰ cum accusativo saepe significat." Hanc tamen interpretationem an *Brunckius* probaverit, dubites, quando v. 1. non, ut *Bentlejus*, περίφοιτε, sed πυρὶ φεῦγε cum *Isaaco Vossio* edidit. Jam vero apparet, si poëta Menecratem amavit, non potuisse fieri, ut ei diceret: ληφθήσῃ πυρὶ, φεῦγε. Sed cogitandum foret de amico quodam poëtae, cui inevitabiles flammas quasi vaticinatus esset. Tunc verba v. 3. ἦλθεν ὁ βοῦς non de puero, qui se sponte tradiderit, sed de Menecrate amante, qui sponte jugum subierit, accipienda. (Cf. *Rufin.* Ep. XXXIV.) Huic interpretationi nonnihil faverit *Propert.* I. El. IX. init. *Dicebam tibi venturos, irrisor, amores, Nec tibi perpetuo libera verba fore. Ecce jaces, supplexque venis ad jura puellae, Et tibi nunc quovis imperat emta modo.* — Jam lectionis varietatem indicabimus. V. 1. ληφθήσει περὶ φεῦγε. Vat. ληφθήσῃ περίφευγε ed. *Annae F.* Hoc tuendum esse arbitrabatur *Wakefield* in Sylv. crit. IV. p. 147. — In proximis *Brunckius* interpunctionem *Bentleji* recepit. *Salmasius* conjiciebat καὶ Λῴου τῇ ἑκκαιδεκάτῃ. — V. 3. Ἑρμᾶς Cod. — V. 4. τᾶς nonnulli.

XIV. Cod. Vat. p. 592. In editione *Annae Fabri* primum duntaxat distichon habetur; reliqua *Bentlejus* addidit. (*Ernest.* XLIX. p. 317.) Poësin et famem efficacissima amoris remedia esse ait; quae utraque cum ipsi praesto sint, se Amoris impotentiam ne flocci quidem facere. „Venustissimum carmen, ni adeo corruptus „esset primus pentameter, ut ex eo nullus legitimus „sensus erui possit. Eum hic fideliter repraesentavi, „uti scriptus est in optimo Buheriano Cod. ne uno qui„dem mutato apice. Emendabat sic Salmasius: τᾶκερ „νέμων Αἴτνας, οὐ κατέκαιε σ' ὁ Κύκλωψ. quod viro magno,

[redacted]

„nedum Callimacho, indignum. In ſententia enim nil „niſi frigidum et inficetum; in verbis autem linguae „non obſervata ratio. Κατανάσσω verbum eſt transitivum; „quo ſenſu hic poſitum eſt, dicere debuiſſet κατενάσσατο. „Nemo non videt poëtam Theocriti Cyclopem reſpexiſ- „ſe, cujus finem in hoc pentametro exprimere debuit: „οὕτω τοι Πολύφαμος ἐποίμαινεν τὸν ἔρωτα μουσίσδων. Negle- „ctis itaque literarum elementis, quae neſcio qua ſorte „in verba, quae leguntur, coaluerint, donec melius „quid proferatur, ſcribendum cenſeo: φροντίδα ποιμαίνων „τὰν ἐνσάξατ' ὁ Κύκλωψ." *Brunck.* Varie hunc verſum emendare conati ſunt editores. *Anna F.* τῷ ἐκ μόνου αἰγὸς οὐ καθ' ἴαχε' ὁ Κύκλωψ. *uno in loco perſtans, non amplius gregis curam geſſit.* Male. Apud *Schol. Theocrit.* XI. 1. 2. quaedam ex hoc Epigrammate laudantur ſic: ὡς ἀγαθὰς Πολύφημος ἀνεῦρατο τὴν ἐπῳδὴν Αἱ μοῦσαι τὸν ἔρωτα κατίσχανον. Unde colligas, pentametrum jam in *Scholia-* [redacted]

Scholiis l. c. Φιλόξενος ποιεῖ τὸν Κύκλωπα παραμυθούμενον ἑαυτὸν ἐπὶ τῷ τῆς Γαλατείας ἔρωτι καὶ ἐντελλόμενον τοῖς δελφῖσιν, ὅπως ἀγγείλωσιν αὐτῇ, ὡς ταῖς μούσαις τὸν ἔρωτα ἀκεῖται. Idem tradit *Plutarch.* T. II. p. 622. C. ὅπου καὶ τὸν Κύκλωπα μούσαις εὐφώνοις ἰᾶσθαί φησι τὸν ἔρωτα Φιλόξενος. Cf. p. 762. F. Viderint alii, an haec ad *Callimachum* emendandum prosint. Mihi plane persuasum est, poëtam dixisse, cujus tandem rei remedium invenerit Cyclops; idemque sensisse *Brunckium* ex conjectura, quam profert, manifestum est. Quid multa? Corrigendum suspicor:

Ὡς ἀγαθὰν Πολύφαμος ἀνεύρατο τὰν ἐπαοιδὰν
ποιμαίνων ἀνιᾶν, ὅκκα φίλασ' ὁ Κύκλωψ.

Junge ἐπαοιδὰν ἀνιᾶν, ut in fine carminis: αἰ γὰρ ἐπῳδαὶ Οἶκοι τῶ χαλεπῶ τραύματος. Nihil propius ad Codicis scripturam accedit, quam ἀνιᾶν ad αἰγᾶν, ὅκκα φίλασ' ad οὐκαθημας. Huic conjecturae etiam nonnihil roboris accedit ex comparatione *Theocriti* Eid. XI. 7. οὕτω γοῦν ῥᾷιστα διᾶγ' ὁ Κύκλωψ ὁ παρ' ἁμῖν Ὡρχαῖος Πολύφαμος, ὅκ' ἤρατο τᾶς Γαλατείας. Vocabulum ἀνία, cujus usus in re amatoria frequentissimus, penultimam modo producit, modo corripit. *Callim.* Fr. CXXXI. τὴν ὁδὸν, ἣν ἀνίαι θυμοφθόροι οὐ περόωσι. *Panyasis* ap. Athen. L. II. p. 37. A. πάσας ἐκ κραδίας ἀνίας ἀνδρῶν ἀλαπάζει. Longe tamen diversam viam instituit doctissimus *Eichstaedt*, qui in literis ad me datis vocem ὁ Κύκλωψ, hoc loco positam, plane inficetam sibi videri scribit. Expressisse autem *Callimachum* verba *Theocriti* l. c. v. 11. ἀγεῖτο δὲ πάντα πάρεργα. Πολλάκι ταὶ ὄϊες ποτὶ τωὔλιον αὐταὶ ἀπῆνθον Χλωρᾶς ἐκ βοτάνας· ὁ δὲ τὰν Γαλατείαν ἀείδων Αὐτῶ ἐπ' ἀϊόνος κατετάκετο φυκιοέσσας. Hinc sibi emendandum videri:

τόφρα νομὰν αἰγᾶν κάλλιπ' ἀτιμαγέλας.

Eundem fere sensum *Callimachi* verbis subesse, suspicatur cl. *Herrmannus*, qui in Comm. de metris Pindar. p. 332. verba in hunc modum constituit:

[redacted]

Ἕως ἀγχθὰν Πολύφαμος ἀνεύρατο τὰν ἐπαοιδὰν,
τόφρ' ἀμελῶν αἰγῶν οὐκ ἀρίθμασ' ὁ Κύκλωψ.

Donec remedium Polyphemus reperisset, caprarum negligens non curabat eas. ἀρίθμασε, omisso accusativo, sic occurrere ap. *Pindar.* Nem. X. 86. Fieri tamen posse, ut αἶγας scribendum sit. Acuta emendatio, quae a vulgatae ductibus proxime abest. Hoc unum me male habet, quod hoc distichon, sic scriptum, non satis bene cum sequentibus coire videtur. — V. 3. κατισχαίνοντι. *Bentleji* Apogr. Ipse vir doctus lectionem *Schol. Theocriti* l. c. κατίσχανον non improbabat, modo legeretur: κατίσχανον, ἀντὶ φ. Mihi secus videtur. — V. 4. ἤπανδε Vat. Cod. ἡ πᾶν ἐς. Ap. *Ruhnk.* Veram lectionem *Bentlejus* restituit ex *Clement. Alex.* Strom. L. V. p. 687. 15. Ἡ πανακὴς πάντων φαρμάκων σοφία, Καλλίμαχος ἐν τοῖς Ἐπιγράμμασι γράφει. — ἁ σοφία. facultas poëtica. Vide *Cuper.*

[redacted]

tamen confidenter, quam solet. *Ernestus* l. ἁμῖν τ' ἄκος αὐτὸ — cujus vestigiis institit *Eldickius* in Suspic. p. 25. ἴσθ' ἁμῖν γὰρ ἄκος γ' ἐς ἀφειδέα πρόσθεν Ἔρωτα. Τοῦτ' ἐπὶ τοι κείρει τὰ πτερὰ, παιδάριον. Prioris versus emendatio hujus viri elegantia minime digna. Proxime ad membranarum ductus accedit correctio *Rubnkenii* in Epist. crit. II. p. 132. ἴσθ' ἁμῖν κἀκεστὸς ἀφειδέα πρὸς τὸν ἔρωτα — *Callimachum* forma verborum in ος gaudere monentis. — V. 8. τουτὶ παῖ κείρευτα πτερά. Vat. In nonnullis apographis ναὶ κείρει τὰ π. quod *Brunckius* pro ipsa Codicis lectione habuit. *Salmas.* τουτὶ σὰ ναὶ tentavit. Frigere ναὶ cum judicasset *Ernestus*, *Brunckius* contra hanc particulam hic vim suam exercere monuit; idque recte. Hinc fortasse *Paul. Silent.* Ep. XX. Amor ἐνέζεται οὐδὲ μετέστη, Εἰς ἐμὲ συζυγίην κειράμενος πτερύγων. — V. 9. Apogr. Bentl. male ἀλλ' ἄραγον. *Callimachus* ap. Etym. M. ἀττάραγος. παρὰ τὸ ἀτάραγός τις εἶναι. Καλλίμαχος· οὐδὲ τὸν ἀττάραγόν τι δέδοικεν. quibus hunc ipsum locum respici monuit *Bentlejus*. Quod si verum est, *Etymologi* auctor in suo Cod. habuisse videtur:

οὐδ' ὅσον ἀττάραγον τὸ δεδοίκομες.

In Cod. est δεδοίκαμες. ut ap. *Theocrit.* Eid. I. 19. Ad hunc locum facit *Hesych.* ἀττάραγος. τὸ ἐλάχιστον. οἱ δὲ τὰς ἐπὶ τῶν ἄρτων φλυκταίνας. Consule *Gatacker* in Adv. Misc. c. XLIII. p. 874. et inprimis *T. H.* ad Lucian. Tom. I. p. 416. nostri loci non immemorem. — V. 10. οἴκῳ Cod. Vat. οἴκοι *Bentl.* corrigit. — τραύματος. Vat. Cod. et *Herrmann.*

XV. Cod. Vat. p. 91. *Callimacho* hoc carmen tribuit, quod in Planudea p. 476. St. 618. W. *Rufini* est. In puellam invehitur saevam et crudelem, in cujus limine vigilat. — V. 1. οὕτως ὑπνώσαις. Similiter *Asclepiades* Ep. XVIII. ταῦτα παθοῦσα Σοὶ μέμψαιτ' ἐπ' ἐμοῖς στᾶσά ποτε προθύροις. *Propert.* L. I. III. 39. O utinam tales pro-

ducas, improbe, noctes, Me miseram quales semper habere jubes. — ¶. 465.] V. 4. οὐδ' ὄναρ. paroemiacum negandi genus. *Philodem.* Ep. XVI. Ἔρως ἀρχὴν οὐδ' ὄναρ οἶδε φέρειν. *Leonid. Alex.* XXVII. οὐδ' ὄναρ εὐγενέταις γνώριμος Ἰταλίδαις. *Rufin.* Ep. XIX. νῦν τῶν προτέρων οὐδ' ὄναρ οὐδὲν ἔχει. — V. 5. ἡ πολιή. Simili sententia *Propertius* III. El. XXIII. 33. *Vellere tum cupies albos a stirpe capillos, Et* (f. *Vaeh*) *speculo rugas increpitante tibi. Exclusa inque vicem fastus patiere superbos: Et quae fecisti, facta queveris anus.*

XVI. Cod. Vat. p. 108. (*Ernest.* LV. p. 324.) Εἰς τὴν γυναῖκα Πτολεμαίου Βερενίκην. — V. 2. ποτ' ἐπλάσθη. Vat. et *Ernest.* — Berenice, ut adderetur Gratiis, formata est deorum manibus, ut videtur, quare adhuc unguentis madet. Deorum autem omnia fragrantia. *Theocrit.* Eid. XVII. 133. Ἐν δὲ λέχος στόρνυσιν ἰαύειν Ζηνὶ καὶ Ἥρᾳ Χεῖρας φοιβήσασα μύροις ἔτι παρθένος Ἶρις. — V. 3. κείζη-

[redacted]

mum in Ascensiana mutatam video, cujus sive varietatem sive errorem inconsiderate repetivit *Stephan.* — V. 3. ὡς δέ. Editt. veteres, quas vidi, omnes. ᾧ δὲ *Steph.* et sic *Scaliger* emendavit. πνεύσῃς. Adspirare dicuntur dii, quibus favent. Vide *Heyn.* ad *Tibull.* II. 1. 80. et *Burmann.* ad *Propert.* I. 1. 31. De certaminibus dramaticis, quae in Dionysii festis celebrabantur, agi videtur. — V. 4. πῶς ἔβαλες. Ad talorum jactum respicitur, quod bene vidit *Vulcanius.* Alii aliter. Nemo autem a vero verborum sensu longius aberravit, quam *Anna F.* quae etiam ἐνδέξιος in praecedentibus inepte interpretatur. — Is, qui in certaminibus superatus est, pluribus verbis et verborum ambagibus opus habet, quibus contumeliam quodammodo occultet. — V. 6. τὰ μήνδικα. Haec male *Huetius* interpretatur, *justo longiora*, de illo, ni fallor, *Callimachi* dicto cogitans, quo *magnum librum magnum malum esse* dixisse fertur. *Ernestus* etiam argutius, qui et hic inimicitiarum inter *Callimachum* et *Apollonium* reperiebat vestigium. In verbis poëtae nihil ejusmodi inest. Iis, ait, qui injusta cogitant, injustis, pravis, sceleratis eveniat, ut vincantur; mihi et reliquis bonis victoria contingat. Sic τοῖς δειλοῖς, i. e. τοῖς κακοῖς, opponuntur οἱ τὰ δίκαια φιλεῦντες ap. *Theogn.* 377. — V. 6. ἐμοὶ δέ. Vat.

XVIII. In Cod. Vat. p. 609. hoc Epigr. in tres versus distinctum est, cum lemmate: κωμικὸν τετράμετρον. cui assentitur *Bentlejus*, *Annae* distinctionem improbans, quae sex versus Anacreonticos fecit. Edidit hoc carmen *Salmas.* in Exercit. Plin. p. 264. C. D. Menoetas Cretensis Sarapidi arcum et pharetram dedicat. Dedicantis nomen in Cod. est Μενίτας. Λύκτιος *Cretensis.* *Lyctius Idomeneus* *Virgil.* Aen. L. III. 401. — Pro ἐπειπὼν *Anna* cum *Huetio* volebat ἀπειπών. Male. *Posuit arcum, his verbis additis.* — V. 3. τῷ κεραστοὶ Cod. et *Salm.* ad Simmiae Ovum p. 166. *Anna* τῷ κεραστῷ emendavit, Isidem

[redacted]

sic appellari existimans. Quod in apogr. Lipsiensi legitur τοι γέρας τοι, emendatoris manum prodit. Verissima est *Bentleji* correctio. — V. 5. τοὺς εἴσοδὸς omisso δ' ed. *Ernest*. — Ἑσπερίτῃ. Hunc locum respexit *Stephan. Byz.* Ἑσπερίς· πόλις Λιβύης· ἡ νῦν Βερενίκη. ὁ πολίτης Ἑσπερίτης. Καλλίμαχος ἐν τοῖς Ἐπιγράμμασιν. Fuse de hac urbe disputat *Salmas.* in Plin. p. 264.

XIX. Cod. Vat. p. 612. Καλλιμάχου ἐπὶ τῇ τοῦ προάγοντος τετραμέτρου ἐσχάτῃ διποδίᾳ ἐνδεκασύλλαβον. Metrum est, ut in praecedénte. Simone meretrix Veneri imaginem cum mitra dedicat. (*Ernestus* XL. p. 306.) Epigramma in Cod. mutilum et corruptum. — V. 1. τῇ Ἀφροδίτῃ emendavit *Ernestus*. Cod. τῇ ἀφροδίτῃ. — V. 2. Σιμόνη. Cod. σοὶ μόνη corrigebat *Scaliger*. Σιμώνη *Ruhnk.* In *Bentleji* apogr. μόνη plane omissum; unde ille Σελήνη scripsit. — ¶. 466.] V. 3. Mutilus versus .... εἰκόν' αὐτῆς. Verba uncinis inclusa *Brunckius* de conjectura in-

[redacted]

p. 306.) *Brunckius* hoc carmen ad *Bentleji* mentem constituit. Timodemus Naucratites Cereri Pylaeae et Proserpinae lucri decimas ex voto dedicat. — V. 1. τῇ ante τοῦτον omittit Vat. Ceres Pylaea vocatur, quae ad Thermopylas templum habebat, ubi Amphictyones sacra faciebant. Πύλαις. τόπος Θεσσαλίας. ἐν ᾧ καὶ τὸ τῆς Πυλαίας Δήμητρος ἱερὸν ἵδρυται. *Erotianus*. Cf. *Strabon*. L. IX. p. 420. C. et *Valckenar*. ad *Herodot*. VII. p. 599. 62. et p. 605. 57. Acrisius Amphictyonum ordinem primus instituisse dicitur, (*Strabo* l. c. p. 420.) et quidem postquam oraculi metu compulsus Argis relictis in Thessaliam concesserat. *Apollodor*. L. II. 4. 4. Eum Cereris Pylaeae templum exstruxisse, nemo praeter *Callimachum* dixit. — V. 2. Junge ὁ Τιμόδημος ὁ Ναυκρατίτης ταῦτα τὰ δῶρα εἵσατο. Nihil hic *Anna* vidit, quae conjunxit Ἀκρίσιος Ναυκρατίτης, et posteriorem vocem in ναυκράτης, *navium victor*, mutandam putavit. Inepte. Naucratis urbs Aegypti. ὁ πολίτης Ναυκρατίτης. *Steph. Byz.* Vetus erat Aegypti emporium secundum *Herodotum* L. II. c. 179. a Milesiis conditum. *Strabo* L. XVII. p. 801. — τῶν κερδέων. Mercator procul dubio Timodemus fuit. Multi mercatores Graeci Naucratin frequentabant, ibique, ut verisimile est, vitae sedes fixerant. *Athen*. L. XIII. p. 596.

XXI. Bis legitur in membranis p. 167. et 194. Utroque loco adscriptum Καλλιμάχου. In nonnullis apographis, etiam in Buheriano, hoc et quatuor, quae sequuntur, Epigrammata habent nomen Λυσιμάχου. Primus protulit *Bentlej*. ex Cod. *Ed. Bernardi*. (*Ernest*. LVII. p. 324.) Lycaenis, filia felici partu edita, Lucinae donarium consecrat, majora, si puer adoleverit, promittens. — V. 1. Εἰλείθυια. Vat. loco sec. Vide *Wesseling*. ad Herodot. IV. p. 296. 4. — V. 2. εὔλοχος. Vat. utroque loco. ἐς λόχος fluxit ex apogr. *Ruhnk*. Sed servanda erat Codicis lectio, quam praeclare tuetur *Eurip*. in Hipp. 167. τὰν εὔλοχον οὐρανίαν τόξων μεδέουσαν Ἄρτεμιν.

[redacted]

— εὔτεκίῃ est loco pr. εὐτυχίῃ loco sec. Hoc probabat *Salmas.* — V. 3. ὡς τόδε. Vat. loc. sec. Scribendum videtur:

ἃς τόδε, νῦν μὲν, ἄνασσα, κόρης ὕπερ.

Sic haec melius coeunt cum sequentibus. ἃς ad Λυκαινίδας refer; τόδε ad donarium divae positum. *Hedyl.* Ep. I. 3. ἧς πάρα Κύπριδι ταῦτα — κεῖται. Ep. III. 3. ἧς τόδε σοι, Παφίη, ζωρὸν μετροῦσα θυάων κεῖται.

XXII. Cod. Vat. p. 167. Edidit *Kusterus* ad Suid. T. I. p. 259. (*Ernest.* LVIII. p. 324.) Tabulae votivae adscriptum in Aesculapii templo appensae. Aceson pro uxore Demodice votum fecerat apud deum; hoc jam persolvit. Quod ne lateret Aesculapium, tabulam se apposuisse dicit. — V. 1. *Suidas:* ἀπέχω. αἰτιατικῇ. ἀντὶ τοῦ ἀπέλαβον. — καὶ αὖθις ἐν Ἐπιγράμματι· Τὸ χρέος ἀπέχεις, Ἀσκληπιέ, τὸ πρὸς γυναικὸς, Δημοδίκης. Eodem sensu Ep. XLIII. μαστῷ, ὡς ἀπέχεις χάριτας. *Plutarch.* Tom. I.

[redacted]

παρθενίην. Ipse παρέξεσθαι dedit. — Haec lectio, quam mero describentis errori deberi existimo, densissimas tenebras objecit perspicacissimo *Bentlejo*, qui quantum a vero hujus carminis sensu aberraverit, vix dici potest.

XXIII. Cod. Vat. p. 167. Primus edidit *Bentlej.* (*Ernest.* LIX. p. 326.) Callistion Critiae filia Sarapidi lucernam ex voto dedicat. — V. 1. 2. laudat *Suidas* v. μύξα. ubi Κανωπιστά. θεὸς Κανωπίτης Sarapis, monente *Brunckio*. Vide *Jablonski* Panth. L. V. 4. p. 135. Erat illa lucerna viginti ellychniis instructa, *polymyxos lucerna*, ut est ap. *Martial.* XIV. 41. λύχνον δίμυξον ex *Platone comico* laudat *Athen.* L. XV. p. 700. ubi ex *Euphorione* narrat, Dionysium tyrannum Ταραντίνοις εἰς τὸ πρυτανεῖον ἀναθεῖναι λυχνεῖον δυνάμενον καίειν τοσούτους λύχνους, ὅσος ὁ τῶν ἡμερῶν ἐστιν ἀριθμὸς εἰς τὸν ἐνιαυτόν. — V. 2. Κεντίου. Apogr. Bentl. et Lipf. Critias, qui hic commemoratur, incertum pater an conjux Callistii fuerit. — V. 3. περὶ παιδός. morbo laborantis scil. Celeberrimum Sarapidis templum propter plurimos aegrotos sanitati ibi restitutos. *Strabo* L. XVII. p. 801. — V. 4. Ἕσπερε. *Hespere, dices, splendor tuus exstinctus est.* *Aristoph.* Eccl. 5. lucernam mulier allocuta, μυκτῆρσι, inquit, λαμπρὰς ἡλίου τιμὰς ἔχεις. Apud *Aesopum* Fab. CCXLI. lucerna gloriatur, ὡς ὑπὲρ ἥλιον πλέον λάμπει. Eidem exstinctae cum quis oleum affudisset, φαῖνε, inquit, λύχνε, καὶ σίγα, τῶν ἀστέρων φέγγος οὔποτε ἐκλείπει. in qua fabula choliamborum vestigia praeclare detexit *Bentl.* in Diss. de Aesop. p. 103. quem tamen unus ibi versiculus fugit: ἐκ δευτέρου δ' ἅπτων τις εἶπεν αὐτῷ ... — ἔπεσες. In hunc modum *Philostr.* Ep. XXXIII. p. 928. οὕτω καὶ λύχνος πίπτει πυρὸς ἡττηθεὶς μείζονος. Idem Ep. L. p. 938. τὸν μὲν ἥλιον ἡγοῦμαι πεπτωκέναι.

¶. 467.] *XXIV.* Cod. Vat. p. 167. Primus *Bentlejus* edidit. (*Ernest.* LX. p. 326.) In gallum gallinaceum ex aere, quem Enaenetus, Phaedri filius, Philoxe-

ni nepos, Tyndaridis pro palma, quam adeptus fuerat, posuit. In hoc donario respicitur ad galli fortitudinem. Erat hujus avis simulacrum in galea Minervae, ὅτι οὗτοι προχειρότατα ἔχουσιν εἰς τὰς μάχας. *Pausan.* VI. 26. p. 518. — V. 3. ἐγκεῖσθαι. Apogr. Bentl. ἐγκεῖσθαι est in Vat.

XXV. Cod. Vat. p. 167. Etiam hoc *Bentlejus* primus edidit. (*Ernest.* LXI. p. 326.) In imaginem Aeschylidis, Thalis et Irenes filiae, ex voto in Isidis templo positam. ἵστηκεν non est *posuit*, ut vulgo vertitur, sed *stat*. Nota res. De statua agitur.

XXVI. Cod. Vat. p. 199. Edidit *Bentlej.* in Diss. in Phal. Praef. p. XXXIV. et *Kusterus* ad Suid. T. I. p. 795. ubi Lexicographus prius distichon, omisso δαιμόνων, laudat. (*Ernest.* LI. p. 320.) Sensum carminis, qui *Annam* penitus fugit, aperuit *Bentlejus*, cujus haec sunt: »Acumen hujus Epigrammatis est in ambiguitate ver-

[redacted]

qui amoris undis effugerat *Horatius*, se *uvida vestimenta potenti maris deo* suspendisse dicit I. Od. V. 14. — V. 1. *ἐπέσθων*. Vat. et *Suid.* nec aliter haec verba laudat *T. H.* qui *ἐπεσθίειν* et *ἐπέσθειν* illustrat ad *Aristoph. Plut.* p. 359. *Anna ἐπελθών* dedit. — V. 3. *τήνδε* refer ad *ἅλιην*. — *ἐξ ἁλός*. non *ex undis*, ut vulgo, accipi debet; sed *per sal*, *salis ope*, i. e. tenui illo victu, quo usus sum.

XXVII. Cod. Vat. p. 201. (*Ernest.* LII. p. 320.) Sensus carminis paulo est obscurior, etiam post ea, quae *Bentlejus* ad eum aperiendum attulit. Dionysus loquitur, cujus personam, ni fallor, Simus, Micri filius, dum literis operam dabat, dedicaverat Musis. Illae in hujus donarii gratiam puero doctrinam impertiverant. — V. 1. *δίδου ἐμὲ σημός*. Vat. Unde *Scaliger* Ἐμεσηνός fecit, quod in apogr. Lipſ. legitur. Mox idem *τὰς Μούσας* corrigebat; frustra; non enim cum *ᾔτεῖτο* haec conjungi voluit poëta, sed cum *διδούς*. — V. 2. In apogr. Bentl. *γλεῦκος*. Respicitur ad notum proverbium *χάλκεα χρυσείων*, cui permutatio armorum Glauci et Diomedis occasionem dedit. Vide *Erasm.* in Adag. I. II. 1. — V. 3. *κεχηνὼς ὁ τραγικὸς Διόνυσος*. Haec verba efficiunt, ut non de simulacro, quod *Bentlejus* putabat, sed de persona tragica in hoc carmine agi existimem. *τὸ χαίνειν* enim de ejusmodi personis solemne. *Lucian.* in Nigr. §. 11. histriones saepe *μέγα κεχηνότες ἰσχνὸν φθέγγονται καὶ μικρόν*. Idem de Saltat. §. 27. histrio *πρόσωπον ὑπὲρ κεφαλῆς ἀνατεινόμενον ἐπικείμενος καὶ στόμα κεχηνὸς πάμμεγα, ὡς καταπιόμενος τοὺς θεατάς*. *Clemens Alex.* Paed. II. p. 204. 22. *σχηματιζομένῳ κοσμίως τῷ στόματι, οὐχὶ δὲ τραγικῶν δίκην προσωπείων διελκομένῳ καὶ κεχηνότι*. — Hic Bacchus positus erat, secundum *Bentlejum*, e regione literae Υ, quae prope ludum literarium posita bivium virtutum et vitiorum indicabat. Est autem *ἡ διπλόος τοῦ Σαμίου* litera Pythagorae Samii in duplicem ramum surgens. *Persius* III. 56. *Et tibi, quae Samios deduxit litera ramos, Surgentem dextro*

[illegible] quae cum ipso in [illegible]
sibi notissima esse ait. Hunc verum
sensum esse puto, quae perperam ac
lejus, cujus interpretatio et conto
Quod si nos verum vidimus, non
collegeris, personam tragicam, de q
ipsam fuisse, qua Dionysus in *Euri*
conspici. Certe haec suppositio post
nostri verbis novam aliquam lucem
fine Vat. habet τοῦ μόνον εἶας ἐμοὶ,
Scalig. — ὄντιας positum pro ὄντια
DLXV. ὦ μέγα Βαττιάδαο σοφοῦ περίπυ
forma, quam ap. ipsum *Callimachum*
hujus Epigr. auctor, usus esse videt
mula vide ad Ep. VII. 2.

XXVIII. Cod. Vat. p. 201. Pr
ex *Salmasii* Epist. ad Polluc. VI. 8
LIII. p. 322.) Nec hoc Epigram
persona comica accipiendum est.
victoria parta in certaminibus dram
sonam dedicat. — V. 1. κωμικὸν μ
lus persona est comica. Vide not
XXXI. — V. 3. δεδαγμένον Cod. V
[illegible] δεδαγμένον· [illegible] δ' ὄντα. (

τοῦ μειρακίου. Idem L. III. 67. p. 440. οὕτως ἐξεκαύθην εἰς ἔρωτα. Cum ex ſqq. appareat, hanc perſonam ex dimidia parte nigram et rugoſam fuiſſe, luſus eſſe poſſit in his verbis, poëta monente, hunc nigrum colorem Pamphilum non amoris flammis, ſed alia quadam cauſa contraxiſſe. *Lucian.* T. III. p. 82. 6. διακεκαυμένον εἰς τὸ μελάντατον, οἷόν εἰσιν οἱ θαλαττουργοὶ γέροντες. Sed talis luſus pro meo quidem ſenſu frigidiſſimus foret. Putabam, *Callimachum* ſcripſiſſe:

Πάμφιλον, αἰὲν ἔρωτι δεδαυμένον —

Amantis enim partes in comoedia agit *Pamphilus*; unde nomen quoque accepit. Hinc bene *Callimachus*: Pamphilus, qui nunquam non amoris igne calet. — Ea, quae ſequuntur, interpretes ne attigerunt quidem. Dimidia pars illius perſonae ſimilis erat ἰσχάδι, rugoſa, ut carica. Sic Bacchus ap. Naxios, cui rugoſa facies, πρόσωπον σύκινον habere dicitur ap. *Athen.* L. III. p. 78. C. *uva paſſa rugoſior* vetula in Anth. Lat. T. I. p. 506. — λύχνοις Ἴσιδος εἰδόμενον. *fuliginoſa facies*, haud aliter atque Iſidis lucernae. Haec autem deſcriptio duplicem ob cauſam mirationem facere debet; primum, quod dimidia pars perſonae rugoſa et fuliginoſa dicitur; deinde, quod eiusmodi quid in Pamphili, juvenis, facie conſpiciebatur. Jam vero ſcimus ex *Polluce* IV. 141. et *Quintil.* Inſt. Or. L. XI. 3. 74. in ſcena veterum bipartitas perſonas in uſu fuiſſe, quae in diverſis partibus diverſam ſive animi ſive vitae conditionem oſtenderent. Illis locis praeclare uſus eſt *Leſſingius* in Vita Soph. p. 104. ſqq. et nuper *Boettigerus* in Proluſ. de Perſonis ſcenicis (an. 1794.) p. 13. not. ubi et noſtrum Epigramma attigit. Fallitur autem vir doctiſſimus, cum alteram illius perſonae partem in fornace figuli nimis percoctam et igne infuſcatam fuiſſe contendit, eoque verbum ὤπται trahit, quaſi ab ὀπτᾷν derivatum. *Heſych.* ὤπται. ἐθεάθη. *Aeſchyl.* Prometh. 997. ὤπται πάλαι δὴ καὶ βεβούλευται

[redacted]

πάδε. Respexit poëta procul dubio ad certam quandam comoediam, qua Pamphilus rugosi et sole combusti hominis partes egerat, Aethiopis fortasse et Eunuchi, et quidem, ut ex verbis — αἰὲν ἔρωτι δεδαιόμενον colligi potest, eam ob causam, ut hujus vestitus ope calidum quoddam et amatorium consilium exsequeretur. Has partes cum ageret, ejusmodi personam gerebat, cujus altera pars juvenilem vultum, altera turpem et senilem faciem repraesentabat.

¶. 468.] XXIX. Cod. Vat. p. 205. (*Ernest.* XXXV. p. 302.) Phileratis Dianae simulacrum dedicat. — V. 1. Ἄ. τήν. Vat. — V. 2. τήνδε. Ed. *Ernest.* — Pro σέθεν *Anna* σὰν malit, ex Hymn. in Lav. Pall. 142.

XXX. Cod. Vat. p. 206. (*Ernest.* XXXVI. p. 302.) In clavam Herculi ab Archino Cretensi dedicatam. — V. 1. λεοντάγχωνε monstrum verbi, judice *Ernesto*, qui amplectitur conjecturam *Valckenarii* λεόντ' ἄγχ', ὦνε — corrigentis.

[redacted]

Κόγχος ἐγώ, Ζεφυρῖτι, πάλαι τέρυς.

Hoc Cyrenaici noſtri poëtae ingenio dignum. *Τέρυ, ἀσθενές. λεπτόν. Τέρυας ἵππους· οὕτω λέγονται, ὅσοι ἀδδηφάγοι εἰσί· ἔνιοι, τοὺς ἀσθενεῖς. Heſych.* Jam conſtat, nautili teſtam tenuiſſimam eſſe. Veterum loca de nautilo collegit *Beckmann.* ad Antig. Caryſt. c. LVI. p. 100. ſq. — V. 3. *εἰ μὲν ἄῆται.* Nautilum tenuem membranam, tanquam velum, inter duo brachia ventis obtendere, omnes qui hanc concham deſcribunt veteres tradunt. Inter recentiores ſunt, qui de veritate hujus traditionis dubitent. Cf. inprimis *Ariſtotelem*, ab *Athenaeo* quoque laudatum L. VII. p. 317. F. — V. 5. *γαληναίη* pro *γαλήνη*. Vide *Ritterſhuſ.* ad Oppiani Hal. I. 460. *Theocrit.* Eid. XXII. 19. *αἶψα δ' ἀπολήγοντ' ἄνεμοι, λιπαρὰ δὲ γαλάνα ἀμπέλαγος.* — Ap. *Athen.* legitur *— λιπαρὴ θεός, οὖλος ἐρέσσων.* Varia *Anna* tentavit, ut ſe ex his ſalebris expediret, ſed omnino fruſtra. *αὐτὸς* emendavit *Caſaubonus*, de vitio, quod in *θεός* eſt, ſecurus. *Lennep.* contra, *οὖλος* ſincerum putans, *θέον οὖλος ἐρέσσων* ſcripſit. In eandem conjecturam incidit *Weſton.* in Hermeſ. p. 24. ubi *οὖλος* de forma conchae, cymbam referentis, interpretatur. Idem mox *ποσσὶν ἄνω 'σπερ* conjicit; ſive *ἐρέσσων πόσσ' ἀδινοῖς ὥσπερ* —. Neutra harum conjecturarum in cenſum venire meretur. Vulgo v. 6. ſic legitur: *ποσσὶν ἵν' ὥσπερ τοὔνομα ς.* *Caſaubonus*: *τοῖς ποσὶν ὥσπερ καί* — ſive *ποσσὶν ἑοῖς.* Noſtra lectio patri *Annae F.* debetur. Sed dubito, an hoc diſtichon perſanatum videri queat. Videant alii. — V. 7. *Ἰουλίδας. Athen. Ἰουλίδος* plures emendaverunt. Iulis urbs eſt inſulae Ceae. Vide *Strabon.* L. X. p. 480. quem exſcripſit *Stephan. Byz.* v. — *Lennepius* ultra inquirendum ratus *— παρὰ θῖν' ἐς ἰουλίδας* emendavit; ut nautilus ſe in *ἰουλίδας* incidiſſe affirmet, quod genus eſt piſcium venenatum, quod in alios piſces et urinatores irruens, ſaepe iis lethale vulnus infert. Haec minus conſiderate poſuit vir doctiſſimus, qui ceteroquin recte

vidit, aliquid in hoc versu ad sensus integritatem desiderari. Scribendum videtur:

ἔκ τ' ἔπεσον παρὰ θῖνας Ἰουλίδος —

Ejectus sum ad Iulidis litus. — Mox σοὶ τὰ π. legitur. Laudatur hic vers. in Etym. M. v. περιεκέατο. in cujus Edit. pr. qua utor, τὰ penitus omittitur. σοί τε correxit *Ernestus.* — Ἀρσινόης. *Athen.* Ἀρσινόη. *Etym. M.* Hunc locum expressit *Theodorid.* Ep. II. σκολιὸς δ' ἐξέπτυσε πορθμὸς, Ὄφρ' εἴην λιπαρῶν παίγνιον Ἀντρικλέων. Huc facit fragmentum ex *Hedyles* Scylla ap. *Athen.* L. VII. p. 297. B. ubi Glaucus, Scyllae amore incensus, ad ejus antrum venisse dicitur:

ἢ κόγχον δώρημα φέροντ' ἐρυθρῆς ἀπὸ πέτρης,
ἢ τοὺς Ἀλκυόνων παῖδας ἔτ' ἀπτερύγους,
τῇ νύμφῃ δύστηνος ἀθύρματα· δάκρυ δ' ἐκείνου
καὶ Σειρὴν γείτων παρθένος οἰκτίσατο·
ἀκτὴν γὰρ κείνην ἀπενήχατο, καὶ τὰ σύνεγγυς

[redacted]

quillitatem gratiſſimos. Illos autem poëta per ova Halcyonum ſignificat; quandoquidem Halcyonibus ovis incubantibus exſiſtere putabantur. Verba ἐν θαλάμῃσιν de templi penetralibus acceperim, ubi nautilus, periculorum, quae mare habet, ſecurus, jacebat. Dioscurorum θαλάμας commemorat *Euſtath.* ad Il. p. 906. Rheae θαλάμαι celeberrimae. Vide *Schneiderum* ad Nicandr. Alex. p. 79. ſq. Totum autem diſtichon in hunc modum diſtinxerim et emendaverim:

μηδ' ἐμοὶ, ἐν θαλάμῃσιν, ἔθ', ὡς πάρος, εἰμὶ γὰρ ἄπνους,
τηρεῖται γοερῆς ὤεον ἀλκυόνος.

Quum hic in Arſinoës templo jaceam, vita privatus, non amplius, ut olim feci, Halcyonis, luctuoſae avis, ova, i. e. nidificationem, obſervo. In his ſaltem γοερῆς ἀλκυόνος verum puto. *Homer.* Il. IX. 559. Ἀλκυόνην καλέεσκον ἐπώνυμον, οὕνεκ' ἄρ' αὐτῆς Μήτηρ Ἀλκυόνος πολυπενθέος οἶτον ἔχουσα Κλαῖε. unde *Eurip.* Iph. Taur. 1089. ὄρνις, ἃ παρὰ τὰς πετρίνας Πόντου δειράδας, Ἀλκυὼν, Ἔλεγον οἶτον ἀείδεις. *Moſchus* Eid. III. 40. Ἀλκυόνος οὐ τόσσον ἐπ' ἄλγεσιν ἴαχε Κήϋξ, Οὐδὲ τόσον γλαυκοῖς ἐνὶ κύμασι Κηρύλος ᾄδεν. Alia vide collecta a *Bocharto* in Hieroz. Tom. II. p. 219. — V. 11. Nautilus a Cliniae filia Arſinoae dedicatus, illam laudat propter probitatem. — Σμύρνης Αἰολίδος. *Homer.* Hymn. XXXVII. 6. Αἰολίδα Σμύρνην ἀλιγείτονα. Sic quoque *Mimnermus* ap. *Strabon.* L. XIV. p. 634. Vide *Weſſeling.* ad *Herodot.* I. 150. p. 73.

XXXII. Cod. Vat. p. 412. ἐπὶ ἀγαλμάτιον μικρὸν ἐπὶ προθύρῳ ἱστάμενον. Planud. p. 315. St. 455. W. (*Erneſt.* XXV. p. 294.) Nihil certi de ſenſu hujus carminis, ultimi inprimis verſus, pronuntiari poſſe puto, cum vix appareat, in cujus rei occaſionem factum ſit. Hoc manifeſtum eſt, agi de ſtatua pedeſtri ignoti herois in veſtibulo aedium Eëtionis Amphipolitae poſita. Vide *Heynium* in Comment. Soc. Reg. X. p. 96. — V. 1. αὐτία

νος Vat. Cod. ex quo ἐπίσταθμος in textum venit. Vulgo ἐπὶ σταθμόν. *Brodaeus* conjecit Ἡετίων ὅς. — V. 3. λοξὸν, i. e. σκολιόν. Serpentem et enſem manu tenebat ille heros nobis ignotus. μοῦνον depravatum videtur. Scribe:

καὶ γυμνὸν ἔχει ξίφος.

Sic *Brunckius* quoque emendavit. — Mox ἀνδρὶ ἱππεῖ Cod. ἀφ' ἵππει ſuſpicatur *Bentl.* Vereor, ut genuinam hujus loci lectionem teneamus.

¶. 469.] *XXXIII.* Cod. Vat. p. 163. ſq. *Callimacho* tribuit; in Planud. p. 436. St. 569. W. ἄδηλον eſt. (*Erneſt.* LXXIII. p. 332.) Echemmas Cretenſis arcum Dianae dedicat; quo facto poëta capris, quibus ille olim inſidias ſtruxerat, ſecuritatem gratulatur. — V. 1. 2. laudat *Suid.* in Κυνθιάδες. Hinc noſtra lectio derivata. Vulgo Κυνθίδες. Hymn. in Apoll. 61. Ἄρτεμις ἀγρώσσουσα καρήατα συνεχὲς αἰγῶν Κυνθιάδων φορέεσκεν. Ut hic poëta capras bono animo eſſe jubet, ſic Daphnis venator mo-

[redacted]

τοῦ Σαμίου male legitur pro Κρεωφύλου. Hoc carmen cum Creophylus ab Homero accepisse et pro suo venditasse diceretur, *Callimachus* eum plagii crimine liberare conatus est. De Creophylo ejusque carmine disputavit *Bentlej.* in Epist. ad Mill. p. 61. sq. — V. 1. τοῦ Σαμίου πόνος. *Eustath.* et *Strabo.* In fine versus 'Ομήρου iidem: ἀοιδὸν *Sextus* praebuit. — V. 2. κλείω *Casaub.* notavit ad marg. κλαίω *Ernestus* merito efficacius judicat. — V. 3. 'Ιόλειαν, quam Iolen vulgo appellant. Nota historia vel ex *Sophoclis* Trachiniis. — 'Ομήρου νῦν δέ. *Sextus* ante *Fabricium.* Nostram lectionem cum reliqui habent, tum Schol. inedita *Dionysii Thracis* et *Etymol. M.* in γράμμα, ubi partem praecedentis versus laudat. Κρεοφύλου vett. *Sexti* editt. male. Magnum Creophylo honorem haberi, ait, quod homines ejus poëma pro Homeri opere haberent.

XXXV. Cod. Vat. p. 444. (*Ernest.* XXIX. p. 296.) Exstat, sed corruptissimum, in Vita Arati ed. *Petri Victorii* Venet. 1567. Eodem anno editum est a *Fulvio Ursino* in Virg. c. Graec. coll. p. 14. Corruptelas ejus primi tollere conati sunt *Is. Casaub.* in Lectt. Theocr. c. IV. et *Salmas.* in Plin. p. 525. Postea tanquam ineditum prolatum est a *L. Holstenio* ad *Steph. Byz.* p. 301. adjecto disticho ex Epigr. *Antipatri Thess.* XV. 5. 6. Salmasiana crisi non contentus *Is. Vossius* aliter Epigrammatis lectionem constituere tentavit ad Pompon. Melam I. 13. Exhibetur cum aliqua lectt. diversitate in capite Arati a *Jo. Fello* editi. Tractavit denique *Clericus* in Silv. phil. c. VI. p. 237. sqq. et *T. Hemsterh.* ad Polluc. IX. p. 1117. Fuse de eo disputavit *Ernestus* in Programmate ann. 1757. repetito in edit. *Callimachi* p. 333. sqq. et in ejus Opusculis varii argumenti anno 1797. editis p. 112. Ejus disputationem de vero carminis sensu in compendium redactam hic cum lectoribus communicabimus, ubi primum varietatem lectionis in-

[redacted]

dicaverimus. — V. 1. Ἡσιόδου δ᾽ ἄεισμα. *Victor.* τοῦδ᾽ ἄεισμα. *Ursin. Holsten.* Vat. alii. — οὐ τὸν ἀοιδόν. *Victor. Ursin.* Vat. Cod. αὐτὸν ἀοιδόν. *Holst.* *Casaubonus* correxit οὗτος ἀοιδόν. *Salmas.* οὗτος ἀοιδοῦ ἐσχάτου. *Scaliger* ad Manil. L. II. p. 67. οὐ τὸν ἀοιδόν. cum quo facit *Bentlejus.* — V. 2. ἀλλ᾽ ὀκαισωμητο μελιχρότατον. *Victor. Ursin.* ἀλλ᾽ ὀκνέω μὴ τὸ μ. Vat. Cod. Hoc amplexus est *Salmasius*, mutato μελιχρότατον in μελιηρότατον. *Scaliger*, *Bentlejus* et *Casaubon.* in lectione Vat. Cod. acquieverunt. *Panagathus* ap. *Ursinum* corruptissimam Cod. Florent. lectionem sic tentabat: ἀλλ᾽ ὦ Ζεῦ ᾄσμα μελ. — V. 4. Ἀρήτου σύγγονος ἀγρυπνίης. *Victor.* σύγγονοι ἀγρ. *Ursin. Salmas. Casaub. Scaliger.* ἀῤῥήτου σύντονος ἀγρυπνίη. Vat. Cod. In marg. γρ. Ἀρήτου ἀντὶ Ἀράτου. — ἀῤῥήτου σύγγονοι. *Petav.* qui hoc carmen repetivit in Uranologio. *Salmasius* putabat, respici ad Hesiodi ἀστρικὴν βίβλον, ad cujus operis exemplar *Arati* carmen compositum sit. Vertit autem carmen a [redacted]

non certe poëtam ultimum, sed cujus etiam ipsum versuum corpus mellitissimum est, Solensis ille expressit. In extremo versu idem malebat ἔκγονοι ἀγρυπνίης. *Scaliger*, ut *Villoison* nos docuit in Epist. Vinar. p. 79. in margine Arati correxit: — καὶ ὁ τρόπος οὗτος ἀοιδοῦ· Ἔσχατος, ἀλλ' ὀκνέω, μὴ τὸ μελιχρ. τῶν ἐ. —. Idem quomodo hoc carmen in Comm. ad Manil. exhibeat, supra indicavimus. Putat autem, hoc Epigrammate diserte innui, *Aratum* ex *Hesiodi* Astronomico τὰ μελιχρότατα delibasse, reliqua φορτικὰ reliquisse. *Clericus:* οὐ τοῦ ἀοιδοῦ ἔσχατον. *non illud Hesiodi carmen, quod postremo loco censeri possit, cum sit egregium. Bentlejus* in omnibus presse sequitur Cod. Vat. nisi quod v. 1. ἀοιδῶν, ultimo ῥήσεις (ῥῆσις *Holsten.*) exhibet. Hesiodum non postremum quidem, sed potius suavissimum poëtarum imitatum esse Aratum Solensem. *Brunckius* in primo disticho constituendo secutus est *Ernestum*; in ultimo versu σύμβολον ἀγρυπνίης *Ruhnkenio* debetur. Epigr. in Mon. Byz. I. Tom. III. p. 132. στῆσε τροπαῖον ἑῆς σύμβολον ἀγρυπνίης. *Leonid. Alex.* Ep. XIII. λάμβανε βίβλον, Καῖσαρ, ἰσηρίθμου σύμβολον ἀγρυπνίης. Nostri versum expressit C. *Helvius Cinna* in Anthol. Lat. T. I. p. 440. CCLI. *Haec sibi Arataeis multum vigilata lucernis Carmina, queis ignes movimus aërios.* —. Jam *Ernestum* audiamus: „Viri docti, qui hoc Epigramma „emendare instituerunt, primum in sensu ejus universo „non consentiunt; aliis in laudem Arati accipientibus, „aliis ad contemtum et reprehensionem operis Aratei „trahentibus. Itaque ultima Epigrammatis huic inter„pretationi sic accommodant, ut Callimachum dicant „valere jubere tetricas illas et injucundas tricas ac nugas. „Haec vero interpretatio primum universae eruditae „antiquitatis judicio refragatur, quae Arati carmen ita „admirata est, ut eo nihil praestantius in illo erudito „et subtili genere dicendi putaret. (Ptolem. Ep. I. T. II. „p. 66. Antip. Sidon. Ep. XIX. p. 19.) Quin auctore

[redacted]

»illo ipso Vitae Arateae scriptore, Callimachus Aratum »in Epigrammatum libro et in iis, quae ad Praxiphanem »scripserat, valde laudarat, ut πολυμαθῆ καὶ ποιητὴν ἄρι- »στον; tantum abest, ut hoc Epigrammate perstringere »voluerit. Auctor autem vitae Arateae, quae Phae- »nomenis praeponitur in vulgatis libris, eum, ait, a »Callimacho hoc Epigrammate (neque enim de alio lo- »quitur) honoratum esse: παρὰ τοῦ Κυρηναίου καὶ ἐπιγράμ- »ματος ἠξιώθη. Nam quod ejus carmen λεπτὰς ῥήσεις ap- »pellat, id nullo modo in contemtum accipi debet, cum »λεπτὰ etiam in optimam partem dicantur, non modo »de oratione, sed etiam aliis rebus. (Cf. Epigrammata »Ptolemaei et Antipatri l. l. *Tenui deducta poëmata filo.* »*Horat.* II. Epist. I. 225.) Itaque χαίρετε λεπταὶ ῥήσιες »non est *valete jejuna carmina*, sed *salvete arguta carmi-* »*na.* Illud autem quam abhorrens est, quod Salmasius »συγγόνους ἀγρυπνίης intelligit *cognata vigiliis et somnum*

[redacted]

»nos habet) *expresserit*; nec quisquam exemplis ad eam »rationem firmandam usus est. Itaque aliquando venit »in mentem, sic hos versus e vestigiis corruptae scriptu»rae (ὀκαισαμητο) constituere – οὐ τὸν ἀοιδῶν ἔσχατον, ἀλλ' »οὐχ' ἄκρον, καὶ τὸ μ. Accurata ratio scribendi videtur »postulare, ut post ἀλλὰ sequatur contrarium superioris, »τοῦ ἐσχάτου ἀοιδῶν. Hoc plane est, ἀλλ' οὐχ' ἄκρον. *sed* »*longe principem*. Sed praestantissimi poëtae etiam *dul*»*cissimum* carmen expressit: καὶ τὸ μ. In libris scriptis »quam saepe μὴ et μὲν pro καὶ irrepserit per similitudi»dem compendiorum, vix nescire potest non expers »harum literarum. — Restat difficilis nodus in ultimis »verbis. Ex tribus librorum lectionibus, σύγγονος ἀγρυ»πνίης, σύγγονοι ἀγρ. et σύντονος ἀγρυπνίη, tertiam probavit »Bentlejus; nec incommodus ex ea sensus exsistit: *acris*, »*non remissa vigilia*. Enimvero fuit pronus librariis »lapsus a σύντονος ad σύγγονος, sed non minus ab hoc ad »illud. Itaque etsi σύντονος haud dubie melius est, quam »σύγγονος, tamen consensus reliquorum librorum facit, »ut σύντονος correctori potius deberi, quam a Callimacho »esse videatur: malueruntque viri docti aliud e σύγγονος »eruere, quam Holstenii σύντονος probare.« Haec *Ernestus*, qui valde inclinat ad adoptandam correctionem *Hemsterhusii* ἔκγονοι, quae etiam *Bentlejo* in mentem venerat. Hiatum vero, qui Britannum offendebat, non tantum momentum habere existimat, ut propterea haec correctio repudietur. Mihi, quamvis et *Ruhnkenii* correctio valde arridet, Vaticani tamen Cod. lectio σύντονος ἀγρυπνίη, quae et elegans est et sensum optimum facit, non temere repudianda videtur. Idem sensit *Jo. Toupius* ad Longinum p. 312. qui etiam v. 2. Vaticani Cod. lectioni inhaeret, sic ut legat: ἀλλ' ὀκνέω, μὴ οὐ τὸ μ. Sensum esse: Hesiodum, non postremum poëtarum imitatum esse Aratum, sed se vereri, ut suavissimos ejus versus expresserit. Crasis in μὴ οὐ poëtis familiaris est.

[redacted]

„illo ipſo Vitae Arateae ſcriptore, Callimachus Aratum „in Epigrammatum libro et in iis, quae ad Praxiphanem „ſcripſerat, valde laudarat, ut πολυμαθῆ καὶ ποιητὴν ἄρι„στον; tantum abeſt, ut hoc Epigrammate perſtringere „voluerit. Auctor autem vitae Arateae, quae Phae„nomenis praeponitur in vulgatis libris, eum, ait, a „Callimacho hoc Epigrammate (neque enim de alio lo„quitur) honoratum eſſe: παρὰ τοῦ Κυρηναίου καὶ ἐπιγράμ„ματος ἠξιώθη. Nam quod ejus carmen λεπτὰς ῥήσεις ap„pellat, id nullo modo in contemtum accipi debet, cum „λεπτὰ etiam in optimam partem dicantur, non modo „de oratione, ſed etiam aliis rebus. (Cf. Epigrammata „Ptolemaei et Antipatri l. l. *Tenui deducta poemata filo.* „*Horat.* II. Epiſt. I. 225.) Itaque χαίρετε λεπταὶ ῥήσεις „non eſt *valete jejuna carmina*, ſed *ſalvete arguta carmi„na.* Illud autem quam abhorrens eſt, quod Salmaſius „συγγόνους ἀγρυπνίης: intelligit *cognata vigiliis et ſomnum*

[redacted]

„nos habet) *expresserit*; nec quisquam exemplis ad eam „rationem firmandam usus est. Itaque aliquando venit „in mentem, sic hos versus e vestigiis corruptae scriptu„rae (ὀκαισαμηντο) constituere – οὐ τὸν ἀοιδῶν ἔσχατον, ἀλλ' „οὔχ' ἄκρον, καὶ τὸ μ. Accurata ratio scribendi videtur „postulare, ut post ἀλλὰ sequatur contrarium superioris, „τοῦ ἐσχάτου ἀοιδῶν. Hoc plane est, ἀλλ' οὔχ' ἄκρον. *sed* „*longe principem.* Sed praestantissimi poëtae etiam *dul*„*cissimum* carmen expressit: καὶ τὸ μ. In libris scriptis „quam saepe μὴ et μὲν pro καὶ irrepserit per similitudi„dem compendiorum, vix nescire potest non expers „harum literarum. — Restat difficilis nodus in ultimis „verbis. Ex tribus librorum lectionibus, σύγγονος ἀγρυ„πνίης, σύγγονοι ἀγρ. et σύντονος ἀγρυπνίη, tertiam probavit „Bentlejus; nec incommodus ex ea sensus exsistit: *acris*, „*non remissa vigilia.* Enimvero fuit pronus librariis „lapsus a σύντονος ad σύγγονος, sed non minus ab hoc ad „illud. Itaque etsi σύντονος haud dubie melius est, quam „σύγγονος, tamen consensus reliquorum librorum facit, „ut σύντονος correctori potius deberi, quam a Callimacho „esse videatur: malueruntque viri docti aliud e σύγγονος „eruere, quam Holstenii σύντονος probare.“ Haec *Ernestus*, qui valde inclinat ad adoptandam correctionem *Hemsterhusii* ἔκγονοι, quae etiam *Bentlejo* in mentem venerat. Hiatum vero, qui Britannum offendebat, non tantum momentum habere existimat, ut propterea haec correctio repudietur. Mihi, quamvis et *Ruhnkenii* correctio valde arridet, Vaticani tamen Cod. lectio σύντονος ἀγρυπνίη, quae et elegans est et sensum optimum facit, non temere repudianda videtur. Idem sensit *Jo. Toupius* ad Longinum p. 312. qui etiam v. 2. Vaticani Cod. lectioni inhaeret, sic ut legat: ἀλλ' ὀκνέω, μὴ οὐ τὸ μ. Sensum esse: Hesiodum, non postremum poëtarum imitatum esse Aratum, sed se vereri, ut suavissimos ejus versus expresserit. Crasis in μὴ οὐ poëtis familiaris est.

XXXVI. Cod. Vat. p. 453. Planud. p. 94. St. 137. W. (*Ernestus* VIII. p. 282.) — V. 1. Pro εἰ δ' *Salmas.* in not. mstis ἢδ' corrigebat, et sic est in ed. *Graevii.* — κισσοῦ. Vat. — V. 3. ἄλλων. *Meursius* et *Casaubonus* malebant ἄθλων, quia apud veteres mos fuerit, certaminum victores per praecones renuntiandi. Vulgatam scripturam huic conjecturae propter manifestam oppositionem, quae est in ἄλλων et κείνου, praeferendam esse censebat *Ernestus.* Quod ad sensum hujus carminis attinet, variae sunt eruditorum opiniones. *Opsopoeus*, Scholiastae nota deceptus, de Theaeteto, Socratis discipulo, cogitavit, obscurum carminis sensum interpretatione sua etiam obscuriorem reddens. In *Brodaei* explicatione vera falsis commista sunt. Verba εἰ δὲ — sic reddit: „Si ad poëticum nomen promerendum non eadem est via; nam „eorum, qui in certaminibus poëticis ac gymnicis victores a praeconibus denuntiantur, gloria plerumque e „vestigio deperit: doctorum vero hominum et Phoebo

rem ut leniret Callimachus, eum hoc Epigrammate victum solari testarique, Theaetetum veram viam ad victoriam instituisse; quod si propter judices vel indoctos vel corruptos ea via ad Bacchi hederam sive victoriam non duceret, a sera tamen posteritate Theaetetum laudem consecuturum esse; cum eorum, qui vitiosis suffragiis laudem adepti essent, honos et memoria brevi intercidere soleret. Quae interpretatio plura, quam par est, extrinsecus assumit. Videamus, quid in ipsis verbis insit. Primum ἡ καθαρὴ ὁδὸς, quam Theaetetus ambulasse dicitur, neque de integritate vitae, quod Scholiastes voluit, (ἴσως ἐν φιλοσοφίᾳ ἐβίωσε καθαρῶς) neque de simplicitate Theaeteti accipienda est. καθαρὴ ὁδὸς, *pura via*, ea est, quam quis primus ingreditur, ab aliis nondum occupata nec trita. Hunc sensum recte perspexit *Toupius* Em. in Suid. P. III. p. 565. et *Huschke* in Epist. crit. p. 4. ubi *Propertium* confert L. III. 1. 17. *Sed quod pace legas, opus hoc de monte sororum Detulit intacta pagina nostra via.* Idem v. 3. se *puro* de *fonte*, id est aliis intacto et integro, elegos in Latium intulisse gloriatur. Exposuit hoc dicendi genus *Broukhus.* ad *Tibull.* II. 1. 14. Hinc emendandus *Valerius Flaccus* in Argon. L. III. 512. *Phrygiis ultro concurrere monstris Nempe virum et pulchro reserantem Pergama ponto Vidimus.* De Hercule agitur. Ineptum est *pulchro ponto* et scribendum: *puro reserantem Pergama ponto.* Mare, quod Hercules a marina bellua, quae locum illum infestabat, liberavit, per prolepsin *purum* vocatur. Sic *puro campo* dixit *Virgil.* Aen. XII. 771. ubi vide *Heyn.* *Horat.* II. Epist. II. 271. *purae sunt plateae, nihil ut meditantibus obstet.* *Livius* XXIV. 14. *dimicaturum puro et patenti campo.* Gloriantur autem poëtae, cum novis callibus ad immortalitatem grassantur. *Lucret.* L. IV. 1. *Avia Pieridum peragro loca nullius ante Trita solo, juvat integros accedere fontes, Atque haurire: juvatque novos decerpere*

flores Insignemque meo capiti petere inde coronam, Unde prius nulli velarint tempora Musae. Cf. *Horat.* III. Carm. XXX. 6. et *Vlitium* ad *Nemesian.* Cyneg. v. 8. *Oppiano* Κυνηγ. α. 20. Musa clamat: ἔγρεο, καὶ τρηχεῖαν ἐπιστείβωμεν ἀταρπόν, Τὴν μερόπων οὔπω τις ἑῇς ἐπάτησεν ἀοιδαῖς. — οὐχ αὕτη. Si haec via, quam Theaetetus ingressus est, non ad victoriam in certaminibus ducit – quandoquidem novo huic et a nullis adhuc tentato scribendi generi nulla praemia in Dionysiis constituta sunt – hoc tamen affirmare ausim, longe majus et amplius praemium manere eum, quam ceteros. Ceterorum enim nomina praecones ad exigui temporis memoriam pronuntiant, hujus autem ingenium universa Graecia ad omnem posteritatem propagabit. — Sic haec satis expedita videri possunt. Ceterum, quo poëseos genere Theaetetus tam insignem laudem meruerit, ignoramus. Eum ex dramaticis poëtis fuisse, satis probabiliter conjicias.

XXXVII. In Vat. Cod. p. 220. sine auctoris nomine prostat. In Scholio marginali autem legitur:

das in ἄττα. βέμβιξ. χρήματα. — V. 1. ἀνείρετο. Vat. Cod. Editt. Planud. praeter Florent. ἀνήρετο. *Diog.* — In fine versus οὕτως *Diog.* — V. 2. Ὑῤῥαδίου. Pittaci patrem unus *Diogenes* vocat *Hyrradium*, hoc ipso *Callimachi* loco in errorem inductus. *Hyrradius* est nomen patronymicum ipsius Pittaci, ut docet *Suidas* in Ὕῤῥα. Idem Hyrras et Hyrrades. Hinc optime monuit doctissimus *Visconti* in Museo Pio-Clem. Tom. VI. p. 36. not. e. apud nostrum corrigendum esse Ὑῤῥάδεω. — V. 4. κατεμέ. Vat. — II. 470.] V. 5. Cod. *Rittersbusii* τε λώϊον. — σύν μοι habet *Diog.* et Vat. μοι σύ. Plan. — V. 7. σκήπωνα. Vat. — V. 9. βέμβηκας. Flor. et *Suid.* Msc. Rittersh. μέμβικας. Attigit hunc lusum *Rigalt.* ad Artemid. Onir. p. 24. *Menag.* ad Laërt. I. 80. *Interpp. Hesychii* v. βέμβιξ. *Heyne* ad Tibull. p. 43. — V. 11. ἐφ' ἑστη. Cod. Vat. In editt. Callimachi perperam ὑπέστη. — V. 12. τὴν κατά. Vat. a man. pr. *Plutarch.* T. II. p. 13. F. ἐγγυᾶσθαι δὲ δεῖ τοῖς υἱοῖς γυναῖκας μήτε εὐγενεστέρας πολλῷ, μήτε πλουσιωτέρας· τὸ γὰρ τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα σοφόν. ubi sunt qui ἐλεῖν legant; male. Non uni hoc dictum tribuebat antiquitas. Vide *Suidam* v. τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα T. III. p. 463. *Ovid.* Heroid. IX. 32. *Si qua voles apte nubere, nube pari.* — V. 15. δράξασθαι. Ut hic, sensu translato verbo δράσσεσθαι usus est *Demodoc.* Ep. III. ἣν μεγάλης δράξωνται ἀπήνης. *si magistratum adepti fuerint.* Auctor Ep. Incert. T. III. p. 22. XXI. σοφῶς ἐδράξαο νίκης. Epigr. Inedit. Cod. Vat. p. 493. ὅρκων δράσσεο χερσὶν ὅλαις. — κληδόνι. (Cod. Vat. κληδόνα.) Est hoc loco vox humana, unde, quid agendum sit, colligitur. Qui diligenter loquuntur, distinguunt inter φήμην, *humanum omen*, sive conjecturam ex dicto fortuito, et κληδόνα, *divinam vocem* ex occulto missam. Vide, quae de his vocibus disputavit *Wyttenb.* in Bibl. Crit. Vol. III. P. I. p. 61. sqq. De ominibus e puerorum vocibus fortuitis dixit, quem *Ernestus* quoque laudat, *T. H.* ad Xenoph. Ephes. in Misc. Obss.

VI. p. 342. — V. 16. ἐπ' ἤγετο. Vat. Cod. — Apud *Diogen.* τὴν δ' ὀλίγην, ὡς κεῖνος, ἐς οἰκίον ἤγαγε νύμφην, Οὕτω καὶ σὺ, Δίων, τ. κ. σ. ἐ. Lectionem Planudeae restituendam esse, judicavit *Bentlejus.*

XXXVIII. Cod. Vat. p. 253. Planud. p. 218. St. 318. W. — ἐχθρόν. Subaudi μᾶλλον, quod saepe omittitur ante particulam comparandi. Timon roganti, utrum vivorum an mortuorum sedes vehementius oderit, plane ἠθικῶς respondet, mortuorum, quippe ubi longe major pars hominum habitet. — V. 2. ὑμέων γάρ. Planud. ὑμείων γάρ. Vat. Cod.

XXXIX. Cod. Vat. ibid. *Callimachi* nomen praefixum habet. In Planud. p. 218. St. 318. W. ἄδηλον est. — V. 1. κέας *Br.* dedit ex Vat. pro vulgato κάρα. — Sensum pentametri sic interpretatur *Brodaeus:* satis superque salvus sum, si tu lugeas. At sic versus posterior nullam habet cum priore relationem. Dixerat Timon — ἀλλὰ πάρελθε. nihil aliud desidero, nisi ut abeas. Haec

in αἰγιαλεῖς mutavit; quod necessarium esse negat *Brunckius*. — V. 4. ἥσυχον Cod. ἥσυχος est ex emendatione *Hemsterhusii* ad Fr. *Callim.* CXI. p. 483. — αἴθυίῃ. Vide not. ad *Leonid. Tar.* Ep. XCI.

XLI. Vat. Cod. p. 290. Edidit *Dorville* ad Charit. p. 253. *Jensius* nr. 97. (*Ernest.* LXIV. p. 328.) — V. 1. ἀλίοιο. Cod. Ἀλείοιο correxit *Heringa* in Obss. p. 282. et *Dorvill.* l. c. Idem viderat *Salmasius*. Quum in reliquis nullum sit dorismi vestigium, *Ernestus* Ἠλείοιο corrigit.

¶. 471.] *XLII.* Cod. Vat. p. 278. Pro inedito vendidit *Jensius* nr. 738. Sed exstat, sine auctoris nomine, ap. *Athen.* L. X. p. 436. — V. 1. εὐ βαθύν. *Athen.* quod *Dalechamp.* correxit. Erasixenum, strenuum alias potatorem, calix fortasse paulo grandior, meri plenus, qui bis exhauriendus erat, suffocavit. Pro προποθεῖσα *Athenaei* libri habent φανερῶν, quod *Ernestus* operarum vitium pro φανερῶς esse putat.

XLIII. Vat. Cod. p. 279. εἰς Αἰσχρὴν τινὰ γυναῖκα οὕτω καλουμένην, τὴν Μίκκου τροφόν. Edidit *Jensius* nr. 89. *Reisk.* nr. 740. p. 151. (*Ernest.* LIV. p. 322.) Conf. in nutricem Epigr. *Theocriti* XVII. — V. 1. In verbis ἀγαθὸν γάλα, *bonum lac*, i. e. bonam nutricem, singularem quandam elegantiam quaerebat *Bentlejus*, cui fidem denegabat *Reiskius*, corrigens, ἀγαθὸς Γαλάταισιν ἐν ἐσθλοῖς. *Valckenarius* quoque in Adoniaz. p. 351. correxit: ἀγαθοῦ γάλα, subaudito ἕνεκα vel χάριν. *Eustath.* Od. ι. p. 352. 38. ὅτι δὲ καὶ ἰσοσυλλάβως ἐκλίθη τὸ γάλα, τοῦ γάλα, ἐν τοῖς τοῦ γραμματικοῦ Ἀριστοφάνους κεῖται. Sed *Brunckius*, exemplum, ait, genitivi γάλα e poëta petitum desidero, unde constet de quantitate ultimae syllabae. Mihi in mentem venerat ἀγαθὴν γάλα, *quae bonum lac praebebat*; ut quis dicitur ἀγαθὸς εἶναι τὰ πολέμια. Vide *Wesseling.* ad Herodot. L. III. p. 195. *Abresch.* Diluc. Thucyd. p. 196. — Mox

Cod. παισὶν ἐν ἐσθλοῖς habet, quod emendavit *Bentlejus*: πᾶσιν ἐν ἐσθλοῖς. *in omnibus copiis et lautitiis.* Hoc unice verum. *Salmasius* verba παισὶν ἐν ἐ. pro παῖς ἐσθλὸς posita volebat. *Guietus* tentabat, τὴν πάις ἐσθλός. — V. 3. συνέθηκεν edidit *Reiskius*: *mortuam composuit.* Frustra. Miccus Aeschrae nutricis imaginem alicubi posuisse et dedicasse videtur, ut posteri quoque intelligerent, quantum nutrici tribuisset. ἐπ' ἐσσομένοισιν divisim Vat. quod praetulit *Ernestus*. — V. 4. Ante μαστῶν lineae superscriptum ὡς. μασθῶν vulgo. — ἀπέχει χάρ. Notatis ad Epigr. XXII. adde *Thom. M.* ἀπέχω τὴν χάριν κάλλιον ἢ λαμβάνω. Συνέσιος ἐν ἐπιστολῇ· ἀπέχω τὴν χάριν, Καρπᾶς ἱκέτης μου γέγονε.

XLIV. Cod. Vat. p. 321. sq. Edidit *Jensius* nr. 122. *Reisk.* nr. 773. p. 163. (*Ernest.* p. 329. LXV.) In Menecratem, qui nimio vino confectus dicebatur. Corruptissimum carmen, quod exercuit *Ernestum* et *Ruhnkenium* in Epist. crit. I. p. 78. ed. pr. — V. 1. *Jens.* οἶν

rat. His conjecturis adjutus totum hoc distichon in hunc modum restituendum suspicor:

Πίνειν καὶ Σατύρων σε, Μενέκρατες, οὐκ ἐπὶ πουλὺ
ἥσσονα, τί, ξείνων λῷστε, κατειργάσατο;
Ἦ ῥα τὸ καὶ Κένταυρον; —

Haec et proxime absunt a membranarum ductibus, et sensum efficiunt, quem *Brunckius* quaerebat. Quaerit poëta a Menecrate defuncto: O tu, qui in potando vix a Satyris superabaris, quid, quaeso, amicorum optime, te perdidit? Num id, quod Centauris perniciem intulit? — Qui multum vini bibunt, Satyris bibacibus comparantur. *Leonidas Tar.* Ep. XVIII. Σατύρων πλείονα πιόμεθα. Cf. *Philostr.* Vit. Apollon. VI. 27. p. 267. Quum forte literis transpositis scriptum esset ΣΥΤΑΡΩΝΣΕ, hinc facile fieri potuit, ut nunc in membranis habetur, ΣΥΓΑΡΩΔΕ. In primis autem Epigrammatum vocibus Vat. Cod. saepe vitiosissimus est. — ἥσσων Σατύρων, qui a Satyris superatur. Bacchus ἥσσων οὐδενὸς θεῶν ἔφυ, ap. *Eurip.* in Bacch. 776. Bacchae πελείας ὠκύτητ' οὐκ ἥσσονες, ibid. 1088. — Verborum, quae v. 3. incipiunt, correctionem iterum debes *Zedelio* l. c. Ducta sunt haec ex *Homeri* Od. φ. 295.:

ἆ δεῖλε ξείνων, ἔνι τοι φρένες οὐδ' ἠβαιαί — —
οἶνός σε τρώει μελιηδής, ὅστε καὶ ἄλλους
βλάπτει, ὃς ἄν μιν χανδὸν ἕλῃ, μηδ' αἴσιμα πίῃ.
οἶνος καὶ Κένταυρον ἀγακλυτὸν Εὐρυτίωνα
ἄασεν. —

Quae sequuntur, Menecratis verba sunt: Fatalem somnum dormio, vinum morti nonnisi praetextum dedit. Vinum causam pereundi fuisse, non negat; excusare vero conatur laticem sibi etiam post fata dulcissimum: neminem fatum effugere, et quodvis mortis genus egere praetextu. — In v. 3. Cod. habet πεπρωμένος ὕπνος ἤλθεν. Elegantior est verborum positio, quam

Br. dedit; ſed hoc ad excuſandam immutationem vix ſuffecerit.

XLV. Cod. Vat. p. 322. (*Erneſt.* XLII. p. 308. cum lemmate: Εἰς ἱέρειάν τινα Δήμητρος γραῦν αἰσίως τελευτήσασαν, ἐπὶ τετραμέτρῳ ἑνδεκασύλλαβον.) Mulier, cujus cippo haec inſculpta fuerunt, non Cereris tantum, ſed etiam Cabirorum et Bonae Matris ſacerdos fuit. Tam multis diis unam mulierem operatam eſſe, memorabile. Num huc trahendum eſt id, quod, qui Cabirorum myſteriis initiati erant, diverſa numina ſub uno Cabirorum numine coluiſſe dicuntur? (Vide *Heyn.* Exc. IX. in Aen. II. p. 310.) Vix puto. — V. 1. πόλι. Vat. Mox ὦνερ fruſtra ſuſpectum fuit *Annae.* Viatorem defuncta alloquitur. — Δινδυμήνης. Cod. — V. 3. In Analectis ἡγο . . . exhibetur; in Cod. ἡνο . . . eſt; quod iis, qui ingenium in lacuna explenda experiri volent, fortaſſe profuerit. *Bentlejus* cenſet, illud ἡγο . . . notare, ἡγεμόνα eam fuiſſe ἐν χοροστασίαις καὶ ἱερομηνίαις, i. e. ἀρχη-

Aſtaciden ut heroëm inter paſtores, qualis Daphnis fuit, in poſterum celebrabimus. — Scriptum videtur hoc Epigr. in formoſum puerum, morte immatura exſtinctum; quem poëta propterea, ut alterum Hylam, propter venuſtatem, non ab Orco, ſed a Nympha, ejus amore incenſa, raptum dicit.

XLVII. Cod. Vat. p. 219. Planud. p. 288[b]. St. 425. W. Ubi plures Heraclitos recenſet *Diogen. Laert.* L. IX. 17. p. 557. etiam eum commemorat, quem *Callimachus* hoc Epigr. ut egregium poëtam virumque jucundum praedicat. Idem inter doctos Halicarnaſſenſes commemoratur ap. *Strabon.* XIV. p. 656. qui etiam ejus cum poëta noſtro familiaritatem meminit. — V. 3. ἠέλιον ἐν λ. Vat. ἥλιον ἐν λ. *Diog.* et ed. Plan. Aſc. et Steph. Antiquiores, ut Cod. Vat. *Br. Bentleji* judicium ſequitur, qui bene monuit, λέσχην hoc loco eſſe ipſam confabulationem, non locum, ubi confabularentur. — ἠέλιος de die accipiendum plures illuſtrarunt. Vide *Triller.* ad Thom. M. p. 419. De λέσχῃ autem praeter ea, quae Viri docti ad hunc locum dederunt, (*Erneſt.* II. p. 274. ſqq.) conf. *Caſaubon.* ad Theophr. Char. c. III. p. 41. *Kuhn.* ad Aelian. V. H. II. 34. *Callimachi* verba obverſata eſſe *Aeliano* H. A. VI. 58. οἱ δὲ θέειν ἀνάγκῃ αὐτοὺς καὶ ὁμολογεῖν, ὅτι τὸν μὲν ἥλιον ἐν ταῖς λέσχαις καταδύειν ἄγουσι σχολὴν, οὐκ ἴσασι δὲ ὅσα οἱ ὄρνιθες — monuit *Petav.* ad Syneſ. p. 18. et *Schneider* ad Aelian. p. 212. At ex hoc loco apparet, *Aelianum* in ſuo Cod. reperiſſe lectionem *Stephani:* ἥλιον ἐν λέσχαις κατεδ. Ceterum hoc dicendi genus expreſſit *Virgil* Ecl. IX. 51. *Saepe ego longos Cantando puerum memini me condere ſoles.* *Perſius* Sat. V. 41. *Tecum etenim longos memini conſumere ſoles.* — V. 4. τετρέπαλαι, quod *Anna* tuetur et *Menagius* p. 399. minus ſincerum videbatur *Brodaeo*, qui τέφρα πάλαι conjecit. *Wakefield* in Silv. crit. T. II. p. 156. τέφρα τε καὶ σποδιὴ legendum contendit; quam

ſuam conjecturam *Menagius* quidem vulgatae non praetulit. *Minucius Felix* in Oct. XI. *Renaſci ſe ferunt poſt mortem et cineres et favillas.* — Paulo ante Ἁλικαρνησσεῦ Vat. tres Aldinae et Aſc. Ἁλικαρνασεῦ. Flor. — V. 5. ἀηδόνες. Sed adhuc vivunt carmina tua: elegi, ut diſcimus ex *Diogene Laertio.* — Ipſi poëtae ſaepenumero ἀηδόνες vocantur; vide ad *Noſſid.* Ep. XII. Hic carmina, ut in Ep. ἀδεσπ. DXIX. πολυμελεῖς Ἀλκμᾶνος ἀηδόνες. — V. 6. ἁρπακτής. Planud. ἁρπακτὴρ ex *Diogene* praetulit *Bentlejus.* Sententia eſt, ut ap. *Horat.* L. III. Carm. XXX. 6. *Non omnis moriar: multaque pars mei Vitabit Libitinam: usque ego poſtera Creſcam laude recens.* Anthol. Lat. Tom. I. p. 449. CCLXII. *Ingenio mors nulla nocet; vacat undique turrum: Inlaeſum ſemper carmina nomen habent.*

XLVIII. Cod. Vat. p. 246. ſq. Planud. p. 245. St. 356. W. (*Erneſt.* XIX. p. 291.) In Lyci Naxii mercatoris, qui ab Aegina profectus naufragium fecerat, cenotaphium. — V. 1. [illegible]

XLIX. Cod. Vat. p. 278. Planud. p. 193. St. 281. W. (*Erneſt.* X. p. 284.) — V. 1. ὁ Ἀκανθ. Vat. Ex eodem θνάσκειν pro vulgato θνήσκειν receptum eſt. ἱερὸν ὕπνον male de longo et perpetuo ſomno explicari, docet *Heynius* ad Tibull. II. 6. 31. Sanctus vocatur ſomnus, quia piorum manes ſancti ſunt. Contulit *Rubnk.* Epigr. ap. Spon. Miſcell. p. 369. καὶ λέγε Πετιλίην εὕδειν, ἄνερ· οὐ θεμιτὸν γὰρ θνήσκειν τοὺς ἀγαθοὺς, ἀλλ' ὕπνον ἡδὺν ἔχειν. inter ἀδέσπ. DCCXV. Conf. quae collegit *van Goens* de Cepotaph. p. 164.

L. Cod. Vat. p. 289. Planud. p. 195. St. 284. W. — Vulgata lectio πῶς ἔσεται, quam *Br.* e Cod. Vat. emendavit, *Annam* commovit, ut hoc carmen de Pythagoreo interpretaretur. *Opſopoeus* idem in Epicureum, diu de animae natura ambigentem, ſcriptum exiſtimabat. Hoc unum mihi cum probabilitate quadam ſuſpicari videor, Timarchum, philoſophum, dum viveret, de natura animae ejusque poſt mortem conditione ſcripſiſſe. Hinc fit, ut, eodem deſuncto, poëta eos, qui de his rebus aliquid certius accipere vellent, ad inferos ableget. Haeremus autem in verbis: δίζεσθαι φυλῆς Πτολεμαΐδος. Haec vix commode ita accipi poſſunt, ut ſenſus ſit: Quaere virum ex tribu Ptolemaide, filium Pauſaniae — pro ἦν δίζῃ Τίμαρχον, ἐκ φυλῆς Πτ. quod tum demum locum haberet, ſi prius diſtichon generalem enuntiationem contineret; fere ſic: Si forte certius quidquam de animae natura audire et diſcere volueris, ad inferos tibi deſcendendum eſt; ibi enim Timarchum invenies Athenienſem, Pauſaniae filium, harum rerum peritiſſimum. Nunc vero parum abeſt, quin poſterius diſtichon depravatum exiſtimem. δίζεσθαι a librario in locum omiſſi vocabuli inſertum videtur. Nihil obſcuritatis habiturus eſſet hic locus, ſi Cod. praeberet:

Ἣν δίζῃ Τίμαρχον — —
Κεκροπίδην, φυλῆς Πτολεμαΐδος, υἱέα πατρὸς
Παυσανίου, δήεις αὐτὸν ἐν εὐσεβέων.

Sic protasis continuatur usque ad Πανδιονίων, reliqua apodosin constituunt φυλῇ Πτολεμαΐς una ex tribubus Atticis. *Pollux* VIII. 110.

¶. 473.] *LL.* Cod. Vat. p. 278. Planud. p. 196. St. 285. W. (*Ernest.* XII. p. 286.) „στίχος habent Vat. „Cod. et Planudei plures: in duobus superscriptum erat „τάφος. Tum Vat. Cod. λέξων. Iidem omnes habent v. 2. „δολιχός, quod rectum est, et ad στίχος refertur.“ *Branck.* In Planud. vulgo: ὁ καὶ τάφος, οὐ μακρὰ λέξω. et in pentametro. Κρὴς ὑπ' (ἐπ' Vat.) ἐμοὶ δολιχόν. Solet hoc distichon de homine brevis staturae, sub exiguo sepulcro condito, accipi. Vix recte. σύντομος dici videtur homo paucorum verborum. (σύντομα λέγειν, *Sophocl.* Antig. 446. rem breviter eloqui συντέμνειν λόγον est; vide exempla a *Wetstenio* collecta ad N. T. II. p. 69.) Quum igitur Theris, dum viveret, breviloquentiae studiosissimus fuisset, poëta brevissimum elogium ejus cippo inscribendum esse censet. δολιχὸν sive δολιχὸς *Branckius* defuncto primus tribuit, ...

ut parentibus mortem ſuam, et quo loco ſepultus ſit, indicare velit. Cf. ſimile Ep. *Aſclepiad.* XXXIX. *Nicaeneti* Ep. V. — V. 1. ἦν ἐθέλῃς. Vat. — V. 4. υἱὸν om. Vat. In marg. ὧδ' ἐπέχω. Hoc vulgata non deterius eſſe, judicat *Brunckius.* υἱὸν eleganter ſuppreſſum *Planudes* forte inſeruit.

LIII. Cod. Vat. p. 290. Planud. p. 209. St. 304. W. (*Erneſt.* XIV. p. 288.) Ex v. 5. ſuſpicor, Charidam illum, quicum poëta loquitur, vitam poſt mortem negaſſe. Poëta eum itaque poſt fata in eadem ſententia manentem fingit. — V. 1. ἀναπαύεται. Frequens de defunctis, qui a vitae moleſtiis et aerumnis quieſcunt. Illuſtravit *Alberti* in Obſſ. phil. p. 492. ſq. — Εἰ τὸν — ὑπ' ἐμοί. Cippus loquitur. Eleganter poëta hac ratione patris nomen et patriam indicat. Poſteriora duo diſticha Vat. Cod. tanquam novum Epigramma exhibet. — V. 3. πολὺς σκότος. Vat. Nihil intereſt, utro modo legas. Ceterum Charidae verba ſunt, quibus γ. praefixum. Per ἄνοδον *Anna* palingeneſiam intelligit. — μῦθος. *Baſil. Caeſar.* p. 349. B. Quo abierunt, ait, illi illuſtres imperatores et tyranni: οὐ πάντα κόνις; οὐ πάντα μῦθος; οὐκ ἐν ὀλίγοις ὀστέοις τὰ μνημόσυνα τῆς ζωῆς αὐτῶν; *Et cinis et manes et fabula fies.* *Perſius* Sat. V. 153. ex *Horatio* I. 4. 16. *Jam te premet nox fabulaeque manes.* cui loco inter alia ſimilia noſtrum quoque Epigr. admovit *Mitſcherlich.* in Specim. p. 21. nec ejus obliti ſunt *Juvenalis* Intrpp. II. 149. *Eſſe aliquod manes et ſubterranea regna, Et pontum, et ſtygio ranas in gurgite nigras — Nec pueri credunt.* nec *Barthius* ad *Claudian.* de Laud. Stil. L. III. 71. p. 285. — V. 5. λόγος. Referendum ſive ad omnia, quae Charidas de inferis praedicaverat, ſive ad unum verbum ἀπωλόμεθα. — Pro ὔμμιν Flor. ed. ὑμῖν. — Ad ſequentia verba, quae obſcuriſſima ſunt, longum eſt, Interpretum ſomnia adſcribere. *J. Scaliger* in Not. mſtis Πελλαῖος corrigit. *Salmaſius* ad Tertull. de Pall. p. 334.

putat, Pellaeum fuisse ἀλαζόνα, hominem inflatum, gloriosum, quia Graecis dicatur homo vaniloquus et nimis magnifice de se sentiens et praedicans βοῦς. Antithesis esse videtur in verbis λόγος ἀληθινὸς et ἡδύς. Id quod dixi, defunctos perire, verus est sermo, quamvis fortasse parum jucundus. Quod si jucundiora audire voles — —. Aliter tamen sensisse videtur *P. Fonteinius*, cujus conjecturam profert *Burmannus* in *Dorvillii* Sicul. T. II. p. 449. οὐδὲ, τὸν ἡδὺν, Πωλεῖται χαλκοῦ βοῦς μέγας εἰν Ἀΐδῃ. Interpretationem non addidit; nec ipse, quid senserit, exputo. — Pro εἰν Ἀΐδῃ, quod in Vat. est, vulgo habetur εἰς Ἀΐδην.

LIV. Cod. Vat. p. 289. Planud. p. 216. St. 314. W. (*Ernest* XV. p. 288.) In Charmidem subita morte oppressum. — V. 1. Recte *Anna* comparavit *Theocrit.* Eid. XIII. 4. οἱ θνατοὶ πελόμεσθα, τὸ δ' αὔριον οὐκ ἐσορῶμες. *Nemo tam Divos habuit faventes, Crastinum ut possit sibi polliceri. Seneca* Thyest. 619. Similia collegit *Westen.*

orthographia hujus nominis vide *Wasse* ad Thucyd. L. III. p. 517. ed. Bip.

¶. 474.] *LVI.* Vat. Cod. p. 279. Planud. p. 234. St. 339. W. (*Ernest.* XVII. p. 290.) In Crethidem Samiam mulierem, aequalibus suis, dum viveret, valde gratam. — V. 1. τὴν πολύμυθον. Non in reprehensionem dictum; facundam mulierem significat, ut λάλη. Vide *Ruhnk.* ad Hermes. 78. p. 297. — V. 2. Σαμίην Vat. a pr. man. — V. 3. εὖν ἔριθον. Vat. Idem mox ἀπὸ βρίζει. Compositum ἀποβρίζειν habet *Homer.* Od. ι. 151. Cf. *Theocrit.* Ep. XX. 4.

LVII. Cod. Vat. p. 246. Planud. p. 245. St. 356. W. (*Ernest.* XVIII. p. 290.) In cenotaphium Sopolis, Dioclidae filii, naufragi. Posterius distichon expressum ex Ep. *Simonid.* XCII. νῦν δ' ὁ μὲν ἐν πόντῳ κρυερὸς νέκυς· οἱ δὲ βαρεῖαν Ναυτιλίην κενεοὶ τῇδε βοῶσι τάφοι. — Ad initium carminis fortasse obversabatur poëtae Prolog. Medeae Euripideae: Εἴθ' ὤφελ' Ἀργοῦς μὴ διαπτᾶσθαι σκάφος Κόλχων ἐς αἶαν κυανέας συμπληγάδας — οὐ γὰρ ἂν δέσποιν' ἐμὴ, Μήδεια, πύργους γῆς ἔπλευσ' Ἰωλκίας. — V. 4. σᾶμα. Vat. Cod. et Plan.

LVIII. Cod. Vat. p. 278. Plan. p. 258. St. 372. W. (*Ernest.* XX. p. 290.) — In primo vers. δωδεκέτην correxit man. rec. in Vat. Cod. — Vulgo ἀπέθηκε. — Seq. vers. *Jos. Scaliger* in Not. mstis corrigit: τὴν πολλῆς ἐλπίδα. Mutatione non est opus. πολλὴν ἐλπίδα dixit *Eurip.* in In. Fr. XII. 2. ἐλπίδα μεγάλαν Troad. 857.

LIX. Cod. Vat. p. 289. Planud. p. 261. St. 377. W. (*Ernest.* XXII. p. 292.) In Melanippum et Basilo ejus sororem, quae, fratre defuncto, ipsa sibi manus intulerat. — V. 2. δυομένου. Vulg. — V. 4. κατήφησεν. Vat. *Antip. Sidon.* Ep. XCIX. ἁ μεγάλα δ' Αἴγυπτος ἑὰν ὠλόψατο χαίταν, Καὶ πλατὺς Εὐρώπας ἐστονάχησε δόμος. — V. 6. εὐτέκνων. Vulgo. Nostrum praeter Vat. Cod. habet etiam

Planudeor. regius optimus. Idem *Huetius* in Cod. Scaligeri notatum invenit.

LX Cod. Vat. p. 281. Planud. p. 289. St. 428. W. ubi *Callimachi* nomen desideratur in antiquis editionibus. Sed huic poëtae tribuitur antiquissima auctoritate *Ciceronis* in Tusc Quaest. I. 34. *Callimachi quidem epigramma in Ambraciotam Cleombrotum est, quem ait, cum ei nihil accidisset adversi, e muro se in mare abjecisse, lecto Platonis libro.* ad quem locum vide *Davisium.* Habetur ap. *Sextum Empir.* adv. Gramm. I. 2. p. 227. et *Ammonium* in Porphyr. Isagog. p. 3. Κλεόμβροτός τις ὀνόματι ἐγκύψας (*Bentl.* conj. ἐγκύρσας, improbante *Bernardo* ad Theophan. Non. c. 39. p. 178.) τῷ Πλάτωνος Φαίδωνι, καὶ, ὅτι μὲν δεῖ τὸν φιλόσοφον θάνατον μελετᾷν, γνοὺς, ὅτῳ δὲ τρόπῳ δεῖ, μὴ γνοὺς, ἀνελθὼν ἐπὶ τοῦ τείχους ἑαυτὸν κατεκρήμνισε· τούτου μαρτύριον ὁ εἰς αὐτὸ τὸ Ἀμβρακιωτικὸν μειράκιον ἐκθέμενος ἐπίγραμμα ποιητής· φησὶ γὰρ, Εἴπας, ἥλιε — —. Ad hanc historiam respicit *Agathias* Ep. LXX.

ἰδών. Plan. Vat. Cod. ut Ep. LIX. τὸν εὔτεκνον χῆρον ἰδοῦσα δόμον. XLVIII. ναῦν ἅμα καὶ ψυχὴν εἶδεν ἀπολλυμένην. — *Brunckius* tamen praetulit lectionem *Scholiastae Dion. Thr.* secutus judicium *Valckenarii* ad Ammon. l. c. Cf. *Bernard.* ad Thom. M. l. c. Ap. *Sextum* θανάτου τέλος perperam legitur. — ἢ τὸ πλατ. Vat. Cod. qui et v. 4. ἐν τῷ inepte legit. γράμμα de *libro* illustrat *Valcken.* l. c. et *Maussacus* in Diss. crit. de Harpocr. p. 382. — ἀναλεξάμενος, i. e. ἀναγινώσκων. Laudat *Ernestus Abreschium* in Misc. Obss. Tom. VI. 2. p. 399. sq. Adde *Hemsterh.* ad Lucian. T. II. p. 362. ed. Bip.

¶. 475.] *LXI.* Cod. Vat. p. 279. Planud. p. 284. St. 411. W. (*Ernest.* XXVIII. p. 296.) In Micylum, virum pauperem, sed bonum et integrum. — V. 1. ἀπὸ σμικρῶν. Ab exiguo patrimonio egenum victum habui. βίος pro βίοτος, ut saepe. — V. 2. ῥέξας emendavit *Valckenar.* ad Theocr. p. 350. B. qui etiam distinctionem mutavit, puncto post οὐδένα posito, et distinctionis nota, quae est post Μίκυλος, deleta. Nomen viri, a μικκὸς derivandum, idem Μίκκυλος scribit; improbante *Brunckio.* In *Leonidae Tar.* Ep. XV. nomen est Μίκυθος ejusdem originis priore producta. Vat. Cod. Μείκυλος. nam ι longum ει scribebant. Vide *Brunck.* ad Apollon. Rhod. I. 53. — V. 4. Ad verba ἄλλοι δαίμονες repetendum ex superioribus κοῦφοι, sed sensu diverso. Deos sibi *placidos, jucundos* precatur. In ἄλλοι vide ne naevus haereat. Fortasse *Callimachus* scripserat:

— — μήτ' ἀΐδου δαίμονες, οἵ μ' ἔχετε.

LXII. Cod. Vat. p. 290. Planud. p. 278. St. 402. W. (*Ernest.* XXII. p. 292.) Patris laudem cum laude avi et sua conjungit. — V. 3. ᾔδείης. Vat. et mox ὁ μὲν κοτεν π. Hinc intelligimus, *Callimachi* nostri avum bello clarum et Cyrenaeorum ducem fuisse. — V. 4. Vulgo κρείσσονα. Superavit invidiam carminibus. — V. 5. οὐ νέμεσις.

Idque ei merito contigit, cum Musae ei inde a pueritia faverint. — Versu ult. vulgo legebatur ἄχρι βίου. et sic est in Planud. *Scholiast.* Hesiod. Theog. init. Ὅντινα τιμήσουσι Διὸς κοῦραι μεγάλοιο, Γεινόμενόν δ' ἐσίδωσι διοτρεφέων βασιλήων. Ἐντεῦθεν καὶ Καλλίμαχος ἔφη· Μοῦσαι γὰρ ὅσους βλέμματι εἶδον παῖδας Μὴ λοξῷ, πολιοὺς οὐκ ἀπέθεντο φίλους. Unde *Bentlejus* praeclare vidit, epitheton, quod desiderabatur ad ὄμματι, esse λοξῷ. Huic conjecturne, si conjectura dicenda est ejusmodi emendatio, calculum adjecit *Rubnk.* Ep. crit. p. 146. comparans *Apollon. Rhod.* L. IV. 476. ὀξὺ δὲ πανδαμάτωρ λοξῷ ἴδεν, οἷον ἔρεξαν, Ὄμματι. *Nonnus* XXX. p. 766. ὄμματα λοξὰ τίταινε χόλου κήρυκι σιωπῇ. Quaedam huc pertinentia dedit *Klotz.* ad Tyrt. p. 37. sq. Sententia est, ut ap. *Theocrit.* Eid. IX. 35. Μῶσαι φίλαι, οὓς γὰρ ὁρεῦντι Γαθεῦσαι, τὼς οὔτι ποτῷ δαλήσατο Κίρκη. et *Horat.* IV. Carm. III. 1. *Quem tu, Melpomene, semel Nascentem placido lumine videris.* cui Callimachea admovit *Muretus* in Var. Lect. IV. 20. Nostri loci memor *Valckenarius* ad *Eurip.* Hipp. 1339. p. 310. C. cum in

MENECRATIS SMYRNAEI
EPIGRAMMATA.

¶. 476.] *I.* Vat. Cod. p. 425. Planud. p. 120. St. 173. W. Mulier quaedam, cum tres liberos morte immatura amiſiſſet, quartum infantem ſimulatque enixa eſſet, rogo impoſuit. — V. 2. ἀπλήστῳ δαίμονι. Plutoni inſatiabili. ἀπλήρωτ' Ἀΐδα. Ep. ἀδέσπ. DCCXIII. — V. 3. τετρ. ἄλγος. i. e. βρέφος, novum ipſi luctum allaturum. ἀδήλους ἐλπ. Non exſpectavit incertum rei eventum, ſed infantem ſuum ſtatim flammis tradidit. — V. 6. κερδήσω. Educationis ſaltem labore ſuperſedebo, et ſic luctum habebo minori curarum dispendio. — *Wakefield.* in Sylv. crit. T. II. p. 153. offenſus repetitione ejusdem vocabuli, θεῖσα et ἔθηκε, verſu 4. corrigebat: ζωὸν ἧκε βρ. Mihi vulgata probatur. Idem v. 5. diſtinguit ſic: οὐ θρέψω, λέξασα· τί γὰρ πλέον; Ἄϊδι μ.

II. Vat. Cod. p. 365. Planud. p. 21. St. 33. W. Argutum diſtichon. — ὀφειλόμενον. Senectutis, quamvis ab omnibus deſideratae, exſpectatio longe melior tamen et jucundior, quam ejusdem praeſentia. Eam nobis a natura deberi cupimus, perſolvi non volumus.

ERATOSTHENIS CYRENAEI
FRAGMENTA QUAEDAM.

¶. 477.] *I.* „Eratoſthenis poëmatium erat, Erigone, „διὰ πάντων ἀμώμητον, ut ait Longinus. Hujus argumen„tum Erigones fabula, quae ob moerorem amiſſi patris „ſuspendio vitam finivit. Ex eo verſiculum profert Ma„crobius Sat. VII. 15. καὶ βαθὺν ἀκρήτῳ πνεύμονα τεγγόμε„νος. Alium Stephanus in ἄστυ· εἰσόκε δὴ Θορικοῦ καλὸν

νῖκαιον ἄστυ." *Brunck.* Locus *Longini* de Erigone est Π. Ὕ. 33. Fabulam, a tragicis quoque tractatam, narrat *Apollod.* L. III. 7. p. 270. ubi vide not. Versus a *Brunckio* ex *Macrobio* prolatus an in Erigone lectus fuerit, ignoratur. Hoc scimus, *Eratosthenem Alcaei* vestigia pressisse, qui dixerat: οἴνῳ πνεύμονα τέγγε, τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται. quae verba vulgo cani suisse solita narrat *Macrobius* l. c. ex *Plutarcho* T. II. p. 698. A. Hanc cantilenam *Petronio* restitui volebat *Munckerus* c. XXXIV. pro *tengomenas faciamus*; sed incerta emendatio. Illud certius, quod *Philodemus* Ep. XXII. ad *Alcaei* versum respexit: καὶ Μιτυληναίῳ τὸν πνεύμονα τέγξατε Βάκχῳ. — Alter *Eratosthenis* versiculus, ex *Stephano Byz.* sumtus, sic ap. hunc scriptorem legitur: λέγεται ἄστυ καὶ ὁ δῆμος· ὡς Ἐρατοσθένης ἐν Ἠριγόνῃ (l. Ἠριγόνῃ) εἴς τε δὴ Θορικοῦ καλὸν ἵκανεν ἕδος. ὅτι δὲ δῆμος Θορικὸς, δῆλόν ἐστι. ubi pro ἕδος legendum esse ἄστυ *Pinedo* vidit. Hac conjectura recepta, *Ruhnken.* in H. in Cerer. 126. p. 24. scribendum censet praeterea: εἰσέκα δὴ Θορικοῦ καλὸν ἷκεν ἐς ἄστυ. com-

II. Hoc fragmentum exſtat inde a v. 3. in *Fulvii Urſini* coll. Virgil. ad Georg. I. 233. p. 114. ed. *Valck.* ex Achill. Tat. Isagoge in Arati Phaen. p. 153. et ap. *Scaliger.* in Manil. L. IV. p. 240. Duobus verſibus ab initio auctum edidit hoc fr. ex eodem Achille T. *Fellus* in Arateis p. 46. Verſus 3 - 10. leguntur in *Heraclidis* Alleg. Hom. p. 165. ed. *Schow.* Ἑρμῆν Eratoſthenis, hexametris conſcriptum, diſciplinarum origines tradidiſſe, ſuſpicatur *Heynius* in Opuſc. Acad. Tom. I. p. 97. not. Ex hoc carmine ſuperſunt etiam alia fragmenta. Duo ap. *Athenaeum.* Alterum L. V. p. 189. D.:

Βαθὺς διαφύεται αὐλών.

Alterum L. VII. p. 284. D. E.:

Ἄγρης μοῖραν ἔλειπον ἔτι ζώοντας ἰούλους,
Ἠέ γε νειήτην τρίγλην ἢ περκάδα κίχλην,
Ἢ δρομίην χρύσειον ἐν ὀφρύσιν ἱερὸν ἰχθύν.

Pollux L. VII. 90. Μέμνηται δὲ καὶ φαικασίου ἐν τῷ Ἑρμῇ Ἐρατοσθένης·

Πέλμα ποτὶ ῥάπτεσκεν ἐλαφροῦ φαικασίοιο.

Confer *Toup.* in Em. in Suid. P. III. p. 539. — Ut ad noſtrum fragmentum redeamus, duo verſus, qui ejus initium conſtituunt, ſic leguntur ap. *Fellum:*

αὐτὴν μέν μιν ἔτετμε μεσηρέα παντὶ ὀλύμπου
κέντρου ἀπὸ σφαίρας· διὰ δ' ἄξονος ἠρήρειστο.

Zonarum, quas coelum ambire fingit *Eratoſthenes*, deſcriptionem hinc ſumſit *Virgilius* Georg. I. 233. ſqq. *Quinque tenent coelum zonae: quarum una coruſco Semper ſole rubens, et torrida ſemper ab igni; Quam circum extremae dextra laevaque trahuntur, Caerulea glacie concretae atque imbribus atris. Has inter mediamque duae mortalibus aegris Munere conceſſae Divom; via ſecta per ambas, Obliquus qua ſe ſignorum verteret ordo.* — V. 3. Pro περιειλάδες *Heraclides* legit περιηγέες. — V. 5. ἔκπυρος. *Heracl.* — V. 6. ἐπ' αὐτήν. *Heracl.* et mox κεκλιμέ-

λεῖται ἡ πρώτη ἐξάνθησις καὶ ἄ
ὁ μέντοι Ἐρατοσθένης ὄνομα ᾠδῆ
λέγων οὕτω·

> ἡ χερνῆτις ἔριθος, ἀφ' ὑ
> δανδαλίδας τεύχουσα, κα

οὐκ ἔστι δὲ, φησὶ Δίδυμος, ἀλλ'
γος παρὰ Τροιζηνίοις εἰς Ἄρτεμ
ἐκ τῶν δραγμάτων συναγομένη
Vehementer depravati legun
v. Ἴουλος. ubi in Edit. princ
manus est — sic scripti exstan
ἀλεῦνες Δανδαῖτις στείχουσα καλ
tegriores eosdem protulit T
qui tamen etiam δαιδαῖτις στ
sum *Brunckius* ex Codice, siv
lonii, non enim diserte indic

> ἦν δ' ἄρα χερνῆτίς τις

ubi vocem ἔριθος praeteriri vid
lenissima mutatione :

> ἦν χερνῆτις ἔριθος — ·

Vox ἔριθος mediam producit.
quidem emendatio necessaria

III. Ex *Eutocio* in Archimedis Sphaeram et Cylindrum p. 22. ed. Basil. an. 1544. ad calcem Epistolae Eratosthenis ad Ptolemaeum, quam *Fellus* repetivit in Arateis p. 35. Hinc discimus, problematis de cubo duplicando mentionem primum injectam esse in Tragoedia; ubi cum Minos Glauco filio sepulcrum exstrui vellet, isque, cui hoc negotium imposuerat, dixisset, monimentum centum quaquaversus pedum fore, Minos respondit:

μικρόν γ' ἔλεξας βασιλικοῦ σηκὸν τάφου·
διπλάσιος ἔστω· τοῦ κύβου δὲ μὴ σφαλῇς.

quos versus, sic a se emendatos, *Valckenarius* in *Euripidis* Polyido lectos fuisse docet in Diatr. p. 203. B. Postea idem problema denuo propositum est Deliis, oraculo eos Apollinis aram duplicare jubente. Tum plures ejus solutionem quaesivisse, *Eratosthenes* narrat: τῶν δὲ ζητούντων, δύο δοθεισῶν δύο μέσας λαβεῖν, Ἀρχύτας μὲν ὁ Ταραντῖνος λέγεται διὰ τῶν ἡμικυλίνδρων εὑρηκέναι, Εὔδοξος δὲ διὰ τῶν καλουμένων καμπύλων γραμμῶν· συμβέβηκε δὲ πᾶσιν αὐτοῖς ἀποδεικτικῶς γεγραφέναι· χειρουργῆσαι δὲ καὶ εἰς χρείαν πεσεῖν μὴ δύνασθαι, πλὴν ἐπὶ βραχύ τε τοῦ Μενέχμου, καὶ ταῦτα δυσχερῶς. Historiam hujus problematis, quod plures veterum mathematicorum exercuit, nuper docte enarravit *Nicol. Theodorus Reimer* in libro peculiari de *Cubi Duplicatione.* *Gottingae* 1798. 8. ubi ipsum *Eratosthenis* carmen exhibuit, notis illustratum, p. 146. sqq. Describit poëta hoc carmine, difficilioribus aliorum solutionibus rejectis, simplicissimam, quam ipse excogitaverat, problematis illius solvendi rationem. Utebatur ad eam rem instrumento quodam, ita concinnato, ut ejus ope inter duas datas lineas duae mediae proportionales facillimo negotio reperiri possent. Hoc instrumentum publice in templo suspendit, inscriptione addita, qua ejus usum breviter declararet. — V. 1–4. Tria sunt, ni fallor, quae *Eratosthenes* problematis loco proponit. Primum

cubi duplicatio, κύβον διπλάσιον τεύχειν; alterum, dati corporis formam in aliam (εἰς ἄλλο, σχῆμα scil.) mutare; tertium denique, corporis cavitatem metiri (μάνδρην — μετρῆσαι). Haec omnia effici posse ait, duabus lineis mediis inter duas datas inventis. In hunc sensum *Eratosthenis* verba accipienda esse, apparet ex iis, quae in Epistola praemisit: Ἐπινενόηται δέ τις ὑφ' ἡμῶν ὀργανικὴ ῥᾳδία, δι' ἧς εὑρήσομεν δύο τῶν δοθεισῶν οὐ μόνον δύο μέσας, ἀλλ' ὅσας ἄν τις ἐπιτάξῃ· τούτου δὲ εὑρισκομένου δυνησόμεθα καθόλου τὸ δοθὲν στερεὸν παραλληλογράμμοις περιεχόμενον εἰς κύβον καθιστάναι, ἢ ἐξ ἑτέρου εἰς ἕτερον σχηματίζειν, καὶ ὅμοιον ποιεῖν καὶ ἐπαύξειν διατηροῦντας τὴν ὁμοιότητα, ὥστε καὶ βωμοὺς καὶ ναούς· δυνησόμεθα δὲ καὶ τὰ τῶν ὑγρῶν μέτρα καὶ ξηρῶν, λέγω δὲ οἷον μετρητὴν μέδιμνον, εἰς κύβον καθιστάναι, καὶ διὰ τῆς τούτου πλευρᾶς ἀναμετρεῖν τὰ τούτων δεκτικὰ ἀγγεῖα, πόσον χωρεῖ. His verbis autem ut poëmatis verba respondeant, corrigendum videtur:

φράζεαι, ἢ στερεὸν πᾶσαν ἐς ἄλλο φύσιν
εὖ μεταμορφῶσαι.

ſunt granis ſub terra condendis. Vide *T. H.* ad *Pollac.* L. IX. 49. *Valcken.* in Diatr. p. 217. ſq. ubi duo priora haec diſticha excitat; et *Schneiderum* in Ind. Script. R. Ruſt. p. 331. — V. 5. *τῇδ'. hac ratione;* ſive, quod *Reimerus* maluit, *τῇδε ὀργανικῇ εὑρέσει*, ut *Eratoſthenes* ipſum inſtrumentum, in columna pendens, demonſtrare videatur. Prius mihi praeferendum videtur. Junge *τόδε τοι πάρα, πάρεστι, ὅτε* —. Verba ſequentia ſic ſtruenda docuit *Reimerus: ὅτε ἕλῃς ἐντὸς δισσῶν κανόνων μέσας συνδρομάδας ἐν τέρμασιν ἄκροις. ſi ſumſeris intra duas regulas medias concurrentes in extremis terminis,* i. e. *punctis.* Rem, quantum ejus ad verborum interpretationem requiritur, paucis expediamus; uberior enim ſolutionis expoſitio et probatio noſtri muneris non eſt. Eam qui deſideret, a *Reimero* petat p. 134. ſqq. Duabus lineis A B et C D datis, *Eratoſthenes* parallelogrammum conſtitui jubet rectangulum, cui baſis ſit major ex datis lineis A B. Deinde in linea B D tria deinceps parallelogramma ejusdem magnitudinis collocanda, lineaeque diagonales in unoquoque eorum ducendae ſunt. Jam figuram habebis hanc:



Jam ut inter lineas A B et C D mediae duae proportionales reperiantur, neceſſe eſt, parallelogrammum A B E F ſupra medium (E F G H), alterum autem G H I D ſubter idem medium parallelogrammum (quod immotum manet) ita agatur, ut puncta A K L C in directo jaceant. Quo facto per haec puncta linea ducenda eſt, quae cum

B — F — E

In hac figura igitur lineae I
portionales funt inter datas
rosthenes διεσσὸς vocat κανόνα
et BD; συνδρομάδας autem
illas medias proportionales
ctis K et H concurrant. Hoc
10. Hac mechanica probl
Eratosthenes pergit, difficiliori
five Eudoxi denique ratione
Ἀρχύτου. Archytas problem
lineis, in femicylindri fupe
Rem accuraté expofuit cl. R
unde apparet, ejus operati
posita vocari. — Pro Μεναιχμ
p. 31. ubi hic verfus adfer
apud Proclum Μέναιχμος fcribi
coni fectiones vocat, quarum
buitur. Vide Reimer c. VI. et
duas medias proportionales in
tur. — V. 9. Εὐδόξειο. De Eu
vir doctus modo laudatus p. 5
ma folvendum ...

μαῖς. — V. 11. τοῖςδε σὺ ἐν. *Fell.* τοῖς δέ τε ἐν. *Vieta*, qui hoc carmen edidit in Opp. *mathematicis.* Lugd. Bat. 1646. p. 349. *Brunckius* ſecutus eſt editionem Baſil. et Oxon. *Reimerus* ſcripſit: τοῖςδε δέ τ' ἐν. — μεσόγραφα μύρια. *innumerabiles medias proportionales* harum tabellarum ope inveneris. Licebat enim tabellarum numerum in infinitum augere. — ἐκ παύρου πυθμένος, *a parva origine profectus*, a tribus nimirum tabellis, quae quaſi fundamentum totius ſolutionis ſunt. *Reimerus* ſic accepit: Datis tantum duabus rectis, noſtro inſtrumento uſus, infinitas medias proportionales invenire poteris. — V. 13. εὐ αἰὼν κτ. π. ὅτι παιδὶ συνη ων. editt. vett. *Fellus* συνήδων ſcripſit. Ex codd. συνηβῶν emendatum eſt. Vide *Valcken.* Diatr. p. 285. B. C. — Scriptum eſt hoc carmen ad Ptolemaeum Euergetam, Philopatoris parentem. Hunc felicem praedicat, quod cum filio florente florens (παιδὶ συνηβῶν) ei omnia, quae Muſis et regibus grata eſſent, impertiverit, i. e. eum iis artibus, quae reges ornent, erudiverit. — V. 15. ἐς ὕστερον. in poſterum praeter ea, quae vivus in eum cumulaſti, etiam regium ſceptrum a te accipiat. — V. 17. Recte *Reimerus* poſt τελέοιτο majorem diſtinctionem poſuit: Haec quidem ita, ut precor, exitum habeant. ἄνθεμα, i. e. ἀνάθημα. Inſtrumentum illud puta, quod Eratoſthenes in templo dedicaverat.

RHIANI CARMINA.

¶. 479.] *I.* Servavit *Stobaeus* Flor. T. IV. p. 54. Gesn. p. 31. Grot. ex longiore procul dubio poëmate, qualia plura conſcripſit *Rhianus.* Orationis cujusdam particulam eſſe ſuſpicor. — V. 2. δῶρα θεῶν. *ſortem divinitus datam.* Illuſtravit *Ruhnken.* ad H. in Cerer. 147. p. 26. Mox ἀφραδίῃ ed. Trincav. Gesn. et Grotii; corrupte

omnes. *Branckius* ἀφραδέι corrigit; verius, ut mihi videtur, quam *Valckenarius* ad Phoeniss. p. 60. ἀφραδίῃ κραδίης. Diversis deorum muneribus non ita, ut sapientes decet, sed stulte fruimur. Pauperes paupertatem suam exprobrant diis, neque virtutis suae memores nimis abjecto et ignavo sunt animo; divites contra in alteram partem peccant, altius quam pro humana sorte spirantes. Quare Ate, Jovis et Justitiae ministra, eorum vestigia persecuta, quae stulte fecerint, punire solet. — V. 5. ἀχνύμενος. ut *Theocritus* Eid. XVI. 33. ἀχὴν ἐν πατέρων πενίην ἀκτήμονα κλαίων. — V. 6. θαρσαλέως. Vulgo. Sed sic pendebat infinitivus νοέειν. οὐδέ τι θαρσαλέος, ἐστὶν sc. pro οὐδὲ θαῤῥεῖ. Ad sensum facit locus *Theognid.* 179. ἀνὴρ πενίῃ δεδμημένος οὔτε τι εἰπεῖν Οὔτ' ἔρξαι δύναται, γλῶσσα δέ οἱ δέδεται. quae quomodo *Bion* irriserit, narrat *Plutarch.* T. II. p. 22. A. — V. 7. ὅδε δ' ἀνήρ. Vulgo. — Mox vulgatum κατηφίη correxit *Grot.* — V. 9. ὀπάζει ap. *Stobaeum* legitur. *Wintertonus* ὀπάζῃ dedit, idque

coelum quaeris. Ex nostro loco profecisse videtur futilis poëta *Tzetza* in Posthom. v. 78. de Penthesileae equo: οὐδὲ πατεῖν ἐθέλεσκεν ἐπιχθόνιον ἀτραπιτόν, ἀλλ' ἄρ' ἐπ' αἰθερίην ἐβιάζετο οἶμον ὁδεύειν. *Alcaeus Messen.* Ep. XIII. καὶ γὰρ χθὼν καὶ πόντος ὑπὸ σκήπτροισι Φιλίππου δέδμανται, λοιπὰ δ' ἁ πρὸς Ὄλυμπον ὁδός. — Mox vulgo legitur: μετ' ἀθανάτοισιν ἀρίθμιος εἰλαπινάζει. ubi εἰλαπινάζοι *Grotius* corrigit, reliqua non tangens. *Brunckii* lectio est ex emendatione *Sylburgii*, cui calculum adjicit *Alberti* in Obss. philol. p. 218. ubi confert Eid. *Theocriti* VII. 86. ζωοῖς ἐναρίθμιος. Cogitavit *Rhianus* de Tantali cum diis epulis. Deorum epulis autem interesse dicuntur, qui in deorum numerum recepti sunt. *Theocrit.* Eid. XVII. 22. sq. Cf. *Interpp. Epicteti* Ench. c. XV. — V. 17. ἁπαλοῖσι. Haec ducta sunt ex *Homer.* Il. τ. 92. Ἄτη οὐλομένη, τῆς μέν θ' ἁπαλοὶ πόδες· οὐ γὰρ ἐπ' οὔδει Πίλναται, ἀλλ' ἄρα ἥγε κατ' ἀνδρῶν κράατα βαίνει, βλάπτουσ' ἀνθρώπους. — V. 21. θ. κρίνοντι, δίκη τ. *Gesn.* θεῷ κρίνοντι Δ. τ. ἐ. *Grot.* »Scribe: Δίκη τ' ἐπὶ ἦρα φέρουσα. — ἐπίηρα vox »graeca non est. Ubi sic legitur, praepositio a verbo »per tmesin divulsa male substantivo ἦρα adhaesit; ad »quod non pertinet. Graeca locutio est ἐπιφέρειν ἦρα, non »φέρειν ἐπίηρα. *Homerus* Od. γ. 164. π. 375. σ. 56. Ita»que peccatum est, ubi Il. α. 572. et 578. ἐπίηρα scri»bunt. Divisim scribendum est ἐπὶ ἦρα φέρων et ἐπὶ ἦρα »φέρειν. Vide Hesychii interpretes ad ἦ ἐν post ἦρι.« *Brunck.* θεῶν κρίναντι emendatum a *Valckenario* in Hipp. 1162. p. 287. E. Posteriores versus non intellexit Interpres latinus, qui ἀμπλακίησι pro adverbio habuit. Recte *Grotius: Et vel anum simulans culpis juvenilibus instat, Vel culpas sequitur veteres, mentita puellam.*

T. 480.] *II.* Cod. Vat. p. 474. — V. 1. ὧραι. Notus *Theocriti* locus Eid. I. 150. ubi caprarius poculum, quod Thyrsidi daturus est, commendans, Ὡρᾶν, ait, πεπλύσθαι νιν ἐπὶ κράναισι δοκησεῖς. cui similis est locus

Alexidis Comici ap. *Athen.* L. II. p. 61. A. παρεστάθη ὑπερήφανος ὄζουσα τῶν ὡρῶν λοπάς. ubi vide *Casaub.* p. 123. Venerem ad Anchisem ituram Χάριτες λοῦσαν καὶ χρῖσαν ἐλαίῳ Ἀμβρότῳ. Conf. not. ad *Callimachi* Ep. XVI. — V. 2. κνώσσειν δ' οὐδέ. Vat. Hoc fortasse ductum ex *Archilochi* Fr. XXXV. ἐσμυρισμένας κόμας καὶ στῆθος, ὡς ἂν καὶ γέρων ἠράσσατο. *Ovidius* III. Amor. VII. 41. *Illius ad tactum Pylius juvenescere possit Tithonosque annis fortior esse suis* Idem II. IV. 31. *Ut taceam de me, qui causa tangor ab omni, Illic Hippolytum pone, Priapus erit.* Hinc fortasse Auctor Carm. inter Priap. XIX. et *Martial.* XIV. 203.

III. Cod. Vat. p. 577. Edidit *Wolfius* in fragm. Sapphus p. 251. In Empedoclem reliquos pueros sic superantem, ut rosa flores. Hoc carmen *Meleagro* obversatum esse puto ad Ep. XXXV. — V. 1. ἀγαθὰ κουροτρόφος Ludibundus respicit *Homeri* Il. ι. 27. τρηχεῖ', ἀλλ' ἀγαθὴ κουροτρόφος. — V. 2. ἀ In apogr. Buheriano ἀνήσας; quod dedi, e Salmasii emendatione est. In alio apo-

Klotzius: εἰ γὰρ ἀ. ὅ. βίψω, ὡς ἰξῷ. Metri vitium tollebat *Salmasius* ſcribendo: βίψωσιν ἰξῷ ſive βίψωσ' ὡς ἰξῷ. Quod *Brunckius* dedit, etiam ſenſum ſalvum praeſtat. Idem *Reiskius* ſuo codici adſcripſerat. — ὡς ἰξῷ. Vide ad *Meleagr.* Ep. IV. — V. 4. laudat *Alberti* ad *Hesych.* v. ἄωτον. — V. 5. χρύσειον. Cod. — ὅστε eſt in apogr. Goth. unde dubito, an vere ſcripſerit *Br.* in Cod. legi ὅς τὸ καθ'. *Salmasius* emendabat ὅς τὰ καθ' ὕψος, ut in ap. Lipſ. reperitur. Amplectenda *Brunckii* emendatio ὅς γε κ. qui quidem puer ſtatura parvus, coeleſti autem gratia conſpicuus. — V. 6. οὐρανίης. Cod. — ἀμφιτ. χάρις. ut ap. *Theocrit.* Eid. XX. 21. καὶ γὰρ ἐμοὶ τὸ πάροιθεν ἐπάνθεεν ἁδύ τι κάλλος. *Marc. Argent.* XXVII. πολλὰ δ' ἀμφιτέθηλε χάρις. — V. 7. In Cod. ἦν δ' ἔτι ſcriptum eſſe monet *Br.* — Idem Λεπτήνεω legit. Λεκτίνεω apogr. Lipſ. — ἀλύτῳ. *Callimach.* H. in Pall. 83. ἐστάθη δ' ἄφθογγος· ἐκόλλασαν γὰρ ἀνίαι Γώνατα. *Paul. Silent.* Ep. XXIII. ἔστινον ἤ:η, Οἷά τε χαλκείῃ σφιγκτὸς ἀλυκτοπέδῃ. Epigr. ἀδέσπ. XVIII. θαρσαλέως τρηχεῖαν ὑπὸ σπλάγχνοισιν ἀνίην Οἴσω, καὶ χαλεπῆς δεσμὸν ἀλυκτοπέδης. — V. 9. αἴθει. tam inſignem ſplendorem in oculis incendit, i. e. gerit. *Theocrit.* Eid. II. 134. ἔρως δ' ἄρα καὶ Λιπαραίου Ἀφαίστοιο σέλας φλογερώτερον αἴθει. — V. 10. καὶ νεάτους. Vat. et apogr. Lipſ. κὶς *Reisk.* correxit in marg. κὴς *Klotz.* — ἐς ὄνυχας. *Asclepiad.* Ep. XVII. ἀλλ' ὁ πόνος δύεται εἰς ὄνυχα. — V. 12. ἀμφιέσεσθε. Vat.

V. Cod. Vat. p. 587. Primum diſtichon profert *Warton.* in Theocr. II. p. 148. Idem verſ. 3. laudat p. 212. In Cleonicum, cum quo Gratias venuſtatem amplexibus ſuis communicaſſe ait. Cf. *Meleagr.* XXIII. — V. 1. ἤ ῥά νυπω. Vat. νυ πω apogr. Lipſ. ἀτρίπτοιο habet *Warton.* in marg. tamen apogr. Bodlej. ἀτραπιτοῖο. — V. 2. στεινοῦς. *Wart.* — ¶. 481.] V. 3. ῥοδόεσσιν. Vat. et apogr. Lipſ. in cujus margine ῥαδινῇσιν notatur, ut et in marg. ap. Bodl. *Theocrit.* Eid. XVII. 37. Venus Be-

renices κόλπον δὲ ῥοδώδη ῥαδινὰς ἐσεμάξατο χεῖρας. *Wakefield* in Sylv. crit. Tom. I. p. 11. ῥοδέρεον verum putat. *Suid.* περιπηχύναντες, περιπλεξάμενοι. *Callimach.* Hymn. in Jov. 46. σὲ δὲ Κυρβάντων ἕταραι περιπηχύναντο. ut haec legenda esse vidit *Ernestus*, probante *Valcken.* ad Eurip. Hippol. 1432. *Alciphron* L. I. 38. p. 180. ἅπαντα ἐκείνη γε τὸν κεστὸν ὑπεζώσατο, ὅλαις ταῖς Χάρισι τὴν Ἀφροδίτην δεξιωσαμένη. — V. 4. In apogr. Buher. et Lipſ. ἡλίκος ἐστὶ χάρις. In alio *Br.* apogr. ἐστί. Hoc probat clariſſimus editor, qui tamen χάρις, quae eſt optima Vat. lectio, in χάριν mutavit, *Schneidero* merito improbante. In marg. ap. Lipſ. notatum πεπείρησαι. — V. 5. τηλόθι. E longinquo venustum puerum veneratur. *Meleager* Ep. XIII. τηλόθι μοι πλάζοιτο. — αὐηρὴν — ἀθερίκαν. Vat. et ap. Lipſ. *Brunckius* omnia apogr. ἀνθερίκαν exhibere ait. Vulgaris forma eſt ἀνθέριξ. Vide *Interpp. Hesychii* v. ἀνθέρικας. nec altera ἀνθερίκη alibi occurrit. Et fortaſſe *Rhianus* ἀνθέρικα ſcripſit.

labore ſibi conciliaverit, alieno dolo ſibi ereptum eſſe queritur. Hanc ἔννοιαν allegorice extulit, venatori ſe ipſum comparans, puerum hinnuleo. Eadem allegoria plures ſunt uſi. Cf. *Interpp. Horatii* I. Carm. XXIII. 1. et *Fiſcher.* ad *Anacr.* Fr. XXI. p. 352. Auctor carminis inter Anacreontica LXII. p. 229. δέρκεο τὴν νεᾶνιν, δέρκεο, κοῦρε. Ἔγρεο, μή σε φύγῃ πέρδικος ἄγρα. — V. 2. στήσας δίκτυα. *Ovid.* I. A. A. I. 263. *Hactenus, unde legas, quod ames, ubi retia ponas, Praecipit imparibus vecta Thalia rotis.* et v. 269. *Prima tuae menti veniat fiducia, cunctas Poſſe capi; capies; tu modo tende plagas.* II. A. A. 2. *Decidit in caſſes praeda petita meos.* — V. 3. ἀμογητοί. Vitioſe Vat. et ap. Lipſ. Similiter iraſcitur ap. *Charit.* I. p. 4. unus ex Callirhoës procis Chaereae infeſtis: εἰ μέν τις ἐξ ἡμῶν ἔγημεν, οὐκ ἂν ὠργίσθην — ἐπεὶ δὲ παρευδοκίμησεν ἡμᾶς ὁ μηδὲν ὑπὲρ γάμου πονήσας, οὐ φέρω τὴν ὕβριν. *Omnia perſolvi, fruitur nunc alter amore.* *Tibull.* I. 8. 17. — V. 4. μένοιο. *Dorvill.*

VIII. Cod. Vat. p. 146. ſq. Edidit *Majus* in Bibl. Uffenb. p. 583. *Alberti* ad Heſych. v. ἐπισφύρια. *Reiske* Anthol. nr. 399. p. 2. Polyaenus venator Pani donaria quaedam affert cum precibus. — V. 1. τὸν ῥοπ. apogr. Lipſ. — V. 2. τούςδε. Vat. et *Reisk.* Recte: non totum aprum Polyaenus affixerat, ſed pedes tantum; ad hos igitur digitum intendit, τούςδε πόδας. — V. 3. 4. leguntur in Cod. poſt verſ. 5. 6. ſed literis appoſitis error emendatur. γορυτὸν *Alberti.* Vat. membranae, quae hic recte habent γωρυτὸν, mox κυνακτὰν praebent. Apogr. Lipſ. κυνάγκταν. *Majus* κυνάγκτραν mallet. Veram lectionem aſſecutus eſt *Alberti* κυνάγχαν, quod *Reiskius* quoque probavit, nec tamen in contextum recipere dignatus eſt. Notavit quaedam de hac voce, quae etiam genere maſculino effertur, κύναγχος, *Vlitius* ad Gratii Cyneg. 213. p. 177. ſq. — V. 4. ἀρειάρχᾳ. apogr. Lipſ. Pro συαγρεσίης, quod in membranis eſt, *Br.* apographa συα-

γεραίης. — V. 6. Σημύλεω. Vat. quod recte emendavit *Guyetus*, teste *Alberto*. Idem nomen occurrit ap. *Alexandr. Aet.* Ep. VI. *Nicarch.* Ep. I. *Schol. Theocriti* Eid. III. 7. ἐρωτύλον — παροξύνονται δὲ τὰ τοιαῦτα — οἷον ἐρωτύλος, Αἰσχύλος, Ἑρμύλος, Σιμύλος. Idem olim fortasse fuit in Fr. *Anacreontis* ap. *Hephaest.* p. 57. ubi nunc Σίμαλος legitur. Apud *Terentium* est *Simulus* in Adelph. III. 2. 54. Conf. *Koen.* ad Greg. D. D. p. 133. Novimus *Simylum* histrionem, de quo *Maussacus* ad Harpocr. p. 263. De aliis ejusdem nominis vide *T. Hemsterh.* ad Polluc. X. p. 1191.

IX. Cod. Vat. p. 171. Edidit *L. Holsten.* ad Steph. Byz. v. Κυβελεία p. 166. V. 1. 2. laudat *Salmas.* ad Scr. Hist. Aug. T. II. p. 823. Bis dedit *Kuster* ad *Suidam* Tom. II. p. 388. et p. 710. Achrylis Cybeles sacerdos comam deae dedicat. — V. 1. 2. *Suidas* in Θαλαμηπόλος (ἡ περὶ τὸν θάλαμον ἀναστρεφομένη, ἡ νεωκόρος) laudans hos versus Ἀχρυλὶς exhibet. Sic hoc nomen scriptum est ap.

gus Asclepiadis filius Phoebo crines recens detonsos cum precibus dedicat. Vide *Euphorionis* Ep. I. p. 256. — V. 2. γοργός. Vat. — V. 3. Δελφίνιε. De hujus nominis origine vide *Tzetzam* ad Lycophr. v. 208. Apollinis Delphinii templum Athenis fuit. *Pausan.* L. I. 19. p. 44. — ἀέξεις Vat. a pr. man.

Tom. II. p. 526.] *XI.* Servavit *Athen.* L. XI. p. 499. D. Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῇ Θετταλῶν πολιτείᾳ θηλυκῶς λέγεσθαί φησιν ὑπὸ Θετταλῶν τὴν λάγυνον. καὶ Ῥιανὸς ὁ ἐποποιὸς ἐν ἐπιγράμμασιν· Ἥμισυ μὲν πίσσης . . . . . Pro κωπίτιδος *Toupius* in Cur. nov. p. 244. corrigit κωνίτιδος. *picis ex cono* sive *fructu pini expressae.* Hinc κωνίας οἶνος, *vinum picatum. Galen.* in Lex. Hipp. κωνίαν οἶνον, τὸν πισσίτην. Cf. *Dioscorid.* V. 48. *Toupii* emendationem probat *Brunckius* Lect. p. 235. ubi v. 3. corrigit, qui vulgo ap. *Athenaeum* legitur sic: λεπτότερον — ἐρίφου κρέας. Sensum totius carminis hunc esse vult: *Lagena, quam mihi affers, adeo exigua est, ut, quantum vini contineat, tanta pice opus fuerit ad illam oblinendam: nihil novi tenuius, ne haeduli quidem cornu.* Equidem vinum tam valde picatum describi existimaverim, ut dimidia ejus pars pro pice habenda sit. V. tertium nondum satis expedio. Tenuitas lagenae ad artem facere videtur. *Nicostratus* ap. *Athen.* L. VI. p. 230. D. λοιπὴ (scr. λεπτὴ cum *Piersono* ad Moer. p. 281.) τις ὀξίς ἐστι καὶ ψυκτήριον τῆς ἐδαφίδος λεπτότερον. Ἐξήλαυνον γάρ τινες τὸν ἄργυρον καὶ τοῦτο εἰς ὑμένος ἰδέαν.

HEDYLI EPIGRAMMATA.

Tom. II. p. 526.] *I.* Ex *Athenaeo* L. XI. p. 472. F. Ad bibendum amicos invitat. — V. 1. τι νέον. Novos, jucundos et subtiles sermones expromamus inter biben-

dum. λεπτόν. Vide ad *Callimachi* Ep. XXXV. 3. — In fine vulgatam μισσάζειν optime emendavit *Casaubonus* p. 792. hoc ſenſu: Riget me aliquis vini Chii cadis, et hoc mihi accinat: Lude, Hedyle. Odi vivere fruſtra, non ebrius. εἰς κενόν. *fruſtra*. Vide *Elsner*. in Obſſ. Sacr. II. p. 176.

Tom. II. p. 526.] *II*. Ibidem L. XI. p. 473. A. In Paſiſoclem quendam et ſtrenuum potatorem et ſuavem poetam. — V. 2. εἰς ἠοῦν π. τετραχόοισι. *Athen*. Utrumque emendavit *Dalechampius*. Bibit cadis quatuor congiorum. In v. 3. verba ſunt perſpicua, ſenſus non item. Difficile fuerit divinare, quo Paſiſocles bene potus abire ſit ſolitus. — Σικελίδου. *Theocritum* intelligit *Dalechampius*; ſed eſt Sicelides, Siceli filius, *Aſclepiades*. Vide ad *Meleagr*. I. 45. p. 12. Hunc a Paſiſocle cantando ſuperari dicit *Hedylus*. — V. 5. στιβαρώτερος. Ad ingenii virtutem et orationis nervos referendum videtur. *Heſych*. στιβαρόν. βαρύ. εὔτονον. ἰσχυρόν. Vide *Ernesti*

Haec inde descripsit *Suidas* v. βαλανάγρα. Dedit quaedam huc pertinentia *Salmas.* ad Scr. Hist. Aug. T. II. p. 549. Disertius rem explicavit ad Solin. p. 649. E. — V. 2. Πρωτεὺς τῶν λοπάδων. quandoquidem Agis ad coenam captandam totidem diversas formas sumserit, quot Proteum sumsisse ait *Homerus.* — ¶. 527.] V. 3. ἀπόκλειεν vulgo, quod *Casaub.* emendavit. Pentameter, qui sequi debebat, in Codd. *Athenaei* desideratur. — V. 4. Fortasse ut Jupiter olim in aeneam Acrisii turrem ad Danaën penetravit, sic Agis quoque vel firmissima claustra perruperit. Ἀκρισίου λοπάδα. ad hunc piscem, cujus cupiditas illum non minus exstimulat, quam Jovem Acrisii filia. Fortasse etiam is, apud quem epulae habebantur, appellabatur Acrisius. Quod si tamen hoc non admiseris, locus non minus perspicuus erit.

Tom. II. p. 527.] *IV.* Ap. *Athen.* L. VIII. p. 345. A. B. Depravatum hoc Epigramma praeclare restituit *Desiderius Heraldus* ad Arnob. p. 19. cum quo in plurimis conspirat *Toup.* in Cur. nov. p. 235. In iis, quae ipsi sunt propria, *Heraldo* minus feliciter rem administravit, judice *Brunckio.* Indicabimus primum vitiosas *Athenaei* lectiones. — V. 1. ὀψοφαγεῖ Κ. καταμυομένην δὲ θελήσῃ Σ' ἐσθίειν ἢ δρ. Nihil hic vidit *Spanhem.* qui hoc distichon tentavit ad *Callimach.* H. in Dian. 95. p. 241. — V. 3. θέμεν ἂν ᾖ. *Casaubon.* θεμὸν ὂν parum feliciter corrigit. — V. 5. λιθούμεθ' ἅπαντα πάλαι που. Hic veram lectionem indagavit *Casaubonus.* Jam adscribam interpretationem *Heraldi*, ad cujus mentem *Brunckius* hoc Epigr. constituit: „Videntur esse verba quorundam salsamentario„rum, a quibus Clio mulier ὀψοφαγιστάτη congros eme„bat: quos quum ibi vorare vellet, salsamentarii oculos „claudunt, ne nimia voracitate in stuporem dentur. „Dicunt igitur: *Jam, Clio, devora sis congros tuos:* „*oculos clausimus. Quod si tibi etiam lubentia est, eos* „*solitaria apud te comedito: drachma tibi constabunt. De-*

„*pone hic modo et relinque nobis pignus aliquod, cingulum* „*scilicet vel inaures vel quid ejusmodi. Videre te autem,* „τὸ ὁρᾶν, *ne pronuntiare quidem audemus. Tu enim Me-* „*dusa nostra es: in lapides jam diu mutamur: non qui-* „*dem Gorgus capite, sed congri patina.* Tanta autem „erat mulieris ὀψομανία, ut in ipso foro piscario opsonia „sua voraret; quod a sordidissimis quibusdam et ὀψοφα-„γιστάταις factitatum. σύσσημον honeste dicunt pignus, „quasi debiti signum aliquod." σύσσημον nihil aliud esse, quam σημεῖον, docet *Salmasius*, probata *Heraldi* emendatione de Modo Usurar. p. 584. Hujus carminis scenam, ut ita loquar, in salsamentariorum esse foro nonnunquam dubitavi. In coena inter viros collocatam mihi fingebam voracem illam mulierem, cujus fames et ὀψοφαγία convivas in stuporem rapit. Verba, ἢν δὲ θελήσῃς, ἔσθε μόνη, sic potius acceperim: Si libet, tu sola hos congros comedito, nihil nobis relinquens. Convivantur autem de symbolis; quod cum fiebat, coenaturi σημεῖον [redacted]

poëtae menti minus conſentaneum videtur, quam alterum, quod *Caſaubonus* invenit. — Melanthium cum fratre *ἰχθυολύμας* et *Γοργόνας ὀψοφάγους* dixit *Ariſtophan.* Pac. 810. ubi vide not. *Flor. Chriſtiani* p. 177. Huc faciunt ſenarii *Antiphanis* ap. *Athen.* L. VI. p. 224. D. fortaſſe ſic ſcribendi:

Τέως μὲν ᾤμην [τὰς κόρας] τὰς Γοργόνας
εἶναί τι λογοποίημα· πρὸς ἀγορὰν δ' ὅταν-
ἔλθω, πεπίστευκ' εὐθύς· ἐμβλέπων γὰρ ἂν
τοῖς ἰχθυοπώλαις, λίθινος εὐθὺ γίνομαι.

Bernardus ad Thom. Mag. p. 584. probata *Caſauboni* emendatione, praeterea emendari velit: *κόγγρου δειμαλέου λοπάδι.* Ingenioſe. Sed *δ'* abeſſe non poteſt.

¶. 483.] *V.* (*I.*) Cod. Vat. p. 117. Primus edidit *Ruhnken.* in Ep. crit. I. p. 73. *Pierſon.* ad Moer. p. 413. *Reiskius* in Miſc. Lipſ. IX. p. 460. nr. 355. qui in Schedis Lacroz. pro Ἡδύλου reperiebat Παύλου. Aglaonice puella, cui, ſi recte video, poſt epulas a Nicagora quodam flos virginitatis ereptus fuerat, Veneri quaedam donaria ponit. Similes dedicationes vide in Epigr. *ἀδέσπ.* CXI. et CXII. utroque optimi poëtae. — V. 1. *κατ' ἐκοίμισαν.* Vat. Vino et amore ſopita puella rei ignara nec ſponte in Nicagorae amplexus venit. Hanc ob cauſſam *προπόσεις* vocantur *δόλιαι.* Aliam interpretationem dedit *Reiskius*, ſed non probandam. — V. 3. 4. profert *Suidas* ad *μυδῶντες.* ubi *οἷς*, quam lectionem Lipſienſis editor perperam praetulit lectioni Vat. Cod. *ἧς πάρα.* Epigr. *ἀδέσπ.* CXII. *ἧς πάρα Κύπριδι τοῦτο τὸ σὺν Μούσαισι μεληθὲν βάρβιτον.* Ipſe *Hedylus* Ep. VII. (III.) *ἧς τόδε σοί, Παφίη.* — V. 4. *κεῖνται* Vat. et Sched. Lacroz. In apogr. Lipſ. *κεῖνος.* *κεῖται* praebet *Suidas.* — *πόθων Reiskius* mutavit in *μόθων*, *virginalium pugnarum delicata ſpolia;* codicis lectionem tamen non penitus damnans, quae profecto idem dicit et longe delicatius. *ὑγρὰ* ſenſu proprio

accipiendum reor; erant illa Aglaonicae a cupido amante derepta spolia unguentis et vino madida, μυδῶντα καὶ ὑγρά. De priore verbo, quod in utramque partem usurpatur de bonis malisque odoribus, vide *Ruhnken.* ad Tim. p. 184. et *G. Koen.* ad Gregor. p. 264. — V. 5. ἐνδύματα. mitrae mammis detractae. μίτραν μαστοῖς σφιγκτὰ περιπλομέναν. Auctor Ep. ἀδεσπ. CXIV. Vide ad *Leonid. Tar.* Ep. V. Idem est, quod στρόφος. zona, qua superior pars vestis infra papillas cincta erat. Vide *Spanhem.* ad *Callim.* p. 172. — V. 6. σκυλμῶν. vellicationum in venereo illo proelio testes. Hoc loco σκυλμοὶ non solum *capillos plus quam somno turbatos* (*Ovid.* III. Amor. XIV. 33.), sed etiam zonam cum veste dereptam indicant. *Ovid.* I. Amor. V. 12. *Deripui tunicam; nec multum rara nocebat: Pugnabat tunica sed tamen illa tegi.*

VI (*III.*) Cod. Vat. p. 197. Planud. p. 425. St. 559. W. Scriptum videtur in meretricem bibaculam, quae, cum nihil sibi relictum esset, Bacchi et Comi in-

[redacted]

nem restituit *Dorvill.* in Vann. crit. p. 189. ληρoὺς *Hesychius* interpretatur τὰ περὶ τοῖς γυναικείοις χιτῶσι κεχρυσωμένα. *Festus: Leria. ornamenta tunicarum aurea.* Vide *Scaliger.* ad Varron. p. 136. et *Taubmann.* ad Plaut. Aul. IV. 5. 51. p. 175. Alieno loco *Hedyli* verba laudat *Suidas* in ληρεῖς ἔχων. — καλάμους de virgis interpretatur *Salmasius*, quae in circuitum vestis eunt, ad oram infimam currentes, quas veteres etiam ῥάβδους appellaverunt et ἀκάνθους et σκυτάλας, ad Scr. Hist. Aug. T. II. p. 571. ubi res diversas confundere videtur. De eo ornamenti genere, quod ἄκανθος vocabatur, exquisita nuper dedit *Boettigerus in den Vasengemählden* Fasc. I. p. 80. sq. — *Brodaeus* in vulgata lectione haerebat, quam de *calathis ex arundinibus contextis* interpretatur, simul suspicatus, legendum esse θάλαμοι sive κάλαθοι sive denique τάλαροι. — V. 3. συνέκπιε. Vat. ἐκπίνειν de prodigis, qui patrimonium deglutiunt. οὐδ' ὅστις αὐτῆς ἐκπίεται τὰ χρήματα. *Plato Com.* ap. *Athen.* L. X. p. 446. C. *Aeschin.* c. Tim. 13. 38. τὴν πατρῴαν οὐσίαν οὐ μόνον κατέφαγεν, ἀλλὰ – καὶ κατέπιεν. — V. 4. θάλος. *Posidippus* Ep. VII. τὴν ἀπαλὴν Εἰρήνιον – Ἐκ τριχὸς ἄχρι ποδῶν ἱερὸν θάλος. Vide not. ad *Meleagr.* Ep. LXXXVIII. — V. 5. Πριάπῳ. Vat. Verisimile est, Niconoën nostram in Veneris et Priapi orgiis saepenumero libidinis praemia tulisse. Hanc ob caussam Priapo τὰ καλλιστεῖα κρίναντι, qui de ejusmodi rebus verissimum judicium habet, donaria ponit. — V. 7. νευρίδα editt. veteres, crebro errore. *Suidas* hunc et praeced. versum laudat in καλλιστεῖα. T. II. p. 233. et v. 6. iterum in προχέω T. III. p. 215. νευρίδα et τήνδε θέτο legit. *Pierson.* ad Moer. p. 296. quia *Suidas* haec verba profert ad προχέῳ, suspicatur, scribendum esse πρόχοον. Cui suspicioni *Brunckius* cum calculum adjecisset in Lectionibus, sententiam revocat in Notis ad *Apollon. Rhod.* I. 456. p. 23. Idem est προχόη et πρόχοος. Vide *Bergler.* ad *Alciphr.* p. 379.

» Compotores suos affatur poëta et ad rhytii contemplatio-
» nem vocat, quod arte subtili elaboratum a Ctesibio hy-
» draulicorum inventore Arsinoae Veneri fuerat consecra-
» tum. V. 3. ait, poculum hoc, quod Graeci alii ῥυτὸν ap-
» pellant, Aegyptium esse βῆσαν. Ita vocabatur Alexan-
» driae genus potorii vasis, quod in fragmento capitis
» quarti ita describitur: Βῆσα (fort. Βῆσας) ποτήριον παρ'
» Ἀλεξανδρεῦσι, πλατύτερον ἐκ τῶν κάτω μερῶν, ἐστενωμένον
» ἄνωθεν. Haec figura est convenientissima poculo isti, quod
» ad instar hydrauleos fecerat Ctesibius. Cur ὀρχηστὴν ap-
» pellet, nescio, et fortasse locus est corruptus. V. 4. dicit,
» effluente liquore edi aliquando acutum sonum et quo-
» dammodo bellicum: ideo comparat tubae classicum ca-
» nenti: aliquando vero mollem edi sonum et conviviis et
» comessationibus convenientem. Quarto disticho com-
» parat sistro dulcisonum hoc poculum; et est locus insignis
» de inventione sistri, imitatione susurri, quem Nilus edit
» per confragosa quaedam fluens. Si quis malit ad hy-
» draulica respici, per me licet. Sistrum tamen Aegyptio-

πίνουσιν, ὠνομάσθη δὲ ἀπὸ τῆς ῥύσεως. Ptolemaeus Philadelphus Arſinoës ſtatuae ejusmodi ῥυτὸν in manus dari juſſit, πάντων τῶν ὡραίων πλῆρες, ὡς καὶ τοῦ τῆς Ἀμαλθείας εἶναι ὀλβιώτερον τὸ κέρας τοῦτο. Etiam Clinus, quae Ptolemaeo a poculis ſteterat, imagines cernebantur μονοχίτωνες καὶ ῥυτὸν ἔχουσαι ἐν ταῖς χερσίν. *Athen.* L. XIII. p. 576. F. Cum his conveniunt illa ap. *Martialem* L. II. 36. *Cum ſint crura tibi, ſimulent quae cornua lunae, In rhytio poteras, Phoebe, lavare pedes.* Hoc poculi genus obvium in Picturis Herculan. Tab. XIV. ubi habes virum ex rhytio bibentem, cui vinum ex inferiore parte poculi, quae perforata eſt, in os decurrit. Pro εἰδυίης v. ſecundo *Valckenar.* in Adoniaz. p. 355. Ἱππείης corrigit, probante *Brunckio. Heſych.* Ἱππία. Ἀρσινόη, ἡ τοῦ Φιλαδέλφου γυνή. — ¶. 484.] V. 3. ὀρχηστὴν, cujus vocabuli interpretationem *Caſaubonus* non reperiebat, *Weſton* in Hermeſ. p. 43. mutat in ὑρχάστην ex *Ariſtoph.* 674. ὕρχας, κεράμινα ἀγγεῖα δύο ὦτα ἔχοντα. *Schol.* cujusmodi forma huic inſtrumento minime convenit. Adde, quod ὕρχαστος nulla omnino auctoritate nititur. — Verſ. quartum *Brunckius* conſtituit ad mentem *Salmaſii:* κρουνοῦ πρὸς ῥύσιν εἰγομένου. Huic conjecturae fulcrum accedit ab loco *Epinici* ap. *Athenaeum* l. c. p. 497. A. B. quem, cum vulgo depravatiſſimus ſit, pro virili emendare conabor:

> Καὶ τῶν ῥυτῶν τὰ μέγιστα τῶν ὄντων τρία,
> πίνειν δεήσει τήμερον, πρὸς κλέψυδραν
> κρουνιζομένων· τὰ μικρότερα δ' εὐωνίζ' ἐγώ.
> ἔστι δὲ, κέρας ἐλέφαντος ὡςπερεὶ, ῥυτὸν,
> χωροῦν τε δύο χόας, ὃ γ' οὐκ ἂν ἐκπίοι
> ἐλέφας· ἐγὼ δὲ τοῦτο πέπωκα πολλάκις.

Vulgo verſ. tertio legitur: κρουνιζόμενον ἀμφότερα δ' οἰωνίζομαι. et v. ſeq. ἔστι δ' ἐλέφας ἐλέφαντας περιάγει. quae ſenſu omnino carent. Secundum noſtram emendationem is, qui loquitur, ſe minora, ait, pocula vilipendere; habere autem rhytum, nihil diſſimile elephantis cornu;

duo congios capiens, quod nec elephantus ebiberit. κέρατα elephantis dentes vocant veteres. Vide *Oppian.* Κυνηγ. L. II. 495. ubi consule quos laudat *Rittershusius* p. 72. V. 5. levi mutatione restitui. Vulgo: χωρῆσαντα — ὃν οὐκ ἂν ἐλέφας ἐκπίοι. Veteres τὸ ῥυτὸν neutro genere efferunt. — In viam redeo. V. 5. sensus est, ut ap. *Tymn.* Ep. I. κόλλον — δι' οὗ ποκα πόλλ' ἐβόασεν Ὠνὴρ εἰράνας σύμβολα καὶ πολέμου. At hoc de tuba dictum verissimum, de rhytio, instrumento nonnisi epulis adhibito, vix verum est. Nec placet repetitio ejusdem vocabuli σύνθημα et σύνθεμα in tam exiguo intervallo. Haec efficiunt, ut corrigendum suspicer:

οὐ πολέμου σύνθημα, διὰ χρυσέου δὲ γεγωνεῖ
κώθωνος κώμου σύμβολα καὶ θαλίης.

Non pugnae signum, sed epularum et comissationum quasi classicum canit. Sed etiam in κώθωνος naevus haeret. κώθων est poculi genus. Vide not. ad *Archilochi* Fr. V. Hic autem pars rhytii desideratur, qua vinum effundi-

est. Verum hoc minime ferendum, quod enuntiationes, quae duobus his versibus continentur, nullo inter se vinculo junguntur, sed turpissime hiant.

IX. (*V.*) Cod. Vat. p. 525. 'Ηδύλου. In Ed. Flor. Planudeae ἄδηλον. et sic in Ald. pr. in cujus tamen Lectionibus 'Ηδύλου corrigitur, quod in sequentes editiones receptum est. Ludicrum Epigramma in Agidem medicum, quo conspecto Aristagoras quidam aegrotus statim exstinctus est. Comparanda inprimis Epigrammata *Nicarchi* XXVI. sq. — V. 2. εἰσῆλθεν. Vat. — V. 3. ἀκόνιτον in hac constructione vim adjectivi induisse videtur; naturam veneficam, sive a veneni natura nihil diversam. Possis etiam jungere: τοῦ ἀκόνιτον τοίην φύσιν ἔχει. Num quod est aconitum, quod tantam vim habeat? — Vat. Cod. ἀκόνιτος. Veterum et recentiorum de aconito opiniones recenset *Schneiderus* ad *Nicandri* Alexiph. p. 85. et p. 94. Plurima congessit *Bernard.* ad *Theoph. Non.* T. II. p. 355. — V. 4. μίτραις βάλλετε. Quod victoribus contingebat, ut corollis et taeniis peterentur a populo, idem Agidi a libitinariis fieri optat. De illo more veterum quaedam loca laudavit *Brodaeus* ad h. l. Sed vide inprimis *Wesseling.* ad Diodor. Sic. XVII. 101. et *Ruhnken.* ad Tim. p. 246.

X. (*VI.*) In Planud. p. 190. St. 277. W. ἄδηλον est. *Hedylo* vindicatur a Vat. Cod. p. 566. — Ανειμελοῦς Βάκχου. De hoc et similibus Bacchi epithetis vide *Fischer.* ad Anacr. p. 103.

XI. (*VII.*) Servavit *Athenaeus*, sed valde depravatum L. IV. p. 176. C. ὅτι δὲ ὁ μόναυλος ἦν ὁ νῦν καλούμενος καλαμαύλης, σαφῶς παρίστησιν 'Ηδύλος ἐν τοῖς ἐπιγράμμασιν οὑτωσὶ λέγων· Τοῦτο Θέων... Sine mutatione hoc Epigramma in Planud. Appendicem retulit *Stephan.* p. 521. Wech. *22. *Brunckius* dedit emendationes *Toupii*, qui in Epist. crit. p. 20. hanc interpretationem apposuit;

„Est in Theonem tibicinem, qui μίμων χάρις, *flos mimo-*
„*rum* dicitur. Notandum autem illud ἡδὺ μάσημα νέων,
„*the delight of young men.* Nam Scirpalus, tibicen non
„malus optime canebat; quod juventuti perquam ju-
„cundum. Vulgo inepte legitur ἥδυμα σημαινέων. Nos, ne
„litera mutata, veram lectionem restituimus. Vocem
„μάσημα, quae rarior est, agnoscunt Suidas et Hesychius.
„Usurpat et Antiphan ap. Athen. L. I. p. 8. Celebra-
„bat autem Scirpalus τὰ γενέθλια, sive diem natalem pa-
„tris sui Theonis; quod pium et solemne. Deinde recte
„νέων πανημερίαν. *Theocrit.* VII. 21. *Callim.* H. in Cerer.
„101. Denique vide illud γλυκέως μεμεθυσμένα παίγνια,
„*carmina longe suavissima*, quod exquisitum est." Haec
ille Jam lectionis varietatem indicabimus. — V. 2. μί-
μων κῆν —. — V. 3. post εἶχε distinguitur. Deinde habetur:
νήπιόν τ' ἐκάλει. Σχ. εὐπαλάμου. — V. 6. τῶν μακρῶν ἥδυμα
σημαινέων. — V. 7. ηὔλει δὲ γλαυκῆς μ. — V. 8. τὰ τὸν ἐν
ἀκρήτοις. — V. 9. ἢ καὶ Κ. ἢ καὶ Π. — Longe diversa

„tertio poëta dicit, Theonem fuisse Scirpali filium „(quem Scirpalus filium habuit) eique recens nato Scirpalum indidisse nomen Eupalami, cum ejus natales „celebraret. Animo enim praesagiebat futuram illius „τῆς αὐλητικῆς peritiam. Εὐπάλαμος proprie manu sollers, „digitis eruditis praeditus. V. 5. τοῦτο. Hoc ipsi nomen „indidit (σημαίνων τὸ τῶν μολπῶν ἥδυσμα. ἥδυμα, ut θαυματὰ „pro θαυμαστά.) futuram cantus dulcedinem significaturus. Postea dicit, nomen Eupalami omen habuisse et „evasisse illum tibicinem suavissimum. V. 7. γλαύκωνος. „Ille igitur tibia canebat musto ebria ludicra Musarum. „Battalus, Cotalus et Pancalus nomina sunt sodalium „Theonis sive Eupalami: qui soliti dies condere cum „eo potantes. Merito igitur poëta illos testes ciet dul„cium Theonis modulationum.“ Haec *Casauboni* mihi quoque veriora videntur illis, quae *Toupius* prodidit, speciosa magis quam vera. Sic, ut unum laudem, versu sexto illud ἡδὺ μάσημα νέων, si literarum ductus spectes, egregium est; idem tamen, si ad sensum attenderis, vix verum. μάσημα, a verbo μασᾶσθαι, *manducare*, *mansum*, *cibum* significans, (*Graev.* Lect. Hesiod. c. XIX. p. 99.) nusquam eo sensu occurrit, quo *Toupius* hoc loco dictum voluit; quin nec simile quidquam facile inveneris. Civis sui vestigia premens *Weston.* in *Hermesianacte* corrigit: τοῦτο γὰρ εἶχε Πὰν μάρπτων ἡδὺ μάσημα νέων. hoc sensu, ut ipse vertit: *Illum enim corripiens juvenem delicias* (manibus genibusque puta) *totum tenebat*; laudato versu *Phocylidis*: γυμνώσεις ἀπαλοῖς μὴ μάρψῃ χεῖρα βιαίως. Inepte, ut plurima ejusdem auctoris. *Huetius* p. 81. corrigit: τοῦτο γὰρ εἶχε τῶν μολπῶν ἡδὺ τοὔνομα σημαίνων. Vir doctus in Cod. Scaligeri ap. eundem: ἐκ πάντων μαρόπων ἡδὺ μάθημα νέων. sine interpretatione. Facile apparet, etiam post ingeniosas *Casauboni* correctiones nonnulla hic relicta esse emendanda. Primum mihi v. 3. valde displicent verba, εἶχεν τὸν Σκίρπαλος υἱόν, quod

et elumbem reddit orationem et hiantem. In vulgata lectione εἶχε καὶ aliquid latere videtur. Fortasse scribendum, et distinguendum:

— μίμων κὴν θυμέλῃσι χάρις,
(τυφλὸς ὑπαὶ γήρως ὤχωκε) Σκιρπάλου υἱός.

ubi jungendum Θέων ὁ μόναυλος, Σκιρπάλου υἱός. —— Mox versu quinto ἀείδων fortasse depravatum est; nisi forte indicare voluit *Hedylus*, Scirpalum illud Eupalami nomen filio in carmine quodam, ad ejus natales celebrandos composito, boni ominis causa indidisse. Cogitabam de δαίων. ut δαίειν γάμον, ὑμέναιον, sic δαίειν γενέθλια. Sed sic plura etiam in versus gratiam commutanda forent. — In versu sexto, qui omnium corruptissimus est, nominis Theoni a patre suo impositi etymologiam contineri suspicor. Vide, an probabiliter conjecerim:

— τοῦτο δ' ἔθηκε
τὰν παλάμαν ἀρετὰν τοὔνομα συμβολικόν.

dat *Plutarch.* T. II. p. 397. A. Hujus mulieris igitur carmina compotatoria ceciniſſe videtur Theon, dum viveret. Etiam ii viri, qui in ſeqq. commemorantur, ex tibicinum, citharoedorum et poëtarum numero fuiſſe videntur. — V. 8. autem non νὴ, ſed ἢ ſive καὶ cum *Stephano* legas. Βάταλον tibicinem laudat *Lucian.* Tom. III. p. 119. ubi vide *Solanum.*

SAMII EPIGRAMMATA.

T. 485.] *I.* Cod. Vat. p. 162. ἀνάθημα τῷ Ἡρακλεῖ παρὰ Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου. Φιλίππου Θεσσαλ. In Planud. p. 435. St. 568. W. Σιμμίου nomen adſcriptum eſt. Unde ergo *Brunckius* habeat, hoc carmen *Samii* eſſe, ignoro equidem. Mihi pro imitatione ſequentis carminis habendum et cum Vaticanis membranis *Philippo Theſſalonicenſi* tribuendum videtur. Scriptum eſt in exuvias tauri a Philippo rege, Demetrii filio, Herculi dedicatas. In idem donarium eſt Ep. *Antip. Sidon.* XVIII. — V. 1. ὀργυιαῖα κέρα. *magna* ſimpliciter. καὶ ὀργυιαῖος ὁ μέγας. *Suidas.* Erant autem illa cornua τεσσαρακαιδεκάδωρα. *quatuordecim palmorum.* Noti ſunt in Paeonum agro βόες ἄγριοι, ὧν τὰ κέρεα ὑπερμεγάθεά ἐστιν. *Herodot.* L. VII. 126. p. 560. 20. De iisdem *Pauſan.* IX. 21. p. 750. οὗτοι δὲ ἐκ Παιόνων ἔς τε τὸ ἄλλο σῶμα δασεῖς, καὶ ἀμφὶ τὸ στέρνον μάλιστά εἰσιν καὶ τὴν γένυν. Ex eorum cornibus pocula fiebant; de quibus dicemus ad *Addaei* Ep. II. — V. 2. Ἀμφιτρυωνίδα Vat. Tertius caſus locum habet. — V. 5. Ὀρβηλοῖο. Duo hujus nominis montes in Thracia; vide *Gatterer* de Thracia Thucyd. P. I. p. 99. ſq. Abundabat autem illa regio feris, teſte *Pauſania* L. VI. 5. p. 464. — Ultimum diſtichon nonnihil languidum ſic legendum puto, ut oratio vividior evadat:

... adscriptum Σάμου.
esse. Ejusdem est argume
— V. 1. Μινυσμάχε, qui A
et Barnes. ad Hercul. Fu

κοδιόωντα. Planud. In Vat.
fortasse Brunckii emendatio
nisi merus calami lusus fu
videtur. Taurus βρυχμῷ (ut
sive βρυγμῷ κυδιόων, fronte
biens, ab hoc loco minime a
qui hoc Epigr. imitando exp
ὁ κεραόνιος εἶλε φίλιππος πλήξ
Suidas. βρύγμα καὶ βρυγμὸς
inepte tamen Jos. Scaliger
omittendum, quod Brodaeus
ναιμύκλον; infeliciter sane. —
fine λέξει a pr. man. Suidas
ἐπιγράμματι· ὁ φθόνος αὐαίνοιτ
Rumpere livor edax; jam mag
Remed. Amor. 392. Rumpan
pere. I. 8. 28. Vide Gatacker.

ALCAEI MESSENII
EPIGRAMMATA.

T. 486.] *I.* Vat. Cod. p. 573. Editum in Misc. Obss. Tom. V. P. III. p. 18. *Klotz.* Musa Pueril. nr. XXXIII. p. 66. In Protarchum, pulcrum puerum, sed amanti morem gerere nolentem. — θελήσει. Auguratur poëta, fore, ut Protarcho idem contingat, quod Ligurino suo vaticinatur *Horatius* IV. Carm. X. 6. *Dices, heu, quoties te in speculo videris alterum, Quae mens est hodie, cur eadem non puero fuit?* — Verba, ἡ δ᾽ ὥρη λαμπάδ᾽ ἔχουσα τρέχει, brevitatem celeremque pulcritudinis fugam significant. Ut in certamine τῶν λαμπαδοφόρων alius alii tradebat facem, sic venustatis lumen ab alio ad alium transmittitur. Similiter ad illud certamen alludit auctor Epigr. ἀδεσπ. DCCXXXIV. in juvenis tumulum conscripti: λαμπάδα γὰρ ζωᾶς με δραμεῖν μόνον ἤθελε δαίμων, Τὸν δὲ μακρὸν γήρως οὐκ ἐτίθει δολιχόν. — τρέχει. De Laïde vetula *Epicrates* ap. *Athen.* L. XIII. p. 570. D. ἐπεὶ δὲ δολιχὸν τοῖς ἔτεσιν ἤδη τρέχει Τάς ἁρμονίας τε διαχαλᾷ τοῦ σώματος. *Horat.* II. Carm. V. 13. *currit enim ferox aetas. Juvenal.* Sat. IX. 126. *Festinat enim decurrere velox Flosculus, angustae miseraeque brevissima vitae Portio.*

II. Vat. Cod. p. 573. Ad Nicandrum formosum puerum, ut aetatis flore, nimis brevi et caduco, fruatur. — V. 2. μή σε τέη. Apogr. Lips. Schedae Tryllitschianae in fine vers. λαθοῦσα λάθῃ. — V. 4. ἀμεταβλήτου. Hac lectione nihil ineptius. Legendum ἀμετακλήτου. Nunc etiam adhuc, ubi jam fere sero est, memineris, floridam aetatem, ubi semel aufugerit, irrevocabilem esse. In eandem conjecturam incidit *Buberius*, teste *Brunckio* in Lectt. p. 315.

III. Cod. Vat. p. 578. Edidit *Warton* ad Theocr. T. II. p. 208. Poftremum diftichon excitavit *Alberti* ad Hefych. v. ὁμοφροσύνη. Jovem poëta precatur, ut Pithenori puero victoriam in Olympicis annuat, ipfique poëtae hujus pueri amorem conciliet — V. 1. Ζεύς. Vat. et *Wart* qui tamen p. 210. ubi hunc verfum iterum laudat, Ζεῦ legit. — V. 2. αἰπεινῇ ὑποκρόνια. Vat. ὑποχρονίῳ *Wart.* In apogr. Parif. ubi ὑπὸ χρονίᾳ habetur, Vir doctus correxit ὑπὸ χρονίῳ. Lectio Brunckiana, quam in Analectis dedit Vir. clar. *Salmafio* debetur: αἰπεινῷ ατ. ὑπὸ Κρονίῳ. Sed fcribendum Κρονίᾳ, fubaudito πέτρᾳ, ut *Brunckius* monuit in Lect. p. 315. Notus eft λόφος Κρόνιος, fub quo Olympica celebrabantur. Puerorum ibi certamina inftituta erant Ol. XXXVII. tefte *Paufan.* V. 8. p. 394. fq. Inter hos de palma certaturo Pithenori *Alcaeus* victoriam precatur. — V. 3. αὐτός. Vat. μάρψαις tuetur *Brunckius.* Ne in aquilam converfus hunc poerum rapias. Dictum, ut ap. *Theocrit.* Eid. XX. 41. ὦ Κρονίδα, διὰ παῖδα βοηνόμον ὄρνις ἐπλάγχθης. *Propert.* L. II.

— V. 3. Plurimum huc facit *Tibullus* I. 6. 3. *Quid tibi, saeve puer, mecum est? an gloria magna, Insidias homini composuisse deum?* *Opsopoeus* confert *Virgil.* Aen. IV. 93. *Egregiam vero laudem et spolia ampla refertis, Tuque puerque tuus: magnum et memorabile numen, Una dolo divum si femina victa duorum est.*

¶. 487.] *V.* Anthol. Plan. p. 14. St. 24. W. In Dorotheum tibicinem et citharoedum, Sosiclis filium, Thebanum, tibias et citharam in Bacchi templo suspendentem. — V. 1. σύμφωνον. Ad tibiam cecinit. Quaedam carminum argumenta poëta indicat, fortasse ea, in quibus Dorotheus excelluit. Illustre fuit Timothei citharoedi carmen, Ὠδῖνες vocatum, de Semeles puerperio; de quo est facete dictum Stratonici ap. *Athen.* L. VIII. p. 352. A. — V. 2. Vulgo ἔπνει. Hoc si ex codice emendatum est, indicari debuit; si ex conjectura, illa minime videtur admittenda. Cum gravitate quadam idem verbum repetitur. πνεῖν vero de eo, qui tibias inflat, et de canente pariter dicitur. Sappho cum Musis comparans *Dioscorides* Ep. XXV. ἶσα πνείουσαν ἐκείναις κοσμεῖ. Noster Ep. XVII. Hesiodus τοίην γῆρυν ἀπέπνει. — V. 3. ἵππου ἔργματα. equi duratei facinora, i. e. Trojae excidium. ἕρματ' conjecit *Stephanus*; frustra, ut mihi quidem videtur. — ἀειζώων. Carmina sua immortali gratia et venustate ornavit. — V. 5. Διωνύσοιο προφήταις. Recte *Brodaeus* comparavit *Alciphron.* L. II. 4. p. 256. ubi Glycera ad Menandrum, ἄξω δέ σε, scribit, ἄτερ μύθων (l. μίτων cum *Berglero*) Ἀριάδνης εἰς Αἴγυπτον, ἀλλὰ Διονύσου θεράποντα καὶ προφήτην. Poëtae, deorum interpretes, προφῆται et ὑποφῆται, ut ap. *Theocrit.* Eid. XVI. 29. Μουσάων δὲ μάλιστα τίειν ἱεροὺς ὑποφήτας. XVII. 115. Μουσάων ὑποφῆται ἀείδοντι Πτολεμαῖον. et XXII. 116. ἐγὼ δ' ἑτέρων (fort. θεῶν) ὑποφήτης φθέγξομαι. *Homerum Antip. Sidon.* Ep. LXVIII. vocat ἡρώων κάρυκ' ἀρετᾶς μακάρων τε προφήταν. Rhetores *Himerius* Or. XIV. 6. p. 614. τοὺς Ἑρμοῦ καὶ

et tibicinem; quod notand
p. 617. F. sq.

VI. Cod. Vat. p. 208.
Μιτυληναίου. Gentile ab imp
tur. In Planud. p. 269. St.
non adscriptum est. Recte ig
Homeri p. 252. *Brodaei* erro
gramma cum praecedente ad
lit. Idem tamen non magis
opinionis amore ductus, prisc
aequalem, pro auctore nostri
lit, quam *Messenium* nostrum.
rum non fuisse Salaminium, se
loquitur. — V. 1. et 2. laud
III. p. 255. ubi στέψηται legit
Idem ἀποῤῥαιστῆρος. Sensus est
aurea statua *aeque ac radii fulg*
tur; vix recte. χρυσείος ἀπὸ ῥαι
auro malleo ducto. Suspicor,
Homeri statuam fuisse. Jam p
Jovis fulminibus exposueritis fo
men me Salaminium esse confite
lis minis, nullis cruciatibus add

inter Amoris tormenta, *βασανίζει*, clamat, *ἕστηκε μετὰ βελῶν, κρίνεται μετὰ πυρός· ἂν ἀπειθὴς ὦ* (sic optime *Mitscherlich*. Vulgo *ἀναπειθήσω*.) *αὐτῷ, καίομαι τῷ πυρί.* — V. 3. *οὐδ' ὁ Μέλητος Δημαγόρου.* Plan. et Cod. Vat. hoc sensu, ni fallor: neque, Meletis filius cum sim, unquam me Demagorae filium dicam. Aegyptii enim Homerum Dmasagora et Aethra natum dicebant. Vide *Allatium* l. c. p. 45. — V. 4. *τοῦτ'* Ed. princ. Sequentes *ταῦτ'*. — V. 5. *βασάνιζε* Vat. — V. 6. *πᾶσιν ἀεισετ' ἔπη.* Vat. *ἀείσετ'* Plan. — *Χῖος.* Respicitur ad familiam Homeridarum, qui Homeri carmina servasse dicuntur.

VII. Cod. Vat. p. 207. Planud. p. 268. St. 386. W. In Homerum a Nereidibus in insula Io sepultum. V. 1. et 2. laudat *Suidas* in *ἤκαχον*. V. 2. et partem primi idem in *γρῖφος*. V. 3. et 4. in *χρίσις*. — Homerum moerore consumtum esse, quod aenigma ipsi propositum solvere non posset, nota fabula, de qua vide *Pseudo-Herodot.* p. 760. — V. 4. *ἀκταίῃ ὑπὸ σπιλάδι.* Idem ait *Antipat. Sid.* LXIX. *κεφαλὰν Μαιονίδεω ἅδ' ἔλαχεν νασῖτις Ἴου σπιλάς.* Vide *Gellium* L. III. 14. — Pro *ἐχρίσαντο* Ed. Flor. *ἐχρήσαντο*. Duae Ald. et Asc. *ἐχρίσσαντο*. — V. 5. *μόθων*. Vat. — V. 7. *νῆσος.* Plan. *παντώϊος* Editt. ante *Stephan.* — *βαιή. Paul. Sil.* Ep. LXXX. *ὀλίγη γεγαυῖα τόσον χάδεν ἀνέρα νῆσος. Ios — Homeri sepulcro veneranda, longitudinis XXV. mill. antea Phoenice appellata. Plin.* H. N. IV. 12. *Varro* in Anth. Lat. L. II. CCVII. *Capella Homeri candida haec tumulum indicat, Quod hac Ietae mortuo faciunt sacra.* Ad quos versus vide *Burmann.* in Addend. p. 738. et in Sicul. T. II. p. 433. Veterum loca de sepulcro Homeri collegit *Leo Allat.* in Vit. Homer. p. 169. sqq.

¶. 488.] *VIII.* Cod. Vat. p. 180. *Ἀλκαίου Μιτυληναίου.* (Vide ad Ep. VI.) Planud. p. 48. St. 70. W. Quod ad argumentum attinet, cf. *Simonidis* Ep. CVI. (CXII.) — V. 1. laudat *Suidas* in *ἀγύρτης* Tom. I. p. 42. ubi scri-

ptum — καὶ γάλλος καὶ μάντις, ὡς Ἀπίων ἐν ἐπιγράμματι κειράμενος . . . . . *Apionem* Epigrammatarium non novimus. Distinguendum itaque cum *Toupio* Ep. crit. p. 11. ὡς Ἀπίων· ἐν ἐπιγρ. *Hesych.* ἀγυρτικοὺς· συναθροιστικοὺς, μάντεις, ὡς Ἀπίων. — In hoc versu ἀπὸ jungendum cum κειράμενος; nam praepositio saepe per tmesin verbo postponitur, etiam pluribus vocibus interjectis, observante *Ruhnken.* in Ep. crit. p. 133. Atys ap. *Catullum* LXIII. 5. *Devolsit ilia acuta sibi pondera silice.* ut mihi legendum videtur. *Ovidius* IV. Fastor. 241. *onus inguinis aufert; Nullaque sunt subito signa relicta viri. Venit in exemplum furor hinc, mollesque ministri Caedunt jactatis vilia membra comis.* *Minut. Fel.* c. XXIV. *cui obscoena resecta sunt demessa.* — φλέβα. Vide ad *Leonid. Tar.* Ep. XXVI. — V. 2. laudat *Suid.* in πρῶνες T. III. p. 217. prima voce omissa, sic: εὐδένδρους πρ. ἀβουνοβάτει. Vulgo βησσήεντας ἀνὰ πρ. ὄ. In Vat. Cod. ὕλης habetur, sed est in correctione, nec *Salmasius* discernere potuit, quid prius fuerit scriptum. *Schneiderus* ὕλας corrigendum suspica-

neum, et contextum turbant. Quid *Grotius* in mente habuerit, non facile dixeris. Vertit: *Vidit ut exitium Gallus prope, tympana quassat.* Mihi haec sic videntur corrigenda:

Δίσας δ' ἀμηστέω θηρὸς μόρον αἰνὸν ἀλύξαι.

Fatum, quod ipsi a crudeli bestia imminebat, effugere cupiens, tympanum pulsavit. Forma rarior δίσας facile in δείσας depravari potuit; quo facto reliquorum depravatio consecuta est. Est autem a δίζειν, φροντίζειν, ἐρευνᾶν, ζητεῖν. *Suid.* ἐξέδισεν. ἐξεζήτησεν. ἐκ τοῦ δίζω τὸ ζητῶ. *Homer.* Il. XVI. 713. δίζε γὰρ, ἠὲ μάχοιτο κατὰ κλόνον αὖτις ἐλάσσας. Oraculum Lycurgo datum ap. *Herodot.* I. p. 31. 27. δίζω, ἤ σε θεὸν μαντεύσομαι ἢ ἄνθρωπον. *Simmiae* Ovum 5. τὸ μὲν θεῶν ἐριβόας Ἑρμᾶς ἔδιξε κάρυξ. Dedit quaedam de hac forma *Dorvill.* in Vann. crit. p. 62. *Menag.* ad Diog. Laërt. IX. 5. Fortasse tamen magis probabitur altera conjectura:

Δεινὸν δ' ἀμηστέω θηρὸς μόρον ὡς ἂν ἀλύξῃ.

Hadrian. Ep. III. ἀλλ' οὐδ' ὣς ἤλυξε κακὸν μόρον. *Oppian.* Hal. III. 103. φιλλῶν Ῥυΐδιος ὑπερᾶλτο καὶ ἐξήλυξε μόροιο. IV. 64. τοιοῖσδε νοήμασι πότμον ἄλυξαν. — V. 7. 8. *Suid.* in γάννει Tom. I. p. 475. et in τένοντα T. III. p. 447. cujus vett. editt. ἐνέκλεισε exhibent. Vulgo ἐνέκλεισεν. — V. 8. ἰστριοφάλιζε *Suid.* et *Plan.* Pro φόβην *Opsopoeus* κόμην corrigit; inepte. φόβη est juba leonis. — V. 9. δ' ἐκ προφυγών. Vat. et in fine Ῥείην. — V. 10. ὀρχησαμέν. Cod. Vat.

IX. Cod. Vat. p. 457. Planud. p. 295. St. 435. W. Scriptum est in Clitomachi athletae statuam. Ad hoc carmen inprimis facit *Pausan.* L. VI. 15. p. 489. Κλειτομάχου δὲ Θηβαίου τὴν μὲν εἰκόνα ἀνέθηκεν Ἑρμοκράτης ὁ τοῦ Κλειτομάχου πατήρ. τὰ δέ οἱ ἐς δόξαν ἦν τοιάδε· ἐν Ἰσθμῷ παλαιστὰς κατεπάλαισεν ἄνδρας, καὶ ἐπὶ ἡμέρας τῆς αὐτῆς τούς τε τὴν πυγμὴν, καὶ τοὺς ἐς τὸ παγκράτιον ἐσελθόντας ἐκράτει

legit, et recte legit: τί δ' ...
Vulgo ὦ τάλαινα, structura
convenit *Schol.* interpretat...
κακοφήμου βοῆς. *Hesych.* λήμα...
neminem *Euripidis* editoru...
mireris. — V. 3. ἄρτι πα...
doctus in schedis Bibl. Bo...
Ed. pr. χερός. — V. 5. τὸ ...
et pancratio adversarios vic...
evasit. τὸ τρίτον, duobus c...
itaque cum *Salmasio* in Plin...
taverim, quod is demum vi...
ceciderat. — παλαίσας. Va...
Vulgo et Vat. Nec mutand...
dorica dialecto conscriptum...
enim poëtae, qui hac dialect...
runt μοῦνος scribere. Vide ...
V. 8. γενέτας. quandoquidem...
rentesque victoriae particip...
λάβον. CXXVI. Λύκος — Φειδ...
autem Lycus Phidolae filius.
bus *ornari*, respectu habito
cingebantur tempora.

V. 2. διὰ τρητῶν ab Aldo in Cod. quodam repertum in plures editt. venit. Ed. pr. et Ald. pr. δι' ἐντρητῶν legunt, non, ut *Stephanus* scribit, δι' ἐντμήτων. Recte hoc a *Brunckio* in εὐτρήτων mutatum est. Sed quid est, quaeso, φθεγγεσθαι κροῦμα διὰ δονάκων? Nemo veterum sic locutus est. Valde diversum, quod dixit *Antip. Thess.* Ep. XXIX. αὐλήσαντι πολυτρήτων διὰ λωτῶν. Quare vide, an scribendum sit:

κρούματι εὐτρήτων θελγόμενος δονάκων.

sive — τερπόμενος δονάκων. ut Epigr. XII. ποιμενίῳ τερπόμενος δόνακι. *Dionysius* II. 20. φοιβηδὶς τερπόμενος λύρῃ. *Oppian.* Hal. V. 455. καὶ καλαμευτῇ τερπόμενος σύριγγι. — Propius tamen ad vulgatae vestigia accedit θελγόμενος, et sic locutus est *Philipp. Thess.* Ep. XXXII. τὸν ἄπνουν ναύτην τῇ στομάτων θέλγων ἐγὼ κιθάρῃ. — κροῦμα de tibiae sono haud infrequens. *Pollux* IV. 83. μέλη αὐλημάτων κρούματα, συρίγματα. *Suidas* in Ὄλυμπος· Μυσὸς αὐλητὴς, ἡγεμὼν γενόμενος τῆς κρουματικῆς μουσικῆς διὰ τῶν αὐλῶν. *Achilles Tat.* VIII. 6. p. 323. de Syringe: μεταπηδᾷ δὲ ἄλλοτε ἐπ' ἄλλον, ὅπου ποτ' ἂν εἴῃ τοῦ κρούματος ἡ ἁρμονία καλή. *Clemens Alex.* Strom. I. p. 363. 15. φασὶ δὲ καὶ τὴν πλαγίαν σύριγγα Σάτυρον εὑρεῖν τὸν Φρύγα· τρίχορδον δὲ ὁμοίως καὶ τὴν διάτονον ἁρμονίαν Ὕαγνιν (sic recte *Palmer.* pro Ἄγνιν) τὸν καὶ αὐτὸν Φρύγα· κρούματα δὲ Ὄλυμπον. Tibicina Κρουματίου hinc appellata occurrit ap. *Alciphr.* L. I. 12. p. 50. — V. 3. ἔργον Ἀθάνας. Minervae *inventum*. Sic *Dioscorid.* Ep. XV. αὐλοὶ τοῦ Φρυγὸς ἔργον. Minervam ad lacum Tritonem tibias invenisse, quibus flebilem Gorgonum, cum a Perseo interficerentur, vocem imitaretur, *Pindarus* narrat in Pyth. XII. 34. sqq. Vide, quae de hoc invento docte disputavit *Boettigerus* in Museo Attico Tom. I. Fasc. II. p. 349. sqq. Tibiam cum abjecisset dea, in Marsyae manus venit; quem *Alcaeus* νυμφογενῆ vocat, ut *Telestes*, qui hanc fabulam impugnat in fragm. ap. *Athen.* L. XIV. p. 616. F. Hoc fragmen-

tum versibus tetrametris trochaicis conscriptum esse, praeclare monuit *Boettigerus* l. c. qua observatione adjutus, versus depravatos et interpolatos in hunc modum correxerim:

> Ὃν σοφὸν σοφὰν λαβοῖσαν οὐκ ἐπέλπομαι νόῳ
> [Παλλάδ'] ἐν δρυμοῖς ὀρείοις ὄργανον, δυσόφθαλμον
> αἶσχος ἐκφυγοῦσαν [εἴδους], αὖθις ἐκ χερῶν βαλεῖν
> νυμφογενεῖ χοροιτύπῳ τε φηρὶ Μαρσύᾳ κλέος.

Hic nihil fere mutavi, nisi quod v. 2. verba δίαν Ἀθάναν ejeci, Παλλάδα in eorum locum substituens. ἐκφυγοῦσαν dedi pro ἐκφοβηθεῖσαν, quod metrum non patitur. νυμφογενεῖ χειροκτύπῳ denique sic, ut vides, emendavi. Quod autem v. tertio εἴδους interposui, recte me fecisse apparet ex iis, quae commentarii instar subjecit *Athenaeus* p. 617. A ἡ γὰρ παρθενίαν ἄγαμον καὶ ἄπαιδ' ἐκένωσα Κλωθὼ — ὡς οὐκ ἂν εὐλαβηθείσης τὴν αἰσχρότητα τοῦ εἴδους. Sic haec scribenda sunt cum *Casaubono* et *Bourdelotio*, qui hoc *Athenaei* caput passim emendavit ad *Heliodori* Aeth.

tenere. — V. 3. πινυρὴν ὄψιν. faciem lacrymis foedam, ut ex imitationibus apparet. *Quintus Maecius* l. c. κλαῖε δυσεκφεύκτοις σφιγχθεὶς χέρας, ἄγριε δαῖμον, Κλαῖε μάλα, στάζων δάκρυα ψυχοτακῆ. — V. 5. Vanus est sculptoris labor, qui te, imperium in deos exercentem, vinculis constrinxit. *Satyr. Thyill.* l. c. ψυχρὰ τάδ' ἀνθρώποις παραμύθια. — τὸν οἴστρῳ κυμήναντα θ. insolentius dictum. Qui spiculis suis infixis deorum hominumque pectora perturbat, eos κυμαίνειν dicitur. Solet autem animus curis et cupiditatibus agitatus cum mari tempestuoso comparari. κῦμα Κύπριδος dixit *Meleag*. Ep. XIX. κυμαίνει ὁ βαρὺ πνεύσας Πόθος. Idem Ep. XXIX. et XLV.

XII. Anthol. Plan. p. 335. St. 475. W. In Pana tibiis canentem. Expressum carmen ex Platon. Ep. XIV. — V. 1. ἔμπνει μοῦσαν. *flando carmen edas.* — λαροῖσι χείλεσι. ut ap. *Platon*. XXIX. μέλισσαι — λαρῆς ἐπὶ χείλεσι βαῖνον, ubi tamen lectio non omnino certa. — V. 3. »ἐκ »δὲ συνῳδοῦ. *ex consono cantu:* per vices enim canebat »Pan, ut et hodie solent in Italia plebeji fidicines.« *Brodaeus.* Junge κλάζε ἁρμονίην, i. e. μέλος, κατιθύνων αὐτὴν ἐκ συνῳδοῦ ῥήματος. Fistulae cantus ad verborum, quae accinuntur, mensuram temperandus est. Sensus est igitur, ut in Ep. V. σύμφωνον μαλακοῖσι κερασσάμενος θρόον αὐλοῖς. — κλάζειν de canentibus usurpavit *Orpheus* Argon. 1274. ᾔειδον δὲ λιγὺ κλάζων διὰ θέσκελον ὕμνον. *Oppian.* Hal. II. 413. οὐ μάλα νηφάλιον κλάζων μέλος. — V. 5. »Νύμφαι μεθυδριάδες. Eaedem sunt, quae ὑδριάδες, »ἐφυδριάδες, καθυδριάδες. Lexicis addenda vox μεθυδριάς. »Divisim scribendum μεθ' ὑδριάσι censebat H. Stephanus: »sed praepositionem μετὰ nec sensus nec constructio ad»mittit. Idem est enim, ac si scriptum esset Νύμφαι αἱ δὲ »μεθυδριάδες ῥησσέτωσαν ἀμφί σοι ἔνθεον ἴχνος. Nec de Me»thydrio Arcadiae urbe hic cogitandum.« *Brunck.* Ejusmodi imaginem nobis subjicit *Anton. Liber.* Met. XXII. p. 142. de Terambo, sive Cerambo, viro in re

musica excellente, qui dicebatur λύρᾳ πρῶτος ἀνθρώπων κεχρῆσθαι, πλεῖστά τε καὶ κάλλιστα μέλη ποιῆσαι· τούτων οὖν χάριν λέγουσιν ὀφθῆναι αὐτῷ ποτε Νύμφας καὶ χορεῦσαι πρὸς τὰ κρούματα τοῦ Τεράμβου.

XIII. Bis legitur in Vaticano p. 445. Planud. p. 8. St. 15. Wech. Scriptum est in expugnationem Macyni urbis, tam difficilem et periculosam, ut Philippo jam nihil insuperabile videri possit. — V. 1. Μακύνιου Aldina tert. Μακύνιον καὶ Μάκυνον, ὄνομα κύριον, οὗ μέμνηται Στράβων. *Schol.* Locus *Strabonis* est L. X. p. 692. A. unde discimus, Macynium sive Macynum oppidum fuisse Aetolorum, Talphiasso, alto monti, impositum. Hoc cum expugnaverit Philippus, Demetrii fil., rex Macedoniae, Jovem poeta hortatur, ut Olympi portas claudat. *Opsopoei* errorem, qui Μακύνου a verbo μηκύνεσθαι derivabat, notavit *Jos. Scaliger* in Not. mstis et *L. Holsten.* qui hoc distichon excitavit ad *Stephan.* p. 197. — τείχη et πάντα Φιλίππῳ. Vat. Cod. Hoc vulgatae fortasse praeferen-

Charit. p. 621. Poëta videtur loqui, ira in Philippum incensus, qui convivas inter epulas veneno peremerat. Fingit autem Alcaeus, se inter potandum crudelis illius meminisse facinoris; quare statim initio, ad Bacchum conversus, πίομαι, inquit, ὦ ληναῖε, πολὺ πλέον —. Sic haec vulgo leguntur. In Vat. tamen Cod. loco priore π. Ἕλληνες, πολὺ πλ. quod equidem librariis deberi existimo. *Dorvillius* autem duplicem a poëta recensionem hujus carminis editam esse censebat; in quarum priore Ἕλληνες πουλὺ πλ. fuerit. Hanc in lucem prodiisse ante Epicratem et Calliam (cf. ad Ep. XV.) interemtos, nec in ea lectum fuisse ultimum distichon, quod Cod. Vat. loco priore omittit. — Verba ἦ πίε Κύκλωψ cum sequentibus respiciunt *Homer.* Odyss. ι. 373. — φάρυγος δ' ἐξέσσυτο οἶνος Ψωμοί τ' ἀνδρόμεοι· ὁ δ' ἐρεύγετο οἰνοβαρείων. Apud *Achillem Tat.* L. II. 23. p. 82. fortasse olim lectum fuit: κεῖταί σοι καθεύδων ὁ Κύκλωψ· σὺ δ' ὅπως Ὀδυσσεὺς ἀγαθὸς γένῃ. Vulgo ὁ κώνωψ, quo orationis acumen perit. *Alcaeus* autem noster, cum Polyphemum nominat, Philippum regem significat, (vide ad Ep. seq. 3.) qui, cum inter vinum amicos necasset, haud aliter ac Polyphemus ventrem humana carne implevisse videbatur. — ¶. 490.] V. 3. Iram et vindictam hoc distichon spirat. Obversabatur *Alcaeo* Tydeus, qui Melanippi διασχίσας τὴν κεφαλὴν ἀπεῤῥόφησε τὸν ἐγκέφαλον. Conf. *Heynium* ad *Apollodor* T. II. p. 630. sq. *Valckenar.* in Diatr. p. 142. A. et *Sophoclis* Fragm. in *Villois.* Anecd. T. II. p. 94. — Pro ἔγκαρον in Vat. Cod. ἐν καρον et in marg. γρ. καὶ ἔγχειρον. Hunc locum respexit *Schol. Homeri* Leidensis ap. *Valcken.* in Dissert. p. 97. ad verba *Homeri* ἐν καρὸς αἴσῃ. Ἀλκαῖος μὲν ὁ ἐπιγραμματοποιὸς ἐγκέφαλον ἤκουσεν. — V. 5. 6. omittit Vat. Cod. loco pr. Philippum inter pocula amicos veneno interfecisse, his versibus diserte traditur. *Pausan.* L. VII. 7. p. 539. utriusque Philippi mores adumbrans, προσῆν δὲ, inquit, παρὰ τὰ συμπόσια ἐπὶ δεξιότητι

L. XXXII. 5. *Et cum Achai*
firmabat. Macedonum [qu
Nam Heracl.den amicum ca
cerneret, multis criminibus
ingenti popularium gaudio. S
suspicor, paulo leniori reme
Animadv. in Eurip. p. 198.
"Ὅτι Φίλιππος θεωρῶν τῶν Μακ
λεῶς ἔχοντας, ἐπὶ τῷ τὸν Ἡρ
αὐτὸν εἰς τὴν φυλακήν. Cf. *Poly*
XV. Cod. Vat. p. 508.
St. 122. W. Ad Epicratem,
veneno necaverat. Optat p
poculum propinet. *Epicratem*
passim laudat *Athenaeus.* Hu
bus vixisse, haud putaverim.
moratur ap. *Athen.* L. VII. p.
habeat, quod scribit ad Ch
comicum poëtam, variis dict
liam autem tragicum Philippo
fuisse, equidem ignoro. — p
καὶ Κένταυροι, ducta sunt ex *H*
Callim Ep. XLIV. *Propert.* L

non auderet poëta, eum vitio et defectu designavit, quo *Philippus Amyntae* fil. laboraverat. Hoc fortasse argutius quam verius. Veteres, ut Cyclopas ipsos, sic illos quoque, qui Cyclopum mores et indolem referrent, monoculos, μονομμάτους, appellabant. Hoc epitheto primus usus esse videtur *Cratinus*, secundum *Phrynichum* p. 22. μονόφθαλμον οὐ ῥητέον, ἑτερόφθαλμον δέ. Κρατῖνος γὰρ μονόμματον εἶπε τὸν Κύκλωπα. Ad defectum oculi et mores simul respexit Theocritus ille Sophista, cum Antigoni, Macedonum regis, coquo diceret: Εὖ οἶδα, ὅτι ὠμόν με θέλεις τῷ Κύκλωπι παραθεῖναι. quod dictum capite luit, secundum *Plutarch.* T. II. p. 11. C. Conf. *Aelian.* V. H. XII. 43. — Pro οἰνοχάρων vulgo ὠμοχάρων legitur, quod sensu caret. Illud Cod. Vat. praebuit. *Philippus est Charon in vino, qui non per stygiam aquam et futili cymba, ut Charon, homines ad inferos transvectat; sed toxicato vino et poculis medicatis in Tartara mittit miseros convivas, Dorvillii* verba sunt. Vocabulum οἰνοχάρων fictum ad similitudinem v. λεβητοχάρων, quo usus est *Cercides* jambographus, teste *Athen.* L. VIII. p. 347. E. quem vix recte interpretatur magnus *Casaubonus* p. 603. 47. — ᾧ σύ. ad Epicratis Manes conversus. πρόπινον. Haec Theramenem nobis in mentem revocant, ap. *Xenophont.* Hist. Gr. L. II. p. 367. ἐπεί γε ἀποθνήσκειν ἀναγκαζόμενος τὸ κώνειον ἔπιε, τὸ λειπόμενον ἀποκοτταβίσαντα εἰπεῖν αὐτόν, Κριτίᾳ τοῦτ᾽ ἔστω τῷ καλῷ. *Propino hoc pulcro Critiae*, interprete *Cicerone* in Tuscul. Quaest. I. 40. Vide, an in προπόσεις respiciatur ad vocabulum πρόπομα, quo medicamenta, venena inprimis, in potu sumta significabant, docente *Casaubono* ad Athen. L. II. 17. p. 118. sq.

XVI. Anthol. Plan. p. 10. St. 17. W. Elegans Epigramma, in quo Titus Flaminius, Graeciae liberator, cum Xerxe comparatur. Scriptum videtur circa Olymp. CXLVI. 1. A. V. C. 558. postquam imperator Romanus in ludis Isthmicis Graecos liberos immunesque esse

jusserat; quo praeconio audito *majus hominum gaudium fuisse, quam quod universum caperent*, *Livius* narrat L. XXXIII. 32. Conf. *Plutarch.* in Vit. Flamin. c. X. — V. 2. εὐρείας. Idem Italiae tribuitur epitheton Ep. XXII.

XVII. Cod. Vat. p. 216. Planud. p. 271. St. 390. W. De honoribus Hesiodo post mortem habitis. — V. 1. Λοκρίδος ἐν νέμεϊ. in luco Jovi sacro, qui in Locride sub Nemei nomine colebatur. Ibi enim loci Hesiodum interfectum esse, narrat *Thucyd.* L. III. 96. τοῦ Διὸς τοῦ Νεμείου τῷ ἱερῷ, ἐν ᾧ Ἡσίοδος ὁ ποιητὴς λέγεται ὑπὸ τῶν ταύτῃ ἀποθανεῖν, χρησθὲν αὐτῷ ἐν Νεμέᾳ τοῦτο παθεῖν. Idem περὶ τὸ Λοκρικὸν Νέμειον contigisse, poëtamque πρὸς τῷ Νεμείῳ sepultum esse, tradit *Plutarch.* T. II. p. 162. D. E. Conf. *Tzetzam* in Praef. ad Hesiod. p. 3. ed. *Heins.* Quod vero Nymphae Hesiodi cadaver abluisse dicuntur, ad id referendum est, quod *Plutarchus* narrat, poetae cadaver in mare devolutum esse. — Seq. vers. pro κρηνιάδων, quod adjective de Nymphis usurpatum passim occurrit, substantive de fontibus nusquam, nisi in hoc

In Hipponactis tumulo spinas et carduos nasci dicens, ad asperos illius hominis mores genusque scribendi fellis plenum respicit. Comp. Ep. *Hegesippi* VIII. in Timonem; et in eundem *Zenodoti Eph.* Ep. II. — V. 1. ἐπιτέτροφε. Plan. ἐπὶ τέτροφε. Vat. — βότρυν ἐπ' ἀμπέλοισι, mites uvas in sativis vitibus. Vide ad *Meleagr.* Carm. I. 8. p. 4. ἀπὸ in hac φύσει abundat, ut saepe. — Vitis ut nascatur in *Sophoclis* tumulo, optat *Simm. Theb.* Ep. II. — T. 491.] V. 3. πνιγόεσσαν ἄχερδον. Secundum nonnullos spinae genus, quod in Gyaro insula provenire ait *Antigon. Caryst.* C. XXI. θαυμάσιμός ἐστιν ἡ ἄχερδος, κἂν εἰς ἄλλο δένδρον ἐμπλέξῃς (fort. ἐμπήξῃς), ἀφανίζει. At hanc interpretationem reliqua non admittunt, quae de fructu quodam agi satis declarant. Est igitur ἡ ἄχερδος h. l. *pyrus sylvestris*, cui proprium est τὸ πνίγειν et τὸ ἀποστρέφειν τὰ χείλεα. Vide *Beckmann* ad *Aristot.* de Mir. Ausc. c. 155. p. 321. sq. Pro ὀδιτῶν, quae verissima est lectio, in margine Cod. Vat. γρ. ὀδόντων. In Ep. ἀδεσπ. CCCLXXXVI. immaturam uvam aliquis χείλεα στυφθεὶς ἀπέβαλεν, ὡς ἂν ὁδίταις εἴη πεσσομένοις ἡμέδαπς ἐκβάλλων. — φάρυγγα editt. nonnullae Planud. quod vitium a *Stephano* propagari non debebat. δίψει καρφαλέον. *Bianor* Ep. IV.

XIX. Cod. Vat. p. 268. Anth. Plan. p. 282. St. 408. W. Scriptum hoc carmen in Pyladem, Megalopolitanum, citharoedum, cujus mortem Musas et Bacchum vehementer afflixisse poëta ait. De hoc Pylade, qui Philippo Demetrii fil. regnante floruit, quaedam commemorat *Plutarch* in Vita Philopoem. XI. Tom. I. p. 362. cum quo conferendus *Pausan.* L. VIII. 50. p. 701. Πυλάδου Μεγαλοπολίτου, κιθαρῳδοῦ τῶν ἀφ' αὑτοῦ δοκιμωτάτου καὶ ἀνῃρημένου Πυθικὴν νίκην. *Opsopoei* errorem, qui de Pylade, pantomimo, Italicae saltationis inventore celeberrimo, sed longe recentiore (vide *Sueton.* in Vit. Aug. c. 45. *Suidam* v. Πυλάδης, et *Athen.* L. I. p. 20. E.)

cogitabat, et *Brunckium* secum in errorem abduxit, ita ut hoc Epigr. nostrum *Alpheo Mitylenaeo* tribuendum esse, perperam statueret, primus praeclare detexit et refutavit *Schneiderus* in Anal. crit. I. p. 11. — V. 1. ἐν Cod. Vat. qui vers. sq. ἐν omittit. — *ἐν χροῒ κειρομένα.* Describitur quae vulgo *ἐν χρῷ ἡ κουρὰ* vocatur. — V. 3. Ipse Phoebus in Pyladis honorem lauri coronam de intonsa deposuit coma. Coronae enim, quarum usus tantum in sacrificiis festisque (vide *Perizon.* ad Aelian. V. H. III. 3.), luctu nuntiato, deponi solebant. Nota sunt, quae de Xenophonte narrantur, cum sacra facienti filium in pugna periisse nuntiatum esset. *Diogen. Laert.* L. II. 54. p. 113. ibique *Menag.* p. 101. sq. Theseus coronatus Delphis domum redux, cum Phaedram vidisset mortuam, τί δῆτα, ait, *τοῖσδ' ἀνέστεμμαι κάρα πλεκτοῖσι φύλλοις δυστυχὴς θεωρὸς ὤν.* in Eurip. Hippol. 806. Conf. *Valcken.* p. 250. D. E. — V. 5. Musae plorabant; quarum lugubrem vocem Asopus audiens, undas cohibuit. Asopus, Arcadiae fluvius; Pylades enim Megalopolitanus. Ele-

ponitur. Deinde ἐκ δὲ βαρείης λ. Sic etiam Vat. Cod. nisi quod Βορείης exhibet. — V. 2. Ἀσπάσιος πικρὸν ἔτευξα μ. Vat. quae lectio non temere spernenda. In ἔτευξα aliud verbum latere videtur. — V. 4. „ῥαιόμενον. Sic emendavi. In membranis etiam scriptum ῥαινόμενον, quod ineptum est.“ *Brunck.* In Cod. Vat. ῥαινόμενος. Probabilis emendatio. ῥαίεσθαι, quod proprie rumpere, rumpendo destruere significat, h. l. de cadavere fluctibus lacerato ponitur. Lemniades ἑοὺς ἔῤῥαισαν ἀκοίτας. *Apollon. Rhod.* L. I. 617. ὀστέον ἐῤῥαίσθη. Idem L. I. 1034. Pro *obiit* usurpatur ap. *Theodorid.* Ep. XIII. — Fieri tamen potest, ut pro ῥαινόμενον, una litera mutata, corrigendum sit,

— σῶμα δὲ πόντος
ἔκρυψ' Αἰγαίῳ ξαινόμενον πελάγει.

Quod in hac re etiam magis proprium est quam prius. *Oppian. Hal.* L. III. 23. κρᾶθ' ἑκατὸν πέτρῃσι — ξαινόμενον. *Sophocl.* in Ajac. v. 727. ὡς οὐκ ἀρκέσει τὸ μὴ οὐ πέτροισι πᾶς καταξανθεὶς θανεῖν. Vide ad *Diodor. Zon.* Ep. IX. — V. 5. 6. Si sanum est hoc distichon, poëtae subtilitatem desidero. Antithesis enim, quam inchoavit verbis ἤϊθέων δ᾽, ἅπας μόρος, vix justa et perfecta est.

XXI. Cod. Vat. p. 273. Planud. p. 227. St. 331. W. In cippum, tumulo mulieris, quae Phidis appellabatur, impositum. Inscriptionem hujus cippi aenigmaticam poëta hoc carmine interpretatur. — V. 1. ὁ παροδῖτας. Vat. Cod. ὦ παροδῖτις — λίθος Planud. Etiam in Vat. membranis vocabulo πέτρος superscriptum λίθος. Cippo, de quo agitur, bis insculpta syllaba Φι, neque quidquam praeterea. Pro σμίλαις Ed. Flor. et Aldina pr. σμήλαις. σμίλη h. l. *caelum* est. *Hesych.* εὐσμίλωτα. εὖ κατεσκευασμένα ἀπὸ τῆς λατυπικῆς σμίλης. Pro *stilo* usurpavit *Aristoph.* in Thesm. 789. δέλτοι δέξασθε σμίλης ὁλκούς. — V. 3. ἔρξα γυν. Cod. Vat. — V. 4. τὰν χθ. Plan. τᾷ habetur

tamen in Lect. Aldinae pr. et in Ald. sec. — χιλιάς, quia inter numeros graecorum ϛ quingentos valet. — T. 492.] V. 5. κορυφούμενος. numerus duplicatus. — V. 6. Hac via an verum sensum investigaturus sit, dubitat. Conf. ad *Meleagr.* Ep. CXXIII. 11. — V. 7. ἐδ' vulgo. — ἐφρασάμην Vat. Cod. Oedipi, doctae Sphingis carmina interpretantis, nomen in proverbium abiit. *Plaut.* Poen. I. 3. 34. *isti quidem, hercle, orationi Oedipo Opus est conjectore, qui Sphingi interpres fuit.* — V. 10. φέγγος — ξυνετοῖς. Prudentioribus diserta, stolidioribus obscura. *Pindar.* Ol. II. 132. carmina sua, haud raro aenigmatica, appellat βέλη φωνᾶντα συνετοῖσι. Ap. *Eurip.* Iphig. Taur. 1092. cantus Halcyonis εὐξύνετος ξυνετοῖσι βοά. In Epigr. ἀδεσπ. DXVII. Heracliti opera indoctis ὄρφνη καὶ σκότος ἐστὶν ἀλάμπετον· ἢν δέ σε μύστης Εἰσαγάγῃ, φανεροῦ λαμπρότερ' ἠελίου. Quaedam huc pertinentia dedit *Valcken.* ad Phoeniss. p. 510.

XXII. Cod. Vat. p. 244. Planud. p. 200. St. 205. W.

offendebat. — V. 1. ἄκλαυτοι tres Aldinae. Pro ἄθαπτοι ed. Flor. et Ald. pr. ἄταφοι. — Cum *tumulus* in proximis commemoretur, *Petitus* in LL. Atticis p. 673. vulgatam lectionem emendatione egere putavit, ἄτακτοι corrigens. Contra quem Vir Doct. in Misc. Obss. V. p. 22. monuit, *Alcaeum* aemulari *Homerum*, ἄκλαυστον et ἄθαπτον jungentem, Il. χ. 386. Odyss. λ. 54. 72. Revera autem illi, de quibus h. l. agitur, diu insepulti relicti sunt. *Livius* L. XXXVI. 8. *Rex – Philippum Megalopolitanum cum duobus millibus hominum ad legenda ossa Macedonum circa Cynoscephalas, ubi debellatum erat cum Philippo, misit; sive ab ipso, quaerente sibi commendationem ad Macedonum gentem et invidiam regi, quod insepultos milites reliquisset, monitus; sive ab insita regibus vanitate ad consilium specie amplum, re inane, animo adjecto. Tumulus est, in unum ossibus, quae passim strata erant, coacervatis, factus.* *Alcaei* Epigramma igitur videtur fuisse compositum, antequam tumulus ille exstructus esset. Quod vero tumulus commemoratur, id, *Wesselingio* monente ad *Petitum* l. c., non proprie de sepulcro, sed de ipso Thessaliae campo, in quo occisi contra Graecorum morem insepulti manserant, accipiendum est. — V. 2. Ἠμαθίης τε. Plan. — V. 5. Ἠμαθίῃ. in Aldina pr. et tert. et Ascens. — V. 6. θοῶν δ' ὤλετ' Cod. Vat. — θοῶν ἐλάφων. fortasse ex *Homero* expressum Il. XIII. 101. Trojani, οἳ τοπάρος περ φυζακινῇς ἐλάφοισιν ἐοίκεσαν. De leone *Dioscorides* Ep. XI. ὁ θαρσαλεώτερος ἄλλων τετραπόδων, ἐλάφων ἔδραμεν ὀξύτερον. Homo timidus et fugax ἐλάφειος vocabatur. Vide *Suid.* in ἐλάφειον. — Hoc Epigrammate *Alcaeus* Philippi Macedonis animum adeo exasperavit, ut distichon in eum conscriberet, quo significabat, quomodo, si potestas ei facta esset, in Alcaeum consulturus esset. Hoc distichon ab iis, qui Wechelianam curaverunt, receptum est, cum a Stephaniana et antiquioribus abesset. Additum Scholion: ὅτι ἰστέον,

ὅτι ἐν στίχῳ τῷ προτέρῳ ἀντὶ τοῦ ἄφλοιος καὶ ἄφιλος εὑρίσκεται ἐν ἄλλῳ τινὶ βιβλίῳ ἄφλοιος καὶ ἄφυλλος. Deinde legitur: τῷδ' ἐπὶ βουνῷ Σταυρὸς ἐπ' Ἀλκαίῳ ἵσταται αὐτόματος. In his βουνῷ, *colle*, fortasse sincerum est.

DIOSCORIDIS EPIGRAMMATA. *

T. 493.] *I.* Cod. Vat. p. 574. Vitiis inquinatum édidit *Klotz.* ad Tyrt. p. 115. — V. 1. Ἀμφεκοσίτεω Cod. Vat. et Tryll. apogr. In eodem apogr. μυελίνην legitur. Carnem teneram et delicatam significat τὸ μυέλινον, ut in Lusibus LXIV. *Quidam mollior anseris medulla.* ubi vide Intrpp. — Ἔρως ἔπλασεν. Vide ad *Meleagr.* I. 10. p. 5. Similis lusus est ap. *Rhian.* Ep. II. — παίζων. Saevi pueri petulantia cum crudelitate conjuncta indicatur. Conf. ad *Asclepiad.* Ep. VIII. — V. 3. νέρθεσθαι. Sic

Cod. Vat. — V. 4. μένει. Cod. Vat. Hoc *Klotz.* mutavit in μενεῖ. Similiter *Horatius* ad Lydiam, anum factam: *amat Janua limen; Quae prius multum faciles movebas Cardines.* I. Carm. XXV. 3.

III. Cod. Vat. p. 575. Edidit *Toup.* ad *Longin.* p. 386. De puero avaro, cujus severitas, nisi argento dato, leniri non poterat. — V. 1. πλήρη. Vat. Plenis ad Hermogenem accede manibus, et nihil prohibebit, quominus libidini tuae plene satis facias. — παιδοκόραξ ὤν σοι. Vat. παιδοκοράζων apogr. Lips. et in marg. παιδοκόρας ὤν. Probabiliter haec emendata sunt a *Brunckio*; melius tamen scripseris cum *Toupio* - ὅσα σοὶ θ. — παιδοκόραξ. *puerorum appetens.* Corvis lupisque comparantur paedicones propter illorum animalium rapacitatem. *Suidas* v. Λογγῖνος. — Δεινοὶ γὰρ οἱ γυναικοϊέρακες εὐπρεπεῖς αἰτίας ἐφευρίσκειν εἰς ἄγραν τῶν θηλειῶν. ὀνειροπολεῖν dicuntur, qui calida vota concipiunt, optantes sibi, qualia per somnum nobis fingere solemus. *Theocrit.* Eid. IX. 16. ἔχω δέ τοι, ὅσσ' ἐν ὀνείρῳ Φαίνονται, πολλὰς μὲν ὄϊς, πολλὰς δὲ χιμαίρας. — V. 3. στυγνήν. superbum illud supercilium et contractum ut remittatur, efficies. *Diphilus* ap. *Athen.* L. II. p. 35. C. τὸν τὰς ὀφρῦς αἴροντα συμπείθεις γελᾶν. λύειν τὰς ὀφρῦς dixit *Aelian.* in Epist. XV. χαλάσας ὀλίγον τὸ μέτωπον. *Aristoph.* Vesp. 653. Similiter *Alciphron* L. III. Ep. III. p. 278. ὁ κατεσπακὼς τὰς ὀφρῦς - χαλάσας τὸ βαρὺ καὶ ἀμειδὲς, ἀνεὶς τὰς ὄψεις ὑπομειδία πρός με. — στυγνὴν ὀ. τάσιν. ut *Eurip.* in Hipp. 173. στυγνὸν ὀφρύων νέφος. et 290. στυγνὴν ὀφρύν. — Pro ἀλιεύῃς in fine versus in apogr. Spallett. invenio ἀληθεύῃ. in apogr. Lips. ἀλιεύῃς. *Toupius* l. c. ἀλλ' ἰδόσῃ emendavit. — ἄγκιστρον hoc loco pecuniam et munera significat, quibus pueri amplexus emendi essent. Frequenter ad rem amatoriam verba transferuntur a re piscatoria. *Aristaenet.* L. I. 5. p. 14. γυναῖκα, ἣν Χαρίδημος ἐν ἀγορᾷ προϊοῦσαν ἰδὼν ἀγκιστρεύει. Cf. *Abresch.* Lect. p. 286. *T. H.* ad *Lucian.* D. Mort. VIII.

— V. 5. „πολλὴν δρόσον. quid hoc sit, nescio. Ni mea me „fallit opinio, corrupta haec sunt, ut et quod praecedit „λιμένος. Repono: ἕλξεις ἐκ λίμνης πολλὸν μυλον." *Br.* in ejusmodi locis lubrica est critica. λίμνης fortasse verum est; an δρόσον rejiciendum sit, dubito. δρόσος exquisite pro *aqua* ponitur ap. *Eurip.* Iph. Aul. 182. *Aristoph.* Ran. 1377. Nec ineptus exoritur sensus. Piscator, qui frustra praedae inhiavit, dici poterat, non pisces, sed meram aquam hausisse, et quidem πολλὴν, ut inutilis aquae copia opponeretur exspectatae piscium copiae. Pro λίμνης tamen desidero vocabulum generalioris significationis; fortasse

ἕλξεις ἐκ ΛΙΒΑΔΟΣ πολλὴν δρόσον.

qua minima mutatione sensus efficitur haud paulo argutior. λιβάς. σταγόνα. κρήνην. *Suidas.* Eadem ratione h.v. interpretatur *Hesychius*, qui addit vocem θεράπεια, in φρεατία, ni fallor, mutandam. *Antip. Sidon.* LIX. — δροσερᾶς πίομαι ἐκ λιβάδος. qui locus inprimis notandus. Ut

[redacted]

versum quidem satis apparet, poëtam conqueri de conditione sua in pejus mutata, cum se in meliorem perventurum esse sperasset; sed in singulis haeremus. — V. 1. *ἀλλ' ὅσον εἶπα ἐξέφυγεν.* Cod. Hoc *Salmas.* mutavit in *ἀλλ' ὃ σύνοιδας, οὐκ ἔφυγεν.* Hujus conjecturae partem recepit *Br.* qui tamen in Lect. corrigendum censet: *ἀλλ' ὅσον εἰπεῖν, Ἐξέφυγεν — —. ὅσον εἰπεῖν. dicis causa tantum.* Servanda lectio cod. *ἀλλ' ὅσον εἶπα. Hoc vixdum dixeram,* cum sorti longe graviori obnoxius sum factus. *ὅσον tantummodo*, ut ap. *Theocrit.* XXV. 73. *ἀπὸ χθονὸς ὅσσον ἀείρων.* Ap. eund. Eid. I. 45. *τυτθὸν ὅσσον ἄνωθεν.* Sequentia, *Ἐξέφυγεν τὸν ἐμὸν* — poëtae de libertate vixdum parta gloriantis verba. Similis locus est *Philippi Thess.* Ep. II. *τὸν καλὸν ὡς ἴδομεν Ἀρχέστρατον, οὐ μὰ τὸν Ἑρμᾶν, Οὐ καλὸν αὐτὸν ἔφαν — Εἶπα, καὶ ἁ Νέμεσίς με συνάρπασε.* Delenda igitur in fine versus interrogandi nota, et vers. sequ. pro colo comma ponendum. Cum proximis comparandus *Aristaen.* L. I. 22. p. 57. *πρὸς τὴν ἐρωμένην ἀπιὼν, ἐκεῖ δευτέραν ἧτταν ὑπομένω καὶ χείρονα τῆς προτέρας.* — Paulo insolentius dictum *μύρια λατρεύειν*; sed elegans est vocabuli *μύριος* usus, ubi de numero ad magnitudinem transfertur. Sic *μύρια κλαίων. M. Argent.* Ep. XXXI. *μύριον κῦδος.* Ep. *ἀδέσπ.* DCCL. *μύρια τειρομένα. Crinagor.* Ep. XVII. — Mox non video, quomodo Aristocrates *τρίτος δεσπόσυνος* vocari possit, nec dubito, quin haec verba vitium traxerint. Quam tamen olim proposui conjecturam, *χείρονα*, eam nunc repudio, ut jejunam. Duriorem esse conditionem suam quam antea, in superioribus dixerat; quid attinebat idem repetere? Gravius quid desideratur. Multis tentatis, nihil plane satisfacit. Quare hunc locum acutioribus emendandum trado.

¶. 494.] *V.* Cod. Vat. p. 595. Prius distichon edidit *Klotz.* ad Tyrt. p. 80. posterius *Warton.* ad Theocrit. T. II. p. 113. Deos *ὁρκίους* poëta testes facit foederis cum Athenaeo in convivio juncti. Cum foedera libando et

facrificando jungantur, σπονδὴν et λιβανωτὸν ut teftes invocat. Male v. 1. in Cod. σπονδῇ καὶ λιβάνῳ τε. λιβανωτὸς recte et ex grammaticorum praeceptis dicitur. Conf. *Bod. a Stap.* ad Theophr. IX. p. 976. *Alberti* in Obff. Phil. p. 9. fq. et *Wetften.* in N. T. I. p. 249. Deos, ab utroque inter potandum invocatos, crateri quafi immixtos fuiffe fingit. Sic *Meleager* puellae nomen inter pocula pronuntiaturus, σὺν ἀκρήτῳ τὸ γλυκὺ μίσγ' ὄνομα. Ep. XCVIII. et Ep. XCIX. ἃς τὸ ποθεινὸν οὔνομ' ἐν ἀκρήτῳ συγκεράσας πίομαι. — οἳ φιλίης τέρματ' ἔ. ἔχοντε. foederis teftes graviffimi. Sic plane *Euripid.* in Or. 1343. ubi Electra fictis precibus accedens Hermionen, οἴκτειρον ἡμᾶς, ait, κἀπικούφισον κακῶν, Σωτηρίας γὰρ τέρμ' ἔχεις ἡμῖν μόνη. ἐν σοὶ ἐστιν ἡ σωτηρία ἡμῶν. *Schol.* In Suppl. 615. κακῶν δ' ἀναψυχὰς Θεοὶ βροτοῖσι νέμουσιν, Ἁπάντων τέρμ' ἔχοντες αὐτοί. — V. 3. ἃς *Klotz.* — Si quis hoc carmen in fine truncatum exiftimaverit, me fibi confentientem habiturus fit.

VII. Cod. Vat. p. 96. Διοσκορίδου εἰς Ἀρσινόην ἑταίραν Σωσιπάτρου. Hoc et ſequens Epigramma fortaſſe *Soſipatro* auctori tribuendum eſt. Quod ſi autem noſtrum carmen *Dioscoridi* recte inſcribitur, duo illa Epigrammata, quae ut *Soſipatri* leguntur p. 504. noſtro vindicari debent. Omnibus enim in Cod. Vat. adſcripta verba τοῦ αὐτοῦ. (Διοσκορίδου.) — Hoc noſtrum Ep. edidit *Reisk.* in Miſc. Lipſ. IX. p. 118. nr. 295. qui primum diſtichon exhibuit, ut eſt in Cod. ὅρκος ὁ π. Ἀ. θέμενος Σ. Jusjurandum erat, quo Soſipatro Arſinoës amor ſpondebatur. Teretes *Brunckii* aures procul dubio hiulca oratione offendebantur, quae emendationem ſuadet, ſed minus violentam. Hanc aliquando repertum iri, vix dubito. — V. 3. ἐφυλάχθει apogr. Lipſ. unde *Reisk.* fecit ἐφυλακτεῖ, *hunc autem allatrat ſterilis cupido;* infelici conjectura. Arſinoë datam fidem fefellit, alii viro nubens; Soſipater autem priſtinum amorem adhuc ſervabat. — V. 4. οὐ φανερή. quandoquidem nulla juris *pejerati poena* Arſinoae *nocuit*, ut *Horatius* loquitur in re ſimili II. Carm. VIII. *Ovidius* III. Amor. III. 1. 2. *Eſſe deos, i crede. Fidem jurata fefellit: Et facies illi, quae fuit ante, manet.* *Tibull.* I. El. VI. 21. *Sunt numina amanti. Saevit et injuſta lege relicta Venus.* Rebus nimirum ex voto fluentibus, deos eſſe et humana curare, clamabant veteres; ſin contra, negabant. Quaedam huc facientia collegit *Burmann.* in *Propert.* p. 96. et *Muretus* in Oratt. Tom. I. p. 227. ſqq. ed. *Rubnk.* — V. 5. Inauſpicatas Arſinoae nuptias poëta precatur: Lacrymae et gemitus ad Arſinoës thalamum exaudiantur, quae puellae perjurae exprobrent perfidiam. κληῖδες. *fores*, interprete *Reiskio.* Sed ſcribendum videtur:

παρὰ κλισίῃσιν ἀκούσαις.

Conf. Epigr. *Meleagri* CIII. 4. CXX. 7. — V. 6. Vitium apogr. Lipſ. μεμψάμενος *Reiskius* ſuſtulit.

VIII. Cod. Vat. p. 96. τοῦ αὐτοῦ. εἰς Ἀριστονόην. Edidit *Reiske* in Misc. Lipſ. IX. p. 119. nr. 296. Ariſtonoën poëta viderat Adonidem plangentem; quo fit, ut in Adonidis loco eſſe cupiat. — V. 1. μ' ὄστρευσεν *Reisk.* ex ap. Lipſ. ἴτρευσεν, quae Cod. Vat. lectio eſt, emendavit *Weſſeling.* in literis ad *Reiskium* datis. — V. 2. κοψαμένη. *luctu et planctu proſequens.* Vide Intrpp. *Herodoti* L. II. p. 132. 19. *Wetſten.* ad N. T. I. p. 384. — καλύβῃ. in pergula, ubi Adonidis pulvinar et ſimulacrum. Vide *Seldenum* de Diis Syr. Synt. II. 11. De καλύβαις fuſe disputavit *Salmaſ.* ad Script. Hiſt. Aug. T. II. p. 813. — V. 4. συμμελαβὼν ἄπαγον Cod. Vat. Poſterius vocabulum in ἁπαλὸν depravatum exhibet ap. Lipſ. Hoc in ὑπάγου, ſive ὑπάγου, ſive denique ἄπαγε mutandum cenſebat *Reiskius*, qui poëtam his verbis Charontem alloqui temere ſtatuebat.

IX. Cod. Vat. p. 116. *Reiske* in Miſc. Lipſ. IX. p. 457. nr. 352. Nonniſi diverſa prioris Epigrammatis

Ego ſimul cum urbe conflagravi, οὐ δείσας, quamvis mihi nihil a decenni Graecorum oppugnatione timendum erat, i. e. quamvis ipſe non, ut Ilium, decem annorum expugnationem expertus. Quo ſenſu quid frigidius, quid ineptius? Humanum pectus non exercitu nec machinis expugnari, quid, quaeſo, dictu opus erat? Nec poëtae hoc tribuendum exiſtimo, ſed librariis. Fortaſſe legendum:

αἰδεῖσθ', ὦ Δαναοὶ, δεκέτη πόνον· εἶν ἑνὶ φέγγει,
τῷ τότε, καὶ Τρῶες κἀγὼ ἀπωλόμεθα.

Pudeat vos, o Danai, belli per decem annos protracti! Uno enim die illo, quo Athenium Ilii incendium cecinit, et Troja et ego periimus. — V. 4. ποτε. apogr. Lipſ.

XI. Cod. Vat. p. 181. Edidit *Reisk.* in Anthol. p. 29. nr. 471. ante eum *Kuſterus* ad *Suidam* v. Θαλάμη T. II. p. 161. Hiſtoria de Gallo, leonem tympani ſono fugante, quam ſupra vidimus in Ep. *Simonid.* CXII. *Alcaei Meſſen.* VIII. Cf. *Antip. Sidon.* XXVII. Gallus, de quo noſter agit, Atys vocatur, quod nomen inter ſacerdotes Cybeles frequentatum fuiſſe, apparet ex loco *Polybii* ap. *Suidam* v. Γάλλος Tom. I. p. 466. Cum Cnejus, conſul Romanorum, caſtra ad Sangarium poſuiſſet, παραγίνονται Γάλλοι παρὰ Ἄττιδος καὶ Βαττάκου, τῶν ἐκ Πεσσινοῦντος ἱερέων τῆς μητρὸς τῶν θεῶν. In urbe Galatiae, Peſſinunte, quam a Gallo quodam nomen accepiſſe tradit *Stephan. Byz.* templum erat Cybeles, σεβασμοῦ μεγάλου τυγχάνον. καλοῦσι δὲ αὐτὴν Ἀγδίστιν. *Strabo* L. XII. p. 567. Conf. *Livium* L. XXIX. 10. *Sedem domiciliumque matris deorum Peſſinuntem. Cicero* de Aruſp. Reſp. 28. — V. 1. Πεσσινόεντος. Vat. Cod. et *Reisk.* qui hoc diſtichon, quo apogr. Lipſ. carebat, ex *Kuſteri* edit. ſupplevit. — Φρυγός. Galatia olim pars Phrygiae. Quare Peſſinus Phrygia urbs vocatur ap. *Herodian.* L. I. 11. 3. ubi ſimulacrum matris deum narrat πάλαι μὲν ἐξ οὐρανοῦ κατενεχθῆναι εἰς

... utroque loco. *ke*
emend. *Salmasii.* Eidem
jam *Kusterus* in apogr. suo
videtur imaginem Galli, q
Furibunda simul, *anhelans*
mitata tympano Atys, *per*
autem, qui h. l. nihil a C
sibi potius a furore quiesce
in antrum concedentem fi
rius sit. ἄγρια πνεύματα θεῦ
gravis anhelitus, sed aura
gravesque in ejus pectore p
vide *Fabric.* ad Sext. Emp.
spiritu divino, ut πνοὴ in
θεοῦ πνοαῖσιν ἐμμανεῖς. *Aesch*
φέρομαι, λύσσης πνεύματι μάργῳ
μησι. *Suidas.* Proprie *refrig*
θερμὸς, et ipse furor θερμαίν
θερμὸν ἐπεὶ λύσσης ὧδ' ἀνέπαυσε
ὑπό με φρενοπληγεῖς Μανίαι θάλπ
μαίνειν et ψύχειν. *Pallad.* Ep.
μένην καρδίην. — Quod si ip
voluit poëta, Gallum, calido

ὃ μὴ ῥηθῆναι δυνάμενος. τῷ δὲ *Kuster.* τοῦδε Cod. Vat. et *Suid.* — Leo ei obviam factus, qui vel fortes et integros viros perterrere potuerit. — Pro οὐδ' apogr. Lips. οὐκ. — V. 9. Instinctu quodam divino Gallus manum admovit tympano. — αὔρῃ δαίμονος. Vide, quae notavimus in Exercitt. crit. T. I. p. 72. sq. — Mox Cod. Vat. τὸν ἐὸν τύμπανον. et sic *Suidas* legit, qui hoc distichon excitans ad v. Τύμπανος T. III. p. 516. vocabulum τύμπανος ἀρσενικῶς efferri ex hoc versu docere conatus est. Hoc *Salmasium* non impedivit, quo minus τὸ ἐὸν corrigeret; quae correctio nec *Reiskio* displicuit, qui recentiores Graeculos multa masculino genere efferre solere monet, quae veteres in neutro extulerint. — V. 12. ἐλάφων. Vide ad *Alcaei Messi.* Ep. XXII. — V. 13. ἀκοῆς ψόφον. Pro depravato habens *Salmas.* emendavit ἀκοῇ vel καναχῆς vel ἠχῆς. *Brunckius* sibi in Cod. lectione acquiescendum putabat: *gravem per aures acceptum sonum non ferens.* Equidem scripserim:

οὐ μείνας ἀκοαῖς ψόφον.

In fine versus ἐκ δὲ βο . . . ῆς Cod. Vat. Hoc recte videtur emendatum. — V. 15. 16. laudat *Suid.* in Θαλάμη T. II. p. 161. In ultimo versu θηροφυγῆς Cod. Vat. τὸ θήρειον φυγῆς. *Suid.* quod *Reiskio* suggerebat emendationem, a *Brunckio* in contextu positam. In idem incidit *Toup.* in Em. in Hesych. T. IV. p. 200. — λαλάγημα pro tympano, sive alio quovis instrumento, quod strepitum edit, nove dictum. Vide, an *Dioscorides* scripserit πλατάγημα. *Alcaeus Messen.* Ep. VIII. τύμπανον ἐξ ἱερᾶς ἐπλατάγησε νάπης. *Antip. Sid.* XXVII. ἀνασχόμενος μέγα τύμπανον ἐπλατάγησε. In exitu hujus carminis haerebat *Brunckius*, cujus haec sunt: „In hoc carmine poëta „loquitur, et modum, quo Cybeles sacerdos grave ex „leonis occursu periculum effugerit, narrat, usque ad „finem v. 13. Non video, qua ratione ipse deinde sacer„dos sic ex abrupto loquens induci possit. An finis alius

Μῆτερ, Σαγγαρίου χεῖλει
ἱρὴν εἰς θαλάμην ζωάγριά σ
τοῦτο, τὸ θηρὶ φυγῆς

Gallus cum se e periculo serva
ipsi auxilium tulerat, e vestigio
Hoc tibi tympanum dedicatu
quod ad Sangarii oras habes.

XII. Cod. Vat. p. 196. sq.
p. 55. Parmenis Uraniae flabe
laudat *Suidas* in Ῥιπὶς T. III. p.
lum est ad aestatis ardorem m
e tenuibus conficerentur tabell
les vocata sunt. *Ovid.* III. Amo
tenera faciles arcessere ventos, *Qu*
bella manu. Vide *Heinsium* ad
ad *Pollucem* X. 127. p. 1307.
ἀπὸ τρυφῶν vocat, quia non gr
sed lenes placidosque ventos r
θέρ. Vat. — §. 496.] V. 3. ἀ
stus partem Veneri dedicat. ἀπα
diis delibata. Quod Parmenis
offerre dicitur...

rem Pandemum fuiſſe cultam, id non tam certum eſt. Uraniae nomen antiquius eſſe videtur, quam eorum ſubtilitas, qui amorem, ab omni cupiditate purum, ab altero, qui voluptati conjunctus eſt, diſtinxerunt. Conf. *Pauſan.* I. 14. p. 36. Certe apud *Lucianum* in Dial. Meretr. V. T. III. p. 292. meretrix Venerem Uraniam invocare non dubitat; aliaque p. 295. non τῇ Πανδήμῳ ſolum, et τῇ ἐν κήποις, ſed etiam τῇ Οὐρανίᾳ ſe dona et ſacra allaturam eſſe promittit. — V. 4. ἥταις μαλ. Cod. Vat. et apogr. Lipſ. unde *Reisk.* ἐκ ταύτης ſive τοῖς ταύτης ſcribendum cenſebat; utrumque jejunum. Fateor tamen, Brunckianam lectionem, ἡ ἑταίρη, mihi quoque vix commodam videri. An ſenſus eſt: Nunc, flabello tibi poſito, Parmenis meretrix ad aeſtum depellendum Zephyro utitur? Sed hoc, neſcio quomodo, ſubabſurdi aliquid habere videtur. An Ζέφυροι de ventulo, qui flabellis efficitur, accipi debet? Hoc magis placet. *Archias* Epigr. V. ῥιπίδα, τὴν μαλερὸν θάλπος ἀμυνομέναν. At ſic poſterior hujus carminis pars vehementer languet. Quid enim? Parmenis Veneri flabellum dedicat; eademque flabello ſibi ventulum facit ad mitigandum calorem. Nihil vidi ineptius. Quid multa? Scribendum:

τὸ δ' ἠελίου βαρὺ θάλπος
Ἡ ΔΑΙΜΩΝ μαλακοῖς ἐκτρέπεται Ζεφύροις.

Cauſam poëta reddit, cur Parmenis Uraniae flabellum dedicaverit. Ut hoc inſtrumentum lenibus ventis ardorem mitigat, ſic diva quoque miti Zephyro aeſtum temperat. Dignum itaque Venere munus. — Jam vides, illam dedicationem factam eſſe in templo Arſinoës, quae ſub Veneris Zephyritidis nomine colebatur. Eam ad munia ſua peragenda Zephyro uſum fuiſſe, apparet ex *Catullo* LXVI. 57. *Ipſa ſuum Zephyritis eo famulum legarat, Grata Canopaeis in loca litoribus.* ubi vide *Doeringium.* — Ortum ſcripturae vitium ex omiſſa ſyllaba ων in δαίμων, unde factum ἥδαιμ et ἥταις. Nihil hoc er-

pugnae loco relicto, civibus
attulerant. Nunc redeuntes,
admiratione, positum vident.
collegit T. H. ad Lucian. p 5
sed diversa ratione lusit Nica

κάθαψεν. Cod. Vat. — V. 2.
»ἀναγράφεται; τῶ in patrio cas
»Duo hic loquuntur supersti
»e longinquo inscriptum clyp
»cujusnam nomine inscriptus
»postea propius accedentes v
»minus proprium, servari p
»omnino reponendum τῶ.« Br
conjecturam firmat. — V. 3. e
γᾶ ϑ. et ᾆδε λοχῖται edidit Reisk.
— V. 5. 6. omisit Holsten. —
apogr. Lips. quod abesse suspica
set κῦδος ἔκλεψε. Toupius in Ep.
νόϑον legendum esse pronuntia
lectio, quam recte commendavi
Toupii Opera T. IV. p. 425.
nec genuinum, sed fraude et

tanorum esse pronuntiat. — θρόμβοι. h. l. guttae sanguinis. Vide *Wetsten.* ad N. T. I. p. 808. sq. In apogr. Lips. θρόμβους legitur. *Lucian.* in Char. §. 24. καὶ τὸν ἡμιθνῆτα κεῖνον στρατηγὸν Ὀθρυάδην, τὸν ἐπιγράφοντα τὸ τρόπαιον τῷ αὐτοῦ αἵματι. — V. 9. παίρει. ap. Lips. ὁ μοχθήσας. is, qui hoc tropaeum erexit. — προπάτορ Cod. Vat. — ἃ πρόπατερ. *Reisk.* — Rogant Argivi illi, qui loquuntur, Jovem, ut hoc tropaeum aversetur; evertere enim tropaeum religio vetabat. σύμβ. ἀνικήτου φυλόπιδ. tropaeum de iis positum, qui in pugna superati non erant. Othryades illud quidem pro συμβόλῳ νίκης haberi voluit; at Argivi hoc non concedentes, ἀνικήτου μάχης σ. esse dicunt, pugnae, in qua victoria non parta erat ab iis, qui eam sibi, tropaeo posito, arrogabant.

XIV. Cod. Vat. p. 164. *Reisk.* in Anthol. p. 10. nr. 418. In clypeum, in quo Medusae caput cum trinis cruribus conspiciebatur. — V. 1. ὁ Πολύττου. Cod. Vat. quod *Salmas.* in Πολίτου mutandum censebat. In apogr. Lips. Πολύγνου; idque ex Πολυγνότου contractum putabat *Toup.* in Ep. crit. p. 74. Probanda *Salmasii* emendatio. Πολίτης Ceramensis commemoratur ap. *Pausan.* VI. 13. p. 482. Alius Πολίτης fuit inter Ulyssis socios Od. κ. 224. — Recte intellexit *Reiskius*, in ἄλλος proprium nomen latere; cui suspicioni calculum adjiciens *Heynius* in Commentatt. X. p. 117. Ὕλλος corrigit. *Tyrwhitt.* in Notis ad *Toupii* Emendatt. in Suid. T. IV. p. 425. Γάλλος tentat; uterque probabiliter. ἄλλος habet etiam *Suidas*, qui v. 2. laudat in Θοῦρον. ubi ἀπὸ κρατὸς pro Κρῆτας. — V. 3. Γοργόνα pendet a σᾶμα. Caput Medusae, cujus adspectus in lapidem mutabat homines, λιθόεργον vocat poëta, ut *Oppian.* Κυν. III. 222. Μεδούσης λιθοεργέος. — In Cod. non γυῖα, sed γοῦνα legitur; idque non spernendum esse monet *Toup.* in Curis sec. p. 187. Nulla profecto mutandi causa fuit. In Analectis male distincta sunt haec duo disticha. Minor distinctio

quem poeta indicat, alle
dicenda est. Sed *Heyniu*
ut illud pro exemplo ind
Siciliae, in nummis obvii,

XV. Cod. Vat. p. 41
Salmasius in Plin. p. 87. A
carmen *L. Holsten.* ad Ste
p. 113. nr. 655. cujus le
Tibiae inventum poëta Hy
beles sacris primum adhibi
hujus inventi laudem tem
Cum *Dioscoride* conspirat *A*
de Music. T. II. p. 1132.
γῆ τῶν περὶ Φρυγίας, κρούματ
Ἕλληνας κομίσαι, ἔτι δὲ καὶ τοῦ
πρῶτον αὐλῆσαι· εἶτα τὸν τούτο
Idem de Marsya p. 1133.
τοῦ πρώτου εὑρόντος τὴν αὐλητ
tibia nec Marsyae, nec Olym
sed Apollinis εὕρημα dicitur.
Marmor. Oxon. Epoch. X. et
des Inscr. Tom. XIV. p. 4
Ἔστι δὲ Κύβελα Φρυγίας καὶ Κύβε

conjectura *Reiskii*, quae proxime abest a lectione Cod. Supra Ep. XI. ἔκφρων μαινομένην δοὺς ἀνέμοισι κόμην. Inepte *Bernardus* in Epist. ad *Reisk.* p. 506. ἐνεδύσατο βαίτην conjecit. — V. 5. In Cod. Vat. παρος οὔπερ (apogr. quaedam ὄνπερ) ἀείσας Ἐγνώσθη Φ. κεῖνον ἔ. ἔ. quod alii aliter tentaverunt. *Salmasius:* ἢ δὲ Κ. πάρος οἷσπερ ἀείσας: nulla interpretatione addita, qua tamen haec conjectura non minus indigebat, quam Cod. lectio. *Heringa:* εἰ δὲ Κ. π. πάρος οὐ, πρὶν ἀείσας, ἐγνώσθη. *Si vero Marsyas, antequam caneret, ignotus fuit, certamen cum Phoebo susceptum satis eum nobilitavit.* Haec ne graeca quidem. *Bernardus* l. c. sive ἔδηξε, sive, si illud probum sit, κλεινὸν pro κεῖνον legendum censebat. Lectio Brunckiana *Reiskio* debetur, qui eam sic interpretatur: παρᾴδειν est παρὰ τὸ μέλος ᾄδειν, in carminis et artis Musicae leges peccare. Per pastorem Celaenitem intelligitur Hyagnis; in ἔδειξεν subint. παρᾴδοντα, quod a communi repetendum est. Postea *Brunckium* receptae lectionis poenituit, et in Lectt. p. 117. conjecturam proposuit hanc:

εἰ δὲ Κελαινίτης ποιμὴν πάρος οἷος ἀοιδαῖς
ἐγνώσθη, Φοίβου τοῦτον ἔδειξεν ἔρις.

„*Si vero Celaenites pastor* (Marsyas) *solus poëtarum carminibus decantatus pro tibiarum inventore habitus est, id acceptum refert contentioni, qua cum Apolline certavit, quae eum famosum fecit.* Hyagnis tibias invenit geminas seu Phrygias. At poëtarum fabulae de iis alia tradebant, quae nota sunt vulgo, quibus fidem abrogat hoc carmine Dioscorides. Factum videtur in tibias, quas quodam in templo appensas vidit, quibus inscriptum nomen Ὑάγνιδος, quasque hoc carmine decoravit." Haec *Brunckius*. Jam vidimus, veteres tibiarum inventum Hyagnidi passim vindicare; unde *Brunckii* emendatio erroris arguitur. Mihi hoc distichon sic refingendum videbatur:

εἰ δὲ Κελαινίτης ποιμὴν πατρὸς εὕρεμ' Ἀθήνης
ἔργον ἔφη, Φοῖβον κεῖνον ἔλεγξεν ἔρις.

Si Marsyas patris, Hyagnidis, inventum Minervae tribuit, i. e. tibias a patre acceptas a Minerva se accepisse gloriatus est, Phoebi cum eo certamen hoc mendacium patefecit. Nam divae tibiis canentem Apollo non superasset. Nam secundum vulgarem fabulam Marsyas cum tibias a Minerva abjectas invenisset, iis in certamine cum Apolline usus erat. Vide *Apollodor.* I. 4. 2. p. 13. Cf. *Heynium* p. 46. Hoc verum esse, negat poëta. Marsyae pater Hyagnis secundum nonnullos, ut apparet ex *Plutarchi* verbis, quae ad v. 1. posuimus. Adde *Nonnum* in Dion. X. p. 282. Emendationi nostrae multum accedit roboris ex imitatione *Antipatri Thess.* Ep. XXIX. qui Apollinem ad Glaphyrum tibicinem sic loquentem fecit:

Μαρσύη, ἐψεύσω τεὸν εὕρεμα, τοὺς γὰρ Ἀθήνης
αὐλοὺς ἐκ Φρυγίης οὗτος ἐληΐσατο·
εἰ δὲ σὺ τοιούτοις ποτ' ἐνέπνεες, οὐκ ἂν Ὕαγνις

V. 1. Θ. ὅδε. Vat. Cod. et ἀνέπλασε. Utrumque omnes ſervarunt. Sed Theſpin ipſum loqui, apparet ex ultimis verbis — τἄλλα δ' ἐμά. Non tamen propterea ὅδε in ἐγὼ mutandum erat: Θέσπις ὅδε, *Ecce me Theſpin!* ut ap. *Pindar.* Ol. ά. 37. οὗτος ἐγώ. *ecce me!* *Sophocl.* Oedip. Col. 138. ὅδ' ἐκεῖνος ἐγώ. — κωμήταις. agreſtes homines novo beans munere. καινοτομῶν. ut *Ovidius* de heroicis epiſtolis III. A. A. 346. *Ignotum hoc aliis ille novavit opus.* *Novum* illud *opus* a Theſpide inventum tragoedia fuit, non drama ſatyricum, ut *Heinſius* nobis perſuadere conatur, qui proxima verba τρίτον χορὸν de trilogiis interpretatur, ad quas cum ſatyricum drama acceſſiſſet, tetralogia abſoluta eſt. — V. 3. Cod. habet: ὅτε $\overset{\text{τ}}{\text{τριθὺν}}$. in apogr. Heinſ. τρίττυν. Lipſ. τρίτυν. Noſtra lectio *Bentlejo* debetur, qui per triplicem chorum trina Dionyſia intelligit, quae antiquitus ἐν Λίμναις, κατ' ἄστυ et κατ' ἀγροὺς celebrabantur. — Vereor, ne haec interpretatio aeque vana ſit ac Heinſiana. Graeca enim verba non id dicunt, quod *Bentlejus* voluit, ſed aliud quid, Theſpidem tragoedias docuiſſe, cum Bacchus *tertium* chorum, i. e. *Bentlejo* interprete, tertium feſtum ageret. Sed cur tertio potius quam primo et ſecundo? In lectione Codicis, quam nos primi ſinceram dedimus, fortaſſe aliud quid latet, quam quod editores dederunt. Fortaſſe ſcribendum:

Βάκχος ὅτε τρυγικὸν κατάγοι χορόν.

Ariſtophan. in Acharn. 628. Ἐξ οὗ γε χοροῖσιν ἐφέστηκεν τρυγικοῖς ὁ διδάσκαλος ἡμῶν. Ibid. 886. ἦλθες ποθεινὴ μὲν τρυγῳδικοῖς χοροῖς. Alia ſimilia praetereo. Ceterum *Heinſius* τρίτατον, *Reiskius* ὅτ' ἀγρώταν conjecit. — Repetitio vocabuli ἆθλον in eodem diſticho offenſioni fuit *Bentlejo*, qui legit — ἄρριχος, ὗθλος ἔτι. *ut adhuc fabula eſt.* in qua conjectura ſummi viri felicitatem deſidero. *Reiskius* vitium quaerebat in v. 3. ᾧ τρυγὸς ἀσκὸς legens. Huic

puto. Thespis de re futura
inventum elaborabunt; et
affinget; mihi tamen inven
Codex vitiose περὶ σοῦ φύσει.
se miror. προσευρήσει palmar
tamen pretium statuere nes
etiam προσεμφερήσει legi posse
a recentioribus non affictа
est *Heinsius*; male. — Non
kius in v. 5. edidit: τάδ' ὁ

XVII. Cod. Vat. p. 26
dens carmen ediderunt, hoc
ad Aeschyl. post Praefat.
qui propter novum ornatum,
laudatur. *Horatius* ad Pison
personae pallaeque repertor b
instravit pulpita tignis, Et
que cothurno. *Athenaeus* L.
μόνον ἐξεῦρε τὴν τῆς στολῆς εὐπρ
καὶ πολλὰ σχήματα ὀρχηστικὰ
χορευταῖς. — V. 1. εὕρεμα
Heinsius putavit, drama saty
ne admissa in salebras incid

et alia quaedam exciderunt, minus bona. — V. 3. ἐξώψωσεν ὁ μὴ σμιλευτὰ χ. Sic Codex, cujus lectio vehementer depravata est in apographis, quae exhibent: νοήσιμα κτλ. *Bentlejus* prope ad veritatem accedens νεοσμίλευτα correxit. *Tragoediam quasi in altum evexit verborum novorum et quasi arte politorum granditate.* Non erat quod hanc conjecturam contemneret *Cornelius de Pauw* ad Aeschylum, νοήσει δευτὰ χαρ. proponens, in quo invento sibi mirifice placet. At *Bentlejanae* emendationi obstat, quod verborum expoliendorum artificium (τὸ διασμιλεύειν) ab *Aeschylo* alienum est. *Euripidi* illud conveniret, quem orationem tragicam summo cum studio laevigasse constat, non ei, qui, ut *Aristophanes* dixit, verbis usus est grandiloquis, hirsutis et formidabilibus: in Ranis 955. ῥήματα βόεια Ὀφρῦς ἔχοντα καὶ λόφους, δείν' ἄττα μορμορωπὰ Ἀγνῶτα τοῖς θεωμένοις. et v. 960. ῥήμαθ' ἱπποκρημνα, ἃ ξυμβαλεῖν οὐ ῥᾴδιον ἦν. Quae cum ita sint, ne dubites, quin *Salmasius* verum viderit, qui hoc distichon protulit in Exercit. Plin p. 735. B. C. sic scriptum: Αἰσχύλος ἐξύψωσεν, ὁ μὴ σμιλευτὰ χαράξας Γράμματα. quae lectio a lectione codicis nonnisi una litera (Δ et Λ) discrepat. τὸ σμιλεύειν, quod sculptoribus proprium, ad orationis artifices transfertur. *Alexis* poëta ap. *Athen.* L. IV. p. 161. B. καὶ λόγοι λεπτοὶ, διεσμιλευμέναι τε φροντίδες. *Synesius* p. 47. C. καὶ τὸ λέξιν καθῆραί τε καὶ ἀποσμιλεῦσαι. *Julian.* Orat. IV. p. 77. ἐργάτης γάρ ἐστι καὶ τούτων ἀγαθὸς, οὐκ ἀποσμιλεύων, οὐδὲ ἀπονυχίζων ῥήματα. *Themistius* Orat. XXI. p. 251. A. ἐκμελετῶν διὰ βίου συγκοπάς τε ὀνομάτων καὶ ἀποθλίψεις, καὶ ῥήματα ἀποσμιλεύειν. Similiter alia quoque verba ex fabrorum arte ad hoc dicendi scribendique artificium transferuntur. *Aristoph.* Ran. 930. τὸν μὲν (Euripidem) ἀστεῖόν τι λέξαι καὶ κατερρινημένον. *Plutarch.* T. II. p. 350. D. Isocrates ἀντίθετα καὶ πάρισα καὶ ὁμοιόπτωτα κολλῶν καὶ συντιθεὶς, μονονοὺ κολαπτῆρσι καὶ ξυστῆρσι τὰς περιόδους ἀπολεαίνων καὶ ῥυθμίζων. — V. 4. κατ' ἀρδόμενα.

Vat. Aeschyleum dicendi genus describitur, copiosum, non autem leni tractu, ut amnis, sed praecipiti cursu, torrentis simile, fluens. De Demosthene *Dionys. Halic.* p. 175. ἡ δὲ λέξις ἐστὶν ὑγρὰ καὶ ὁμαλή, καὶ ὥσπερ ἔλαιον ἀψοφητὶ διὰ τῆς ἀκοῆς ῥέουσα. quod ductum est ex *Platonis* Theaet. p. 144. B. οἷον ἐλαίου ῥεῦμα ἀψοφητὶ ῥέοντος. — V. 5. μετ' ἐκαίνισεν. Cod. Vat. Aeschylum veterum heroum dignitatem optime repraesentasse ait *Dio Chrysost.* LII. p. 549. ἥ τε γὰρ τοῦ Αἰσχύλου μεγαλοφροσύνη καὶ τὸ ἀρχαῖον, ἔτι δὲ καὶ αὔθαδες τῆς διανοίας καὶ φράσεως πρέποντα ἐφαίνετο τραγῳδίᾳ καὶ τοῖς παλαιοῖς ἤθεσι τῶν ἡρώων, οὐδὲν ἐπιβεβουλευμένον, οὐδὲ ταπεινόν. — Distinctione mutata, scribendum puto: ὦ στόμα πάντων δεξιὸν, ἀρχ. ut ap. *Bentlejum* est. Ne quem offendant ἀρχαῖοι ἡμίθεοι, non aliter locutus est *Antipater Thess.* Ep. XXIV. στίχον ἄξιον ἀρχαίων ὀφρύος ἡμιθέων. quod speciem conciliat conjecturae *Reiskei*, qui in nostro carmine ἄξιον pro δεξιὸν legi malit. Diversa tamen utriusque loci ratio. δεξιόεντα Aeschylo tribuit

dum Aristagoras quidam, Gallum saltans, plausu exceptus sit. — V. 2. Τιμενίδαις vulgo. et sic Vat. loco pr. Τημενίδαις loco sec. et sic *Jos. Scaliger* emendavit. Temenus, Aristomachi filius, Hyrnetho filiam Deïphonti in matrimonium collocaverat; quam, cum fratres, ira in Deïphontem incensi, marito vi et armis eripere conarentur, inter pugnam necaverunt. *Pausan.* L. II. 28. p. 175. sq. Conf. L. II. 19. p. 152. II. 23. p. 163. ubi vulgo Συρνήθους legitur pro Ὑρνήθους. Vide *Facium* Tom. I. p. 264. Hanc fabulam tractavit *Euripides* in Τημενίδαις, cujus tragoediae fragmenta quaedam supersunt, unum insigniter depravatum ap. *Aelian.* H. A. VII. 39. μεγάλων ἄθλων ἵνα δεινὸν ὑποστὰς κατ' ἰναύλους ὀρέων. quae frustra tentavit *Valcken.* in Diatr. p. 168. Scribe: μεγάλων ἄθλων κίνδυνον ὑποστάς. — διῆλθον, i. e. ὠρχησάμην, quod in hac re proprium. *Aristoph.* Lysistr. 389. γυνή τις τὸν Ἄδωνιν ὀρχουμένη. Vide *Valcken.* ad Theocr. Adon. p. 390. — πολλὰ καμών. Vide ad *Philetae* fragm. IV. 3. — ¶. 498.] V. 3. τιμήεις. Cod. Vat. loco sec. — εἷς ψόφος. (φέβος Vat. loco sec.) tumultus spectatorum sibilantium pedesque supplodentium me, Hyrnetho saltantem, ejecit. ἐκβάλλεσθαι dicuntur comoedi, quos spectatores videre recusant. Eos, qui ad reipubl. gubernaculum sedent, beatos esse negans *Aeschines* Dial. III. 12. p. 100. ed. *Cler.* τίς γὰρ ἄν, inquit, εὐδαιμονήσειε, πρὸς ὄχλον ζῶν, εἰ ποππυσθείη καὶ κροτηθείη, δήμου παίγνιον ἐκβαλλόμενον, (sic ex *Stobaeo* restituit *T. H.* ad Lucian. T. I. p. 242.) συριττόμενον, ζημιούμενον. — V. 5. ὁ πολὺς πᾶνας est in Vat. Cod. loco sec. ἴτε πρήξιες in Plan. et Vat. loco pr. — V. 6. φθέγγετ' Vat. loco pr. φθέγξατ' Planud. Futurum in talibus eleganter usurpatur ad continuationem significandam. Vide *Graevium* in Lect. Hesiod. c. V. p. 24. — Paroemiam κόρυδος κύκνου illustravit *Brodaeus* et *Bergler.* ad Alciphr. p. 384. Auctor Ep. ἀδεσπ. CDLXVIII. εἰ κύκνῳ δύναται κόρυδος παραπλήσιον ᾄδειν. Ad

versum Euripideum, *οἱ γὰρ ἐν σοφοῖς φαῦλοι παρ' ὄχλῳ μουσικώτεροι λέγειν*, in Hipp. 988. similia collegit *Valcken.* p. 269. A. B.

XXI. Cod. Vat. p. 219. *Διοσκορίδου.* In Planudea bis exstat, p. 206. et 252. St. 299. et 365. W. Altero loco *ἄδηλον* est. Philocritus ex mercatore agricola factus, cum diem obiisset, prope Memphin sepultus erat. Ibi Nilus ejus tumulum evertit, ut igitur, qui vivus undas effugerat, mortuus naufragium fecisse videretur. — V. 1. *ἀράτρου* ed. Flor. — V. 2. *ξείνη* Plan. loco alt. — V. 3. *Νείλοιο πολύς.* Planud. — V. 4. *ἐπ' ἠμφίασε.* Vat. Recte deletum *ν* etiam in Plan. loco sec. *Hesych.* *ἀπαμφιάσαντες. ἀποδύσαντες.* *Bianor* Ep. XIII. *γαῖαν ἀπημφίασεν.* *Themist.* Or. XXI. p. 249. D. *ἀπαμφιάσαντες πρότερον γυμνὴν τὴν ψυχὴν τῶν ἐπιθέτων ἀμφιεσμάτων.*

XXII. Cod. Vat p. 453. Planud. p. 106. St. 156. W. Historia de Aristagora, quem Nilus simul cum casa abs-

V. 2. ἐλλάχομεν. Vat. — V. 4. ἱερῶν. Idem. — V. 6. ἤφλυσεν. Id. Vide de hoc verbo ad *Meleagr.* l. c. p. 131. — ¶. 499.] V. 7. Haec verba respiciunt maledicta, quibus *Archilochus* puellas Lycambis petiverat. οὔτ' ἐν ἀγυιαῖς. Dixerat poëta, se cum illis rem habuisse *in triviis et angiportis*, et in sacro Junonis luco. — V. 9. Quae sequuntur, ingeniosa sunt. *Archilochi* factis illae utuntur ad ipsius verba refutanda. μάχλοι. Poëta Neobulen appellaverat παχεῖαν, δήμιον, ἐργάτιν, μυσάχνην. Vide *Eustath.* ad Il. p. 1453. 45. quorum prius habetur in senario incerti auctoris ap. *Schol. Aristoph.* Av. 1619. sed quem *Archilochi* esse, nullus equidem dubito: περὶ σφυρὸν (haec depravata videntur) παχεῖα, μισήτη γυνή. Conf. *Suidam* T. II. p. 591. — γνήσια τέκνα. Archilochus Neobulen in matrimonium petiverat.

XXIV. In Cod. Vat. p. 213. Διοσκορίδου. Ad versum quartum autem adscriptum lemma: Μελεάγρου εἰς τὸν αὐτὸν Ἀνακρέοντα. Mirus error, quem nec *Heinsius* animadvertit in Carm. Gr. p. 145. nec *Wolfius* in Fr. Poëtr. p. 102. et p. 31. cuique patrocinatus est V. D. qui schedas Dorvillianas notulis suis illustravit, damnans nimirum eas schedas, quae posteriores sex versus quatuor prioribus continua serie adjungerent. Quid verum esset, praeclare intellexit *Reiskius* in Not. p. 118. qui in textu p. 71. Codicis sui auctoritate relicta, quinque haec disticha junctim dedit. — Elegans carmen, in quo poëta Anacreonti etiam apud inferos vini et amoris fructum precatur. — Comparandum *Simonid.* Ep. LIV. LV. et *Antip. Sidon.* Ep. LXXII. LXXIII. — V. 1. Σμερδιηΐῳ. Vat. *Reiskius* vertit, ac si legerit Σμερδίῃ ὦ ἐπὶ —. Aut hoc verum, aut:

Σμέρδιϊ ὦ ἐπὶ Θρ. — —

a nominativo Σμέρδις, quae vulgaris est hujus nominis forma: alia est Σμερδίης, unde fit Σμερδίεω, qua genitivi

forma usus est *Simonides* Ep. LIV. et dativus Σμερδίῃ, non Σμερδίεω. — Pro ὀστεῦν *Wolf.* ὀστῶν. Similia attulit *Valcken.* ad *Euripid.* Hipp. 255. καὶ μὴ πρὸς ἄκρον μυελὸν ψυχῆς. Proxime ad nostrum accedit *Theocrit.* VII. 102. ὡς ἐκ παιδὸς Ἄρατος ὑπ' ὀστέον αἴθετ' ἔρωτι. et Eid. III. 17. Amor, ὅς με κατασμύχων καὶ ἐς ὀστέον ἄχρις ἰάπτει. — V. 2. *Wolf.* et *Reiske* πανδοκίης, quod hic interpretatur in hunc modum: Tabernae omnis tyrannum esse eum, cui nulla taberna quidquam neget, quem nimirum omnes tabernae ut carum et utilem sibi amicum colant. In Cod. Vaticani contextu legitur πανδοχίης. in marg. γρ. παννυχίδος. quod igitur non est ex *Salmasii* conjectura, ut sibi persuasum habebat auctor apogr. Lipsiensis. Expressa sunt haec ex Simonideis: οἰνοβαρὴς, φιλόκωμος, Παννύχιος κρούων τὴν φιλόπαιδα χέλυν. — κοίρανος παν. rex est convivii. Color est, ut ap. *Hermesian.* in Eleg. 22. Ἡσίοδον πάσης ἤρανον ἱστορίης. — V. 3. Quaedam apogr. et editt. ἐπί. — V. 4. ὑπὲρ omnes praeter Lips. quod ἐπὶ exhibet, probante *Reiskio.* — [illegible] amoris calidissi-

fuit ex mulieribus, quas Anacreon carminibus celebravit. *Antip. Sid* LXXIII. ἠὲ πρὸς Εὐρυπύλην τετραμμένος, ἠὲ Μεγιστῇ. Ejusdem fit mentio in *Anacreontis* Fragm. ap. *Athen.* L. XII. p. 533. ξανθῇ δ' Εὐρυπύλῃ μέλει Ὁ περιφόρητος Ἀρτέμων — in cujus fragmenti fine fcribendum videtur: Καὶ σκιαδίσκην ἐλεφαντίνην Φορεῖ γυνὴ ξέν' αὔτῳ. pro vulgato Φορεῖ γυναιξὶν αὔτως. Homo mollis et delicatulus defcribitur, cui inquilina mulier, non aliter ac matronae cuidam, umbellam geftabat. Vide *Valcken.* in Adoniaz. p. 343. C. — Pro οἰνώμενος Cod. Vat. vitiofe οἰνόμενος.

XXV. Cod. Vat. p. 267. Edidit *Reisk.* p. 91. nr. 609. — Sappho poëtriam, ut deam aliquam, celebrat et colit. — V. 1. Cod. Vat. πρὸς ἀνάκλιν. *Reisk.* πρὸς ἄναψιν. quod fecundum ipfum auctorem fignificat, ad accendendos in amorem juvenes. *Toup.* in Epift. crit. p. 77. προκέλευθον ἐρώτων corrigit, *amoris miniftram*, comparans *Nonni* Dion. VII. 109. ἀλλὰ σὺ δαλὸν ἄειρε Διὸς προκέλευθον ἐρώτων. At quod *Nonnus* de face dixit, quae viam ad amores monftrat, puellae vix convenit. Brunckiana lectio *Salmafio* debetur: *amoris levamentum et folatium* vertit celeb. editor. Lenis mutatio, fed verbum προςκνάκλιμα auctoritate caret. Mihi in mentem venit:

ἥδιστον φιλέουσι νέοις πάρος ἄλκαρ ἐρώτων.

five:

— — — — πάρος ἄλκαρ ἀνίης.

Fieri enim poteft, ut, depravata hujus hemiftichii fcriptura, ἐρώτων ad verfum explendum fit additum, five etiam ex gloffemate irrepferit. *Nonnus* Dion. XI. p. 316. δυσνήφατον ἄλκαρ ἀνίης. Ad fenfum praeclare facit *Plutarch.* T. II. p. 762. de Sappho: διὰ τῶν μελῶν ἀναφέρει τὴν ἀπὸ τῆς καρδίας θερμότητα, μούσαις εὐφώνοις ἰωμένη τὸν ἔρωτα. — V. 2. non Πιερίων, quod in omnibus apogr. effe videtur, fed Πιερίη legitur in Cod. quae lectio emendatione non eget. — Cum pro ἢ ῥά σε in apogr. Lipf. ἤρισε legeret

tam ὑμῶν in textu posuit. H
detur ad carmina nuptialia
paulo ante Musarum πάρεδρ
Hymenaeo, mox etiam
V. 7. Suspicari licet, fuisse
dam in Adonidis honorem.
in deorum luco versari ait
filium plorantem: σύνθρονο
Κινύρου. — V. 9. θεοῖς. Ho
dentibus nexus non appare
mus enim adhuc carmina
Quid haec sibi volunt? Cu
video. Pro σὰς versu ultin
servandum. Deinde cum
σὰς γὰρ ἀοιδὰς ἀ. quam eme
inserendo τ' post ἀθανάτας.
stituendum duxit Tyrwhitt.
p. 426. Sensus perspicuus
tua, immortales tuas sive
deos honore colimus. ἀοιδὰς
αἱ δὲ σοφαὶ Μουσῶν θυγατέρες

bonorum immortalem gloriam esse dicens, ὅσοι γὰρ αὐτῶν, inquit, ἄπαιδες τετελευτήκασιν, οἱ παρὰ τῶν Ἑλλήνων ἔπαινοι παῖδες αὐτῶν ἀθάνατοι ἔσονται.

¶. 500.] *XXVI.* Cod. Vat. p. 257. et iterum in marg. p. 278. Edidit *Spanhem.* de Usu et Praest. Num. II. XIII. p. 523. unde sumsit *Fleetwood* in Sylloge Inscr. p. 338. *Olear.* de poetr. nr. LX. *Reiske* in Anth. p. 150. nr. 737. Philaenis Samia, propter librum de Figuris ipsi tributum infamis, se a crimine, temere in eam conflato, defendit. De Philaenide vide ad *Aeschrionis* Ep. p. 189. — V. 1. Σαμίης. Vat. utroque loco. μνᾶμα idem loco pr. — Verba, ἀλλὰ προσειπεῖν τλῆθί με, male vertit *Spanhem.*: *sed te alloqui patere me.* Rogat potius viatorem, ut ne ipsam alloqui dedignetur. — V. 2. ἀνδρ *Spanb. Olear.* — προσάντη ἔργα. *turpia et odiosa. Hesych.* προσάντης· — ἐχθρός. ἀηδής. — V. 4. Αἰσχύνην ut deam commemorat *Aeschyl.* in VII. c. Th. 411. καὶ τὸν Αἰσχύνης θρόνον τιμῶντα. — V. 5. φίλ' αἰδήμων. Cod. utroque loco. — ἡμᾶς *Spanb. Olear.* — Si quis in meam contumeliam turpe ejusmodi opus conscripsit, ejus nomen tempus aliquando patefaciet. — ἱστορίη, quaevis commentatio. Vide *Wyttenbachium* in Select. Hist. p. 339. — λαμυρὰν, (λαμυρὴν Vat. Cod. loco pr. λαμυρὰν loco post.) impudentem et procacem. *Hesych.* λαιδρός· λαμυρός, ἀναιδής. — V. 7. ἀναπτύξαι. Cod quod verum videtur. Hoc etiam sua sponte reperit *Reiske*, cum ap. *Jensium* esset ἀναπτύξας. Alia apographa aliter. — In fine vers. λυγρὰ Vat. loco sec. — V. 8. ἀπωσαμένης genuina est Cod. lectio. (ἀπωσάμενος *Spanb. Olear.*) Ossa mea, illa infamia depulsa, gaudeant. Senario Sophocleo ap. *Ciceron.* ad Attic. XIV. 22. ἄλλοις ἐν ἐσθλοῖς τόνδ' ἀπωθοῦνται ψόγον, praeclare usus est *Valcken.* in Comm. ad Adon p. 260. A. ad corrigendam epistolam Laconicam ap. *Plutarch.* T. II. p. 241. D. κακά τοι φάμα κακκέχυται. ἢ ταύταν ἀπώθευ ἢ μὴ ἔσο.

XXVII. Cod. Vat. p. 284. Editum est in Miscell. Obss. Nov. I. Tom. III. p. 147. Ex Jensianis (nr. 52.) repetivit *Heringa* in Obss. p. 266. *Reisk* in Anth. p. 134. nr. 702. In mulierem, post decem liberos, quos frustra pepererat, defunctam. — V. 1. et 4. βίῳ Vat. Βιὼ emendavit *Heringa*. *Reiskius* nomen usitatius Βιτὼ in texto posuit. — V. 2. οὐδέ. nec filii, nec filiae. — ἀνθέατο. Cod. quam lectionem, ab hoc loco alienissimam, *Heringa* tamen servavit. *Reiskius* infelici conjectura οὐδεμιᾶς, οὐδενὸς ἄνευ' ἄπο. — Nostram lectionem, unice veram, *Br.* reperit in Miscell. Obserrationibus. — V. 3. ἔφθιτο οὔατα Cod. μέγ' ἐ. οὔατα. *Reisk.* ἐριτεύσαντα dedit V. D. in Misc. Obss. — Pro εὔτεκος, quae *R.* est emen-

N

datio, Cod. εὔτεκος. εὔτεκνος *Heringae* in mentem venerat. Sed recte monuit *R* mulierem, cujus liberi omnes ante ipsius fatum periissent, minime εὔτεκνον appellari potuisse. Eadem tamen erat εὔτεκος, quippe quae saepe uterum gestasset.

„unde haec κούριμος, quam manibus retines; aut ex quo „dramate sumta est? Ad haec Bacchus viatori: Sive tibi „eam Antigonen accipere placeat, sive Electram, non „erraveris; utraque enim summam inter ejus tragoedias „obtinet." Haec *Salmasius*, qui fere *Opsopoei* interpretationem secutus est. Quod Bacchi statuam (modo Bacchus sit, qui hoc carmine loquitur) *Dioscorides* Sophoclis tumulo impositam esse dicit, id ingeniose finxisse videtur. *Biographus* Tragici p. XI. ed. *Brunck.* Sirenem in illo tumulo stetisse narrat, cum quo conspirat *Pausan.* L. I. 21. p. 48. alii hirundinem ex aere. — V. 1. ὃν et mox ἔλαχον ex Cod. Vat. in textum venit. Vulgo ὃς — ἔλαχεν. In verbis ἱρὴν παρθενίην, sic enim legitur in Vat. et Planud., interpretandis vehementer fluctuavit *Brodaeus.* Vir doctus in Cod. Scaligeri πανρεθέην legendum esse notavit, eique assentitur *Huetius* p. 27. Utinam interpretationem addidisset doctissimus Praesul, ut intelligeremus, quo sensu acceperit vocem in Graecis scriptoribus vix obviam! Fortasse typographorum culpa depravatum est vocabulum, ut multa in his *Huetii* notis. Nec Brunckianae emendationis sensus satis perspicuus. παρθεσίη, pro παραθεσίη sive παράθεσις, id est, quod apponitur, saepe pro ferculis epulisque usurpatur. An igitur Bacchus, se Sophoclem, ait, ut sacrum aliquod accepisse donum, sive ut deum aliquem ipsi πάρεδρον? Vulgaris sermo sic tulisset: Σοφοκλέους, παρὰ τῶν Μουσῶν ἐμοὶ παρατεθέντος, sive ἀνατεθέντος, ἀνάθημά τι τῶν Μ. — V. 3. τὸν ἐκ Φλιοῦντος. (Φλοιοῦντος. Flor. et tres Ald.) Phliunte tragoediam inventam esse, nonnulli prodiderunt; quare Ep. seq. Φλιασίων Σατύρων. Referendum hoc inprimis ad *Pratinam* Phliasium, qui, cum in satyrico dramate excelluisset, a nonnullis pro inventore hujus generis habitus est. Hinc fortasse factum est, ut tragoedia quoque, quam antiquissimis temporibus a satyrico dramate parum diversam fuisse constat, pro Phliasio invento ha-

nam exstructam pedibus
τρίβολον, spinae genus. —
cem distinctione separavit
olim rudem, durum et agre
sus, non is, quem *Salmas.*
Acharn. 179. Acharnarum
τες, πρίνινοι, ἀτεράμονες. *Sc*
γὰρ τὸ τοῦ πρίνου ξύλον. Huc
p. 350. D. — εἰς χρυσ. σχῆμ
rem scenae ornatum, preti
phoclis temporibus histrion
σχῆμα totus est habitus. V
34. p. 140. — V. 5. τοῦ
tis principe, defuncto, ips
sic hanc sententiam efferens
nicae renuntiasse dicat. Ja
tribuit. Sic *Alcaeus Mess.* E
ἄλληξε μέλαθρα Διωνύσοιο χορ
emend. *Salmasii.* Vulgo et
κούριμος. persona tragica pu
luctu fieri solebat. *Aeschyl.*
χέρων πατρί. *Pollux* IV. 139
censet

victoria audito, exanimatum fuiſſe narrat; alii, eundem a populo imperatorem creatum eſſe εὐδοκιμήσαντα ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῆς Ἀντιγόνης. *Auctor* Argumenti Antigonae T. II. p. 4.

¶. 501.] *XXIX.* Cod. Vat. p. 318. ἔσφαλται τὸ ἐπίγραμμα· ζήτει παντάπασιν. Inter carmina Jenſiana (nr. 127.) edidit *Reisk.* p. 165. nr. 778. Satyrus (ſive omnino perſona dramatis ſatyrici) Soſithei poëtae tumulo impoſitus, laudat poëtam propter innovationes, quibus drama ſatyricum ſplendidius et exornatius reddiderit. Fuit Soſitheus Alexandrinus unus ex Pleïade, qui floruit circa Ol. CLXIV. *Suida* auctore T. III. p. 355. alius Athenienſis, quem circa Ol. CXXX. Comoediis ſcribendis operam dediſſe, docet *Eichſtaedt* de Dr. Satyr. p. 13. Hunc in praeclara illa de Soſitheo diſputatione noſtrum Epigramma non attigiſſe, vehementer doleo. Uter horum poëtarum cognominum a *Dioscoride* celebretur, non ſatis conſtat; ſunt tamen rationes quaedam, quae ad Alexandrinum Soſitheum inclinent animum. Primum, *Dioscoridem*, qui Alexandriae floruiſſe videtur, poëtam inter Alexandrinos celeberrimum laudaſſe, probabile eſt; deinde cum Soſitheus ſatyricum drama ad priſtinam ſuam formam revocaſſe, Satyrosque dorice loqui docuiſſe dicatur, agnoſcere indolem poëtae Alexandrini nobis videmur, vetuſtiſſima quaeque et jamdudum ex hominum conſuetudine ſublata renovantis. Levia ſunt haec; fateor; ſed in obſcuris rebus vel leviſſima quaeque argumenta aliquid momenti habent. — V. 1. ἐν ἄστει Vat. Cod. qui verſ. ſq. ἄλλον – Σοφοκλῆς. et ſic *Jenſius. Reiskius* ἄλλον – Σοφοκλῆν ex ingenio dedit: *tantum curo, quantum alterum in urbe noſtra indigenamque Sophoclem.* Sed quis unquam civem et indigenam αὐθαίμον appellavit? — Si vera eſt *Brunckii* lectio, ſuſpiceris, poëtam ad praecedens carmen reſpicere: κἠγὼ — *ego*

quoque Sosithei tumulum orno, ut Sophoclis tumulum alius quidam ex fratribus meis ornat. Cum hac autem conjectura consistere nequit interpretatio *Salmasii*, qui Sophoclis tumulo Bacchum impositum fuisse existimabat; sed in illo quoque Satyrus quidam, sive alia persona tragica, stetisse putanda esset. — V. 3. „Σκίρτος. Hac „voce denotatur persona tragica, quae tamen in Polluce „non occurrit; forte latet vera lectio." *Brunck.* Idem notavit *Reiskius*, qui Σκίρτον derivat ἀπὸ τοῦ σκιρτᾶν. Satyris in illis dramatis, quae nomen a Satyrorum choro acceperunt, varia fuisse nomina, apparet ex *Polluce* IV. 142. ubi recensitis ceterorum nominibus habituque descripto, τὰ δ' ἄλλα, ait, ὅμοια τὰ πρόσωπα, πλὴν ὅσοις ἐκ τῶν ὀνομάτων αἱ παραλλαγαὶ δηλοῦνται. τὸ σκιρτᾶν Satyris proprie tribuitur. Vide Exercitt crit. T. I. p. 9. σκιρτητὴς Σάτυρος vocatur Bacchus in Hymno T. II. p. 517. vers. 19. Illum, qui in Sosithei conspiciebatur tumulo, rufa barba insignem fuisse, apparet ex epitheto πυῤῥογένειος. (in Cod.

Reiskius, qui nullam diſtinctionis notam poſuit, ſenſum ſic explicat: ἤγαγεν ἐμὲ εἰς μνήμην πατρίδος: poëta, converſo ſermone, ἤγαγε τὴν πατρίδα εἰς μνήμην, ait, nempe ἐμοὶ, ἀναρχαΐσας ἐμὲ, me rurſus ad vetuſtatis mores compoſito. Hoc quam durum ſit, monere nihil opus eſt. Fortaſſe ſcribendum:

ἤγαγ' ἐς ἡμετέρην πατρίδ', ἀναρχαΐσας.

me in patriam meam reduxit, patriosque et veteres mores mihi reddidit. Lenis mutatio; cui tamen ipſe vix multum tribuerim. — V. 7. πόλιν Vat. Cod. inepte. Soſitheus doricum ſermonem, ex hoc dramatum genere jam exulantem, reſtituit, in chori procul dubio canticis. Hinc intelligimus, quod an aliunde conſtet, dubito, in Satyrorum choris recentiores poëtas dialecto doricae atticam ſive omnino poëticam dialectum ſubſtituiſſe. Δωρίδι Μούσῃ eleganter pro patrio caſu poſitum, ſchemate, quod vocant, Colophonio. — πρὸς αὐδὴν μεγάλην. Haec verba de graviore ſono dorici idiomatis accipias licet; fortaſſe tamen poëta dignitatem quandam orationis, quam Soſitheus in hoc genere ſecutus ſit, indicare voluit. ἡ μεγαλοφωνία tragicis propria eſt; ejus etiam quaedam ſunt veſtigia in vetere Satyrice; haec igitur Soſitheum legiſſe probabile eſt. Nam poſt Alexandri M. tempora, Satyris tragicorum tantum non e ſcena ejectis, nonniſi Comica Satyrice floruit, (*Eichſtaedt* p. 39. ſq.) quae nullum habebat orationis ſplendorem et magnificentiam. — V. 9. 10. „Diſtichon quintum ſic, ut illud exhibui, in codice ſcriptum legitur: *Placuit heroum „forma non manu factis ornamentis renovata, ſed audaci „Soſithei ingenio.*" *Brunck.* Quam lectionem *Br.* ſe in Codice reperiſſe ait, ea ex interpolato fluxit Apographo, nam Cod. Vat. habet: εὔαδέ μοι ἔρσων. Ap. *Jenſium* etiam corruptius: ἕπτα δέ μοι ἔρσων. Nihil hic, quod mireris, tentavit *Reiskius.* In Brunckiana lectione ſenſus nec bonus eſt, nec integer. Ineptum enim, heroum

κτύπος pro ἱερῶν τύπος veri
τικῶ poëta Bacchici festi
novasse videbatur Sosith
Bacchi asseclae versari se
καινὸν κτυποῦντα θύρσον.
me legat ἐν χερί; etsi ho

XXX. Cod. Vat. p.
διὰ τὰ σφάλματα. Reiskiu
Emendatius habetur ap.
ubi haec de Machone pr
Μάχων ὁ κωμῳδοποιὸς, ὁ κ
ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ τῇ ἐμῇ
τῶν κατὰ κωμῳδίαν μερῶν Ἀ
ἀπέθανεν ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ
ματι· Τῷ κωμῳδογράφῳ . .
τούτοις δηλοῖ σαφῶς, ὅτι Ἀλ
videntur addita. — V.
hedera vocatur, qua poët
Ap. Athenaeum φιλάκιδον le
haud scio an observatum
τύμβου Σοφοκλέος, ἠρέμα, κ
πλοκάμους. — V. 2. Μαχ

κηφῆνας, *fucos*, appellabat vetustas, veterum dicta et inventa quasi recoquunt, et plerumque in pejus mutata pro suis venditant. *Plutarch*. T. II. p. 42. A. postquam eos, qui ubique utilia consectantur, apibus comparavit, addit: οὕτω δὴ δεῖ τὸν φιλότεχνον καὶ καθαρὸν ἀκροατὴν τὰ μὲν ἀνθηρὰ καὶ τρυφερὰ τῶν ὀνομάτων καὶ τῶν πραγμάτων τὰ δραματικὰ καὶ πανηγυρικὰ κηφήνων βοτάνην σοφιστιώντων ἡγούμενον ἐᾷν. *Cyrus* Ep. I. ὁλοοὶ κηφῆνες ἐδηλήσαντο μελίσσας. —— ἀλλά τι. Intra te contines (tumulum *Dioscor*. alloquitur) virum, in cujus operibus multa priscae artis vestigia conspiciebantur. Pro ἠμφίεσας ap. *Athen*. ἀμφίεσαι, ap. *Reisk*. ἠμφίεσω legitur. Voluit Vir doctissimus ἠμφιέσω dare, ut est ap. *Bianor*. Ep. XIII. γαῖαν ἐπημφιέσω. Sed locus mutatione non eget. Tumulus, qui Machonis reliquias condit, eas ἠμφίεσε, non ἠμφιέσατο. Mulierem rogo e stramine exstructo impositam aequales ἠμφίεσαν σπέρματι ἐκ γαίης, ap. *Philipp*. Ep. LXXX. Undae cadaver retegentes τὴν ὀλίγην ῥῶλον ἀπημφίεσαν, ap. Nostr. Ep. XXI. Contra, qui terram subeunt, in terra sunt conditi, ἀμφιέσασθαι, ἐπιέσασθαι γῆν dicuntur. Epigr. *Aeschyli* T. I. p. 148. Θεσσαλίαν ἀμφιέσαντο κόνιν. *Nicomed*. T. II. p. 283. σᾶμ' ἐρατὰν πάτραν κεῖμαι ἐφεσσάμενοι. *Chaeremon* Ep. II. γᾶν ἐπιεσσάμενος. *Agathias* Ep. LXXXIX. ξείνην ἀμφιβάλοντο κόνιν. —— τέχνης ἄξιον. Vide ad Ep XVII. 6. *Statyll. Flacc*. Ep. IX. de *Sophoclis* tragoediis: ἄξια τῆς Βρομίου βύβλα χοροιτυπίης. —— V. 5. ἐρεῖς *Jensius* dedit. Ap. *Athen*. et in Vat. Cod. ἐρεῖ legitur. Ille praeterea δ' ὁ πρέσβυς habet; et vers. sq. δριμὺ πέφυκε φυτόν. *Brunckius* quomodo h. l. acceperit, ignoro equidem; hoc video, distinguendum esse cum *Casaubono* et *Reiskio*:

τοῦτο δ' ὁ πρέσβυς ἐρεῖ· Κέκροπες πόλι, καὶ παρὰ N.

Sic legendum: Senex, Machon, hoc dicere videtur: O urbs Cecropia, non in tuis tantum agris, sed ad Nili quoque litora nonnunquam thymus reperitur Musarum. θύμος δριμὺς, qui plurimus in Attica proveniebat, mor-

XXXI. Cod Vat. p.
Sic quoque est in Plan.
οἱ δὲ Νικάρχου ex Lectt. A
Ald. pr. enim desunt. Es
Aegypto degentem, qu

V. 3. αἱ πρὶν ἀλγ. Cod. V.
λοχεία T. II. p. 435. Mo
dona offerendi. Ex nostr
bem. ad Callim. H. in Jo
fortasse ducta sunt ex
ψυχροῖσι καρδίαν ἔχεις. quar
gidam, reprehenderunt.

p. 502.] XXXII. In
mum a praecedente locu
mate: Τοῦ αὐτοῦ, (utrum L
Ἑκάτου (Εκαταίου) Θασίου.
p. 224. St. 325. W. ubi ve
in ed. Flor. et in context
Polyxenam, duodeviginti a
rum, nec ipsum vitalem,
δεύτερου Vat. Cod. — V. 3.
non item matris gaudiis f

pr.) — V. 6. laudat *Suidas* in παντολιγοχρόνιος T. III. p. 23. Vulgo et in Vat. Cod. πάντ' ὀλιγοχρ. quod *Kusterus* praefert.

XXXIII. Bis legitur in membranis Vat. p. 241. et 321. Planud. p. 198. St. 289. W. *Brunckius* hoc carmen dedit secundum *Plutarch.* T. II. p. 235. A. Latine illud vertit *Auson.* Ep. XXIV.:

Excipis adverso quod pectore vulnera septem,
Arma super veheris quod, Thrasybule, tua:
Non dolor hic patris; Pitanae sed gloria major.
Rarum tam pulchro funere posse frui.
Quem postquam moesto socii posuere feretro,
Talia magnanimus edidit orsa pater:
Flete alios: lacrymis natus non indiget ullis,
Et meus, et talis, et Lacedaemonius.

— V. 1. τᾷ Πιτάνᾳ Vat. loc. pr. et Plan. Loco altero membr. Οὐκ ἐπιτανας. unde *Dioscoridem* scripsisse suspicor:

'Εκ Πιτάνας — — —

Ex pugna prope Pitanam cum Argivis. — V. 3. δ. πρόσθια. Vat. loco pr. ut ap. *Loll. Bass.* Ep. VII. Σπάρτας ὁ στόλος εἶπεν· ἴδ' ὡς πάλι πρόσθια πάντα τραύματα. *Adversa* et *honesta vulnera* appellant Latini. Vide *Cortium* ad *Sallust.* B. C. LXI. 3. p. 391. sq. *Aelian.* V. H. XII. 21. — V. 4. Vulgo in Planud. παῖδ' ἐπὶ πυρκαϊῆς T. εἶπε τιθείς. et sic est in Vat. loco pr. nisi quod πυρκαϊὴν legit; et Vat. loco sec. ubi pro τιθεὶς habetur φέρων. Nostrum est ap. *Plutarchum.* — V. 6. τὸν καὶ ἐμόν. *Plutarch.* T. II. p. 242. A. ἄλλη (Lacedaemonia) ἀκούσασα, ὅτι ὁ υἱὸς αὐτῆς ἐν παρατάξει ἀνδραγαθήσας ἀπέθανεν· ἐμὸς γὰρ, εἶπεν, ἦν.

XXXIV. Cod. Vat. p. 274. Planud. p. 202. St. 294. W. De mirabili Lacedaemoniae mulieris constantia, qua octo filiorum mortem pertulit. — V. 2. ἔθαπτε. Plan. et Vat. — V. 3. οὐκ ἔῤῥηξε. Epigr. ἀδέσπ. CDLXXXII.

καλῶς γε· οὐ γὰρ αὐτὸν ἕνεκ᾽ ἀπεθάνομ, τοῦτό μοι συνέβη. Co
Lat. T. II. p. 201. CCLXII

XXXV. Cod. Vat. p. 23
Servus Timanthes hero eti
pollicetur. — V. 1. Λυδὸς
Cod. et in optimo Planudea
δοῦλος. Hanc lectionem, ex
secutus est. — V. 3. ἐδαίω
rexit ex Vat. τείνειν βίον. Ae
συλλέκας τὸν μακρὸν τείνειν βίον
de Abstin. IV. 19. ἁγνὸν δὲ
δεδοικώς — αἰῶνα τείνει. — V.

p. 503.] XXXVI. Cod.
St. 341. W. Servus Persa
functum igne concremet, n
que enim Persis nefas. Ind
servilis conditionis humilitat
ignem Persae coluerint, nes
Herodot. L. I. 138. p. 69.
οὔτε ἐμπτύουσι, οὐ χεῖρας ἐν
παραφέρει, ἀλλὰ σέβονται ποτα

ἐκόμιζον γὰρ ἐπὶ τοὺς τάφους λουτρά. *Hesych.* Eadem habet *Zenobius* VI. 45. p. 167. ubi vide *Schottum*. Ejusmodi λουτρὰ allata fuisse monimentis eorum, qui coelibes essent mortui, narrat *Harpocration* in λουτροφόρος p. 233. ubi vide *Valesium* p. 49.

XXXVII. Cod. Vat. p. 279. Planud. p. 243. St. 354. W. In Silenidem, vinosam mulierem, non procul a torculari sepultam. — V. 1. σειληνίδα. Plan. et Vat. — V. 2. οὐδενὶ Vat. — θλιβομένην. nunquam oppressam et ebriam interpretatur *Brod.* Mihi significari videbatur mulier, quae nullum, ne amplissimum quidem poculum, expavesceret. — V. 4. ληνὸν et ἔχει. Vat. ληνῶν. Plan. — Similia vide in notis ad *Meleagr.* Ep. CXX.

XXXVIII. Cod. Vat. p. 284. cum lemmate: Εἰς Ἀλεξιμένην ὀργιοφάντην. »Vera nominis scriptura servata »etiam in optimo Cod. reg. Plan. ubi v. 2. legitur Ἀλεξι»μένους.« *Br.* Planud. p. 215. St. 314. W. Musicus fuisse videtur Aleximenes, Bacchicis festis adhibitus. — V. 2. τύμπανα. quibus Bacchae utebantur. — Ἀλεξαμένους. Vat. Cod. Ἀναξιμένους Plan. — V. 3. περὶ δινήσασθε. Vat. Verborum ordinem *Br.* hunc esse statuit: ἄφετοι Θυιάδες δινήσασθε ἀνελίγματα μακρῆς χαίτης περὶ Στρυμονίην Ἀμφίπ. ἢ πολλ. ἐχόρευσε πρὸς μαλακοὺς νόμους τοῦδε πνεύσαντος γλ. ἐφ. ἡμ. ἀ. Mihi vero sejunctis verbis περὶ δινήσασθε constructio sic melius videtur procedere: δινήσασθε ἀνελ. χαίτης ἄφετοι περὶ Στρ. Ἀ. *rotate longae comae cincinnos, o Thyiades, circa Amphipolin errantes.* — V. 4. Vulgo ἀμφὶ πόλιν. quod tamen interpp. recte ceperunt de Amphipoli ad Strymonem fl. posita. Vide *Wasse* ad Thucyd L. V. Tom. III. p. 522. ed. Bip. — V. 5. *Br.* hoc distichon sic edidit, ut vulgo legitur. In Vat. Cod. πνεύσαντες ἐφ' ἡμετ. et verbo ἀδάπταις superscriptum γρ. ἀύταις. Utrumque sensu cassum. πνεύσαντες Aldus quoque in Codd. invenit, receptumque est in Aldin. sec. Ibidem v. 6. τούσδ' legitur. Pro ἐχόρευσε Vat. Cod. ἐχόρευον praebet. *Scaliger* ad marg. Aldinae

quod a Cod. ſcriptura prox
dam tentavit, viri doctiſſi

SOSIPATRI

¶. 504.] *I.* Vat. Coc
cujus praeceſſit Ep. VIII
ὁμοίους αὐτοῦ, πῶς δεῖ μετὰ
In Lipſ. Miſc. T. IX. nr.
buit *Reiskius*. In Buheria
fixum. — V. 1. ἀντικρὺ
Epiſt. crit. p. 48. Idem t
T. II. p. 403. Codicis l
nihil plane intereſt, utra
plex epitheton vocis λέχο
tandi. λέχος γαστροβαρῆ, σ
busdam allatis, emollire
quid impediat, quominus
taſſe et plura in hoc diſti

Tim. p. 244. ſqq.) hortatur, ne uxorem gravidam, antica Venere uſus, ſubagitet. παιδογόνος Κύπρις, Venus, quae liberis procreandis dat operam, opponitur paediconum Veneri. — Jam video, virum acutiſſimum, *Gilbertum Wakefield* in Sylv. crit. IV. p. 89. ſuſpicari, hoc carmen laborare ulcere, quod niſi in hoc diſticho eſſe non poteſt. — V. 3. μέγα in Vat. Cod. ſuperſcriptum. — κῦμα. *tuber*. Vide Intrpp. *Heſych*. v. Hinc ἀκύμων. ἄτεκνος. μὴ ἔχουσα κύημα. Idem. Cf. *Valcken*. in Phoeniſſ. p. 81. κυμαίνεσθαι uterus dicitur gravidarum. *Nonnus* Dion. I. p. 28. καὶ διδύμῃ σφριγόωσα γονῇ κυμαίνετο γαστήρ. — Pro ὀλίγος Cod. Vat. ὀλίγους. — Pro πόνος in marg. Cod. Lipſ. corrigitur πλόος, quod ſpeciem habet, ſed in hoc contextu minime admittendum eſt. — V. 4. ἐρεσσομένης. Vide ad Ep. *Philippi* XXVIII. — V. 5. „In „optimo Buheriano codice, ut et in aliis quos habeo, „perſpicue ſcriptum eſt πάλιν στρέψας, quod bonum et „minime ſollicitandum.“ *Brunck*. At in Cod. Vat. πρὶν legitur, ut in apogr. Lipſ. Hoc in περιστρέψας mutavit *Toupius*. Quae emendatio, quamvis auctori ſuo valde arridens, minime tamen praeferenda ei, quam *Br*. in apographis ſuis invenit, et *Reiskius* quoque ex Schedis Lacroz. in textum recepit.

II. Cod. Vat. p. 96. τοῦ αὐτοῦ. (Vide ad praecedens Epigr.) εἰς Δωρίδα τὴν πόρνην. Duo priora diſticha protulit *Alberti* ad Heſych. v. ἀῤῥεπῶς. ἀκλινῶς. T. I. p. 550. Totum carmen egregie illuſtravit *Ruhnk*. in Ep. crit. I. p. 71. *Reiske* Miſc. Lipſ. T. IX. p. 121. nr. 298. — V. 2. ἄνθεσιν. Hoc non ſenſu proprio accipiendum, in toro enim res agitur; ſed referendum ad ῥοδόπυγον· corporis roſarum compos factus, deus ſibi eſſe videbatur. — V. 3. 4. Deſcribitur ſchema, quod κέλης appellatur. Vide *Ruhnken*. ad Rutil. Lup. p. 160. *Appulej*. Metam. II. p. 32. *Inſcenſo grabatulo*, *ſuper me coxim reſidens* (cinaedus) *ac crebra ſubſiliens*, *lubricisque geſti-*

verbo ἀκλινέως haereo. .
Eſſet igitur *in neutram p.*
firmiter equo inhaerens pu
ſcio, an melius ſcribatur:

ἤνυ' ἀκέντητος τὸ

quae inſignis laus eſt equ
piad. Ep. XXX. ἦν γὰρ ἀκέν
de puella κελητιζούσῃ accip
νωθρὰ βλέπουσα. Compara
Anima c. 27. *In illo ipſo*
genitale virus expellitur, n
ſensimus exire, atque ac
geſcimus, cum lucis detrim
Adſpiciet oculos tremulo ful
ſaepe refulget aqua. — τὰ ἰ
τία et natantia, (νηχόμενα, u
haud aliter tremunt ac foli
φύρεα. nigri oculi. Fortaſſ
φύλλα πορφύρεα, *veluti flores*
purpureos deperdit terra colo
— V. 6. ἀμφὶ παλλομένης.

τοῖς, comparato *Appulej.* Metam. II. p. 26. *Usque dum lassis animis et marcidis artubus defatigati, simul ambo corruimus, inter mutuos amplexus animos anhelantes.* *Arnob.* L. III. p. 105. *Cupiditatibus rabidis ire in mutuas complexiones, et ad postremum fractis dissolutisque corporibus, voluptatis enervatione languescere.*

III. Cod. Vat. p. 96. τοῦ αὐτοῦ. Sine auctoris nomine exstat in Plan. p. 487. St. 632. W. Quae sibi in puella placeant, poëta recenset. — V. 2. πρόθυρα. *Aristaenet.* L. II. 7. p. 83. ἐγγὺς μὲν τοῦ στόματος ἡ καρδία, ἡ ψυχὴ τῶν θυρῶν. ubi cave cum *Pauwio* χειλῶν corrigas. — V. 3. Miror in puella formosa ὀφρῦς λασίας, quae Polyphemum decent Theocriteum Eid. XI. 31. λασία μὲν ὀφρὺς ἐπὶ παντὶ μετώπῳ Ἐξ ὠτὸς τέταται. et Glaucum marinum ap. *Philostrat.* Imag. II. 15. p. 833. ὀφρῦς λάσιαι, συνάπτουσαι πρὸς ἀλλήλας, οἷον μία. Depravatum videtur vocabulum ex forma paulo reconditiore:

καὶ γλῆναι μελαναῖσιν ὑπ' ὀφρύσιν.

Scripsi μελαναῖσιν, quia in cod. est λασίαισιν. Hanc formam pro μελαίναις nobis servavit *Hesych.* μελαναί. βαθεῖαι. Cf. *Maittaire* D. D. p. 311. B. Sic scriptus versus simillimus est Theocriteo Eid. XX. 24. καὶ λευκὸν τὸ μέτωπον ἐπ' ὀφρύσι λάμπε μελαίναις. *Aristaenet.* L. II. 21. p. 105. φύσεως αὐτόκαυτον ἔρευθος ἐπιτρέχει ταῖς παρειαῖς· ὀφρὺς μέλαινα κατὰ λευκοῦ τοῦ μετώπου. Vide etiam, quae collegit *Junius* de Pict. Vet. p. 245. — V. 4. παγίδες. Vide not. ad Epigr. ἀδέσπ. VIII. 6. Meretriculas παγίδας τοῦ βίου appellat *Amphis* ap. *Athen.* L. XIII. p. 567. F. — V. 5. σύζυγες. sororiantes. Anthol. Lat. L. III. 219. p. 653. *Conde papillas, conde gemipomas, Compresso lacte quae modo pullulant.* i. e. γλαγόωντες. Conf. ad *Antip. Thess.* Ep. XXXII. 6. — V. 7. τί μηνύω. Ductum ex Ep. *Platon.* III. — Cod. Vat. vitiose ὦτα. et mox οἱ Μίδαι, ut Planud. Notae sunt arundines tremulae, Midam autem humanis longiores habere prodentes.

TYMNIS EPIGRAMMATA.

¶. 505.] *I.* Cod. Vat. p. 167. Edidit *L. Holsten.* ad Steph. Byz. p. 145. Prius distichon cum parte versus tertii laudat *Valcken.* in Adon. p. 351. B. *Reisk.* Anth. p. 15. nr. 440. Miccus, tubicen, tubam Minervae dedicat. Hinc expressum Ep *Archiae* IV. ubi cum Cod. Vat. Παλληναῖος exhibeat, *Valcken.* hoc quoque loco sic scribendum censet. Non enim Achaeum ex Peloponneso *Pellenensem,* sed *Pallenaeum* ex Thracica Chersoneso Miccum videri fuisse. — V. 1. *Holsten.* Νίκκος. et v. 2. Ἀθηναίας. In Cod. est Ἀθηναίης. — V. 3. „Corruptum „μελέδαμα connIventibus oculis praeterii, recte a *Salma-„sio* emendatum reponente μελέτημα, *instrumento, quo „inflando Tyrrheni se exercuerunt.* Tyrrhenorum inven-

autem ejus conjectura deinde ſcriptum eſt λάρε, ut nunc quidem legitur in Vat. In Planudea habetur φιλέλαις, quod ridiculis interpretationibus locum dedit. — Plan. p. 267. St. 385. W. — V. 1. Χάρισιν μεμελημένον. *Alciphron* L. I. 38. p. 180. κεῖται δὲ ἡ πάσχις Χάρισι μέλουσα, κωφὴ λίθος καὶ σποδιά. Quae inſignioris ſunt venuſtatis, Χαρίτων appellantur μελήματα. *T. Hemſterb.* ad Lucian. T. I. p. 272. Conf. *Solanum* ad Ejusd. T. III. p. 15. *Nonnus* Dion. XXXVII. 623. Παλλάδι Νικαίῃ μεμελημένος. Similia collegit *Dorville* ad Charit. p. 580. *Musgrave* ad Eurip. Iphig. in T. 644. — παρ' ὅμοιον. Cod. — V. 3. λάρε. De gavia, quam quis domi ſuae nutriverat, accipiendum. De hujus aviculae cantu nihil legi, quod ad ejus commendationem pertineat. Querulum eſſe, intelligitur ex comparatione cum cantu halcyonis. Conf. *Bochart.* Hieroz. T. II. p. 219. — V. 2. deleto inutili fulcro, ſcribe: ἀλκυόσι τὸν σὸν —. — V. 4. νυκτὸς ὁδοί. *Qui nunc it per iter tenebricoſum, Illuc, unde negant redire quenquam.* Catull. III. 10.

III. Planud. p. 337. St. 477. W. Priapus furibus cujuslibet aetatis eandem poenam minatur. Expreſſum carmen ex *Leonidae Tar.* Ep. XXXVI. — V. 1. In Wechel. vitioſe χρόνος. Priapus in Luſibus LXXVIII. de ſe gloriatur: *Deprenſos ego perforare poſſum, Tithonum, Priamumque Neſtoremque.* — V. 2. Vulgo φώρ, quod *Scaliger* emendavit. — V. 3. Dixerit aliquis, turpe eſſe, furto paucorum olerum tam flagitioſam poenam ſtatuere; et recte eum dicere fateor; nec tamen minus ſtatuo. — κολοκυνθῶν vulgo. κολοκύντη ſcribunt Attici; reliqui κολοκύνθη. Vide *Athen.* L. II. p. 59. C. Eſt cucurbita, de cujus variis generibus conſule disputantem *Bodaeum a Stap.* ad Theophr. VII. p. 783.

IV. In Vat. Cod. p. 274. et in Planud. p. 201. St. 293. W. tria hujus carminis leguntur diſticha. Quartum inſerendum eſſe poſt v. quartum, intellexit *Brunckius*

ex loco *Plutarchi* T. II. p. 240. qui, memoria lapsus, discerpta disticha, tanquam e diversis carminibus, affert: Δαμάτρια τὸν υἱὸν δειλὸν καὶ ἀνάξιον ἑαυτῆς ἀκούσασα, παραγενόμενον ἀνεῖλε. τὸ δ' ἐπίγραμμα ἐπ' αὐτῆς τόδε· Τὸν παραβάντα . . . . . Λακεδαιμόνιον. ἑτέρα Λάκαινα τὸν υἱὸν λειποτακτήσαντα, ὡς ἀνάξιον τῆς πατρίδος ἀνεῖλεν, εἰποῦσα· Οὐκ ἐμὸν τὸ φίτυμα, ἐφ' ἧς ἐπίγραμμα τόδε·

Ἔῤῥε κακὸν φίτυμα διὰ σκότος, οὗ διὰ μῖσος
 Εὐρώτας δειλαῖς μηδ' ἐλάφοισι ῥέοι·
ἀχρεῖον σκυλάκευμα, κακὰ μερίς κ. τ. λ.

Hoc igitur distichon *Tymni* restituendum est. Expressit hoc carmen *Antipater Thess.* Ep. XXVI. — V. 1. παρὰ νόμους. Spartae leges migrantem, ignavia puta. Vide *Wetsten.* ad N. T. I. p. 420. — V. 3. ἐν προβολῇ, *statu pugilis in procinctu stantis*, ut *Brodaeus* interpretatur. ξίφος ἐν προβολῇ θέσθαι, *gladium intentare*, *Toup.* in Em. ad Suid. T. I. p. 192. comparat cum *Appian.* in Hisp.

ἐπιβρέχουσ' (ἐπὶ βρέχουσ' Vat. Cod.) habetur in ed. Flor. Ald. pr. et tert. In Ald. sec. et Ascens. ἐπιβρόχουσ'. βρύκειν pro Attica, βρύχειν pro vulgari forma habetur. Vide Intrpp. *Thomae Mag.* p. 173. Conf. not. ad *Leonid. Tar.* Ep. LI. Hoc verbum, quod de leonibus proprie usurpatur, *Ruhnkenii* conjecturam haud male firmat. Vide *Eustath.* ad Il. p. 912. 42. Leonis iram βρυχητὴν χόλον vocat *Paul. Silent.* Ep. XLVII. — In disticho a *Plutarcho* servato notandum vocabulum φίτυμα, i. e. φυτὸν, φύτευμα. Vide *Hesych.* v. ubi laudatur *Aeschyl.* Agam. 1290. — δειλαῖς ἐλάφοισι. ne in posterum Eurotas, per te quidem, non fortibus viris, sed timidis cervis fluat. Vim dativi illustravit *Cuper.* in Obss. II. 20. p. 257. — ¶. 506.] V. 5. In ultimo disticho vulgo ἔῤῥε κακὸν σκυλ. et sic legit *Suid.* in ἔῤῥε T. I. p. 851. *Plutarchus* ἀχρεῖον σκυλάκευμα. Voce σκυλάκευμα sic usus est Auctor Epigr. quod edidimus in Exercitt. crit. T. II. p. 169. δύο σκυλακεύματα Λέρνης. — κακὰ μερίς. *Damaget.* Ep. XII. ἦν δ' ἀνὴρ Μουσῶν ἱκανὴ μερίς. Color est, ut ap. *Homer.* Il. Θ. 164. ἔῤῥε κακὴ γλήνη. — In fine Planud. ἄξιον ἐτρέφομες. quam lectionem ita fortasse juvandam existimat *Br.* ut οὐ τρέφομες legatur. Sed praeferenda lectio *Plutarchi*, cum quo fere conspirat Vat. Cod. οὐδ' ἔτεκον. et *Suidas* ὃν ἔτεκον.

V. Bis habetur in membranis Vat. p. 257. in marg. et p. 283. Planud. p. 229. St. 332. W. In mulierem Aegyptiam, a fato in Creta oppressam. Poëta eam consolatur, quod non in patria sepulturam nacta sit. — V. 1. ἐπικαίριον. Vatic. utroque loco. Sic etiam legitur in Flor. pr. duabus Aldinis et Ascens. In Ald. sec. ἐπεκαίριον. Vera est *Brunckii* emendatio. — V. 2. omittit Vat. — V. 3. Ἐλευθέρνη urbs est Cretae. Vulgo et in Vat. ἐλευθερίης. *Brunckio* emendanti praeivit *Reisk.* in Notit. Poët. p. 266. — ἴση ὁδός. Junge ὁδὸς τοῖς εἰς Ἀΐδην ἐρχομένοισιν πάντοθεν ἴση. *Wakefield* in Sylv. crit. I. p. 55.

εἰχομένοισιν emendavit. Sententia est Aristippi ap. *Teletem* de Exilio in *Stobaei* Flor. XXXVIII. p. 233. 39. τί γὰρ τὸ διάφορον ἢ οὐ πανταχόθεν, φησὶν ὁ Ἀρίστιππος, ἴση καὶ ὁμοία ἡ εἰς Ἅιδου ὁδός. Ep. *Arcesilai* II. T. II. p. 62. ἀλλὰ γὰρ εἰς Ἀχέροντα, τὸν οὐ φατὸν, ἶσα κέλευθα, Ὡς δεινὸς ἀνδρῶν, πάντοθεν μετρεύμενα. Conf. inprimis Epigr. ἀδέσπ. CCCCXLIII.

VI. Cod. Vat. p. 322. Planud. p. 234. St. 339. W. In Cod. lemma: εἰς ἀρτιτόκον τινὰ γυναῖκα τελευτήσασαν εὐήθη. In Plan. est ἄδηλον. In Cod. Bibl. Matritensis p. 89. *Callimacho* tribuitur. — V. 1. εὐήθη Vat. et in fine vers. ἐλοχεύθημι — Vulgo οὐκ ἐπ'. quod *Joseph. Scaliger* emendavit: Τριτωνὶς ἐπ' οὐκ ἀ. ἰ. — Euethe Trytonis filia, non bonis avibus peperit. κληδόνες h. l. quodvis omen significat. — V. 2. ἂν om. Vat. — V. 3. κατάγω ἐν βρ. ἄλλων. Vat. Cod. κατήγαγον ἐν βρ. ἄλλων. Plan. Vir

SELEUCI SCOLION.

II. p. 527.] Ap. *Athen.* L. XV. p. 697. D. Σκήψιος Δημήτριος ἐν τῷ ἐννεακαιδεκάτῳ Τρωϊκοῦ κατακόσμου — Μνησιπτολέμου φησί ποτε τοῦ ἱστοριογράφου, τοῦ παρὰ Ἀντιόχῳ τῷ προσαγορευθέντι Μεγάλῳ πλεῖστον ἰσχύσαντος, υἱὸν γενέσθαι Σέλευκον, τὸν τῶν ἱλαρῶν ᾀσμάτων ποιητὴν, ὧνπερ συνεχῶς ᾄδειν εἰώθασιν. Κἀγώ .... Non in quatuor, ſed in duos verſus hoc carmen distribuendum eſt. Sunt verſus choriambici cum baſi. Vide *Herm.* de Metr. p. 319.

Finis Voluminis Primi.

T

Pag. 80. v. 1. Πέτεινα.
— 139. lin. 3. a fin ...
— 187. in marg. lege T. II.

To

Pag. 26. XXVII. 8. τέρεν pr
— 33. lin. ult. ἀλλ'.
— 62. XV. 5. insere ὑμῖν p
— 105. in marg. 397. pro 2
— 110. lin. 9. κανόνων.
— 130. LXXV. 5. ὄντως.
— 176. II. 6. colon in versu
— 225. lin. 3. lege III. pro
— 239. IV. 2. comma post
— — — 4. lege ὄντι.
— 234. lin. 1. ὄντι.
— 248. ult. comma post πόρ
— 251. lin. ult. dele verba: (

Tom

Pag. 10. XVIII. 8. ὄντι.
— 37. lin. 1. ponendum β. a
— 55. lin. 4. a fin. Ξενοφ. et
— 82. l. 2. ...

Pag. 223. lin. 12. οὐρανόν.
— 262. leg. in marg. *Lectt.* p. 302. pro 301.
— 267. in marg. *Lectt.* p. 303. pro 335.
— 295. col. 2. l. 6. a fine lege: IV. pro III.
— 297. l. 3. lege 230. pro 203.
— — l. 6. lege 244. pro 294.
— — colum. 2. l. 11. lege 260. pro 285.
— 299. lin. 5. lege: II. 169. pro I. 169.

Tom. V. Indices.

Praef. p. VI. 4. *posset* pro *poterit.*
Pag. 4. lin. 3. lege II. 477. Ἁ Κύπρις τὸν Ἔρωτα κατηφ.
— 6. lin. 6. lege: 398. 535. et linea sequ. 403. 539.
— 8. lin. 19. desunt numeri 21. 33.
lin. ult. — — 302. 442.
— 20. lin. 19. lege: 192. pro 193.
— 22. lin. 3. a fin. lege: 479. pro 449.
— 30. lin. 10. lege: 235. pro 334.
— 31. lin. 11. lege 458. et sq. lin. 457.
— 33. post l. 1. insere: II. 372. Δός μοι καὶ λάβε.
— 36. lin. 13. lege ἐπ' pro ἐκ'.
— 37. lin. 16. lege: 287b. pro 187b.
— 41. lin. 19. sub column. *A. R.* deest: 687. *nr.* 389.
— 45. lin. 8. lege: 590. pro 190.
— 47. l. 11. a fine leg.: II. 235. pro III. 235.
— 50. lin. 7. lege: 333. pro 33.
— 52. post lin. 6. insere: I. 152. Ἕτερος δ' ἐξ ἑτέρου.
— 57. lin. 4. lege: 351. pro 357.
— 60. lin. 10. lege: *II.* 433. pro I. 433.
— 62. lin. a fin. 4. lege: II. 104.
— — — omiss. sub colum. *M. L.* 477. nr. 389.
— 74. lin. 9. lege: πῖνε νῦν καί. *alii*: καὶ πῖνε καί.
— 75. lin. 3. lege: II. 345. pro III. 277.
— 83. lin. 14. lege: 26. 41. pro 46.
lin. 18. Λέσβιον.
— 85. lin. 13. sub colum. *A. R.* dele: 315.
— 87. lin. 16. desunt numeri: 116. 168. sub col. *A. St.* et *A. W.*
— 93. l. 6. πεύθου.
— 96. lin. 6. a fin. sub column. *A. W.* deest: 37.
— 97. lin. 9. lege: 455. pro 155.
lin. 23. lege: 483. pro 343.

lin. 20. lege 475. p

— 114. lin. 8. omissi sunt r

— 115. lin. 3. a fin. lege:

— 120. lin. 5. lege: 146. p

— 123. lin. 3. a fin. 306. pr

— 124. lin. 7. πῶς τις ἄνευ,

lin. 9. lege: 232. p

— 125. lin. 5. lege: II. 321.

— 130. lin. 1. σώζε,

— 135. lin. 11. lege: II. 11

— 142. lin. 10. lege: τὸν πά

— 146. l. 1. sub column. *A*

— 152. lin. 4. a fin. lege:

— 153. lin. 3. insere sub *A.*

— 157. lin. 2. sub *A R.* leg

— 187. l. 3. a fin. lege: II.

— 222. l. 20. lege: II. 348.

— 277. col. 1. lin. 6. a fin.

— 278. col. 1. post l. 2. inse

— 279. col. 2. lin. 6. dele '

— 282. post lin. 18. insere

lin. 6. a fin. del

— 285. post lin. 12. insere '

— post lin. 15. insere:

— 289. lin. 17. dele Μακεδόνι

Pag. 291. lin. 19. post Πανόρμου insere Παραιτονίου. II. 356. et post lin. 24. insere Παῤῥάσιος. III. 186.

— 292. post Πιτθεῖδαι insere Πιττάκῃ Περσικῇ. III. 95. et post Προύσης pone Πτελέη. III. 184.

— 293. post Σινώπης insere Σίπτην. III. 187.

— 295. post Τραχῖνος corr. II. 348. et post Τιρυνθίῳ insere Τιτανίᾳ Μηδίας. III. 95.

— 296. post lin. 8. insere Φιλαδελφείας. II. 450.

— 300. post Ἀθηναΐδα insere Ἀθηναῖος. II. 174.

— 302. post Ἀκοντεὺς inſ. Ἀκρατε. II. 254.

— 303. lin. 6. dele Ἀναζαρβοῦ.

— 307. lin. 12. dele Ἀσθμονεύς. et Ἀσκανίῃ.

— 308. post Ἀττικῇ insere Ἀττικός. III. 101. Ἀττικοῦ. III. 272.

— 313. post lin. 21. insere Δικτύννης. III. 204.

— 319. lin. 17. dele Εὐσεβίη.

— 320. post Εὐφράντη inſ. Εὐφράτην. I. 503.

— 324. post Θυμοίτης inſ. Θῦμον. III. 218.

— 325. lin. 13. a fin. dele Ἶρις.

— 327. lin. 9. dele Καναστραίοις παισί.

— 332. lin. 11. dele Λειψύδριον.

— 334. post lin. 5. insere Μακηδόνιος. III. 120.

— 335. lin. 9. a fin. dele Μηδίας Τιτανία.

— 338. lin. 9. dele Νάξιος Βύζαν παῖς.

— 340. post Νικονόη inſ. Νικόπολιν. III. 292.

— 344. lin. 9. dele Παραιτονίου.

— 346. lin. 20. dele Πιττάκῃ Περσικῇ.

— 354. lin. 10. a fin. dele Ὑψίμεδον μάκαρ.

— 357. lin. 5. a fin. lege: II. 51. pro III. 51.
lin. 2. a fin. insere Χαρίδας. I. 473.

— 358. lin. 11. insere Ὠκεανός. III. 306.

— 362. lin. 7. lege: *Aeſculapio puero imago a Nicomede medico —.*

— 367. lin. 11. lege: *fulmen* pro *arcum.*

— 368. lin. 16. lege: *crines* pro *canes.*

— 370. col. 2. lin. 8. a fin. II. 215. pro III.

— 371. l. 16. lege: *cum equis frumentum terentem.*

— 373. col. 1. lin. 5. lege II. 138. pro II. 38.
lin. 3. a fin. *Vinoſus* pro *Ninoſus.*

— 375. lin. 4. a fin. insere *Aeſculapii* post *imaginem.*

— 377. lin. 15. a fin. *Celtarum.*
lin. 2. a fin. dele verba: *in templi dedicatione.*

— 416. lin. 6. a fin. dele v
— 418. lin. 8. a fin. *habent*
— 424. lin. 14. *opicam* pro
— 429. lin. 10. dele verba *i*
— 435. lin. 7. dele *Athenie*
— 440 lin. ult. lege: *filent*

Animad

Volum.

Praef. pag. XXVI. lin. 7. ins
Pag. 249. lin. 8. lege: πέλα
emendandum: ἢ πουδον
— 311. lin. 11. haec adde. προσέχουσ'. *Bentlejus i Reliq. p. 135. emendav verum.*